MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EPISTOLARVM TOMVS I

GREGORII I REGISTRI L. I—VII.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXXI

GREGORII I PAPAE

REGISTRVM EPISTOLARVM

TOMVS I.

LIBRI I—VII.

EDIDERVNT

PAVLVS EWALD ET LVDOVICVS M. HARTMANN.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXXI

Aulae Vimariensis officina typographica.

Post Pauli Ewaldi immaturam mortem a societate aperiendis fontibus rerum Germanicarum medii aevi ad Gregorii registri editionem continuandam vocatus non minimam huius laboris partem iam absolutam inveni. Nam et codices fere omnes collati erant et tomi primi pars prior iam edita et ordo epistularum et contextus indictionis XIII. plerisque locis iam ab illo restitutus erat. Sed etiam huius partis nonnulla mutavi eam viam secutus quam in N. A. XV p. 529 ss. exposui. Commentarium fere totum ipse addidi.

Superest, ut gratias agam cum v. cl. Ernesto Dümmler ob summam in corrigendo diligentiam tum Theodoro Mommsen, qui laborem meum ea qua adsolet benignitate adhortando emendando adiuvit, et ut signorum in hoc tomo adhibitorum explicationem addam. Nam ampliorem codicum conspectum tomo alteri adnectere mihi proposui.

Ludovicus M. Hartmann.

SIGNORUM EXPLICATIO.

R 1 = *Casinensis 71 s. XI. (N. A. III p. 445 ss.: Ew. contulit.)*
R 2 = *Trevirensis 171 s. X. (ib. p. 449 s.: Ew. contulit.)*
R 3 = *Sangallensis 670 s. X. (ib. p. 454: Ew. contulit.)*
R 4 = *Escor. d. I, 1 s. XI. (N. A. VI. p. 236 ss.: Ew. contulit.)*
r 1 = *Parisiensis 2279 s. X. in. (N. A. III p. 457: et Ew. et ego contulimus.)*
r 2 = *Parisiensis 11,674 s. IX. (ib. p. 456 s.: Ew. contulit.)*
Pa 1 = *Petersburgensis 6. F. I, 7 s. VIII (N. A. III p. 476 s. et V p. 246 s.: Ew. contulit.)*
Pa 2 = *Bambergensis 601 s. X. (N. A. III p. 477 ss.: Ew. contulit).*
Pb 1 = *Coloniensis 92 s. VIII. (ib. p. 483 s.: Ew. contulit.)*
Pb 2 = *Vindobonensis 934 s. IX. (ib. p. 480 s.: partim Ew., partim ego contuli.)*
Pb 3 = *Dusseldorpiensis B, 79 s. IX. (ib. p. 483: Ew. contulit.)*
Pb 4 = *Berolinensis theol. 322 s. IX. (ib. p. 488: Ew. contulit.)*
Pb 5 = *Coloniensis 94 s. X. (ib. p. 489: Ew. contulit.)*
Pb 6 = *Guelferbitanus 155 (75) s. XI. (ib. p. 493).*
Pb 7 = *Monacensis 14,641 s. IX. (ib. p. 482: nonnullos locos Ew., alios ego contuli.)*
R 1* / *P* 1* = *Coloniensis 95 s. XII. (N. A. III p. 496.)*
Vatic. A = *Vaticanus 617 s. XV. (N. A. III p. 502 s.)* / *Vatic. D* = *Vaticanus 619 s. XII. (N. A. III p. 506 s.)* *(varias quasdam lectiones ex editione Maur. sumpsimus.)*

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Registri Gregoriani nova editio, a Paulo Ewald suscepta et magno virorum doctorum desiderio dudum expetita, cum inopinata et quam maxime lugenda editoris morte interrupta esset, quatuor libros priores, qui soli absoluti erant, publici iuris facere visum est, ut ab omnibus examinari possent, et ei qui continuandum opus inceptum suscepturus esset, vel exemplum propositum presse sequendi, vel ab eo recedendi consilium facilius pateret. Rationem autem, qua usus Ewaldus et seriem epistolarum ordinavit et in contextu constituendo versatus est, ipse iam anno 1878 monstravit in disquisitione summo cum acumine elaborata, in annali: 'Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' tomo III. p. 433—625, necnon in nova Regestorum Pontificum Romanorum editione. Illic invenies quid sibi velint sigla R et r, et codicum, quos ipse contulerat, descriptiones. Editiones autem adhibuit praeter editionem principem P. Gussanvillaei a. 1675 et Maurinorum a. 1705, quas litteris G et M insignivit.

Dabam Berolini Nonis Decembr. 1887.

Guilelmus Wattenbach.

IN NOMINE DOMINI
EPISTOLAE EX REGISTRO
BEATI GREGORII PAPAE.

MENSE SEPTEMBRIO INDICTIONE IX.

I, 1.

Gregorius I. papa universis Siciliae episcopis nuntiat, se Petro subdiacono, rectori patrimonii ecclesiae Romanae, vices suas intra provinciam Siciliam commisisse, cum quo semel per annum concilium Syracusis sive Catanae celebrent. *590, Sept.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 1.
Edd. M et G: Liber I. ep. 1. — Iaffé Reg. 1067 (704).

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS PER SICILIAM CONSTITUTIS.

Valde necessarium esse perspeximus, ut, sicut decessorum nostrorum fuit iudicium, ita uni eidemque[a] personae omnia committamus, et[b], ubi nos praesentes esse non possumus, nostra[c] per eum, cui praecipimus repraesentetur auctoritas. Quamobrem

In nomine *cet. Ita optimi quique codd. R et r, ut r 1. 2. 3, R 1.* In nomine domini incipiunt *cet. R 1ª. 2 (cuius titulus manu rec. additur). 5 (corr. ex* incipit, *om.* ex registro). *6. 14. 17. Ceterum variam inscriptionem codd. rec. praebent, exempli gratia:* Registri beati Gregorii papę urbis Romę liber primus incipit *r 4, R 7. 12;* In nomine domini epistolarum sancti Gregorii papae urbis Romae liber primus incipit *r 5;* Corpus epistolarum Gregorii, quod dicitur Registrum, pars epistolarum b. Gregorii papae *r 6;* Registrum epistolarum sancti Gregorii papae in septem partes divisum *cet. R* 3.* Incipit liber epistolarum beati Gregorii papae, quas diversis in partibus transmittendo edidit, et postea in unum corpus collectas eundem librum a pluribus placuit appellari registrum *R 18. De ordine, quo forsitan in libros colligendae sint epistolae cf. Neues Archiv III, 557.*

Mense Septembrio *cet.* September *R 1;* Septimo *R 17;* Septembri *R 7. Lectioni meae favent R 1ª. 5, r 3. Plurimi codd. R et r hic compendio* Septb. *aut* Septemb. *utuntur. Sed et infra in aliis indictionibus 'mense Septembrio' invenimus et plurimis indiciis videmus, hanc formam Gregorii temporibus propriam esse; cf. epp. I, 70. V, 20. IX, 199. His verbis codd. rec. addunt:* [indictione IX], anno ordinationis suae primo *R 1ª. 17;* quae fuit ordinationis eius prima *R 2;* quae fuit ordinationis eius prima anno dominicae incarnationis 592 *R* 3.*

I, 1 Titulo Gregorii add. servus servorum Dei *r 4.* a) *corr. ex* unae eademque *r 2.* b) ut *R 1.* c) *corr. ex* nostram *r 2.*

I, 1 Epistola haec una cum duabus sequentibus epistolis I, 2. 3 per Petrum Siciliam proficiscentem, ut ex re ipsa patet, transmissa est. — De episcopis illis Siciliae, qui tunc fuerint, vide indicem sub voce Sicilia.

Petro[1], subdiacono sedis nostrae, intra provinciam[d] Siciliam vices nostras[e], Deo auxiliante, commisimus[2]. Nec enim de eius actibus dubitare possumus, cui, Deo auxiliante, totum[3] nostrae ecclesiae noscimur patrimonium commisisse.

Illud quoque fieri debere perspeximus, ut semel per annum ad Syracusanam[f] sive Cathenensium[g] civitatem universaliter honore, quo dignum est, sicut eidem iussimus, fraternitas vestra conveniat, quatenus[h] quae ad utilitatem provinciae ipsius ecclesiarumque pertinent, sive ad necessitatem pauperum oppressorumque sublevandam, vel admonitionem[i] omnium, atque[k] quorum excessus contigerit demonstrari, congrua cum eodem Petro, subdiacono sedis nostrae, debeatis moderatione[l] disponere. A quo concilio procul absint odia[m], facinorum nutrimenta, atque invidia, interna tabes[n] nimis execrabilis animorum[o]. Sacerdotes vos[p] concordia, Deo placita, et caritas recognoscat. Haec igitur omnia cum ea maturitate ac tranquillitate gerite, ut dignissime episcopale possit concilium[q] nuncupari[r].

I, 2.

Gregorius I. papa Iustinum, praetorem Siciliae, ad concordiam, iustitiam, honestatem adhortatur. Addit de frumentis copia sufficienti Romam transmittendis et de novo rectore Siciliae patrimonii (Petro subdiacono). *590, Sept.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 2.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 2. — Iaffé Reg. 1068 (705).

GREGORIUS IUSTINO PRAETORI SICILIAE.

Quod lingua loquitur, adtestatur[a] conscientia, quia dudum vos, et nullius dignitatis occupationibus implicatos, multum dilexi, multumque veneratus sum. Ipsa namque incessus vestri modestia quibusdam conatibus exigebat, ut diligi etiam a nolente debuisset. Et cum vos venisse ad amministrandam praeturam Siciliae audivi[b], valde

d) provintiam *et sic saepius r 1.* e) *corr. ex* vicem nostram *r 2.* f) Siracusanam *R 1.* g) *corr. in* Cathinensium *r 2;* Cathin. *ed. princ.;* Catheniensium *R 1.* h) quatinus *et sic plerumque r 1.* i) ad *superscr. R 1;* ad admonitionem *et Deusdedit Coll. can. I. c. 162;* ad monitionem *r 2, ed. G.* k) *addunt* correctionem eorum *edd. G et M, quod et ego susciperem, si codd. auctoritate confirmaretur.* l) moderationem *R 1.* m) otia *r 1. 2.* n) tabescat *codd. R et r;* tabes *R* 1 et ed princ.;* tabescat et *R 1;* et *alia manu add. r 2, ubi* tabescat *ex* tabescant . . *rasura restituitur.* o) *superscr.* discordia *R 1; edd. G et M legunt:* atque invidia interna tabescat et nimis exsecrabilis animorum discordia; *confirmant autem lectionem nostram et verba Silii Italici (Lib. VIII. v. 21):* His super internae tabes et civica vulnus invidia augebant. p) suos *R, r;* vos *reluctantibus quidem mss. scribo.* q) concilio *R 1.* r) *corr. ex* noncupari *r 1.*

I, 2 Iustino *corr. ex* Iustine *R 1.* a) attestatur *r 1.* b) audiui cui *r 2.*

1) Petrum Gregorius ipse in Dialogorum (cum eo habitorum) Lib. I. praefatione, (quos dialogos exitu anni 573 composuit), sibi 'a primaevo iuventutis flore amicitiis familiariter obstrictum' dicit. 2) Sicilia provincia ita ut aliae quaedam Italiae provinciae (Latium, Bruttium, Lucania, Apulia cet.) Romanae sedi ipsi suberat. Nullum enim tunc ut et Leonis I. temporibus (cf. Leonis I. epp. 16. 17, Iaffé Reg. 414 [192], 415 [193]) metropolitam ibi fuisse, ex plurimis infra epistolis (cf. epp. I, 68. VIII, 10. XI, 31) perspicitur. Quo de argumento fusius tractavit Iohannes de Iohanne in Cod. diplom. Siciliae I, 413 sqq. 3) i. e. et partem Syracusanam et partem Panormitanam, quarum utramque postea, cum Petrum Romam revocaret (ep. II, 38), proprio rectori tradidit.

I, 2 Missa, ut videtur, per Petrum subdiaconum. — Cf. de praetore Siciliae constitutionem Iustiniani imperatoris Nov. 104, quam videas et in Cod. diplom. Siciliae I, 91.

gavisus sum. Et quia quandam inter vos atque ecclesiasticos simultationem[1] subrepere comperi, vehementissime contristatus sum[c]. Nunc vero quia et vos amministrationis cura et me studium huius regiminis occupat, in tantum nos[d] recte diligere specialiter possumus, in quantum generalitati minime nocemus. Unde per omnipotentem Dominum rogo, in cuius tremendo iudicio nostrorum actuum posituri rationes sumus, ut eius respectum semper gloria vestra ante oculos habeat et numquam quodlibet, ex quo inter nos vel parva dissensio proveniat, admittat. Nulla vos lucra[2] ad iniustitiam pertrahant, nullius vel minae vel amicitiae ab itinere rectitudinis deflectant. Quam sit vita brevis aspicite[e], ad quem quandoque ituri estis iudicem, qui iudiciariam potestatem geritis, cogitate. Sollerter ergo intuendum est, quod cuncta lucra hic relinquimus, et solas dispendiosorum lucrorum causas nobiscum ad iudicium deportamus. Illa ergo nobis sunt commoda quaerenda, quae nequaquam mors adimat, sed mansura in[f] perpetuum praesentis vitae finis ostendat.

De frumentis autem quae scribitis, longe aliter vir magnificus Citonatus[g][3] asserit, quia solummodo tanta transmissa sunt, quae pro transactae indictionis debito ad replendum sitonicum[4] redderentur. De qua re curam gerite, quia si quid minus hic transmittitur non unus quilibet homo, sed cunctus simul populus trucidatur[5].

Ad regendum vero Siciliae patrimonium talem, ut existimo, virum[6], Deo auctore, transmisi, cum quo vobis, si, ut ego expertus sum, recta diligitis, omnino conveniat.

Quod autem me, ut vestri esse debeam memor, ammonetis, verum fateor, si ex antiqui hostis insidiis iniustitia nulla subripiat, tantam gloriae tuae modestiam didici, ut esse non tuus erubescam.

I, 3.

Gregorius I. papa Paulum scholasticum de pontificatu sibi gratulantem reprehendit. Maurentium chartularium et Petrum subdiaconum, rectorem patrimonii Siciliae, ei commendat.

590, Sept.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 3.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 3. — Iaffé Reg. 1069 (706).

c) sum *om. r 1 (ubi* contristatus *rasura ex* contristatur *oritur); superscr. manu post. R 1.* d) vos *R 1:* nos *r 1. 2, edd. pr. et M eorumque mss.* e) *superscr.* et *manu post. R 1.* f) in *add. manu post. R 1.* g) Atonatus *ed. pr.;* Ciridanus *aliae edd. quaedam (cf. ep. IX, 115).*

1) *De lite illa per ep. I, 70 comperimus, in causa episcopos ipsos Siciliae implicatos fuisse. Ep. II, 30 huc non referenda est. De Iustini praetoris avaritia legumque neglegentia vide ep. III, 37.* 2) *Cf. ep. III, 37.* 3) *Nomen hoc tempore rarum occurrit in Symmachi papae epistola (Thiel Epistolae Rom. Pontif. I, 654), ubi anno 499 Citonatus diac. subscripsit. Item Citonatum invenimus inter abbates S. Emiliani Hispanici monasterii a. 574 (Neues Archiv VI, 332) et inter episcopos Caralitanos saeculi VII. (vide Iaffé Reg. 2129 [1638]).* 4) *Id est publicum horreum; cf. infra ep. IX, 115, ubi iussione imperiali Ciridano curam sitonici fuisse mandatam legimus. Ex. ep. V, 36 intellegimus, horrea Romana necessitati non suffecisse; queritur enim papa:* frumenta in hac urbe diu multa servari non posse, sicut in alia suggestione plenius *(imperatori)* indicaverit. 5) *Nota, quod in fine anni praecedentis, ut Gregorius Turon. Lib. X c. 1 narrat, Tiberis inundatione horrea ecclesiae subversa sunt, in quibus nonnulla tritici modiorum millia perierunt. Pontifici Romano cura rei frumentariae in urbe sua ex officio mandata esse videtur, cum Gregorius in ep. V, 36 se contra accusatores defendat imperatori scribens:* Quaesitum est, unde culpabiles esse videremur, cur frumenta defuerint *cet.* 6) *Petrum subdiaconum ecclesiae Romanae, de quo vide ep. I, 1.*

I, 3 Missa, ut videtur, per Petrum subdiaconum; cf. epp. I, 1. 2. — Scholastici sunt, ut liquet ex ep. V, 34, 'qui assistunt iudicibus'. *Itaque ut ep. V, 34 Severus et ep. V, 51 Andreas exarchi aut patricii nominantur scholastici, sic Paulus Leoni exconsuli assistebat*

GREGORIUS PAULO SCOLASTICO.

Quicquid mihi [a] ex honore sacerdotalis officii extranei arrident, non valde penso. De vobis autem mihi hac [b] ex re arridentibus non minime doleo, qui desiderium meum plenissime scitis, et tamen profecisse me creditis. Summus enim mihi provectus fuerat, si potuisset impleri quod volui; si voluntatem meam, quam dudum cognitam habetis, perficere optatae quietis perceptione valuissem. At nunc quia honoris huius vinculis in civitate teneor Romana religatus, habeo aliquid, quod etiam vestrae gloriae exultem, quia viro eminentissimo, domno Leone exconsule [1], veniente vos in Sicilia [c] remanere non suspicor, et cum ipse [d] quoque tuo honore religatus retineri Roma inceperis [e], quid meroris, quid amaritudinis ego patiar, agnosces.

Veniente autem viro magnifico, domno Maurentio chartulario [f] [2], ei quaeso in Romanae urbis necessitate concurrite; quia hostilibus gladiis foris sine cessatione confodimur, sed seditione militum interno periculo gravius urguemur [g].

Petrum vero, subdiaconum nostrum, quem pro regendo ecclesiae patrimonio, Deo auctore, transmisimus, vestrae gloriae per omnia commendamus.

MENSE OCTUBRIO INDICTIONE IX.

I, 4.

Gregorius I. papa Iohannem Constantinopolitanum (episcopum) suae electioni non restitisse dolet. Synodicam, quam Bacauda episcopus (Formiensis) iam non deferre possit, brevi promittit. *590, Oct.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 4.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 4. — Iaffé Reg. 1070 (707).

GREGORIUS IOHANNI CONSTANTINOPOLITANO.

Si caritatis virtus in proximi dilectione consistit, si sic diligere proximos sicut nos iubemur, quid est, quod me beatitudo vestra non ita ut se diligit? Quo enim

I, 3 a) michi *R 1 et sic saepius.* b) ac *r 1; corr.* hac *ex* ac *r 2, R 1.* c) Siciliam *r 1.* d) ipso *R 2.* e) inceperis *restitui;* Romam coeperis *r 1;* Romam conceperis *r 2;* Roma que ceperis *R 1;* Roma ceperis *R 2.* f) cartulario *R 1.* g) urgemur *R 1. 2.*

Mense *cet. atramento nigro (litteris uncialibus r 1) scripta et ad epistolam praecedentem relata sunt haec verba in r; rubro expressa pertinent ad ep. sequentem in R.* Octubrio *R 1 (cf. ep. I, 70); reliqui codd. compendio utuntur;* Decembri *teste M ed. cod. Colb.;* Ind. nona decima *R 1;* In. d. VIII *R 2.*

I, 4 Titulo add. episcopo *edd.;* patriarchae *Iohannes diac. Vita Greg. I c. 46.*

1) De dignitate exconsulatus vide infra ep. II, 36. 2) Hunc chartularium virum militarem fuisse ex ipso Gregorii desiderio, ut tum contra hostes (sc. Langobardos) cum contra propriorum militum seditiones auxilium ferat, satis apparet. 'Imperatoriis equis praefectus erat chartularius' in Leone Isauro explicat Zonaras. Sed saeculo VI. chartularius, Paulo diacono in Hist. Langobardorum docente, exercitui praefectus erat. Sic saepissime nominat Narsem patricium, cf. ep. I, 16a. Maurentium ideo eundem fuisse opinor, qui in Gregorii epistolis post magister militum titulatur. Cf. epp. VIII, 12. IX, 17. 53. 108. 124.

Mense *cet. De significatione ordine et loco temporis notarum in collectione R (r) vide Neues Archiv III, 562 et praefationem huius editionis sub titulo de notis temporis.*

I, 4 Missa per Bacaudam episcopum. — Iohannes Constantinopolitanus patriarcha, sub cognomine ieiunatoris notissimus 582—595, Sept. 2.

ardore, quo studio episcopatus pondera fugere voluerit[a], scio, et tamen haec eadem episcopatus[b] pondera ne mihi deberent imponi, non restitit[c]. Constat ergo quia non me sicut vos diligitis, qui illa me voluistis onera suscipere, quae vobis imponi[d] noluistis. Sed quia vetustam navem[e], vehementerque confractam, indignus ego infirmusque suscepi, — undique enim fluctus intrant et cotidiana ac valida tempestate quassatae putridae naufragium tabulae sonant — per omnipotentem Dominum rogo, ut in hoc mihi periculo orationis tuae manum porrigas, quia et tanto[f] enixius potestis exorare, quanto et a confusione[g] tribulationum, quas in hac terra patimur, longius statis.

Synodicam[1] vero epistolam de subsequenti sub festinatione[h] transmitto, quia latorem praesentium, Bacaudam[2], fratrem et coepiscopum nostrum, in ipso meae ordinationis initio, multis et gravibus pressus[i] occupationibus, relaxavi.

I, 5.

Gregorius I. papa Theoctistae, sorori imperatoris (Mauricii), queritur de pontificatus negotiis, quae reluctanti animo et iussu solummodo imperatoris susceperit.

590, Oct.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 5.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 5. — Iaffé Reg. 1071 (708).

GREGORIUS THEOCTISTI SORORI IMPERATORIS.

Mens mea vestrae venerationi quanta devotione substernitur, explere verbis nequeo, nec tamen me prodere laboro, quia et me tacente in vestro corde legitis, quid de mea devotione sentiatis. Miror autem, quod in me conlatas dudum continentias vestras ex hac moderna pastoralis officii continentia distraxistis, in qua sub colore episcopatus ad saeculum sum reductus, in qua tantis terrae curis inservio, quantis me in vita laica nequaquam deservisse reminiscor. Alta[a] enim quietis meae gaudia[b] perdidi et intus corruens[c] ascendisse exterius videor. Unde me a conditoris mei facie longe expulsum deploro. Conabar namque cotidie extra mundum, extra carnem fieri, cuncta fantasmata corporis[d] ab oculis mentis abigere et superna gaudia incorporaliter

a) *in* volueritis *corr. manu post. r 2 (ex* voluerim), *R 1;* voluerim *ed. pr. et Iohannes diac. (cod. Berol.)* b) episc. haec eadem *R 1.* c) *in* restitistis *manu rec. corr. r 2, R 1.* d) *corr. ex* inponi *R 1.* e) navim *R 1. 2.* f) tantum *R 2.* g) confessione *R 1 (add. ad marginem* vel confusione). h) subsequenti festinatione *(omissa utraque praepositione) edd. G et M. Sed* de subsequenti *(ita ut* de praesenti *[ep. XIII, 25],* de futuro *[ep. XI, 7]) non differt ab* in subsequenti *(epp. VII, 33. IX, 44. 186. XII, 6);* sub festinatione *item expressio haud rara in Gregorii scriptis est (vide ep. IX, 82 et in dialog. III. c. 11) saepius* sub celeritate. i) pressis *r 1;* pressos *R 2.*

I, 5 Theoctisti *r et R; corr. autem in* Theoctistae *r 2, R 1. 2;* impr. *compend. R 1;* imperatrici *R 2.* a) altera *r 1.* b) gaudia meae *R 1.* c) *corr. ex* conruens *r 2.* d) corporum *r 1, R 2.*

1) *De synodica vide ep. I, 24.* 2) *An Bacauda episcopus ille Formiensis sit, cui Gregorius (ep. I, 8) Minturnensem ecclesiam concedit, quaeritur. Nomen sine dubio Gallicum, Bacauda xenodocho, quem ipse Gregorius ep. I, 9 memorat, excepto, praeterea duabus tantum vicibus reperitur. (Fuit B. episc. Egabriensis, qui a. 653 concilio Toletano VIII. subscripsit et a. 650 ap. Hübner Inscr. Hispaniae christ. n. 100 legitur; et B. quidam Ravennae a. 545 in Agnelli Lib. pont. SS. Lang. p. 329 occurrit). Igitur hunc Bacaudam episcopum Formiensem intellegimus, quamvis obstet ep. I, 8, quae absentem mense Octobri episcopum illum non fuisse docere videtur. Vide ep. I, 8 notam.*

I, 5 Missa videtur per Bacaudam episcopum, ut ep. I, 4. — Theoctista, Mauricii imperatoris soror, cuius Gregorius sine dubio Constantinopoli morans familiaritate usus fuerat, ab historiae Byzantinae scriptoribus non memoratur. Verba huius epistolae eiusque, ut ita dicam, color cum epistola IX, 227, amicissimo sibi Leandro Hispalensi episcopo scripta, perspicuam quandam cognationem habent.

videre, et non solis[e] vocibus, sed medullis cordis ad Dei speciem[f] anhelans, dicebam:
Psal. 26,8. 'Tibi dixit cor meum, quaesivi vultum tuum, vultum tuum Domine requiram'. Nil autem in hoc mundo appetens, nil pertimescens, videbar mihi in quodam rerum vertice stare, ita ut in me pene impletum crederem, quod pollicente Domino ex
Isai. 58,14. propheta didicissem: 'Sustollam te super altitudines terrae'. Super altitudines enim terrae sustollitur, qui et ipsa, quae alta ac gloriosa praesentis videntur saeculi, per mentis despectum calcat. Sed repente a[g] rerum vertice temptationis huius turbine impulsus ad timores pavoresque corrui, quia etsi mihi nil timeo, eis tamen, qui mihi commissi sunt, multum formido. Undique[h] causarum fluctibus quatior ac tempestatibus
Psal. 68,3. deprimor, ita ut recte dicam: 'Veni in altitudinem maris et tempestas demersit me'. Redire post causas ad cor desidero, sed vanis ab eo cogitationum tumultibus exclusus redire non possum. Ex[i] hoc ergo mihi longe factum est, quod intra me est, ita ut
Isai. 46,8. oboedire nequeam prophetiae[k] voci, qua dicitur: 'Redite praevaricatores ad cor'.
Psal. 39,13. Sed stultis pressus cogitationibus, solummodo exclamare compellor: 'Et[l] cor meum
Genes. 29. dereliquit me'. Contemplativae vitae pulchritudinem[m] velut Rachelem dilexi sterilem, sed videntem ac pulchram, quae etsi per quietem suam minus generat, lucem tamen subtilius[n] videt. Sed, quo iudicio nescio, Lia mihi in nocte coniuncta est, activa videlicet vita, fecunda sed lippa, minus videns quamvis amplius pariens. Sedere ad pedes
Lucas 10. Domini cum Maria festinavi[o], verba oris eius percipere, et ecce cum Martha compellor in exterioribus ministrare[p], erga multa satagere. Expulsa a me ut credidi legione daemonum, volui oblivisci quos novi[q] et[r] ad Salvatoris pedes quiescere, et ecce
Marc. 5,19. mihi nolenti atque compulso[s] dicitur: 'Revertere in domum tuam et adnuntia[t], quanta tibi fecerit[u] Dominus'. Sed quis inter tot terrenas curas valeat Dei miracula praedicare, cum iam mihi difficile sit saltim recolere? Pressum namque in hoc honore
Psal. 72,18. tumultu[v] saecularium negotiorum ex eis me video[w], de quibus scriptum est: 'Deiecisti eos, dum allevarentur'. Neque dixit: Deiecisti eos postquam levati sunt, sed dum allevarentur, quia pravi quique, dum temporali honore suffulti foras[x] videntur surgere, intus cadunt. Allevatio ergo ipsa ruina est, quia dum gloria falsa subnixi sunt a gloria
Psal. 36,20. vera evacuantur[y]. Hinc iterum dicit: 'Deficientes ut fumus deficient[z]'. Fumus quippe ascendendo deficit et sese dilatando evanescit. Sic videlicet fit cum peccatoris vitam praesens felicitas comitatur, quia unde ostenditur, ut altus sit, inde agitur, ut non sit.
Psal. 82,14. Hinc rursus scriptum est: 'Deus meus pone illos ut rotam'. Rota quippe ex posteriori parte attollitur[a], in anterioribus cadit. Posteriora autem nobis sunt bona praesentis mundi, quae relinquimus, anteriora vero sunt aeterna et permanentia, ad quae
Phil. 3,13. vocamur, Paulo attestante[b], qui ait: 'Quae retro oblitus, in ea quae sunt in[c] priora extendens me'. Peccator ergo cum in praesenti vita profecerit, ut rota ponitur, quia in anterioribus corruens ex posterioribus elevatur. Nam cum in[d] hac vita gloriam percipit, quam relinquit[e], ab illa cadit, quae post hanc venit[f]. Et quidem multi sunt, qui sic exteriores provectus regere sciunt, ut per eos nequaquam interius corruant.
Iob 36,5. Unde scriptum est: 'Deus potentes non abicit, cum et ipse sit potens'. Et per Salo-
Prov. 1,5. monem dicitur: 'Et intelligens gubernacula possidebit'. Sed mihi haec[g] difficilia sunt, quia et valde onerosa, et quod mens non recipit[h], congrue non disponit. Ecce sere-

e) solum *r 2.* f) faciem *ed. M.* g) *corr. ex* ad *r 2.* h) *corr. ex* undeque *r 2.* i) et *r 1. 2.* k) *ita r 1. 2;* prophe. *R 1.* l) et *om. R 1. 2.* m) pulchritudine *r 1.* n) suptilius *R 1; ita passim et reliqui codd.* o) et *add. alia manu r 2.* p) *add.* aque (atque?) *R 1; add.* atque *ed. G.* q) patriam (*om.* quos novi) *R 1.* r) et *om. r 1;* et *alia m. add. r 2.* s) conpulso *r 2.* t) annuntia *R 1. 2.* u) fecerit tibi *r 2, R 2.* v) onere tumultus *teste M ed. Vatic. 1031.* w) Pressus .. videor *R 1.* x) foris *R 1.* y) vacuantur *R 1.* z) deficimus *R 1.* a) et *add. m. post. r 2.* b) adtestante *r 2.* c) *om.* in *R 1.* d) in *add. m. post. R 1.* e) reliquit *r 2.* f) invenit *r 2.* g) haec michi *R 1.* h) recepit *r 2: ita et edd. quarum M add.* voluntarie, *G* sponte

nissimus domnus imperator fieri simiam leonem iussit. Et quidem pro iussione illius vocari leo[1] potest, fieri autem[i] leo non potest. Unde necesse est, ut omnes culpas ac neglegentias meas non mihi sed suae pietati deputet, qui virtutis ministerium infirmo commisit.[2]

I, 6.

Gregorius I. papa Narsi (Constantinopolitano) de susceptis pontificatus curis queritur. Pro fratribus suis imperatori per Honoratum diaconum (responsalem suum) suggessisse se addit. Varias personas salutat. *590, Oct.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 6.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 6. — Iaffé Reg. 1073 (709).

GREGORIUS NARSI.

Dum contemplationis alta[a] describitis, ruinae meae mihi gemitum renovastis[b], qui[c] audivi, quid intus perdidi, dum foras ad culmen regiminis immeritus[d] ascendi.

i) autem *add. m. post. R 1.*

I, 6 *in* Narso *corr. r 2;* Narsae *teste ed. M nonnulli Vatic. ubi et* patriciae *additur;* Narsi (*corr. in* Narseti) patricio *Iohannes diac. Vita Greg. I. c. 48 (cod. Berol.);* Narse *in aliis epistolis III, 63. VI, 14, cet.* a) *corr. ex* alte *r 2;* alte *et R 1 scripsisse videtur sed nunc rasura in* alta *mutavit;* dulcedinem alte *edd. G et M.* b) renovatis *R 1.* c) *corr. manu post. in* quia *R 1.* d) inmeritus *R 1.*

1) *Vide Gregorii verba:* Per leones tenor severitatis figuratur. *Hom. in Evang. XVII. Hanc simiae et leonis imaginem hausit ex epistola Narsis (cf. ep. I, 6). Qua re probari videtur, ep. I, 6 prius quam ep. I, 5 scriptam et solummodo ordinem earum cum in registrum reciperentur inversum esse.* 2) *Quo studio Gregorius pontificalem honorem fugerit, vide in praefatione sub vita Gregorii. Imperatori ipsi, ut Gregorius Turon. Hist. Franc. Lib. X c. 1 refert, ne electioni suae consentiat, ante consecrationem supplicaverat. Nam Gregorii tempore mos adhuc viguit, ut electus Romanus pontifex sine Constantinopolitani imperatoris confirmatione institui non posset. Ideo iure quodam Gregorius pontificatus sui periculum in caput Mauricii reicit.*

I, 6 Prius quam ep. I, 5 scripta (vide ep. I, 5 notam 1). — Haud dubie Constantinopolim per Bacaudam cum praecedentibus epistolis est missa. Narses, qui in aliis epistolis comes (ep. VI, 14) et religiosus (VII, 27) nominatur, iam in codicibus recentioribus cum celeberrimo illo Gothorum victore confusus et patricii titulo ornatus est. Item erraverunt et Baronius Ann. eccl. ann. 590 et Alteserra p. 10. Editiones autem G et M corrigentes hanc opinionem Narsem Persarum victorem, de quo referunt Theophylactus et Theophanes, crediderunt. Sed restituta codicum optimorum lectione ne minima quidem huius coniecturae causa relinquitur. Immo titulus, qui in Gregorii epistolis Narsi attribuitur, contrarius est. Nam cum dux et patricius nusquam alio nomine nisi gloriae et excellentiae appelletur, Narses hic et postea: frater karissimus, bonus vir, dulcissima caritas, filius dulcissimus, *dicitur (cf. epp. III, 63. VI, 14. VII, 27). Item in epistola ad Theodorum imperatoris medicum, qui ipse, ut expraefecto et vir magnae dignitatis, gloriae titulo nominatur, de Narse* 'filio carissimo suo' *loquitur (vide ep. V, 46). Sed et aliae causae obstant. Narsem ducem ex Theophane (ed. Bonn. p. 410. 452) constat, sub Mauricio in bello gerendo ad summos honores provectum post Mauricii mortem a Phoca imperatore igne misere crematum esse, id quod anno 605 factum est. At Narses noster post epistolam VII, 27 i. e. post annum 597, Iun. non iam in registro apparet et ultima illa eidem scripta epistola VII, 27 concluditur verbis:* Et quando Deo placuerit ad caelestia vos regna perducat. *Addas epistola V, 46 a Gregorio Narsem medico, cuius iam curae traditus erat, specialiter commendari. Quibus rebus circumspectis suspicari possumus, Narsem amicum Gregorii iam ante Phocae imperium dies supremos obiisse. De cetero ex epistolis Gregorianis patet, eundem inter nobiles imperatoris domesticos et familiaritate summarum personarum et studio zeloque sacrarum rerum claruisse.*

Tanto autem me percussum merore cognoscite, ut vix loqui sufficiam. Oculos enim
mentis meae doloris tenebrae obsident. Triste est quicquid aspicitur, quicquid delec-
tabile creditur cordi meo lamentabile apparet. Penso enim ab alto quietis meae
culmine corruens, ad[e] quam deiectum[f] exterioris provectus culmen ascendi. Et pro
culpis meis in occupationis exilium a[g] facie Dominantis missus quasi destructae[h]
Thren. 1,16. Iudeae[i] vocibus cum propheta dico: 'Qui consolabatur me longe recessit a me'. Quod
vero causae et nominis similitudinem faciendo[1] per scripta vestra clausulas declama-
tionesque formatis[2], certe, frater karissime[k], simiam leonem vocas[l 3], quod eo modo
vos agere conspicimus, quo scabiosos saepe catulos, pardos vel tigres vocamus. Ego
enim, bone vir, quasi filios perdidi, quia per terrenas curas recta opera amisi.
Ruth 1.20. 'Nolite ergo me vocari Noemi, id est pulchram, sed vocate me Mara, quia amaritudine
Amos 6,13. plena sum'. Quod autem me dicitis scribere non debuisse, ut in agro Dominico cum
bubalis[m] arares, quia in ostenso beato Petro linteo et bubali et omnes ferae oblatae
Act. 10,13. sunt, scis ipse quia subiunctum est: 'Macta et manduca'. Tu ergo qui easdem bestias
needum mactaveras, manducare iam per oboedientiam quur[n] volebas? Aut nescis, quia
ea, de qua scripsisti bestia, oris tui gladio occidi[o] recusavit? Quas ergo per con-
punctionem occidere potueris, de illis necesse est, ut in tui desiderii fame satieris.

De causa autem fratrum nostrorum[4], ut scripsisti, ita futuram[p], si Deus adiuvet, aestimo, de qua modo serenissimis rerum dominis[5] scribere omnino non debui, quia in ipso initio non est a questibus inchoandum. Sed dilectissimo filio meo Honorato diacono[6] scripsi, ut oportuno tempore eis congrue suggerat et mihi responsum sub celeritate indicet.

e) ad *om. r 1.* f) delectum *r 1. 2.* g) a *om. r 1. 2* (exilio *r 2*). h) *corr. ex* distructae *r 1. 2.* i) viduae *R* 1, ed. G.* k) *corr. ex* karissimi *r 2;* carissime *R 1.* l) vocatis *R 1.* m) non *add. R 1 et ed. G.* n) cur *R 1.* o) easdem quas scripsisti bestias oris tuus gladius occidere *R 1 et ed. G.* p) futura *R 1.*

1) *Ita et Paulus diac. in Vita Gregorii cap. 1:* Non sine magno praesagio tale sortitus est nomen. Gregorius namque ex Graeco eloquio in nostra lingua Vigilator seu Vigilans sonat. Re etenim vera vigilavit sibi, dum divinis inhaerendo praeceptis laudabiliter vixit; vigilavit et fidelibus populis, dum doctrinae affluentis ingenio eis, quo tramite caelestia scanderent, patefecit. 2) *De clausula, rhetorica quadam sententia, vide Quintilianum lib. VIII c. 5, 14, qui dicit:* Turpe ac prope nefas ducunt, respirare ullo loco, qui adclamationem non petierit. Inde minuti corruptique sensiculi et extra rem petiti. 3) *Cf. de eadem figura ep. I, 5.* 4) *Fratres isti, ut opinor, Anastasius, episcopus Antiochenus, qui ab Iustino imperatore a sede sua repulsus erat, eiusque amici intellegendi sunt. Confirmant iudicium meum epp. I, 7. 27. quarum prior concludit:* Indico quia a serenissimis dominis quantis valui precibus postulavi, ut vos honore restituto ... Romam venire concedant. *Ep. I, 27 autem:* Indico suggestionem me apud piissimos dominos summis precibus plenam fecisse, ut *(Anastasium Romam)* transmittere debuissent. Sed quae causa contigerit, ut eadem scripta retinerem, praesentium lator vobis innotescet. *Quid dixerit lator epistolae, si mea coniectura certa est, ex ep. superiori scimus:* quia in ipso initio non est a questibus inchoandum. *His locis docemur quoque, epistolam nostram post ep. I, 7 scriptam esse, ita ut ordo registri invertatur. Aliam fratrum causam, de qua Gregorius in ep. III, 63 ad eundem Narsem scripsit, hoc initio pontificatus Gregorii iam extitisse, persuadere mihi non possum, cum ceterae epistolae illius non meminerint.* 5) *Serenissimi domini i. e. imperator. Alteserra p. 10 et ed. M. not. c. ad ep. I, 7 Mauricium eiusque filium Theodosium iam coronatum intellegunt. Sed plurali quasi maiestatico Gregorius utitur in epp. ad imperatores (cf. ep. VI, 61), cuius moris exemplum extat et in Libro diurno n. LVIII (ed. Rozière p. 105). Vide ibidem Baluzii notam.* 6) *Honoratus diaconus, ad quem in subsequentibus epistolis Gregoriis conpluria mandata direxit, Constantinopoli officio responsalis aut apocrisiarii fungebatur. Quo officio iam ante Gregorii pontificatum, ut videtur, vestitus erat.*

Domnum Alexandrum, domnum Theodorum, filium meum Marinum, domnam Esyciam[q], domnam Eudochiam et domnam Dominicam[r] mea peto vice salutari.[7]

I, 7.

Gregorius I. papa Anastasio episcopo (expatriarchae Antiocheno) de pontificatus occupationibus queritur. Significat ab imperatore (Mauricio) se petivisse, ut cum honore restituto Romam venire concedat. *590, Oct.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 7.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 7. — Iaffé Reg. 1074 (710).

GREGORIUS ANASTASIO EPISCOPO.

Epistolas beatitudinis vestrae ut fessus requiem, salutem eger, fontem sitiens, umbram aestuans accepi. Neque enim illa verba per linguam carnis videbantur expressa, sed[a] sic spiritalem amorem suum, quem gestabat, aperuit[b], ac si mens per se ipsam[c] loqueretur. Sed durum valde fuit, quod secutum est, quia amor vester terrena me portare onera praecepit et quem prius spiritaliter diligebatis, post[d], ut[e] aestimo temporaliter amantes, usque ad terram me superposito onere depressistis, ita ut mentis rectitudinem funditus perdens contemplationisque aciem amittens[f], non per prophetiae spiritum, sed per experimentum dicam: 'Incurvatus sum et humiliatus Psal. 118,107.
sum usque quaque'. Multis enim causarum fluctibus quatior et tumultuosae vitae tempestatibus affligor[g], ita ut recte dicam: 'Veni in altitudinem maris et tempestas Psal. 68,3.
demersit me'. Periclitanti igitur mihi orationis vestrae manum tendite, vos qui in virtutum litore statis. Quod vero me os[h] Domini, quod lucernam dicitis, quod multis prodesse perhibetis[i], hoc quoque mihi ad iniquitatum mearum cumulum accidit, ut cum vindicari in me iniquitas debuit, laudes pro vindicta recipiam. Quibus autem hoc in loco terrenarum rerum tumultibus premor, explere verbis nequeo, quod tamen colligere ex brevitate epistolae potestis, in qua ei[k] minus loquor, quem plus omnibus diligo[1].

q) Eusiciam *R 1.* r) Domnicam *r 1.*

I, 7 add. titulo Antiocheno *codd. rec. et edd.* a) sed *om. et superscr.* quia *R 1.* b) gestabant aperiebant *R 1.* c) ipsa *R 1.* d) postea *R 1.* e) tota *corr. in* totum *r 2.* f) ammittens *R 1.* g) adfligor *r 2.* h) us *r 1.* i) *corr. ex* perhibitis *r 2.* k) *superscr.* ei *R 1.*

7) Omnes domini dominaeque, quorum hic Gregorius nomina addit, in aula imperatoris quaerendi sunt. Viros Alexandrum et Theodorum (quem medicum imperatoris et expraefectum intellego) et ep. VII, 27 per Narsem salutat. Marinus in ep. eadem homo Gordiae (sororis imperatoris?) nominatur. Ibidem et de morte Esyciae dolet et Eudochiam Dominicamque salutat. Dominicam ep. III, 63 Latinam nominat, quam praepositam factam esse ep. VII, 27 gaudet, quia iam servire in labore terreni palatii non compellatur.

I, 7 Prius quam epistola I, 6 scripta, sed non transmissa, quia Gregorius consilium mutavit, ne imperatorem initio pontificatus sui questibus molestet timens (cf. ep. I, 6) et Anastasii animum et desiderium antea explorandum cupiens (ep. I, 27). Pro hac epistola post alia ep. I, 25 magnam in partem iisdem verbis expressa, missa est. — De Anastasio iam ab Iustino II. imperatore anno 570 deiecto et successore eius Gregorio vide Evagrii Hist. eccl. Lib. V. c. 5. 6 (et notam 37 Valesii ibidem). Ep. I, 24 Anastasius commode expatriarcha titulatur. Ceterum Gregorius eum patriarcham Antiochenum *epp. I, 25. (27) dicit, et verbis ipsis* patriarchis aliis paribus vestris *et* quia apud me semper hoc estis, quod ex omnipotentis Dei munere accepistis esse *indicat, se remotionem eius non agnoscere.* *1) Simili modo epistola Leandro Hispalensi episcopo scripta (ep. V, 53) finit:* ei parum loquor, quem magis omnibus diligo.

Praeterea indico, quia a serenissimis dominis[3], quantis valui precibus postulavi, ut vos honore restituto[4] ad sancti Petri, apostolorum principis, limina venire et, quousque ita Deo placuerit, hic mecum vivere concedat[1], quatenus dum vos videre meruero, peregrinationis nostrae tedium de aeterna patria invicem loquendo relevemus.

I, 8.

Gregorius I. papa Bacaudae, episcopi Formiensis, dioecesi adiungit ecclesiam Minturnensem. *590, Oct.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 8.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 8. — Iaffé Reg. 1075 (711).

GREGORIUS BACAUDAE EPISCOPO FORMIENSI.

Et temporis necessitas nos perurget et inminutio exigit personarum, ut destitutis eclesiis salubri[a] ac provida debeamus dispositione succurrere. Et ideo, quoniam ecclesiam Menturnensem[b] funditus tam cleri[c] quam plebis destitutam desolatione cognovimus, tuamque pro ea petitionem, quatenus Formianae ecclesiae, in qua corpus beati Herasmi[d] martyris requiescit, cuique[e] fraternitas tua praesidet, adiungi debeat, piam esse ac iustissimam praevidentes, necessarium duximus, consulentes tam desolationi loci illius, quam tuae ecclesiae paupertati, reditus supradictae ecclesiae Menturnensis[f] vel quicquid ei antiquo modernoque[g] iure vel privilegio potuit potestve[h] qualibet ratione[i] competere, ad tuae ecclesiae ius potestatemque hac praecepti nostri auctoritate migrare[k], ut a praesenti tempore sicuti de[l] propria quippe[m] ecclesia debeas cogitare eique competentia[n] tua provisione disponere, quatenus deinceps quod perire nuncusque potuit pauperum ecclesiae tuae utilitatibus clerique[o] proficiat.

I, 9.

Gregorius I. papa Petro subdiacono mandat, ut litem inter monasterium S. Theodori Panormitanum et homines iuris ecclesiae Romanae componat. Bacaudae xenodochi testamentum confirmat. *590, Oct.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 9.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 9. — Iaffé Reg. 1076 (712).

1) *ita r 1. 2;* concedant *R 1. Cf. epp. I, 6 not. 5 et I, 27 not. a.*

I, 8 Firmiensi, Firmianae *teste ed. M in cod. Reg. et plerisque Norm.* a) *sequitur in R 1 linea erasa sed nihil om.* b) Minturnensem *R 1; corr.* e *in* i *R 3.* c) clerus *r 1. 2 (corr. r 2 in* clericis*).* d) Erasmi *R 1. Cf. ep. I, 23.* e) quae (*om.* cui) *r 1.* f) Minturnensis *R 1; corr.* e *in* i *R 3.* g) moderoque *r 1.* h) potestateve *R 1.* i) qua liberatione *corr. in* qua libratione *corr. in* equa libratione *R 3.* k) migramus *R 1, r 1. 2; corr. in* migrare *R 3;* transmigrare *edd.* l) e *r. 1. 2, R 3.* m) quippe *om. r 1; delet R 1.* n) conpetentia *r 2.* o) plerisque *r 2, R*1, ed. pr.*

3) Cf. notam 5 ad ep. I, 6. 4) i. e. concesso usu pallii, ut ex ep. I, 27 liquet. Nam successore Anastasii Gregorio patriarcha constituto, in pristinam sedem reduci Anastasius non potuit.

I, 8 A Libri diurni formula IX (De adunandis ecclesiis) diversa. Consonant autem verba Et temporis . . . ideo *cum initio formulae VIII (Ut episcopus alterius civitatis in alia ecclesia possit incardinari). — De Bacaudis vide ep. I, 4 not. 2, quo accedunt B. episc. Toletanus saec. VI. et B. tribunus (Mediolanensis) in Cassidori Var. V, 25. Cf. Dietrich, Ueber die Aussprache des Gothischen, Marburg 1862 p. 38, qui hoc nomen et ex lingua Gothica explicat. Si idem est Bacauda noster et B. Constantinopolim 590, Oct. missus, hac re constat, epistolam hanc ante ep. 1, 4 scriptam esse. Utriusque igitur epistolae Octobri traditae ordo in registro invertendus est. — Formiae (Mola) et Minturnae (ad Lirim flumen) in Latio urbes propinquae, haud procul a Caieta, ubi hodie sedes episcopalis.*

I, 9 De Petro cf. epp. I, 1-3.

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO.

Gregorius servus Dei, presbyter et abbas monasterii sancti Theodori[1], in Sicilia provincia Panormitano territorio constituti, insinuavit nobis, eo quod homines fundi Fulloniaci[2], iuris sanctae ecclesiae Romanae, fines fundi Gerdinnae[a], collimitantis[b] eidem praefato fundo sanctae[c] ecclesiae[d], quos quieto iure per innumeros annos possederunt[e] velle[f] pervadere. Et ideo volumus accedentem[g] te ad Panormitanam civitatem[3] quaestionem ipsam tali ratione discutere, dominio rei apud possessorem, sicuti hactenus possessum est, videlicet permanente, ut si monasterium praefatum sancti Theodori fines, de quibus causatio mota est, inconcussis quadraginta annis possedisse reppereris, nullam deinceps etiam si quid sanctae Romanae ecclesiae competere[h] potuit, patiaris sustinere calumniam[i], sed quietem eorum[k] inconcussam modis omnibus procurare[l]. Sin vero actores[m] ecclesiae, non eos possedisse quadraginta annos[4] inconcusso iure monstraverint, sed aliquam intra tempora haec motam fuisse aliquando quaestionem eorundem finium, electis arbitribus tranquille et legaliter sopiatur. Nos enim non solum numquam mota suscitari volumus verum etiam quae prave foris admoventur[n] sopire modis omnibus festinamus. Ita ergo experientia tua cuncta faciat effectibus mancipari, ne qua post hoc huius rei ad nos quaestio revertatur.

Testamentum vero Bacaudae[o] quondam[p] xenodochi[5] in ea, qua conditum[q] est, volumus firmitate persistere.

MENSE NOVEMBRIO INDICTIONE IX.

I, 10.

Gregorius I. papa Honorato, diacono Salonitano, nisi contentionem cum (Natali) episcopo suo sedet, minatur, se eum Romam ad iudicium severum vocaturum esse.

590, Nov.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 10.
Edd. M: Lib. I. ep. 20; G: Lib. I. ep. 10. — Iaffé Reg. 1077 (722).

I, 9 a) Gerdinae *corr. in* Gerdinnae *r 1:* Gerdimiae *edd. M et G.* b) collimitantes *R 4* c) *scribere malim suprascriptae, reluctantibus quidem codd. Errorem autem in explicando compendio SSae saepius inveniemus.* d) *add.* Romanae *edd. G et M.* e) *corr. ex* possiderunt *r 1;* possiderunt *r 2.* f) vel *corr. in* velint *R 1.* g) accedente *r 1, ed pr.* h) conpetere *R 4.* i) *add. hic R 4:* quod res quae XL annis fuerint quiete, iure queant perpetualiter possideri. *Sine dubio glossema e margine insertum.* k) earum *R 4.* l) procurante *corr. in* procurate *R 1.* m) auctores *r 1, R 4 et cod. Corb. teste ed. M; add.* sanctae *edd. M et G.* n) ammoventur *R 1.* o) Uacaudae *r 1. 2 (corr.* u *in* b *r 1);* ut caude *R 4.* p) quoddam *R 4.* q) conditus *r 2.*

Mense *cet.* november *R 1; ceteri codd.* novb.; *sic menses ubique fere compendiis exprimuntur.*

1) Gregorium eundem propter neglegentiam poenitentem et deinde restitutum vides ep. V, 4. 2) Idem fundus Folloniacus *dictus in ep. XIII, 5. 3) Residebat igitur tunc, ut hoc loco apparet, Petrus Syracusis. 4) Cf. Iustiniani Novell. 131 cap. 6 (et Authenticam: Quas actiones, cap. de sanctis eccles.). 5) Xenodochis, ut monachis sine papae dispensatione testandi non fuit licentia, cf. ep. IX, 197. Xenodochium S. Theodori in civitate Panormitana nominatur ep. IX, 35.*

I, 10 Immerito Maurini hanc ep. a loco suo motam cum ep. I, 19 coniunxerunt. Ep. I, 19 in eadem quidem causa, sed tempore posteriori scripta est, cum iam gesta concilii, quo Honoratus damnatus erat, Romam deportata essent. Sic huic ep. I, 10 ordinem et tempus servamus. — Salona in Dalmatia, prope Spalato. — Causa intra Honoratum Natalemque plurimis epistolis sequentibus explicatur: vide epp. II, 20-22.

GREGORIUS HONORATO DIACONO SALONITANO.

Ea quae nobis[a] contra vos tu et episcopus tuus[1] contraria direxistis scripta doluimus agnoscentes, eo quod inter vos nihil[b] caritas recognoscit. Verum tamen te in officio ordinis tui amministrare praecipimus, et si illic potest superante gratia causa vestri scandali definiri, multum credimus vestrae animae adquisisse[c]. Sin vero ita discordia inter vos partes suas armavit, ut in tumore scandali voluntas vestra debeat remanere, tu ad nostram audientiam indifferenter occurre[d] et episcopus tuus pro se dirigat, quam elegerit[e] personam instructam, ut omnia subtili ratione perpensa constituere, quae visa fuerint partibus, debeamus. Scire vero te volumus, quod a te[f] districte quaesituri sumus, quia vel propriae ecclesiae vel ea quae de diversis ecclesiis cymilia sunt collecta, sub omni nunc sollicitudine et fide servantur[g]. Quod si quid ex eis vel neglegentia vel cuiusquam fraude[h] deperit, tu in hoc reatu constringeris, qui per archidiaconatus ordinem custodiae eiusdem ecclesiae artius implicaris.

MENSE DECEMBRIO INDICTIONE IX.

I, 11.

Gregorius I. papa Clementinam patriciam de morte Eutherii consolatur. Anatholium diaconum se ei mittere non posse addit. *590, Dec.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 11.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 11. — Iaffé Reg. 1078 (713).

GREGORIUS CLEMENTINAE PATRICIAE.

Epistolam gloriae vestrae suscipiens[a], quae de transitu Eutherii[b] quondam magnificae memoriae loquebatur, indicamus non minus animos nostros quam vestros esse tali merore confusos, eo quod opinionis probatae viros huic paulatim subtrahi mundo conspicimus, cuius ruina in ipsis iam causarum effectibus comprobatur. Sed huic nos sollerti decet conversionis cautela subducere, ne sua nos secum pariter ruina circumplicet. Et quidem amicorum nos amissio tanto debet tolerabilius contristare[c], quanto amissuros[d] nos illos conditio mortalitatis exposcit. Sed tamen amissum carnalis vitae subsidium potens est ille consolari, qui ut adimeretur permittendo concessit et ipse ad[e] locum qui destitutus erat, consolator accedere.

Diaconum vero Anatholium[f] [1], quem ad vos dirigi poposcistis[g], hoc nos facere non posse causae magis modus, quam rigoris austeritas facit. Vicedominum enim eum constituimus, cuius arbitrio episcopium commisimus disponendum.

I, 10 a) nos *corr. in* vos *r 2; vos in* nobis *R 1.* b) nichil *R 1 et sic passim.* c) acquisisse *R 1.* d) *corr. ex* occurrere *R 1.* e) *corr. ex* eligeret *r 2.* f) *add.* omnia *edd. M et G.* g) *corr. ex* serventur *R 1;* serventur *edd. pr. et G.* h) fraudem *r 1.*

I, 11 a) *corr. in* suscipientes *R 1.* b) Euterii *r 1. 2.* c) *corr. in* contristrari *r 2.* d) amissurus *r 2.* e) et *r 2.* f) Anatolium *r 1. 2.* g) poposcitis *r 2* (*R 1 corr. in* poposcistis).

1) Natalis.

***I, 11** Clementinam Neapoli degisse, iure ex ep. III, 1 coniciunt Maurini. Ideo epistola haec forsitan per eundem Stephanum, per quem ep. I, 14, Neapolim transmissa est. 1) An idem fuerit ac Constantinopolitanus apocrisiarius, quem postea in fine registri invenimus, in dubio relinquo.*

I, 12.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo de Urbe Vetere, iubet, ut iniuriarum in monasterium S. Georgii finem faciat. *590, Dec.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 12.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 12. — Iaffé Reg. 1079 (714).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO DE URBE VETERE.

Agapitus abbas monasterii sancti Georgii insinuavit nobis, plurima se a vestra sanctitate gravamina sustinere, et non solum in his, quae necessitatis tempore [1] aliquod monasterio possint[a] ferre subsidium, verum etiam in eodem monasterio missas prohibeatis[b] celebrari, sepeliri etiam ibidem mortuos interdicas. Quod si ita est a tali vos hortamur inhumanitate suspendi, et[c] sepeliri ibidem mortuos vel[d] celebrari missas nulla ulterius habita contradictione permittas[e], nec[f] denuo querelam, de his, quae dicta sunt, praedictus vir venerabilis abbas[g] deponere compellatur.

I, 13.

Gregorius I. papa Dominico, episcopo Centumcellensi, commendat Luminosam, quae post mortem Zemarci tribuni, mariti sui, comitivam dignitatem acceperit. *590, Dec.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 13.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 13. — Iaffé Reg. 1080 (715).

GREGORIUS DOMINICO EPISCOPO CENTUMCELLENSI.

Officii siquidem[a] sacerdotalis est, ut viduis ac maritali regimine desolatis impertire[b] solatia debeatis, ut unde in hoc mundo humana conditione privantur, sacerdotali tuitione possint remedia repperire. Quoniam ergo Luminosa honesta femina[c], relicta clarissimi Zemarci[f] tribuni [1], nostrae se post Deum tuitioni commisit, huic vos solatiari in quo sibi necesse fuerit, ammonemus nullusque sit ei de quolibet molestus articulo.

Sed quia cometivam[g] [2] illam, quam vir eius agendam[h] susceperat, nunc Theodoro palatino [3] concedente ipsi est mulieri, ut peragere[i] debeat, adtributum[k], vel quem ipsi placuerit, donec praesentis indictionis celebretur impletio, nullum eandem quousque

I, 12 a) possit *r 2, R 1 (corr. in* possint *R 1).* b) *ita in rasura r 1;* prohibetur *r 2, R 1.* c) *corr. in* ut *R 1.* d) vel *om. R 1.* e) permittatis *R 4.* f) ne *R 1.* g) *ita R 1. 4;* venerabilis a *r 2, sed delet* a; *om.* abbas *r 1;* Agapitus *edd. G et M.*

I, 13 Centumcellae *r 1. 2; corr.* Centumcellensi *ex* Centumcellensis *R 1;* Centumcellis *R* 1.* a) quidem *r 1.* b) impertiri *r 1; ita corr. R 1.* c) *compendium* HF, *quod optimi quique codd. hic praebent, transscribunt:* herilis femina *ed. M, quae codd. Vatic. Corb. Norm etc. citat;* honesta femina *edd. pr. et G;* honorabilis femina *ad marginem r 2. Cf. Marini I papiri diplomatici p. 369.* f) Zemarchi *edd. G. M.* g) cometibam *r 1. 2.* h) alendam *R 1.* i) peralere *R 1.* k) attributum *r 1; sic corr. R 1.*

I, 12 Urbs Vetus hodie Orvieto. Iam ep. II, 11 (591, Dec.) Candidus episc. Iohanni successerat. *1) Paulus diac. in Hist. Langob. Lib. IV. c. 32 ad annum 605 refert, inter alias civitates et Urbem Veterem a Langobardis invasam esse. Haec itaque verba ad hostilem invasionem referre nolim.*

I, 13 Centumcellis (nunc Civita Vecchia) Gregorium ante pontificatum suum a. 589 fuisse, constat ex Hom. in Evang. XXXVI § 13 (a. 592 Iun. 6. scripta) et Dial. IV. c. 27. *1) Tribuni sub magistris militum et ducibus erant. Vide Hegel, Ital. Städteverfassung I, 182.* *2) Cf. Hegel l. l. De alio comite Centumcellensi Theophanio (anni 589) dicit Gregorius in Hom. et Dial. l. l.* *3) De palatinis, qui sub comitibus sacrarum largitionum et rei privatae officio suo fungebantur, vide Bethmann-Hollweg, Gerichtsverf. p. 71.*

expleat inquietare permittas. Ita ergo facite, ut et Deum vobis faciatis pro rebus talibus debitorem, et noster huiuscemodi de impensis a vobis solaciis[1] propensius animus gratuletur.

I, 14.

Gregorius I. papa Demetrio, episcopo Neapolitano, scribit de Stephano, praesentium portitore, in communionem catholicam recepto et aliis lapsis, sociis eius, item in communionem recipiendis. *590, Dec.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 14.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 14. — Iaffé Reg. 1081 (716).

GREGORIUS DEMETRIO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Stephanus praesentium portitor, cum de quibusdam fidei capitulis eius a via veritatis nutaret intentio, pro huius rei dubietate a catholicae se ecclesiae communione suspenderat, donec eum Deus, veritatis index[a], ad viam rectitudinis revocaret. Quem recepta satisfactione in fidem catholicam communicasse cognoscas.

Sed quia[b] eum quosdam dubietatis suae socios[c] ibidem in Neapolitana civitate habere comperimus, hoc nobis de his quoque praefatus[d] Stephanus pollicitus esse dinoscitur, ut si eorum ambiguitatem animae nostrae interpositionis periculo sanaremus, ipsos etiam ad communionem catholicam sine mora posse vel replicatione converti. Pro qua re praesentibus epistolis ammonemus, nostra fide nostroque[e], sicut ipsi videntur[f] poposcisse periculo, eos in fidem catholicam communionemque suscipite, quibus potestis modis ad lucem de tenebris revocate, ne postquam ad nos huiuscemodi causa perlata est, si silentio praeterimus, de animabus eorum neglegentiae possimus subire iacturam.

I, 14 a.

Gregorius I. papa Maximo, abbati monasterii S. Andreae ad Clivum Scauri Romani, privilegium confert, quo defendit, ne loca vel praedia a se ante tres annos monasterio donata ab abbate vel ab aliis ex congregatione auferantur. *590, fin.*

Cod. Reg. Gregorii IX. papae an. XIV. n. 174.
Ed. Marini I papiri diplomatici p. 2. — Iaffé Reg. 1082 (724).

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei dilectissimo filio MAXIMO, abbati monasterii sancti Andree apostoli, qui appellatur Clivus Scauri, cuncteque eius congregationi Deo ibidem servientibus in perpetuum.

Conversionis mee primordia reducens ad animum, multum me monasterio sancti Andreae apostoli, cuius esse abbas dinosceris, invenio debitorem, propter quod in eo

1) solatiis *r 1.*

I, 14 a) iudex *edd.* b) quod ad *r 2.* c) socius *r 2.* d) prephatus *et sic passim R 1.* e) nostraque *r 2.* f) *corr. ex* videtur *R 1;* ipe videtur *r 1.*

I, 14 a Hoc diploma a multis priorum editionum mendis purgavit, adhibito codice Registri in tabellario Vaticano asservati, Marini l. l. Novam collationem magna cum liberalitate procuravit mihi Guido Levi Romanus.

I, 14 Missa per Stephanum. De Demetrii episcopi Neapolitani depositione vide ep. II, 6.

I, 14 a Hoc Gregorii diploma solummodo Gregorii IX. anni 1240, Nov. 15. (Potthast Reg. 10963) confirmatione traditum est. Authenticum in papyro conscriptum iam tunc paene deletum erat. Sed

monachicum habitum et conversandi sumpsi divine[a] potentie gratia protegente principium. Cui licet multa, sicut prefatus sum, debeam, hoc tamen munusculum privilegii humili interim offerre devotione prospexi. Statui enim et a meis successoribus servandum sine aliqua refragatione constituo, ut tam tibi, quam cunctis, qui in eodem monasterio gesserint abbatis officium, nullique de congregatione liceat, loca vel predia, que ante hos tres annos in suprascripto monasterio meo condonare visus sum[1], seu in antea a quibusdam ibidem sunt condonata, ex hoc distrahere liceat cuicumque, vel qui antistes fuerit, cui Deo auctore ecclesie deservimus, aut quicumque homo potens vel inferior alienare visus fuerit vel auferre conatus in proprium reduxerit, ante domini nostri Iesu Christi in examine diei magni adventus eius tribunal mecum ibidem rationem erunt facturi. Ipsum enim iudicem peto, qui est retributor omnium secundum proprios actus suos. Qui enim inventus fuerit monasterium meum defendere, iustitie tramitem sectans, a dextris inveniatur in locum lucis constitutus. Quia ad hoc me concedendum devotio suffulsit. Quia vero perpetuo tempore servari desidero adiciens decerno, ut hec in sua semper firmitate permaneant. Et hoc constitutum nullus qualibet exquisitione vel nitatur arte dissolvere. Quod si quis hanc in rem contrariam temptaverit mentem ostendere, cum beato Andrea apostolo et mecum se ante omnipotentem Deum rationem habere cognoscat, de cuius molitur luminaribus hec, que a nobis sunt ordinata, destruere.

Deus te custodiat incolumem dilectissime fili.

a) divina *cod.*

audiamus Gregorii IX. ipsius verba abbati et conventui *eiusdem suprafati* monasterii, *iam* S. Gregorii de Urbe *appellati directa:* Nuper in nostra presentia privilegium a beatissimo Gregorio papa vestro concessum monasterio exhibentes, nobis humiliter supplicastis, ut cum illud, quod est in papyro conscriptum, esset iam pre nimia vetustate pene deletum, ipsum sub bulla nostra apostolicis annotari litteris mandaremus. Nos igitur vestris precibus benigno condescendentes assensu et eidem monasterio, quantum cum Deo possumus providere volentes, tenorem prefati privilegii presentibus fecimus de verbo ad verbum litteris exarari. Dictus autem tenor talis est: Gregorius episcopus *cet. — De monasterio illo a Gregorio I. condito refert Iohannes diaconus in Vita Gregorii Lib. I. cap. 6:* Septimum intra Romanae urbis moenia sub honore sancti Andreae apostoli iuxta basilicam sanctorum Iohannis et Pauli ad Clivum Scauri monasterium in proprio domate (Gregorius) fabricavit. *Et paulo post:* Diuque desideratum monachicum capiens indumentum, primo sub Hilarionis deinde sub Maximiani venerabilium patrum regimine multis sibi sociatis fratribus regulari tramite militavit. — *Alterum eidem monasterio Gregorius I. privilegium constituit ep. VIII, 12. — Maximus abbas, quem Iohannes diaconus, ut supra legimus, Maximianum vocat, non diversus est ab illo Maximiano, quem mox Syracusis episcopum inveniemus (vide ep. II, 8), eodem Iohanne diac. (Vita Gregorii Lib. II. cap. 11) narrante:* Monachorum sanctissimos (Gregorius) sibi familiares elegit; inter quos Maximinianum, monasterii sui abbatem, quem postea Syracusis episcopum fecit, eique per Siciliam vices suas commisit. *Denique Gregorius ipse et in Homilia in Evang. XXXIV. § 18 (anno 592, Iun. 15) et in Dialogorum Lib. III. cap. 36 (anno 593, fin.) Maximianum dicit:* nunc Syracusanum episcopum, tunc autem mei monasterii patrem (atque presbyterum).

1) Haec donatio sine dubio referenda est ad diploma illud a Gregorio, adhuc diacono Romanae ecclesiae, anno 587, Dec. 28. constitutum, quod in praefatione sub Vita Gregorii imprimi fecimus. Hac donatione tempus nostri privilegii definitur.

MENSE IANUARIO INDICTIONE IX.

I, 15.

Gregorius I. papa Balbino, episcopo Rosellano, mandat, ut suscepto munere visitatoris ecclesiae Populoniensi presbyteros diaconosque ordinet. *591, Ian.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 15.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 15. — Iaffé Reg. 1083 (717).

GREGORIUS BALBINO EPISCOPO ROSELLANO.

Pervenit ad nos, quod Populonensis[a] ecclesia ita sit sacerdotis officio destituta[1], ut nec poenitentia[b] decedentibus ibidem nec baptisma praestari possit infantibus. Huius igitur tam piae[c] rei tamque necessariae mole permoti iubemus dilectioni tuae, ut huius praeceptionis auctoritate commonitus memoratae ecclesiae visitator accedas, ut[d] unum cardinalem[2] illic presbiterum et duos debeas diacones ordinare. In parroechiis[e] vero praefatae ecclesiae tres similiter presbiteros[f], quos tamen dignos ad tale officium veneratione vitae et morum gravitate pervideris[g] et quibus in nullo obvient constituta canonicae disciplinae, ut sanctae[h] cum digna cautela provideatur ecclesiae.

I, 16.

Gregorius I. papa Severum, episcopum Aquileiensem, cum sociis dubietatis Romam venire, ut in synodo iudicentur, (Mauricii) imperatoris auctoritate iubet. *591, Ian.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 16.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 16. — Iaffé Reg. 1084 (718).

GREGORIUS SEVERO EPISCOPO AQUILEIENSI.

Sicut gradientem per avia[a], carpentem denuo rectum tramitem, tota Dominus aviditate complectitur, ita demum de deserente[b] cognitam veritatis viam maiori merore, quam gaudio, quo de convertente lactatus fuerat, contristatur; quia minoris excessus est veritatem non cognoscere, quam in eadem agnita non manere. Aliudque[c] est quod ab errante committitur, aliud quod per scientiam perpetratur. Et nos siquidem

Mense *cet. Ita R 1; om. hanc notam r.*

I, 15 a) *corr. in* Populoniensis *R 1; corr. ex* Popolonensis *R 3.* b) poenitentiam *codd.* c) impiae *R 3.* d) et *R 1. 3.* e) paroeciis *corr. in* paroechiis *r 1. 2.* f) scilicet debes ordinare *add. supra lineam R 3.* g) *ita codd.;* praevideris *edd. G et M;* provideris *ed. pr.* h) *cf. ep. I, 9 not. c.*

I, 16 Aquilensi *manu post. corr. in* Aquilegensi *R 1.* a) abia *R 1.* b) deserentem *codd. et ed. princ.;* de deserente *scripsi cum edd. G et M.* c) aliutque *r 1.*

I, 15 Rosella, Rusellae, urbs Etruriae nunc diruta, cuius sedes episcopalis in vicinum Grossetum translata est. Populonae, Populoniae, item urbis Etruriae, ruinae in ora maris ex adverso Ilvae insulae extant; episcopatus eius iam est Massae Maritimae constitutus. 1) *De ultimo Populoniensi episcopo Cerbonio, qui Totilae tempore ad Ilvam insulam fugit ibique mortuus est, cf. Gregorii Dialog. Lib. III. c. 11.* 2) *Cardinalis presbyter i. e. proprius presbyter; cf. ep. IX, 71. Eodem modo sacerdos cardinalis dicitur, de quo fusius tractabimus ad ep. I, 77.*

I, 16 Per Gregorii legationem, milites cum uno tribuno et excubitore (cf. ep. I, 16 b) Aquileiam deducentem, hanc epistolam transmissam esse credo. — Aquileia, Venetiae atque Histriae metropolis (cf. Chronic. Grad. MG. SS. Langob. p. 393), quae sedes episcopalis post Gradensis (cf. epp. II, 45. XIII, 36), denique Utinensis fuit. — De Severi schismate vide notam, quam L. Bethmann ad Pauli Hist. Langob. Lib. III. c. 26 (MG. SS. Langob. p. 106) composuit et epistolam sequentem I, 16 a.

quantum reincorporatum[a] te iam pridem fuisse in unitatem[b] ecclesiae gavisi fueramus, abundantius nunc dissociatum a catholica societate confundimur[c] [1]. Pro qua re imminente[d] latore praesentium iuxta christianissimi et serenissimi[e] rerum domini iussionem[f] ad beati Petri apostoli limina cum tuis sequacibus[2] venire te volumus, ut auctore Deo aggregata[g] synodo[3], de ea quae inter vos vertitur dubietate iudicetur.

I, 16a.

Istriensium provinciarum episcopi in concilio adunati Mauricio imperatori suggerunt, ne metropolita eorum, Severus Aquileiensis archiepiscopus vi a Gregorio papa ad Romanam civitatem deducatur, iudicandus ab adversario trium capitulorum, cuius communionem devitent. Exponunt fidem suam, damnationi trium capitulorum consensum negantem, cuius coram imperatore opportuno tempore rationem reddere cupiunt. *591.*

Baronii Annales eccl. ad a. 590 n. XXVIII. — Harduini Acta conciliorum III, 524.

SUGGERENDUM DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO AC PIISSIMO DOMNO MAURICIO TIBERIO HUMILES VENETIARUM VEL SECUNDAE RETIAE INGENUINUS, MAXENTIUS, AGNELLUS, FONTEIUS, LAURENTIUS, AGNELLUS, FELIX, AUGUSTUS, IUNIOR ET HORONTIUS EPISCOPI.

Pietatis vestrae est, clementissime dominator, preces humilium sacerdotum imperiali dignatione suscipere, quod etiam supplices deprecamur per dominum Deum nostrum Iesum Christum, salvatorem omnium, per fidem catholicam et regnum quod

a) se incorporatum *r 2;* incorporatum *r 1.* b) unitate *R 1.* c) *corr. ex* confidimus *r 2.* d) imminente *R 1.* e) et serenissimi *om. R 1.* f) iussione *r 1.* g) adgregata *r 2.*

I, 16a Baronius libellum hunc una cum aliis epistolis a Nicolao Fabro Parisiensi sibi transmissum ex codice ms. bibliothecae Pithoeanae haustum credit. Pagius in notis ad Baronium (a. 590 n. XXVIII) hunc codicem iam suo tempore bibliothecae Colbertinae fuisse dicit, adiciens etiam: mendosus fuit codex, quo usus est Baronius, neque alium superesse scimus. *Eiusdem itaque ut videtur codicis post Harduino alium et melius quidem apographum procuravit Sirmondus. Quo codice Parisiis non reperto, nos subsidiis manuscriptis carentes, variam lectionem Baronii littera B, Harduini littera H signamus. — Praemittunt inscriptiones:* Sub Gregorio papa schismaticorum libellus supplex episcoporum ad Mauricium imperatorem *B;* Suggestio episcoporum Istriae, qui pro tribus capitulis ab ecclesia Romana dissidebant ad Mauricium imperatorem *H. Utramque a codice alienam puto. —* (Suggerendum) domno *B.* Mauritio *B. Om. post Maxentium* Agnellus *B.*

1) Severus anno 588. 589 per unius anni spatium Ravennae a Smaragdo exarcho retentus cum trium capitulorum damnatoribus communicaverat (cf. Paulum l. l. et epistolam sequentem). Quam communicationem et Gregorius ut conversionem laudibus tollit, et episcopi Severi suffraganei, trium capitulorum defensores, ut schisma damnaverunt. Severus autem, ut Paulus refert, mox synodo in Mariano convocata (c. annum 590), dans libellum erroris sui, in eorum, qui tria capitula venerabantur, communionem iterum receptus est. Itaque Gregorius trium capitulorum adversarius recte eum hac receptione a catholica societate dissociatum dolet. 2) Una cum Severo, ut Paulus l. l. refert, episcopi Iohannes Parentinus, Severus Tergestinus, Vindemius Cissensis et Antonius defensor Aquileiensis ecclesiae Ravennam ducti cum adversariis trium capitulorum communicaverant. Quos, tacente quidem Paulo, in synodo citata errorem suum damnasse conicere possumus. De his dicit Gregorius, cum sequaces Severi aliter omnes fuerint Venetiae atque Histriae episcopi. 3) Hanc synodum celebratam non esse iam ex Mauricii iussione (ep. I, 16b) satis apparet.

I, 16a Sine dubio paulo postquam epistola I, 16 Aquileiam venit, ad concilium ut hanc suggestionem scriberent convenerunt episcopi. Idcirco placuit hanc epistolam et iussionem Mauricii, quae eam subsecuta est, epistolae Gregorii I, 16 annectere. — De episcopis in concilio adunatis vide singulas notas ad calcem epistolae.

meruistis a Deo concessum, atque salutem dominorum filiorum vestrorum, quibus[a] perpetuum imperium Deo gubernante permanet, ut aditum inveniat supplicatio nostra apud pias aures vestras, et cum fiducia recurrentes ad principalia remedia, mereamur quae petimus impetrare. Nam etsi nos peccata nostra ad tempus gravissimo iugo gentium[b] summiserunt, auxiliante nobis Domino, nullo pondere pressurarum ab integritate catholicae fidei invenimur ullo modo titubare. Deinde nec obliti sumus sanctam rem publicam vestram, sub qua olim quieti viximus, et adiuvante Domino redire totis viribus festinamus. Suggerimus etenim, domine piissime princeps, scandalum ecclesiae, quod tempore divae memoriae Iustiniani principis totius mundi ecclesias conturbavit, nostrarum quoque provinciarum partibus ex tunc iam esse compertum, damnationem scilicet trium capitulorum, id est: epistolae venerabilis Ibae, episcopi Edessenae civitatis, personae quoque Theodori Mopsuestiae episcopi, atque scriptorum Theodoriti[c], episcopi Cyri, quae in sancta synodo Chalcedonensi recepta sunt[1], et Vigilio tunc[2] Romano praesuli, atque omnibus pene sacerdotibus damnatio ipsa, sicut revera contraria sancto Chalcedonensi concilio[d], execrabilis noscitur extitisse. Qui etiam Vigilius scripta sua per omnes provincias mittens, anathematis vinculis omnem populum obligavit, si quis damnationi trium capitulorum praeberet aliquando consensum[3]. Et licet postea imperiali pondere ad consensum damnationis capitulorum ipsorum paulatim singuli tunc fuerint coarctati, nostrarum tamen provinciarum venerandi decessores, quibus indigni successimus, praedicti quondam Vigilii instructionibus informati, ad hoc inclinare nullo modo potuerunt. Quorum nos exempla Deo propitiante servantes cum universo populo nobis credito, sequentes etiam in omnibus definitionem sancti Chalcedonensis concilii, defensioni capitulorum ipsorum et reverentiam exhibemus, et a communione damnantium cum divina gratia abstinere dinoscimur. Et dum Smaragdus, gloriosus chartularius[4], patrem nostrum sanctae memoriae Heliam, archiepiscopum Aquileiensis ecclesiae[5], pro causa ipsa pluribus[e] vicibus contristaret, cum nostro omnium consilio atque consensu direxit ad pia vestigia principatus vestri preces, supplicans, ut exspectata Dei misericordia, revocatis omnibus consacerdotibus synodi nostrae, in potestate[f] sanctae rei publicae ad vestrae clementiae praesentiam veniretur, et vestrum in causa ipsa exspectaretur iudicium. Quod pietas vestrae mansuetudinis ad mercedem et laudem imperii sui clementi dignatione suscipiens, iussionem suam dedit ad praedictum gloriosum Smaragdum, ut nullatenus quemquam sacerdotum pro causa communionis inquietare praesumeret, sed Dei misericordia operante sustineretur, quousque compressis gentibus, ad libertatem omnes sacerdotes concilii sub sancta re publica pervenirent. Deinde defunctus est memoratus archiepiscopus noster Helias[6].

Nos vero pro impetratis[g] precibus eiusdem cum omnibus populis nostris[h] ardentibus devotiores effecti, si fieri potuisset, eisdem diebus ad vestra certabamus redire vestigia, et gratias Deo retulimus, et pro vita imperii vestri, sicut ipse novit Dominus,

a) cum quibus *H.* b) *om. B.* c) Theodoreti *B.* d) sancti Chalcedonensis concilii *H.* e) *om. H.* f) potestatem *B.* g) *ita scripsi;* imperatis *B. H.* h) *om. B.*

1) i. e. in quarta universali synodo a. 451, quae tria capitula revera laudavit; cf. Victorem Tunnun. ad a. 542. 2) scil. tempore divae memoriae Iustiniani, ut supra dictum est. Concilium universale quintum Constantinopoli a. 553 Iustiniani imp. iussu celebratum est non consentiente papa Vigilio, qui cum decreta concilii despueret in exilium pulsus non prius Romam redire potuit, quam consensum concilio praeberet. 3) De quibus scriptis hic tractent episcopi, nescimus. 4) Cf. ep. I, 3 not. 2. Smaragdus a Paulo in Hist. Langob. semper exarchus nominatur. 5) Helias 572-587. De epistolis, quas a Gregorio adhuc diacono conscriptas Pelagius II. papa Heliae de tribus capitulis direxit, vide praefationem sub Vita Gregorii. 6) Anno 587. Igitur et episcoporum supplicatio et Mauricii iussio ad Smaragdum, quam utramque deperditam dolemus, paulo ante annum 587 scriptae sunt.

assiduas preces eius obtulimus maiestati. Post hoc, ordinato in sancta Aquileiensi ecclesia beatissimo archiepiscopo nostro Severo, quae contumeliae illatae sint, et quibus iniuriis ac caede corporali fustium, et qua violentia ad Ravennatem fuerit civitatem perductus atque redactus in custodia[a], quibusque necessitatibus oppressus atque contritus fuerit[1], potuit ad domini nostri pias aures sine dubio pervenire. Nos autem tam inauditis calamitatibus patrem et archiepiscopum nostrum, quod numquam sub christianis principibus[b] factum dinoscitur, cognoscentes afflictum, insanabilium dolorum sumus stimulis vulnerati. Nam in hoc tempore iterum cognovimus, reverendum papam Gregorium ad eiusdem patris nostri exhibitionem misisse cum sacratissima vestrae pietatis iussione, ut pro causa ipsa communionis ad Romanam deberet civitatem deduci. Quod audientes, quamvis certi essemus, talem iussionem domini nostri specialiter adversariorum improba importunitate subreptam, contabuimus, et contriti atque luctu gravissimo sauciati, ad ultimam desperationem pervenimus, ut ad illius iudicium metropolita noster cogeretur occurrere, cum quo causa ipsa esse dinoscitur, et cuius communionem ab initio motionis causae huius usque nunc decessores nostri et nos cum omni populo evitamus. Et quidem memoratum beatissimum archiepiscopum nostrum frequenti contestatione convenimus, ne nobis absentibus et a se ad praesens divisis, de communi causa ecclesiae aliquid audeat definire, quoniam, piissime domine, sic accensi sunt omnes homines plebium nostrarum in causa ista, ut ante mortem perpeti, quam ab antiqua catholica patiantur communione divelli.

Revera, clementissime dominator, fidem catholicam conservantes et Chalcedonensis concilii definitiones in omnibus venerantes, ut quibuslibet occasionibus contristentur, nec Deo, nec vestrae pietati placere credendum est. Ergo, mitissime dominator, totius concilii[2] nostrae parvitatis haec est deliberatio, sicut et eidem patri et archiepiscopo nostro scripsimus, ut pro reddenda ratione communionis nostrae, contrito[c] Dei iudicio[d] iugo barbarico, opportuno tempore ad vestrae pietatis vestigia occurramus, habentes prae oculis exempla fidelia quibus edocti sumus, cum omnes intentiones[3] sopitae sunt. Sic Theodosii senioris Constantinopolitana synodus Deo propitiante sedatis est scandalis confirmata, sic deinde Ephesina prima synodus[4], divae memoriae Theodosio iuniore disponente, bene noscitur definita, sic ad postremum praesentia Marciani[e] divi principis, abscissis omnibus scandalis, pax catholica in Chalcedonensi concilio[5] reformata est. Nam per absentiam christianissimorum principum in Ephesina secunda episcoporum congregatione[6] a[f] Dioscoro Alexandrino Flavianus sanctissimus regiae vestrae urbis episcopus veritatem catholicae fidei defendens occisus est, aliique episcopi assertores orthodoxae fidei iniuste[g] deiecti sunt, et scandalum ecclesiae pessimum generatum est, quod cum magno labore postea divae memoriae Marcianus imperator, avus vestrae pietatis[7], sua praesentia in sancto[h] Chalcedonensi concilio amputans, catholicam pacem universali[i] ecclesiae restauravit.

a) custodiam *B.* b) christiano principe *B.* c) contenti *B.* d) *add.* in *B. H.* e) Martiani *B et sic semper.* f) in *B.* g) in custodia *H.* h) *om. H.* i) universalis *B.*

1) De Smaragdi iniuria in Severum cf. Pauli Hist. Langob. Lib. III. c. 26. 2) False Pagius in notis ad Baronium hoc concilium idem intellexit, quod in Mariano (vide notam 1 ad ep. I, 16) coactum a Paulo synodus decem episcoporum nominatur. Revera et ad concilium nostrum decem episcopi, ut subscriptiones suggestionis docent, convenerunt. Sed synodus in Mariano necessarie epistolam Gregorii ad Severum (I, 16) praecedit, nostrum autem concilium post ep. I, 16 ut patet celebratum est. Cf. et quae Mansi in nota ad Baronium l. l. et in Conciliorum coll. X, 466 Pagio opposuit. 3) intentio i. e. contentio; sic saepius. 4) Secunda universalis synodus a. 381; tertia a. 431. 5) Quarta synodus universalis a. 451. 6) a. 449, quae latrocinium Ephesinum nominari solet, cuique ut recte scribunt episcopi neque Theodosius II. neque Valentinianus III. adstiterunt. 7) Nusquam alibi refertur Mauricium Marciani imp. ex stirpe

Hoc tantum prostrati deposcimus, ut quia misericordia Dei circa sanctam rem publicam operante, in meliori[a] statu Italiae partes, laborante fideliter glorioso Romano patricio[1], dignanter perduxit, et credimus nos celeriter devictis gentibus ad pristinam libertatem reduci[b], cesset violentia militaris, quam vestro felicissimo tempore Deus fieri non permittat, sint induciae, et cum iussione sacratissimi imperii vestri parati erimus ad pedes vestrae pietatis occurrere, et nostrae fidei atque communionis plenam reddere rationem. Nam cum quo nobis ipsa causa est, et quem in communione vitamus, iudicem experiri non possumus. Quod etiam sacratissimis legibus vestris statutum est, nullum posse iudicem esse in causa, qua adversarius comprobatur[2]. Sed sicut semper Deus praesentia christianorum principum intentiones ecclesiasticas sedare dignatur, hoc et nunc fieri supplicamus. Etenim si aliter, clementissime domine, actum fuerit, ut archiepiscopum nostrum, quod absit, ad Romanam contingat violenter exhiberi ecclesiam, spes iam nulla erit conservandae iustitiae, sed tantum pondus gravissimae violentiae.

Suggerimus etenim, pie dominator, quia tempore ordinationis nostrae unusquisque sacerdos in sancta sede Aquileiensi cautionem scriptis emittimus studiose de[c] fide ordinatoris nostri: nos fidem integram sanctae rei publicae servaturos. Quod ipse novit Dominus nos fideliter toto corde et[d] servasse, et huc usque iugiter conservare. Si conturbatio ista et compulsio praesentibus[e] iussionibus vestris remota non fuerit, si quem de nobis, qui nunc esse videmur, defungi contigerit[f], nullus plebium nostrarum ad ordinationem Aquileiensis ecclesiae post hoc patietur[g] accedere. Sed quia Galliarum archiepiscopi vicini sunt, ad ipsorum sine dubio ordinationem accurrent[h], et dissolvetur metropolitana Aquileiensis ecclesia sub vestro imperio constituta[3], per quam Deo propitio ecclesias in gentibus possidetis[i], quod ante annos iam fieri coeperat, et in tribus ecclesiis nostri concilii[4], id est, Beconensi[k], Tiburniensi, et Augustana[5] Galliarum episcopi constituerant sacerdotes. Et nisi eiusdem tunc divae memoriae Iustiniani principis iussione commotio partium nostrarum remota fuisset, pro nostris iniquitatibus pene omnes ecclesias ad Aquileiensem synodum pertinentes, Galliarum sacerdotes pervaserant. Ergo, domine pie, quia semper piissimorum princi-

a) meliore *H.* b) deduci *B.* c) studio sed (fide) *H.* d) *om. H.* e) piis *B.* f) contingeret *B.* g) pateretur *B.* h) occurrent *H.* i) possidet ut *B.* k) Bremensi *B.* *Cf. et Bollandum in AA. SS. 5. Febr. ad Vitam S. Ingenuini ep. Sabionensis, qui* Breonensi, aut Breunensi, aut Brennensi *scribit, et Pagium ad Baronium.*

fuisse. Contra narrat Evagrius (Hist. eccl. V. c. 19): Μαυρίκιος ἕλκων μὲν γένος καὶ τοὔνομα ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης· ἐκ δὲ τῶν προσεχῶν πατέρων, Ἀραβισσὸν πατρίδα ἐπιγραφόμενος τοῦ Καππαδοκῶν ἔθνους. Marcianus autem natione Thrax fuit. Cf. Theophylactum et Theophanem (edd. Bonn. p. 330. 445), ubi Mauricius imp. a plebe seditiosa Μαρκιανιστής appellatur, i. e. ut Theophylactus, nescio quo iure, explicat, Marcionis haeresis studiosus.

1) qui inde ab anno 590 exarchatum administravit. *2) Cf. legem in Iust. Codice III, 5.* *3) Vide Chronic. Grad. (MG. SS. Langob. p. 393):* (In synodo temporibus Tyberii Constantini ab Helia patriarcha Aquileiensi congregata in Gradensi castro statuta est) ecclesia Gradensis caput et metropolis totius provinciae Histriensium et Venetiarum, cuius Venetiae terminus a Pannonia usque ad Adam fluvium protelatur. *Cf. et infra Mauricii iussionem, quae de episcopis Istriae seu Venetiarum agit.* *4) Sub voce concilii, cf. lin. 28 et p. 18, lin. 28. 34, ut credo, provinciam metropolitanam intellegunt. Nam in concilio eorum proprie dicto episcopi ecclesiarum trium, quas citant, praesentes non fuerunt.* *5) Tiburniensis eccl. est Debern in Lurnfeld in Carinthia, (Leonianus episc. a. 579 in Chron. Grad. l. l.); Augustana Augsburg esse videtur. Beconensem autem eccl. et repulsa a Pagio lectione Breonensi, quam Bollandus ex Breonum gente (ad Brennum montem) explicavit, incertam relinquo, nec Poetovio (Pettau), nec Petena (Salzburg) accipi possunt. Cf. Glück, Die Bisthümer Noricums (Sitzungsb. d. Wiener A. 1855) et Huber, Die ecclesia Petena (Arch. f. Oest. G. XXXVII).*

pum fides pro tranquillitate ecclesiae vigilavit, et hoc studio repensante Deo, contrariae gentes divina manu compressae sunt, mereamur nos humillimi sacerdotes supplicationis nostrae sortiri effectum. Nam qui aliter pio[a] domino nostro subrepere cupiunt, nec Dei iudicium habent prae oculis, nec utilitatem sanctae rei publicae vestrae, seu opinionem pii imperii, quam lacerari non metuunt de murmuratione totius populi partium istarum, qui persecutionem evidenter christianis fieri suspicantur. Praesentem igitur supplicem relationem confidenter direximus, quam pia clementia dignetur placida aure recipere, ut effectum nostrae supplicationis Deo vobis aspirante sortiri, pro quiete matris nostrae Aquileiensis ecclesiae, sacratissimis iussionibus reveletur[b], et pro incolumitate domini nostri, ac dominorum filiorum vestrorum domino Deo nostro iugiter supplicemus.

Et[c] subscriptio:

Ingenuinus, episcopus sanctae ecclesiae Sabionensis[d] [1], hanc relationem a nobis factam subscripsi.

Maxentius, episcopus sanctae ecclesiae Iuliensis [2], ut supra.

Laurentius, episcopus sanctae catholicae[e] ecclesiae Bellunatae [3], ut supra.

Augustus, episcopus sanctae catholicae Concordiensis ecclesiae [4], ut supra.

Agnellus, episcopus sanctae Treientinae[f] [5] ecclesiae, ut supra[g].

Agnellus[g], episcopus sanctae Acelinae[h] [6] ecclesiae, ut supra.

Iunior [7] episcopus sanctae ecclesiae catholicae Veronensis, ut supra.

Fonteius [8], episcopus sanctae Feltrinae ecclesiae, ut supra.

Felix, episcopus sanctae Tervisianae ecclesiae [9], ut supra.

Horontius, episcopus sanctae catholicae ecclesiae Vetetinae[i] [10], ut supra.

I, 16b.

Mauricius imperator Gregorio I. papae interdicit, ne Severum episcopum Aquileiensem sociosque eius sollicitet, qui tribus epistolis supplicaverint, ne Romam ad iudicium ire cogantur. *591.*

Baronii Annales eccl. ad a. 590 n. XXVIII. — Harduini Acta conciliorum III, 527.

a) *om. H.* b) relevetur *B. H.* c) *om.* et *B.* d) *ita apographum Sirmondi;* secundae Retiae *B. H.* e) *om. B.* f) Traientinae *B. Add. ad marg.:* Tridentinae *H*, Parentinae *B.* g) Agnellus . . . supra *om. B.* h) Aquilinae *add. ad marg. H.* i) Venetinae *B.*

I, 16b Ex eisdem mss. protulerunt Baronius (B) et Harduinus (H) ex quibus et epist. praecedentem; vide

1) *Seben; episcopatus nunc est in Brixen. De Sabione Ingenuinum vocat et Paulus (Lib. III. c. 26). Sed idem* Ingenuus episcopus secundae Retiae *concilio subscribit in Chron. Grad. l. l. Itaque fide dignam putarem lectionem Baronii, nisi confusione quadam ex inscriptione huius suggestionis orta videretur* 2) *Zuglio prope Tolmezzo; idem Maxentius a Paulo et in Chr. Grad. citatur.* 3) *Belluno, quae sedes postea cum Feltrensi unitur; idem Laurentius et apud Paulum.* 4) *Concordiae (prope Mirandolam) in Chr. Gradensi et a Paulo episcopus Clarissimus nominatur. Augustus itaque paulo ante hoc concilium sedem episcopalem ascenderat.* 5) *i. e. Tridentinae; cf. Paulum et Chr. Grad.* 6) *Asolo; cf. Paulum.* 7) *Iunior et a Paulo citatur.* 8) *Et a Paulo et in Chron. Gradensi memoratur.* 9) *Paulus Rusticum de Tarvisio citat; Felix itaque tempore concilii pontificatum modo inierat.* 10) *Idem Vicentinus melius a Paulo nominatur.*

I, 16b Epistolae huius authenticum latine conscriptum fuisse forma tituli et conclusionis satis docet. Vide titulum Iustini II. constitutionis ad Theodorum a. 570, Mart. 1. (Corp. iur. civ. ex libro Iuliani) ita incipientem: Imperator Caesar Flavius Iustinus, fidelis in Christo, mansuetus, maximus, benefactor, Alamannicus, Gotthicus *cet. et eiusdem edictum ap. Evagrium Lib. V. c. 4. Invocationem autem huic edicto et*

IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI IESU CHRISTI IMPERATOR CAESAR FLAVIUS MAURICIUS TIBERIUS, FIDELIS IN CHRISTO, PACIFICUS, MANSUETUS, MAXIMUS, BENEFICUS, ALAMANNICUS, GREGORIO VIRO SANCTISSIMO ET BEATISSIMO ARCHIEPISCOPO ALMAE URBIS ROMAE AC PATRIARCHAE.

Mansuetam[a] et Deo placitam vestram sanctitatem scientes, et quod recte catholicae nostrae ecclesiae dogmatum omnibus doctrinam exercetis, scire vos volumus, quod episcopi Istriensium provinciarum, per clericos aliquos ad nos directos suggestiones nobis transmiserunt, unam episcoporum civitatum et castrorum, quos Longobardi tenere dinoscuntur, aliam Severi, Aquileiensis episcopi, aliorumque episcoporum, qui cum illo sunt, et tertiam solius eiusdem Severi[1]. In quibus omnes dixerunt, tuam beatitudinem milites ad illos transmisisse cum uno tribuno et excubitore[2], necessitatem imponentes praefato reverentissimo Severo et testibus episcopis, ut ad tuam beatitudinem perveniant propter diversam voluntatem, quam habent ad sacra et catholica dogmata sacrosanctae nostrae ecclesiae. Et supplicaverunt nos inducias ad hoc sibi fieri et nullam eis interim necessitatem imponi ad vestram sanctitatem pervenire, dicentes[b], quod tempore opportuno ad hanc sacratissimam urbem accedentes per scipsos suggerere nobis habent, quae sibi obstare videntur. Quia igitur et tua sanctitas cognoscit praesentem rerum Italicarum confusionem et quod oportet temporibus competenter versari, iubemus tuam sanctitatem nullam molestiam eisdem episcopis inferre, sed concedere eos otiosos esse, quousque per[c] providentiam Dei et partes

ibidem notam. — Praemittit titulo: Mauritii epistola ad sanctum Gregorium papam *B.* — In nomine *cet.* Mauritius *B.* Alammanicus *H.* *Titulum* papae *(B. H) in* patriarchae *mutari, qui solus cum more scrinii imperialis consentit. Cf. Iustiniani imp. epistolam in Corp. iuris, Cod. I, 1, 8 (anni 533, Iun. 6), et Iustini I. imp. rescripta apud Thiel. Epp. Rom. Pont. I. p. 861. 941. Episcopi autem Constantinopolitani titulus erat in epistolis imperialibus:* τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ *(cf. Codicem Iust. I, 1, 7; I, 4, 34 et Novv. 3. 5. 6. 7. 9. 16. 41 cet.). Iisdem verbis in latinum traductis ornaverunt episcopum Romanum, adiecto solummodo nomine Romae et omissa appellatione oecumenici. Vox papa autem hoc tempore adhuc eodem sensu ac episcopus adhibebatur.*

a) *Ita scripsi, quamquam H. B* consuetam *incipiunt.* b) *Ita conicio;* et licenter *B;* ut licentes *H; notat autem H ad marg.:* Ita Sirmondi apographum sed mendose, ut ipse admonet. c) per *adieci.*

pluribus Iustiniani imp. epistolis praemissam in Corp. iur. invenis. De Gregorii titulo iam supra in varia lectione tractavimus. Conclusionem denique: Divinitas te servet per multos annos *cet. praebet et Iustiniani ep. a. 533, Iun. 6. (Cod. I, 1, 8) et eiusdem Novv. 7. 121 a. 539 Apr. 15. et a. 541, Apr. 15. (quibus epistolis graece scriptis lingua latina haec verba adiecta sunt) et pragmaticum Tiberii a. 581, Aug. 11. (ex libro Iuliani in Corp. iur. receptum). Conclusio autem, quam imperator ipse manu sua epistolae alioquin a cancellario scriptae adiecit, notam prae se fert:* Et subscriptio. *Item et Iustiniani epistola (Cod. I, 1, 8), quippe quae in collectione Avellana tradita haec verba praemittit:* Et alia manu. *(Cf. Codicem ed. Krüger). Eodem modo et epistolae Iustini et Tiberii modo citatae afferunt notam:* Et subscriptio imperialis. — *Mauricium se Alamannicum appellasse cum numquam bellum cum Alamannis gessisset, non mirum est. Solebant se imperatores his inanibus nominibus ornare, et ita e. g. Tiberius una cum Mauricio Caesare appellatione hac pompatica usus est (in Pragmatico a. 581 supra citato):* In nomine Domini Iesu Christi. Imperator Caesar Flavius Tiberius Constantinus, in Christo mansuetus, maximus, benefactor, et Flavius Nob. Tiberius Mauritius, felicissimus Caesar, Alamannicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Wandalicus, Africanus, pius, felix, inclitus, victor et triumphator, semper augustus. — *In ep. II, 45 Gregorius huius Mauricii iussionis mentionem facit.*

1) *Trium harum epistolarum prima tantum in ep. praecedenti servata est.* 2) *Hoc omittit epistola praecedens, quae de vi ac violentia militari quidem dolet, sed de tribuno et excubitore nihil refert. De excubitoribus cf. notam ad ep. I, 31.*

Italiae paccaliter[a] constituantur et ceteri episcopi Istriae seu Venetiarum iterum ad pristinum ordinem redigantur. Tunc enim perfectius omnia pro pace et diversitate dogmatis cum antecedentibus suis[b] orationibus corrigentur. Et[c] subscriptio: Divinitas te servet per multos annos, sanctissime ac beatissime pater[d].

I, 17.

Gregorius I. papa universis Italiae episcopis mandat, ut mortem Authari, regis Langobardorum catholicae fidei infesti, respicientes, Langobardos, ne in haeresi Arriana filios relinquant, adhortentur. *591, Ian.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 17.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 17. — Iaffé Reg. 1085 (719).

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS ITALIAE.

Quoniam nefandissimus Autharith[a] in hac quae nuper exempta[b] est paschali[c] sollemnitate[1] Langobardorum filios in fide catholica baptizari prohibuit — pro qua culpa eum divina maiestas extinxit[d], ut sollemnitatem paschae alterius non videret[2] — vestram fraternitatem decet, cunctos per loca vestra Langobardos[e] ammonere, ut quia ubique gravis mortalitas imminet, eosdem filios suos in Arriana haeresi baptizatos ad catholicam fidem concilient, quatenus viam super eos Domini omnipotentis placent. Quos ergo potestis ammonete, quanta[f] virtute valetis eos ad fidem rectam suadendo rapite, aeternam eis vitam sine cessatione praedicate, ut cum ad districti veneritis conspectum iudicis possitis ex vestra sollicitudine lucrum in vobis ostentare pastoris[g].

I, 18.

Gregorius I. papa Petro subdiacono mandat, ut Marcello in monasterio Panormitano poenitenti victum vestitumque porrigat et ecclesiis Siculis, quarum sacerdotes lapsi sint, alios praeficiendos curet. *591, Ian.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 18.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 18. — Iaffé Reg. 1086 (720).

a) paccal. *librarius scripsisse videtur, unde apographum Baronii* pace aliter, *Harduini* paccales. b) tuis *H.* c) *add.* sua *B.* d) *add.* explicit *B.*

I, 17 a) Authari *corr. in* Autharit *R 1;* Autaris *ed. G;* Autharit *ed. pr. et M. Cf. idem nomen in ep. VII, 23.* b) expleta *edd. G et M. Cf.* exemto anno *in Pauli diac. Hist. Lang. III. c. 26 (SS. Langob. p. 106).* c) paschalis *r 1. 2 (corr. in* paschali *r 2).* d) extincxit *(sed eradit* c*) R 1.* e) Longobardos *R 1, ed. pr.* f) *corr. ex* quanto *R 1.* g) *add.* et cetera *ed. pr.*

I, 17 1) Pascha anni 590 mense Mart. die 26. fuit. Vox nuper *ita adhibita temporis spatium admodum longum significat, id quod non miramur, legentes in Dialog. III. c. 8 Gregorium dicentem de Constantio, Aquinae civitatis episcopo, qui* nuper *praedecessoris sui tempore b. m. Iohannis papae defunctus sit. Hic enim* nuper *anno 593 scriptum ad annum 560-573 spectat.* *2) Authari, Langobardorum rex, 590, Sept. 5. decessit, ut refert Paulus diac. in Hist. Langob. Lib. III. c. 35 (SS. Langob. p. 113):* Rex Authari apud Ticinum nonas Septembris veneno, ut tradunt, accepto moritur. *Pascha autem anni 591 in diem 15. mensis Apr. incidit.*

I, 18 De Petro subdiacono vide ep. I, 1.

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO.

Insinuatum nobis est, Marcellum Barunitanae[a] ecclesiae[1] ibidem in civitate Panormitana in monasterio sancti Hadriani[b] in poenitentiam deputatum, non solum victus necessitatem pati, sed et nuditatis nimiam sustinere molestiam. Pro qua re necesse habemus strenuitati tuae praesenti iussione praecipere, ut ipsi pro victu ac vestimento stratoque vel continentiam[c 2] pueroque eius annuam[d 3], quantum prospexeris sat esse, constituas, ut inopia nuditasque eius tali providentia possint habere consultum, ut ea quae eidem viro deputaveris[e] tuis postmodum possint rationibus[4] imputari. Ita ergo fac, ut et nostram iussionem impleas, et tu quoque hoc ipsum bene disponendo hac ipsa possis participari mercede.

Praeterea hoc tibi indagandum mandare curavimus, veteri quae iam inoleverat[f] consuetudine postposita, ut si quae civitates in Sicilia provincia pro peccatis per sacerdotum lapsus a pastorali regimine vacare noscuntur, de clero ecclesiarum ipsarum, vel ex monasteriis[g], si qui digni ad sacerdotalem locum possunt inveniri, perspicias[h] et ad nos inquisita primitus morum gravitate transmittas, ut grex uniuscuiusque loci per pastoris lapsum inveniri non debeat longo tempore destitutus[i]. Sin[k] vero vacantia quidem loca reppereris[l] et nullus tali dignitati[m] ex eadem ecclesia congruus invenitur, ad nos similiter inquisitione sollerti renuntia, ut[n] Deus, quem dignum[o] talibus ordinationibus iudicaverit, valeat providere[p]. Non enim oportet, ut unius excessu grex Dominicus per praerupta[q] possit sine pastore diffluere[r]. Ita enim et locorum ordinatio provenit[s] et[t] revertendi lapsis ad gradum priorem, quo melius paeniteant[u], suspicio[v] non manebit.

I, 18 a) Barulitanae *R 1; (ita et test. M in uno Vatic.; in alio* Barolitanae); Barbicanae *al.* Barubicanae *ed. G.* b) Adriani *R 1. Cf. ep. XIII, 5 ubi omnes codd. idem monasterium* sancti Adriani *scribunt.* c) ad continentiam *r 1;* vel continentia *r 2;* vel (*corr. in* ad) continentiam *R 1; om.* ad *ed. pr.;* ad continentiam *edd. M. G.* d) annonam *edd. G et M;* annonam annuam *ed. pr.* e) deputaberis *R 1.* f) inoleberat *r 2, R 1.* g) vel ecclesiis (*om.* ex monasteriis) *r 1.* h) praespicias *corr. in* perspicias *r 2;* respicias (*superscr.* vel perspicias) *R 1.* i) destituta *r 1; sic corr. in* destitutus *r 2.* k) si *edd. M. G.* l) repperieris (*sed delet* i) *r 2.* m) dignitate *edd.* n) renuntiavit *corr. in* renuntia ut *r 2;* renuntiabis *corr. in* renuntia *et add. manu post.* ut *R 1.* o) quae digna *r 2.* p) provideri *r 1 et add. ad marginem R 1.* q) praesumpta *r 1. 2.* r) disfluere *R 1.* s) proveniet *r 2.* t) *corr. ex* ut *R 1.* u) *ita corr. ex* paenitent *r 2, R 1.* v) suspicia *r 1.*

1) *Barunitana ecclesia, cuius alibi nulla fit mentio in urbe Panormo fuit. Cf. de significatione vocis civitas i. e. urbs Gregorii Dialog. Lib. I. c. 5 ubi de Anconitana* urbe *dicitur:* iuxta eam civitatem monasterium situm esse *cet.* 2) *De voce continentia i. e. sustentatio cf. ep. I, 44:* Liberato annuam continentiam a te volumus fieri, cuius continentiae summam ipse aestima, *et ep. III, 28:* eminentiae vestrae tuitionem et continentiam praestolatur. *Nostro loco ut in ep. I, 44 proprie continentia pecuniam significare videtur.* 3) *Aut annuam continentiam per elisionem dictam intellegere, aut annua corrigere debemus. Annua autem, ut docet Forcellini, ea sunt, quae alimentorum causa praebentur alicui quotannis.* 4) *Libri rationum, in quibus omnia et quae receperint et quae persolverint rectores patrimonii Romanae ecclesiae singulatim adnotabantur, per indictiones ut videtur aut ab rectoribus ipsis aut ab missis eorum Romam relatae sunt. Vide ep. IX. 84 Anthemio subdiacono, rectori patrimonii in Campania, scriptam:* tempore, quo rationes tuas positurus adveneris *cet., et ep. I, 42 Petro nostro directam:* ut renuntiata nobis (summa) in tuis possit rationibus imputari. De praesenti vero (nona) indictione iam a filio nostro Servo-dei diacono percepi. *Denique ep. II, 38 ad eundem Petrum:* rationes omnes (i. e. nonae ac decimae indictionis) pariter deporta.

I, 19.

Gregorius I. papa Natali, episcopo Salonitano, praecipit, ut Honoratum archidiaconum in pristinam dignitatem restituat. Manentes in discordia ad suum iudicium vocat. *591, Ian.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 19.
Edd. M et G: Lib. I. ep. 19. — Iaffé Reg. 1087 (721).

GREGORIUS NATALI EPISCOPO SALONITANO.

Gesta quae nobis in concilii vestri confecta secretario direxistis[a], in quibus[b] archidiaconus Honoratus addicitur[c], plena[d] esse cognovimus semine iurgiorum, cum uno eodemque tempore una[e] persona nolens ad sacerdotii ordinem provehitur, quae tamquam[f] inmerita[g] a diaconatus officio removetur[h]. Et sicut iustum est, ut nemo crescere compellatur invitus, ita censendum puto similiter, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deiciatur iniuste. Verumtamen quia inimica Deo discordia tuas partes excusat[i], locum et amministrationem suam Honorato archidiacono[k] restituas[l] commonemus[m], atque concordes divinis ministeriis competentia exhibete servitia. Audientiae[n] et quaestioni nostrae, si adhuc inter vos causa nutritur scandali, praedictus archidiaconus occurrat ammonitus, atque dilectio tua pro partibus suis dirigat personam instructam, quibus praesentibus solaciante nobis Domino[o] deposito studio personarum, quae competunt favori[p] iustitiae, decernere valeamus.

I, 20.

Gregorius I. papa Natali, episcopo Salonitano, initum pontificatum gratulanti, gratias agit. *591, Ian.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 20.
Edd. M: Lib. I. ep. 21; G: Lib. I. ep. 20. — Iaffé Reg. 1088 (723).

GREGORIUS NATALI EPISCOPO SALONITANO.

Scripta reverentiae tuae, quae processioni[a] nostrae gratias referebant, offerente Stephano[b] diacono quem direxistis, accepimus. Et nimirum valde credenda sunt gratia et[c] studio caritatis impensa dum pontificatus vestri[d] congaudere ordinem ratio commonebat. Idcirco nos salutationis vestrae[e] causa redditi laetiores nostram conscientiam indicamus, ipsius honoris onera me egro[f] animo suscepisse. Sed quia divinis iudiciis non poteram resultare, necessarie[g] mentem meam parti laetiori revocavi.

I, 19 a) direxisti *R 1.* b) *ita cum edd. M et G scripsi;* qua *omnes codd.;* quo *corr. ex* qua *R 3.* c) vel abdicatur *superscr. R 3;* accusatur *test. Maur. in multis Vatic.* d) plenam *r 2, R 3.* e) ea *R 1. 3 (corr. in* una *R 1).* f) tanquam *R 1.* g) immerita *r 1.* h) submovetur *R 1.* i) *corr. in* accusat *R 3.* k) volumus *superscr. R 3.* l) restitutas *R 1.* m) communionemque *R 3.* n) vero *superscr. R 3.* o) Deo *R 2.* p) fabori *r 2.*

I, 20 a) promotioni *test. ed. M duo Vatic.* b) Staphano *r 1.* c) et *om. R 2.* d) *corr. in* nostri *r 2.* e) salutis tuae *r 2, R 1. 2.* f) ęgro *r 1.* g) necessariae *r 1. 2, R 2.*

I, 19 Missa cum epistola sequenti, ut opinor, per Stephanum diaconum, qui et gesta concilii Salonitani Romam attulerat. — De Natali, episcopo Salonitano, et contentione eius cum Honorato archidiacono cf. epp. I, 10. II, 20-23.

I, 20 Missa, ut videtur, ita ut I, 19 per Stephanum diaconum Salonitanum. Miramur eodem tempore Gregorium Natalem et ep. praecedenti increpasse et hac ep. benigne ac familiariter allocutum esse.

Pro qua re reverentiam vestram epistolario sermone deposcimus, ut tam nos, quam christianus grex curae nostrae commissus, orationis vestrae solatiis perfruamur, quatenus[h] ea[i] valeamus praesidii[k] firmitate procellas temporum superare.

MENSE FEBRUARIO INDICTIONE IX.

I, 21.

Gregorius I. papa Nonnoso, possessionem quandam petenti, se cum Maurentius (chartularius) venerit satisfacturum scribit. *591, Febr.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 21.
Edd. M: Lib. I. ep. 22; G: Lib. I. ep. 21. — Iaffé Reg. 1089 (725).

GREGORIUS NONNOSO.

Omnipotens Deus cordi vestro indicet, quanta vobis devotione coniungor. Etsi hanc per epistolas implere nequeo, si quando tamen oportunitatem invenio[a], rebus ostendere curabo.

Salutationis praeterea alloquium solvens indico, quia veniente humili[1] vestro domno Maurentio[b] de possessione, quam vestra gloria petiit, per omnia paremus.

I, 22.

Gregorius I. papa Georgio, praefecto praetorio Italiae, et Dei et imperatoris gratiam precatur, confidens cum hominum pravitatibus contemtis concordiae favere. *591, Febr.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 22.
Edd. M: Lib. I. ep. 23; G: Lib. I. ep. 22. — Iaffé Reg: 1090 (726).

GREGORIUS GEORGIO PRAEFECTO PRAETORIO ITALIAE.

Bonitatem vestrae excellentiae, quam semper cognitam habui, nunc[a] experimento superaddito recognovi. Unde omnipotentem Dominum deprecor, ut sua vos pro-

h) quatinus *R 2.* i) ea *om. R 1.* k) praesidiis *R 2; corr. in* praesidii *r 2.*

I, 21 a) inveniam *r 2, R 2.* b) *sic corr. ex* domino Maurentino *R 2.*

I, 22 Gregorio *ed. M;* Georio *ed. pr.;* PPO *r 1. 2;* pbro. *R 1;* epo. *R 2. R*1, ed. pr. et test. ed. M duo Vatic. et Colbertinus vet.;* praefecto *ed. G et test. M unus Vatic.;* praeposito *ed. M et teste eo Remensis, alter Colb. Pratell. Michael. plurimique Normanni.* a) nunc *om. r 1. 2.*

I, 21 Nonnosum suspicari possumus simili quodam officio functum esse cum Paulo scholastico ep. I, 3. Et titulo gloriae enim honoratur et Maurentii domini dicitur. Itaque cum Maurentius hic sine dubio idem sit chartularius, de quo supra ad ep. I, 3 tractavimus, et Nonnosum in Sicilia morari conicimus. *1) Cur Maurentius humilis vocetur, non liquet. Ex compendio* um, *quibus litteris saepissime in codicibus vir magnificus significatur (cf. ep. VI, 31 in qua:* vir magnificus Maurentius *legitur) facile* humilis *oriri poterat. Compendia enim haud raro gravissimis erroribus fontem dederunt. (Cf. ep. II, 14:* huic *ex* ūc *in R*1; ep. III, 1:* vestrum *ex* ūm*; vide et titulum epistolae sequentis). Sed hoc in dubio relinquo.*

I, 22 Georgius praefectus praetorio Italiae, qui ep. I, 35 Georgius praefectus, ep. I, 36 Georgius praefectus per Italiam vocatur (cf. ep. III, 28), primam sub Romano patricio et exarcho

tectione custodiat vobisque et apud se gratiam et apud serenissimos principes[1] largiatur. Si autem[b] nullae hominum, qui intersunt, nos[c] pravitates[d] dividant, esse me vestrum proprium valde certum tenete. Quod in omnipotente Domino confido, quia hoc vobis etiam per documentum meae attestationis[e] ostendo.

Salutationis igitur alloquium solvens peto, ut quotiens usus exegerit, vestris me affatibus relevare[f] curetis.

I, 23.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono (rectori patrimonii Campaniae) mandat, ut quibusdam ancillis Dei Nolanis et Paulino presbytero monasterii S. Herasmi Reppperiensis monachisque duobus S. Archangeli Lucullani annuum subsidium persolvat. 591, Febr.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 23.

Edd. M: Lib. I. ep. 24; G: Lib. I. ep. 23. — Iaffé Reg. 1091 (727).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Insinuatum nobis est ancillas Dei quasdam Nolanae[1] civitatis in Aboridana[a] domo commanentes nimiam victus vestitusque penuriam sustinere. Quibus ex praecepto Dei subvenire nos convenit et inopiam earum, quantum[b] possumus, donante Domino sublevare. Propterea experientiae tuae praesenti iussione mandamus, ut de hac praesenti nona[c] indictione quadraginta in auro eis solidos dare debeas et deinceps succedentibus indictionibus annuos viginti solidos ministrare, qui tuis possint rationibus imputari[d].

Praeterea Paulino presbytero[e] monasterii sancti Herasmi[f], quod in latere montis Repperi[g][2] situm est[h], sed et duobus monachis in oratorio sancti Archangeli servien-

b) nos *superscr. r 2; add.* nos *et R* 1.* c) nos *om. ed. G;* inter nos sunt *R 2.* d) *corr. ex* pravitatis *r 2, R 1; add.* vos *ed. G.* e) adtestationis *r 2.* f) *corr. ex* revelare *r 2.*

I, 23 titulo add. Campaniae *R* 1, ed. M.* a) *Maur. invenerunt in suis codd.:* Horridana, Aboritana, Aboridana; *ipsi* Aboritana *scripserunt.* b) in quantum *R.* c) nostra *R 3.* d) inputari *R 1.* e) presbitero *R 3.* f) Erasmi *R 1; cf. idem nomen ep. I, 8.* g) *ita r 2, R 1. 2. 3;* Serapti *r 1, cod. Berol. Iohannis diac. Vita Gregorii II. c. 55, (cf. ad hoc cap. notam in ed. M, cuius codd. Norm. tres Parisienses et Turon.* Serapti), *ed. pr.;* Soractis *edd. G et M.* h) esse *R 1; corr.* est *in* esse *R 2.*

magistraturam gerebat. Ut ex ep. I, 36 comperimus, Ravennae residebat. Idem docet ep. V, 11, ubi Gregorius Ravennati archiepiscopo scribit: (expetit fraternitas tua) per excellentissimum patricium et per eminentissimum praefectum atque per alios civitatis suae nobiles viros. *Quo loco et seriem dignitatis post patricium aut exarchum videmus. Attamen, ut supra legimus, et praefectus excellentiae nomine ornatur. Male a Maurinis in nota b ad ep. I, 33 (nunc I, 32) hic praefectus cum Gregorio praefecto confunditur, de quo ad ep. V, 36 tractabimus. Praefectos praetorio in Gregorii epistolis tres invenimus, per Italiam, per Africam (ep. IV, 32), per Illyricum (ep. I, 43); Italus et Africanus sub exarchis (ep. I, 59) constituti erant.*

1) Serenissimi principes i. e. imperator; vide ep. I, 6 notam 5.

I, 23 Anthemius subdiaconus, ut ex plurimis epistolis liquet, rector patrimonii Romani in Campania provincia constitutus erat. Ita et subdiaconus noster Campaniae *(epp. IX, 136. 142. 163) a Gregorio nominatur, et Neapolim epistolae ad eum diriguntur (epp. VI, 32. IX, 87). Quo Neapolitano titulo motus Iohannes diac. in Vita Gregorii Lib. II. cap. 53 haud recte eum Neapolitani patrimonii rectorem vocat.* *1) Nola, Campaniae urbs prope Vesuvium montem.* *2) Nomen Repperi montis alibi non repperi. Sed quisquis ille est mons et quodquod monasterium eius S. Erasmi, fieri non potest, quin in provincia Campania*

tibus, quod in Luculano castro [1] iuxta sancti Petri basilicam esse dinoscitur, binos te in praesenti tantummodo solidos dare praecipimus[i], qui et ipsi tuis rationibus imputentur[k]. Ita ergo fac, ut impensae mercedis tu quoque participium sortiaris.

I, 24.

Gregorii I. papae synodica, transmissa Iohanni Constantinopolitano et aliis patriarchis. Praemittitur fidei confessioni expositio de onere officiisque suscepti pontificatus, qua qualis debeat esse sacerdos docetur. *591, Febr.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 24.
Edd. M: Lib. I. ep. 25; G: Lib. I. ep. 24. — Iaffé Reg. 1092 (728).

GREGORIUS IOHANNI CONSTANTINOPOLITANO, EULOGIO ALEXANDRINO, GREGORIO ANTIOCENO, IOHANNI HIEROSOLIMITANO, ET ANASTASIO EXPATRIARCHA ANTIOCHIAE A PARIBUS.

Consideranti mihi, quod impar meritis ac toto animo renitens pastoralis curae pondera portare compulsus[a] sum[b], caligo meroris occurrit et triste cor nihil aliud, nisi eas[c], quae videri nil[d] sinunt, tenebras[e] videt. Nam quid antistes[f] ad Dominum nisi pro delictis populi intercessor eligitur? Qua itaque fiducia ad eum pro peccatis alienis intercessor venio, apud quem de propriis securus non sum? Si fortasse quispiam apud potentem virum, qui et[g] sibi iratus et mihi esset incognitus, inter-

i) *corr. ex* praecepimus *r 2.* k) inputentur *R 1. 3.*

I, 24 Praemittit huic epistolae, qui codicem R 3 correxit, Eckehardus IV. Sangallensis: Synodica Gregorii. Mos canonicus erat propter inopinate emergentes hereticos ut quisque papa factus patriarchis fidem suam, quam synodicam vocabant, mitteret. Sed et metropolitani papę, episcopi autem metropolitano quisque suo. — Gregorius *cet.* Iohanni *om. R 2.* Alexandro *R 1. Compend.* Antioc. *r 1. 2,* Antio. *R 1. 2;* Antioceno *corr. in* Antiocheno *R 3 (cf. et ceteras epistolas Antiochiam scriptas). Compend.* Hierosoli. *r 2,* Hierusoli. *R 1.* Inantasio *r 1.* Expatriarchae *r 1;* expatriarcha *r 2, R 1. 2. 3 (ita e. g.* vir expraefecto, virum expraefecto *ep. I, 35;* viri expraetore *ep. I, 67;* Saturninum expresbytero *ep. V, 17;* Leontius exconsule *ep. XI, 4; cetera).* A patribus *r 2, R 2.* a) conpulsus *R 1.* b) sim *r 1. 2.* c) ea *r 1. 2. R 2.* d) nichil *R 1;* nihil *R 2.* e) *rasura corr. in* tenebas *r 2.* f) antistis *corr. in* antistes *r 2.* g) est *R 1.*

situm sit. Itaque provinciae Etruriae monasterium Soractense (Seraptus al. Seraptis autem notum est nomen eiusdem Soractis montis, qui nunc San Oreste vocatur), de quo cf. Gregorii Dialog. Lib. I. c. 7, a provincia Anthemio credita alienum huc non spectat.

1) Castrum Lucullanum (de quo cf. ep. III, 1) a Maurinis explicatur parva ante Neapolim insula, nunc Castello dell Oro dicta. Rectius Sauppe in Vita Severini MG. SS. antiquissimi I. pars post. p. 32 interpretatur castellum Lucullanum locum, qui hodie Pizzo falcone nominatur inter Neapolim et Puteolos. Cf. de castelli situ et Mazochium (De sanctorum Neapolitanae ecclesiae episcoporum cultu (Neapol. 1753) et Bollandinos (AA. SS. Sept. VI, 882). Circuitus autem huius oppidi (cf. translationes S. Severini et S. Sosii in MG. SS. Rer. Langob. p. 455. 456. 460) sine dubio haud exiguus erat, cum ibidem basilica S. Petri, oratorium S. Archangeli (ep. nostra), monasterium S. Severini et aliae ecclesiae (ep. III, 1) nominentur.

I, 24 Gregorius ipse epistola IX, 147 synodicae significationem exponit, scribens de Chalcedonensi synodo ab omnibus ubique episcopis venerata: Hinc est enim, ut quoties in quatuor praecipuis sedibus antistites ordinantur synodales sibi epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctam Chalcedonensem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fateantur. *De Cyriaci Constantinopolitani synodica post epp. VI, 62. VII, 24. 30. 31 tractatur, de Isacii Hierosolymitani ep. XI, 28. Paucae autem paparum synodicae nobis servatae sunt, inter quas Anastasii II., antea Gelasio I. asscripta (Iaffé Reg. 746 [377]),*

cessorem suum me fieri quaereret, protinus responderem: Ad intercedendum venire[a] nequeo, quia eius notitiam ex sedula[b] familiaritate non habeo. Si igitur recte homo apud hominem, de quo minime praesumpsissem[c], fieri[d] intercessor erubescerem, quantae hoc audaciae est, quod apud Deum pro populo locum intercessionis optineo, cui familiarem me esse per vitae meritum non agnosco? Qua in re est mihi adhuc[e] aliud gravius formidandum, quia sicut cuncti[1] liquido novimus, cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. Et valde pertimesco, ne commissa mihi plebs fidelium reatus mei additamento depereat, cuius nunc usque Dominus aequanimiter delicta tolerabat. Cum vero utcumque hunc timorem supprimo et consolatam mentem ad pontificalis operis studia accingo, considerata ipsa rei inmensitate[f] deterreor.

Perpendo quippe, quod omni cura vigilandum est, ut rector cogitatione[2] sit mundus, operatione[g] praecipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis compassione proximus, prae cunctis[h] contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus. Quae videlicet cuncta dum subtili[i] studeo inquisitione perscrutari, ipsa me in singulis latitudo considerationis angustat. Nam sicut praedixi, curandum summopere est, ut

a) *om. R 2.* b) sedulo *R 2.* c) *corr. ex* presumsissem *R 3.* d) fieri presumpsissem *R 1.* e) mihi adhuc est *R 2.* f) immensitate *R 2.* g) actione *Reg. past.* h) *corr. ex* praecinctis *r 2.* i) suptili *R 1.*

Pelagii I. (Iaffé Reg. 938 [618]) et Gregorii nostri clarent. Sed iam Gelasii I. tempore mos iste riguit. Vide Garnerii dissertationem apud Rozière Lib. diurnus p. 302 sqq. et Indicula pontificis (Romani) in Lib. diurno n. LXXXIII, LXXXIV. — Duabus ex partibus Gregorii synodica composita est, quarum prior et amplior ex Regulae pastoralis Libris I. cap. 10 et II. cap. 1-7. 9. eo modo hausta est, ut adiunctis initio et fine verbotenus paene cum istis capitulis consentiat. Pars altera pag. 36 lin. 18 cum verbis: 'Praeterea quia' *incipiens synodicam proprie dictam continet. — Quomodo autem factum sit, ut synodica quam ep. I, 4 (a. 590, Sept.)* 'de subsequenti sub festinatione' *promittit, nunc demum post quinque menses (a. 591, Febr.) detur, non intellegimus, nisi posteriori tempore, quam missa est, in registrum eam receptam esse dicamus. — De episcopis illis Antiochenis Anastasio deiecto et Gregorio loco eius instituto vide notam ad ep. I, 7. — Varias viri docti opiniones de hac nota 'a paribus' (cf. 'a pari' ep. VII, 31; 'non a paribus' ep. VI, 63; 'uniformis' ep. VII, 20) protulerunt. Gallicciolli in ed. Venet. dicit:* Gregorius unicum exarabat exemplar ad plures destinatum, quorum nomina in fronte ponebat, ut scirent amanuenses tot esse conficienda apographa, quot erant personae in titulo scriptae. *Respicere autem debemus, non epistolas ab ipso Gregorio scriptas esse, sed si aliquid nihil aliud nisi conceptum, ut hodie dicimus, ab eo compositum, quod postea in registrum descriptum est. Itaque epistolae aliquae registri, notam 'a paribus' prae se ferentes, varias lectiones aptas cuique personae in titulo nominatae praebent (cf. ep. I, 79. IX, 82. IX, 127 et Iohannis VIII. ep. 227 [Iaffé Reg. ed. 1. n. 2520]). Sed et alio sensu verba 'a pari' adhibita esse, probat ep. Hormisdae papae (ap. Thiel Epp. Rom. Ponf. I, 846) inscripta:* Theodosio et universis catholicis a pari. *Nam nemo est quin videat, hanc epistolam uni tantum personae directam esse, quae eam quam plurimis communicaret. Talibus epistolis autem Gregorius in registro non asscribit 'a paribus' (cf. I, 45. 56. 58. II, 5. 6. 12. 14 cet.). Denique ep. IX, 82 mihi persuadet interdum et epistolas varia forma in registrum receptas a librariis solummodo sub hac nota coniunctas fuisse. Synodicam autem revera omnibus patriarchis singulatim scriptam esse, et appellatio* 'frater sanctissime' *(pag. 36, lin. 10) singulari numero dicta demonstrat. Addamus hunc scrinii usum (cf. ἐγράφη τὰ ἰσότυπα cancellae imperialis in Novv. Corp. iur.) iam Zosimi papae tempore initio saec. V. viguisse et in Iohannis VIII. et Gregorii VII. registris adhuc extare. Postea in registris papalibus eodem sensu 'in eundem modum' adiectum est.*

1) 'cuncti ... provocatur' *(lin. 6-7) e Regulae pastoralis Lib. I. c. 10.* 2) 'cogitatione ... erectus' *(lin. 12 - 15) e Regulae pastoralis Lib. II. c. 1.*

rector[1] cogitatione sit mundus, quatenus nulla hunc inmunditia[a] polluat, qui hoc
suscepit officii[b], ut in[c] alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat. Quia
necesse est, ut esse munda studeat manus, quae diluere sordes curat, ne tacta
quaeque deterius inquinet, si sordida ipsa[d] insequens lutum tenet. Scriptum namque
Isai. 52,11. est: 'Mundamini, qui fertis vasa Domini'. Domini etenim vasa ferunt, qui proximorum
animas ad interna[e] sacraria perducendas[f] in conversationis[g] suae exemplo[h] suscipiunt.
Apud semetipsum[i] ergo quantum debeat[k] mundari conspiciat[l], qui ad aeternitatis
Exod. 28,15 cet. templum vasa viventia in sinu propriae conversationis[m] portat[n]. Hinc divina voce
praecipitur, ut in Aaron pectore rationale iudicii vittis ligantibus inprimatur[o], quatenus
sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxae possideant, sed ratio sola constringat.
Nec indiscretum[p] quid vel inutile cogitet, qui ad exemplum aliis constitutus[q] ex gra-
vitate vitae semper debet ostendere, quantam in pectore rationem portet. In quo etiam
rationali vigilanter[r] adiungitur, ut duodecim patriarcharum nomina describantur. Ad-
scriptos etenim patres semper[s] in pectore ferre est antiquorum vitam sine intermis-
sione cogitare. Nam tunc sacerdos inreprehensibiliter graditur, cum exempla patrum
praecedentium indesinenter intuetur, cum sanctorum vestigia sine cessatione considerat,
et cogitationes inlicitas deprimit, ne extra ordinis sui limitem operis pedem tendat.

Rursum cum me ad consideranda debita pastoris opera confero, perpendo, quanta
intentione curandum est, ut sit operatione[2] praecipuus, quatenus vitae viam subditis
vivendo denuntiet, et grex, qui pastoris vocem moresque sequitur, per exempla melius
quam per[t] verba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac[u]
eadem necessitate compellitur summa monstrare. Illa namque vox libentius auditorum
cor penetrat, quam dicentis vita commendat, quia quod loquendo praecipit, ostendendo
Isai 40,9. adiuvat, ut fiat. Hinc enim per prophetam dicitur: 'Super montem excelsum ascende tu,
qui evangelizas Syon[v]'. Ut videlicet qui caelesti praedicatione utitur ima iam terrenorum
operum deserens, in rerum culmine stare videatur, tantoque facilius subditos[w] ad meliora
Exod. 29,22. pertrahat[x], quanto per vitæ meritum de supernis clamat. Hinc divina lege armum
sacerdos in sacrificium et dextrum accipit[y] et separatum, ut non solum sit eius ope-
ratio utilis, sed etiam singularis, nec inter malos tantummodo, quæ recta sunt, faciat,
sed bene quoque operantes subditos, sicut honore ordinis superat, ita etiam morum
virtute transcendat. Cui in esu quoque pectusculum cum armo tribuitur, ut quod de
sacrificio præcipitur sumere, hoc de semetipso conditori suo[z] discat immolare. Et non
solum pectore quæ recta sunt cogitet, sed spectatores suos ad sublimia armo operis
invitet. Nulla[a] praesentis vitae appetat, nulla[b] pertimescat; blandimenta mundi
respecto intimo terrore despiciat; terrores autem considerato internae dulcedinis blan-
Exod. 29,5. dimento contemnat. Unde supernae quoque vocis imperio in utroque humero sacerdos
velamine superhumeralis adstringitur[c], ut contra adversa ac prospera virtutum semper
ornamento muniatur, quatenus iuxta vocem Pauli: 'Per arma justitiae a dextris sinistris-
2. Cor. 6,7. que' gradiens, cum ad sola, quae anteriora[d] sunt, nititur, in nullo delectationis[e]
infimae latere flectatur. Non hunc prospera elevent, non adversa perturbent, non

a) *corr. ex* immunditia *r 2.* b) officium *R 1.* c) *add. m. post. R 1.* d) *om. R 1. 3.* e) aeterna *Reg. past. ed. M.* f) producendas *R 3.* g) *corr. ex* conversationes *r 2.* h) convers. fide *Reg. past.* i) semetipsos *R 1, Reg. past.* k) debeant *R 1, Reg. past.* l) conspiciant *R 1, Reg. past.* m) sponsionis *Reg. past.* n) portant *R 1, Reg. past.* o) imprimatur *r 1. 2.* p) indissolutum *R 1.* q) *add.* est *R 1.* r) vigilanti *r 1.* s) *om. r 2, R 2. 3.* t) *om. R 1. 3; add. manu post. r 2.* u) haec *r 2.* v) Sion *r 2, R 3.* w) *corr. ex* subditus *r 2.* x) *corr. ex* trahat *R 3.* y) *corr. ex* accepit *R 1.* z) auctori (*om.* suo) *Reg. past.* a) *add.* prospera *Reg. past.* b) *add.* adversa *Reg. past.* c) astringitur *r 1.* d) interiora *Reg. past.* e) *corr. ex* delectionis *r 2;* dilectionis *et codex quidam Reg. past.*

1) 'rector . . . tendat' *(lin. 1-17) e Regulae pastoralis Lib. II. c. 2, ita tamen, ut initio non omnia consentiant verba.* *2)* 'operatione . . . fieri' *(lin. 19 - pag. 31 lin. 17) e Regulae pastoralis Lib. II. c. 3.*

blanda usque ad voluptatem demulceant, non aspera ad desperationem premant, ut dum nullis passionibus intentionem mentis[a] humiliat, quanta in utroque humero superhumeralis pulchritudine tegatur, ostendat[b].

Quod recte etiam superhumerale ex auro, iacintho[c], purpura, bis tincto cocco[d], (Exod. 28,8.) et torta fieri bysso[e] praecipitur, ut quanta sacerdos clarescere virtutum diversitate debeat, demonstretur. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget, ut in eo intellectus sapientiae principaliter emicet. Cui iacinthus[f], qui aerio[g] colore resplendet, adiungitur; ut per omne quod intellegendo[h] penetrat, non ad favores infimos, sed ad amorem caelestium surgat, ne dum in[i] suis incautus laudibus capitur, ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque ac iacintho[k] purpura permiscetur, ut videlicet sacerdotale cor, cum summa quaeque[l] praedicat[m], in semetipso etiam suggestiones vitiorum reprimat, eisque velut ex regia potestate contradicat, quatenus nobilitatem semper intimae regenerationis aspiciat, et caelestis regni[n] habitum moribus defendat. De hac quippe nobilitate spiritus per Petrum dicitur: 'Vos autem[o] genus electum, (1. Petr. 2,9.) regale sacerdotium'. De hac etiam potestate, qua vitia subigimus, Iohannis voce roboramur, qui ait: 'Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem, filios Dei (Ioh. 1,12.) fieri'. Auro[1] autem, iacintho[p] ac purpurae bis tinctus coccus adiungitur, ut ante interni iudicis oculos omnia virtutum bona ex caritate decorentur, et cuncta, quae coram hominibus rutilant, haec in conspectu occulti arbitris[q] flamma intimi amoris accendat. Quae scilicet caritas, quia[r] Deum simul et proximum diligit, quasi coccus ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat, ut proximorum curam neglegat, vel sic proximorum curam exequitur[s], ut a divino amore torpescat, quia[t] unum horum quodlibet[u] neglegit, in superhumeralis ornamento habere coccum bis tinctum nescit. Sed cum mens ad praecepta caritatis tenditur, restat proculdubio, ut per abstinentiam caro maceretur. Unde et bis tincto cocco torta byssus adiungitur. De terra enim byssus nitenti specie oritur. Et quid per byssum, nisi candens decore[v] munditiae corporalis castitas designatur? Quae videlicet torta pulchritudini superhumeralis innectitur, quia tunc castimonia ad perfectum munditiae candorem ducitur, cum per abstinentiam caro fatigatur. Cumque inter virtutes ceteras etiam adflictae[w] carnis meritum proficit, quasi in diversa superhumeralis[x] specie byssus torta candescit.

Rursum cum me ad considerandum debitum pastoris verbum ac silentium confero, paventi cura perpendo, quod valde necesse est, ut et discretus[2] sit in silentio et utilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium hos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Saepe namque rectores inprovidi[y] humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, et iuxta veritatis vocem nequaquam iam (Ioh. 10,12.) gregis custodiae, pastorum studio, sed mercennariorum vice deserviunt, quia veniente

a) *Ita R 1, Reg. past.: om.* mentis *r.* b) ostendit *r 1; corr. in* ostendat *r 2, R 1.* c) yacineto *R 3;* yiacintho *r 1;* yiacintho *et r 2 legisse videtur, ubi prima littera erasa est.* d) *corr. ex* coco *R 1.* e) bisso *R 1 et sic semper.* f) yiacinthus *r 1;* iacincthus *prima liitera erasa r 2.* g) aereo *r 2;* erio *corr. in* aerio *r 1, R 1.* h) intelligendo *r 1. 2.* i) *om. Reg. past.* k) *ita scribendum est, reluctantibus quidem omnibus mss. qui hic et infra nota p.* bysso *legunt. Codd. Regulae past. teste ed. M exhibent:* auro quoque ac bysso atque hyacintho. l) quae *R 1, r 2.* m) *add.* sperat *R 1, r 2.* n) *add.* sibi *Reg. past.* o) *superscr. m. post.* estis *r 2.* p) bysso *codd. cf. not. k.* q) arbiter *sec. declinationem tertiam flectitur cf. et ep. I, 24a (p. 37, lin. 23).* r) qua *corr. in* quae *R 3.* s) exsequitur *r 1.* t) *corr. in* qui *R 1.* u) *corr. ex* quolibet *R 1.* v) nitore *teste ed. M Vatic. et ed. G.* w) afflictae *r 1. 2.* x) *ras. corr. in* superhumerali *r 1.* y) improvidi *r 1. 2.*

1) 'auro . . . candescit *(lin. 17-31) item e Regulae pastoralis Lib. II. c. 3 infra.* *2)* 'discretus . . . clament' *(lin. 33 - pag. 32 lin. 33) e Regulae pastoralis Lib. II. c. 4.*

lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc[a] namque eos per prophetam
Isai. 56,10. Dominus increpat, dicens[a]: 'Canes[b] muti non valentes latrare'. Hinc rursum[c] queritur,
Ezec. 13,5. dicens[b]: 'Non ascendistis[d] ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israhel[e],
ut staretis in proelio in die Domini'. Ex adverso quippe ascendere est pro defensione
gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in proelio
stare est pravis decertantibus ex iustitiae amore resistere. Pastori enim[f] recta timuisse
dicere, quid est aliud, quam tacendo terga praebuisse? Qui nimirum si pro grege se
obicit[g], murum pro domo Israhel[e] hostibus opponit. Hinc rursum delinquenti populo
Thren. 2,14. dicitur: 'Prophetae tui viderunt tibi falsa et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam,
ut te ad paenitentiam provocarent[h]'. Prophetae quippe in sacro eloquio nonnumquam
doctores vocantur, qui dum fugitiva esse praesentia indicant[i], quae sint ventura,
manifestant. Quos divinus sermo falsa videre redarguit, quia dum corripere culpas
metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur. Qui iniquitatem
peccantium nequaquam aperiunt, quia[k] ab increpationis voce conticescunt. Clavis
quippe apertionis est sermo correptionis, quia increpando culpam detegit, quam saepe
Tit. 1,9. nescit ipse etiam qui perpetravit. Hinc Paulus ait: 'Ut potens sit[l] exhortari in doctrina
Malac. 2,7. sana, et eos qui contradicunt redarguere'. Hinc per Zachariam[1] dicitur: 'Labia
sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini
Isai. 58,1. exercituum est'. Hinc per Esaiam[m] Dominus ammonet, dicens: 'Clama, ne cesses, sicut
tuba exalta vocem tuam'. Praeconis quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium
accedit, ut ante adventum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando
gradiatur. Sacerdos ergo si praedicationis est nescius, quam[n] clamoris vocem da-
Act. 2,3. turus[n] est praeco mutus? Hinc est enim, quod super pastores primos in linguarum
specie Spiritus sanctus insedit, quia nimirum quos repleverit, de se protinus loquentes
Exod. 28,33. facit. Hinc Moysi[o] praecipitur, ut tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis
ambiatur, ut videlicet voces praedicationis habeat, ne superni spectatoris iudicium ex
Exod. 28,35. silentio offendat. Scriptum quippe[p] est: 'Audiatur[q] sonitus quando ingreditur[r] sanctuarium
in conspectu Domini, et non moriatur'. Sacerdos namque ingrediens vel egrediens
moritur, si de eo sonitus non auditur, quia iram contra se occulti iudicis exigit, si
sine praedicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius de-
scribuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis, quid aliud, quam recta opera debemus
Psal. 131,9. accipere, propheta attestante[s], qui ait: 'Sacerdotes tui induantur iustitia'? Vestimentis
itaque illius tintinnabula inhaerent, ut vitae viam cum linguae sonitu ipsa quoque opera
sacerdotis clament.

Sed considerandum quoque est, ut rector[2], cum se ad loquendum praeparat,
sub quantae[t] cautelae studio loquatur adtendat[u], ne, si inordinate ad loquendum rapitur,
erroris vulnere audientium corda feriantur, et cum fortasse sapiens videri desiderat,
Marc. 9,49. unitatis compagem insipienter abscidat. Hinc namque veritas dicit: 'Habete sal in
vobis et pacem habete inter vos'. Per sal quippe verbi sapientia designatur. Qui igitur
loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium unitas confundatur.
Rom. 12,3. Hinc Paulus ait: 'Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem'.

a) Hinc rursum queritur per proph. Dominus increpans et dicens *R 3*. b) *om.* canes ... dicens *r 1. 2 et teste ed. M tres Vatic. Norm. et plerique.* c) rursus *R 1.* d) *corr. ex* ascendi *R 3;* ascendisti *R 1.* e) ita *r 2; plerique mss. hic et infra compendio* isrl. *aut* ihl. *utuntur.* f) etenim *R 1. 3.* g) *corr. in* obiicit *r 1.* h) revocarent *R 1.* i) dicunt *R 1.* k) qui *r 1. 2, corr. in* quia *R 1.* l) *add.* et *R 1.* m) Esayam *R 1.* n) *om.* quam .. daturus *r 1.* o) Mosi *r 2.* p) namque *R 3.* q) Ut audiatur *Reg. past.; superscr. manu post.* ut *R 3.* r) *add.* et egreditur *Reg. past., R 3.* s) adtestante *r 2.* t) quanta *R 1;* quanto *Reg. past.* u) attendat *r 1.*

1) Immo per Malachiam. 2) 'rector cum ... tenet' *(lin. 35 - pag. 33 lin. 4) item e Regulae pastoralis Lib. II. c. 4.*

Hinc in sacerdotis veste iuxta divinam vocem tintinnabulis mala punica[a] coniunguntur. Quid enim per mala punica, nisi fidei unitas designatur? Nam sicut in malo punico una[b] exterius cortice multa interius grana muniuntur, sic innumeros[c] sanctae ecclesiae populos unitas fidei contegit, quos intus diversitas meritorum tenet. Tunc ergo tintinnabulis[1] mala punica iungimus, cum per omne, quod dicimus, unitatem fidei custodimus.

Rursum cum me ad considerandum confero, qualis rector in compassione qualisque esse debeat in contemplatione, perpendo[d], ut et singulis[2] sit compassione proximus, et prae cunctis contemplatione suspensus, quatenus et per pietatis viscera in se infirmitatem ceterorum transferat, et per speculationis altitudinem semetipsum quoque invisibilia appetendo transcendat, ne aut alta petens proximorum infirma[e] despiciat, aut infirmis[e] proximorum congruens alta appetere desistat[f]. Hinc est namque quod Paulus 2. Cor. 12,3. in paradisum[g] ducitur caelique tertii secreta rimatur et tamen illa invisibilium contemplatione suspensa[h] ad cubile carnalium mentis aciem revocat, et[i] cum sanctum coniugium creandorum sit causa liberorum, eis aliquid etiam de voluptate largitur, dicens[i]: 'Propter fornicationes autem unusquisque suam uxorem habeat et unaquaeque 1. Cor. 7,2. suum virum habeat. Uxori vir debitum reddat, similiter autem et uxor viro[k]'. Ecce iam caelestibus secretis inseritur, et tamen per condescensionis viscera carnalium cubile perscrutatur, et quem sublevatus ad invisibilia erigit, hunc[l] mentis oculum ad secreta coniugum[m] inflectit[l]. Caelum contemplatione transcendit, nec tamen stratum carnalium sollicitudine deserit, quia compage caritatis summis simul et infimis iunctus et in semetipso virtute spiritus ad alta valenter rapitur et pietate in aliis aequanimiter ad ima revocatur[n]. Pro hac suae compassione caritatis iterum dicit: 'Quis 2. Cor. 11,29. infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror?' Hinc rursus ait: 'Factus sum Iudeis[o] tamquam Iudeus'. Quod videlicet exhibebat non amittendo 1. Cor. 9,20. fidem, sed extendendo[p] pietatem, ut in se personam infidelium transfigurans ex semetipso disceret, qualiter aliis misereri debuisset, quatenus hoc illis impenderet, quod sibi[q] ipse, si ita esset, impendi recte voluisset. Hinc iterum dicit: 'Sive 2. Cor. 5,13. mente excedimus Deo, sive sobrii sumus vobis', quia et semetipsum noverat contemplando transcendere, et eundem se auditoribus condescendendo temperare. Hinc Iacob Domino desuper innitente[r], et uncto deorsum lapide, ascendentes[s] angelos Gen. 28,12. videt, quia scilicet praedicatores recti non solum sursum sanctum caput ecclesiae, videlicet Dominum, contemplando appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Hinc Moyses[t] crebro tabernaculum intrat et exit[u] et qui intus in contemplatione[v] rapitur, foris infirmantium negotiis urguetur[w]. Intus Dei arcana considerat, foris onera carnalium portat. Qui de rebus quoque dubiis semper ad tabernaculum recurrit, coram testamenti arca Dominum consulit, exemplum procul-

a) *explicat ad marginem R 1:* Malum punicum, malum granatum. b) cortex *vox feminina et in Moral. Gregorii Lib. XXIII. n. 31, XXV. n. 20 (Maurini).* c) innumero *r 1. 2.* d) *add. in margine* quoniam necesse est *r 2.* e) infima . . infimis *edd. G et M, reluctantibus mss. et Reg. past.* f) appetere alta relinquat *Reg. past.* g) paradysum *r 2.* h) illam inv. contemplatione (contemplationem *r 2*) suspensam *r 1. 2;* in illa . . suspensus *ed. G*; suspensus *Reg. past.* i) atque in occultis suis qualiter debeant conversari dispensat dicens *Reg. past.* k) *add. adhuc proximum versum (1. Cor. 7, 3) Reg. past.* l) hunc misericorditer (*al.* miseratus) ad secreta infirmantium oculum cordis flectit *Regul. past.* m) coniugium *r 2.* n) aeq. infirmatur *Reg. past.* o) Iudaeis *et sic semper r 1.* p) ostendendo *R 1.* q) sibi (*superscr.* si ipse) ita *R 1.* r) Dominum (*corr. ex* Domino) desuper (*superscr.* scalę) innitentem *R 3.* s) *add.* ac descendentes *Reg. past ; superscr.* et descendentes *R 3.* t) Moses *r 2.* u) exiit *r 1.* v) contemplationem *R 1, Reg. past.* w) urgetur *r 1.*

1) *Hic locus in Regulae pastoralis Lib. II. c. 4. ita extat:* 'Mala punica tintinnabulis iungite, ut per omne quod dicitis unitatem fidei cauta observatione teneatis'. 2) 'singulis . . . fatigatur' *(lin. 8 - pag. 34 lin. 28) e Regulae pastoralis Lib. II. c. 5.*

dubio rectoribus praebens, ut cum foris ambigunt, quid disponant, ad mentem semper quasi ad tabernaculum redeant, et velut coram testamenti arca Dominum consulant, si de his, in quibus dubitant, apud semetipsos intus sacri eloquii paginas[a] requirant. Luc. 6,12. Hinc ipsa veritas per susceptionem nobis nostrae humanitatis ostensa[b] in monte orationi inhaeret[c], miracula in urbibus exercet, imitationis videlicet viam bonis rectoribus sternens, ut etsi iam summa contemplando appetunt, necessitatibus tamen infirmantium compatiendo misceantur, quia tunc ad alta caritas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer adtrahit[d], et quo benigne descendit ad infima, valenter recurrit ad summa.

In[e] qua videlicet compassione necesse est, ut talem se, qui praeest, exhibeat, cui subiecti quique[f] occulta[e] quoque sua prodere non erubescant, ut cum temptationum fluctus parvuli tolerant, ad pastoris mentem quasi ad matris sinum recurrant, et hoc, quo[g] se inquinari pulsantis culpae sordibus praevident, exhortationis eius solatio 3. Reg. 7,23 cet. lacrimis orationis lavent. Unde et ante fores templi ad abluendas ingredientium manus mare aeneum, id est luterem, duodecim boves portant, qui quidem facie exterius eminent, sed ex posterioribus latent. Quid namque duodecim bubūs[h], nisi universus 1. Cor. 9,9 ex Deut. 25,4. pastorum ordo signatur? De quibus Paulo disserente lex dicit: 'Non opturabis os bovi trituranti'. Quorum quidem nos aperta opera cernimus, sed apud districtum iudicem quae illos posterius maneant in occulta retributione, nescimus. Qui tamen cum condescensionis suae patientiam diluendis proximorum confessionibus praeparant, velut ante fores templi luterem portant, ut quisquis intrare aeternitatis ianuam nititur, temptationes suas menti pastoris indicet, et quasi in boum lutere cogitationis vel operis manus lavet. Et fit plerumque, ut dum rectoris animus aliena temptamenta condescendendo cognoscit[i], auditis temptationibus etiam ipse pulsetur, quia et haec[k] eadem, per quam populi multitudo diluitur, aqua proculdubio luteris inquinatur. Nam dum sordes diluentium suscipit, quasi suae munditiae serenitatem perdit. Sed haec nequaquam pastori timenda sunt, quia Deo subtiliter[l] cuncta pensante, tanto facilius a sua eripitur, quanto misericordius ex aliena temptatione fatigatur.

Rursus cum me ad considerandum confero, qualis in humilitate, qualisque esse rector debeat in districtione, perpendo quoniam neccesse est, ut et bene agentibus[1] sit per humilitatem socius, et contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus, quatenus et bonis in nullo se praeferat, et cum pravorum culpa exigit, potestatem[m] prioratus sui agnoscat, ut et honore suppresso[n] aequalem se subditis bene viventibus deputet, et contra perversorum culpas ex zelo iustitiae excrescat[o]. Hinc est namque, quod Petrus[2] auctore Deo sanctae ecclesiae principatum tenens a bene agente Cornelio et sese ei humiliter prosternente inmoderatius[p] venerari recusavit, seque illi Act. 10,26. similem recognovit, dicens: 'Surge, ne feceris, et ego homo sum'. Act. 5,5. Sed cum Annaniae et Saffirae[q] culpam repperit, mox quanta potentia super ceteros excrevisset ostendit. Verbo namque[r] eorum vitam perculit, quam spiritu perscrutante deprehendit, et summum se intra ecclesiam contra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer inpenso[s] coram bene agentibus fratribus non agnovit. Hic communionem aequalitatis meruit sanctitas actionis, illic zelus ultionis ius aperuit potestatis. Hinc est, quod Paulus

a) *corr. ex* eloquio paginis *r 2.* b) ostensam *r 1, R 1.* c) (*om.* in monte) orationes in heremo *R 1.* d) attrahit *r 1. 2.* e) Tales autem sese qui praesunt exhibeant quibus subiecti occulta *Reg. past.* f) quippe *ed. Venet.* g) *ita r 1;* quod *reliqui codd.* h) bobus *R 1.* i) recognoscit *r 2.* k) hac *r 1. 2.* l) suptiliter *et sic saepius R 1.* m) *add.* protinus *Reg. past.* n) subpresso *r 1. 2.* o) et erga perversos iura rectitudinis exercere non formidet *Reg. past.* p) immoderatius *R 1.* q) Ananiae et Saphirae *R 1.* r) Dum bonamque *R 1.* s) impenso *r 1. 2.*

1) 'bene agentibus . . . deputet' *(lin. 30 — lin. 34) e Regulae pastoralis Lib. II. c. 6.* 2) 'Petrus . . . dominatur' *(lin. 35 - pag. 35 lin. 9) item e Regulae pastoralis Lib. II. c. 6.*

bene agentibus fratribus praelatum se esse nesciebat, cum diceret: 'Non quia domi- [2. Cor. 1,23.] namur fidei vestrae, sed adiutores sumus gaudii vestri'. Atque ilico adiunxit: 'Fide enim statis', acsi id quod protulerat aperiret, dicens: Ideo non dominamur fidei vestrae, quia fide statis; aequales enim vobis sumus, in quo vos stare cognoscimus. Quasi praelatum se fratribus esse nesciebat, cum diceret: 'Facti sumus parvuli in [1. Thess. 2,7.] medio vestrum'. Et rursum: 'Nos autem servos vestros per Christum'. Sed cum [2. Cor. 4,5.] culpam, quae corrigi debuisset, invenit, ilico se magistrum esse recoluit, dicens: 'Quid [1. Cor. 4,21.] vultis, in virga veniam ad vos'. Summus itaque locus bene regitur, cum is qui praeest, vitiis potius quam fratribus dominatur. Bene acceptam potestatem regit, qui et tenere illam novit et impugnare. Bene hanc regit, qui scit per illam super culpas erigi, scit cum illa ceteris in aequalitate componi.

Sic autem servanda est virtus humilitatis[1], ut non solvantur iura regiminis, ne dum praelatus quisque plus se quam decet deicit, subditorum vitam restingere sub disciplinae vinculo non possit, et sic servanda est disciplinae severitas, ne dum plus quam necesse est zelus accenditur, mansuetudo funditus amittatur. Saepe[2] namque vitia virtutes se esse mentiuntur, ut tenacia parsimonia, effusio largitas, crudelitas zelus iustitiae, remissio pietas velit videri. Disciplina[3] ergo vel misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur. Sed magna discretionis arte servanda est et iuste consulens misericordia et pie saeviens disciplina. Hinc namque est, quod [Luc. 10,34.] docente veritate per Samaritani studium semivivus in stabulum ducitur, et vinum atque oleum vulneribus eius adhibetur, ut per vinum scilicet mordeantur vulnera, et per oleum foveantur. Necesse quippe est, ut is qui sanandis vulneribus praeest in vino morsum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis, quatenus per vinum mundentur putrida, per oleum sananda foveantur. Sit ergo[4] amor, sed non emolliens, sit vigor, sed non exasperans. Quod bene illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis virga [Hebr. 9,4.] simul et manna est, quia cum scripturae sacrae scientia in boni rectoris pectore, si est virga districtionis, sit et manna dulcedinis.

Suscepto itaque pastoralis curae onere cum cuncta haec atque alia huiusmodi multa considero, video quod esse non possum, maxime quia hoc in loco quisquis pastor dicitur curis exterioribus graviter occupatur, ita ut saepe incertum fiat, utrum pastoris officium, an terreni proceris[a] agat. Et quidem quisquis[b] regendis fratribus praeest, vacare funditus a curis exterioribus non potest, sed tamen curandum magnopere est, ne ab his inmoderate[c] deprimatur. Unde[5] recte ad Ezechihelem dicitur: 'Sacerdotes caput suum non radent[d], neque comam nutrient, sed tondentes adtondant[e] [Ezec. 44,20.] capita sua'. Quid enim signant capilli in capite, nisi exteriores cogitationes in mente? Qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur, curas vitae praesentis exprimunt. Quae ex neglegenti ac torpenti sensu, quia inportune prodeunt, quasi nobis non sentientibus[f] procedunt. Quia igitur cuncti qui praesunt habere quidem sollicitudines exteriores debent, nec tamen eis vehementer incumbere, sacerdotes recte et caput

a) procuratoris *teste ed. M Vatic. 1031 et 160.* b) qui *R 1.* c) immoderate *r 1. 2.* d) *corr. in* radant *R 3.* e) attondant *r 1;* ait tondant *R 1.* f) presentibus (*superscr.* vel sentientibus) *R 1.*

1) 'virtus humilitatis . . possit' *(lin. 12 - lin. 14) item e Regulae pastoralis Lib. II. c. 6.* 2) 'saepe . . videri' *(lin. 15 - lin. 17) e Regulae pastoralis Lib. II. c. 9, quae ipsa Regula e Moralium Lib. XXIII. n. 19 c. 11 hausisse videtur.* 3) 'Disciplina . . . foveantur' *(lin. 17 - lin. 24) item e Regulae pastoralis Lib. II. c. 6 ubi hic locus incipit:* Nam sicut in libris Moralibus iam diximus. *Eadem verba leguntur in Moral. Lib. XX. n. 14 c. 8.* 4) 'Sit ergo . . . dulcedinis' *(lin. 24 - lin. 27) item e Regulae pastoralis Lib. II. c. 6 fin. ubi autem praecedit conclusio nostra:* Quod bene cet. 5) 'Unde . . . claudant' *(lin. 33 - pag. 36 lin. 8) initio minus accurate sed post verbotenus cum Regulae pastoralis Lib. II. c. 7 consentit.*

prohibentur radere, et comam nutrire, ut cogitationes carnis de vita subditorum nec a se[a] funditus amputent, nec rursum ad crescendum nimis relaxent. Ubi bene Ezec. 44,20. dicitur: 'Tondentes tondant[b] capita sua', ut videlicet curae temporalis sollicitudinis[c] et ad quantum necesse est prodeant et tamen recidantur citius, ne immoderatius excrescant. Dum igitur et per amministratam[d] exteriorem providentiam corporalis subditorum vita[e] protegitur et rursus per moderatam alta cordis intentio non impeditur, quasi capilli in capite sacerdotis[f] servantur, ut cutem cooperiant, et resecantur, ne oculos claudant. Sed hoc in loco huius discretionis moderamina video[g] servari non posse, quia tanti cotidie casus[h] imminent, ut mentem simul obruant, cum vitam corporalem necant. Unde, frater sanctissime[i], per venturum iudicem rogo, per multorum milium angelorum frequentiam, per ecclesiam[k] primitivorum, qui conscripti[l] sunt in caelis, sub hoc pastoralis curae onere lassescentem orationis tuae intercessione me adiuva, ne suscepta me pondera ultra vires premant. Memor vero, quod scriptum Iac. 5,16. est: 'Orate pro invicem, ut salvemini', etiam impendo quod peto. Sed[m] recipiam[n] quod impendo. Dum enim nos nobis per orationis opem coniungimus[o], quasi ambulantes per lubricum vicissim nobis manum tenemus, fitque ex magna provisione caritatis, ut eo singulorum robustius pes figatur[p], quod in altero[q] alter innititur.

Rom. 10,10. Praeterea[r] quia 'corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem', sicut sancti evangelii quattuor libros, sic quattuor concilia [1] suscipere et venerari me fateor. Nicenum [2] scilicet, in quo perversum Arrii dogma destruitur[s], Constantinopolitanum [3] quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur, Efesenum[t] [4] etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur, Chalcedonense[u] [5] vero, in quo Euthychis[v] Dioscorique pravitas reprobatur[w], tota devotione complector, integerrima approbatione[x] custodio, quia in his velut in quadrato lapide, sanctae fidei structura consurgit, et cuiuslibet vitae atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra aedificium iacet. Quintum quoque concilium [6] pariter veneror, in quo epistola, quae Ibae[y] dicitur, erroris plena, reprobatur[z], Theodorus personam mediatoris Dei et hominum in duabus subsistentiis separans ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur, scripta quoque Theodoriti[a], per quae[b] beati Cyrilli[c] fides reprehenditur, ausu dementiae prolata refutantur. Cunctas vero quas praefata veneranda concilia personas respuunt, respuo, quas venerantur, amplector, quia dum universali sunt consensu constituta, se et non illa destruit, quisquis praesumit aut solvere, quos religant, aut ligare, quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema

a) subd. necare *r 2.* b) *corr. ex* tondent *R 3.* c) *corr. in* sollicitudines *R 3.* d) administratam *r 1.* e) vitam *R 1.* f) sacerdoti *R 1.* g) *add.* me *r 2.* h) causas *r 1.* i) *Qui R 3 correxit (Eckehardus IV.) add. ad marginem:* quem unum rogat cum pluribus scribat. k) ecclesiis *r 1.* l) scripti *R 1.* m) *add. manu post.* ut *R 3.* n) *superscr. alia manu* vel repeto *R 3.* o) coniungimur *R 1. 3.* p) pes figatur *r 2, R 1, edd. pr. G;* perfigatur *r 1;* caritas perfigatur *ed. M.* q) quo in alterum *R 1. 3.* r) *qui R 3 correxit (Eckehardus IV.) superscr.* Ecce synodica. s) distruitur *r 2.* t) Ephesinum *R 1.* u) Calcedonense *R 1.* v) Euthichis *r 2;* Euthicis *R 1.* w) *corr. in* pravitates reprobantur *R 3.* x) adprobatione *r 2.* y) Ibi (*asscrib. in margine* Ibę) *R 1.* z) *add.* et *R 1; corr.* Theodorus *in* Theodorusque *R 3.* a) Theodoreti *R 3.* b) quem *R 3.* c) Cirilli *R 1.*

1) Cf. Iustiniani constitutionem a. 533 (Cod. 1, 1, 7 [cf. 1, 1, 8] Iustiniani rescriptum ad Iohannem II. papam.): ἀκολουθοῦντες διὰ πάντων ταῖς ἁγίαις τέτρασι συνόδοις καὶ τοῖς παρ' ἑκάστης αὐτῶν διατυπωθεῖσι, τουτέστι τῆς ἐν Νικαίᾳ .. καὶ τῆς ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει (sc. Constantinopol.) .. καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ προτέρας καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ... Καὶ ἡ μὲν ἐν Ἐφέσῳ προτέρα τόν τε ἀσεβῆ Νεστόριον καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα καθεῖλέ τε καὶ ἀνεθεμάτισε ... Ἡ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος ... ἀνεθεμάτισε καὶ τὸν ἀσεβῆ Εὐτυχέα καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα. 2) anno 325. 3) anno 381; cf. p. 19. 4) anno 431. 5) anno 451; cf. p. 18 not. 1. 6) Constantinopolitanum anni 553, ubi tria capitula reprobantur; cf. p. 18 not. 2.

sit. Quisquis vero praedictarum synodorum[a] fidem tenet, pax ei sit a Deo patre per Iesum Christum filium eius, qui cum eo vivit et regnat consubstantialiter deus in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

I, 24 a.

Gregorius I. papa Iohanni episcopo (Ravennati) obiurganti, quod pontificatum fugere voluerit, Regulam pastoralem mittit, qua qualis debeat esse pontifex docet. 591.

Opp. S. Gregorii pp. ed. M: Tom. II, 1; ed. G: Tom. I, 1053. — Iaffé Reg. 1094.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI IOHANNI COEPISCOPO GREGORIUS.

Pastoralis curae me pondera fugere delitescendo[a] voluisse, benigna, frater karissime, atque humili[b] intentione repraehendis; quae ne quibusdam levia esse videantur, praesentis libri stilo exprimo de eorum gravidine omne quod penso, ut et haec qui vacat incaute non expetat et qui incaute expetiit adeptum se esse pertimescat. Quadripertita vero disputatione liber iste distinguitur, ut ad[c] lectoris sui animum[d] ordinatis alligationibus[e] quasi quibusdam passibus gradiatur. Nam cum rerum necessitas exposcit, pensandum valde est, ad culmen quisque regiminis qualiter veniat. Atque ad hoc rite perveniens, qualiter vivat. Et bene vivens, qualiter doceat. Et recte docens infirmitatem suam cotidie quanta[f] consideratione cognoscat, ne aut humilitas accessum fugiat, aut perventioni vita contradicat, aut vitam doctrina distituat[g], aut doctrinam praesumtio extollat. Prius ergo appetitum timor temperet. Post autem magisterium, quod a non quaerente suscipitur, vita commendet. Ac deinde necesse est, ut pastoris bonum quod vivendo ostenditur etiam loquendo propagetur. Ad extremum vero superest, ut perfecta quaeque opera consideratio propriae infirmitatis deprimat, ne haec ante arbitris[h] occulti oculos tumor elationis extinguat.

Sed quia sunt plerique mihi inperitia[i] similes, qui dum metire[k] se nesciunt, quae non dedicerint docere concupiscant[l], qui pondus magisterii tanto levius aestimant,

a) sinodorum *R 1.*

I, 24a Contuli denuo cum cod. ms. bibliothecae capitularis Eporediensis (Ivrea) n. 1, forma oct. membr. saec. VII. litteris merovingicis optime scripto; et cum cod. ms. bibliothecae Berolinensis lat. theol. in fol. 362, membr. saec. IX. ex. (antea 'S. Liudgeri in Verdena') scripto ab Harduino presbytero. — Om. titulum: Reverentissimo ... Gregorius *Ivr. Berl.; add.* salutem *testibus Maurinis cod. Gemeticensis.* a) delitiscendo *Berl.* b) humillima *Berl.* c) et *Berl.* d) *corr. in* animus *Berl.* e) *ita praeter Ivr. Berl. et test. M Trecensis cod. saec. VII. litteris uncialibus exaratus.* f) tanta *Berl.* g) destituat *Berl.* h) *ita codd. et Ivr. et Trec. cf. p. 31 not. q;* occulti arbitris (s *ras. delet*) *Berl.* i) imperiti *Berl.* k) metiri *Berl.* l) concupiscunt *Berl.*

I, 24a Primo pontificatus sui anno hunc librum 'regulae pastoralis' se scripsisse ipse indicat papa ep. V, 53 dicens de illo libro: quem in episcopatus mei exordio scripsi. *Sed et nemo est, quin affinitate supra probata intellegat et synodicam (ep. I, 24) et Regulam pastoralem eodem tempore compositas esse. Vide notas ad ep. I, 24. Librum regulae pastoralis laudibus extollunt et Licinianus (infra ep. I, 41a) et Columbanus (inter Gregorii epp. ed. M IX, 127, quam epistolam nos quidem inter alias Columbani epistolas recensebimus). — Iohannes cuius sedem titulus non dicit, et Constantinopolitanus episcopus cognomine ieiunator explicatur (ab Isidoro De viris ill. c. XXXIX. XL [vide ed. Arevali; non ita se habet in ed. Fabricii] et ab Ildefonso in additione ad Isidorum c. 1) et Ravennas episcopus (in Vitis Gregorii, praeter Paulum diac. c. XIV et Iohannem diac. Lib. IV. c. 73 in Vita quoque Sangallensi, quam in praefatione edimus). De Constantinopolitano Iohanne cf. ep. I, 4. Nos potius traditionem italicam praeferimus, praesertim cum*

quanto vim magnitudinis illius ignorant, ab ipso libri huius reprachendantur exordio, ut quia[m] indocti ac praecipites doctrinae arcem tenere appetunt a praecipitationis suae ausibus ut[n] ipsa loquutionis nostrae ianua repellantur.

Ecce[1] bone vir reprachensionis meae necessitate conpulsus, dum monstrare qualis esse debeat pastor invigilo, pulchrum depinxi hominem pictor foedus aliosque ad perfectionis litus dirigo, qui adhuc in delictorum fluctibus versor. Sed in huius quaeso vitae naufragio orationis tuae me tabula sustine, ut quia pondus proprium deprimit tui meriti manus me[o] levet.

I, 25.

Gregorius I. papa Anastasio, patriarchae Antiocheno, de susceptis pontificatus curis queritur. Synodicam transmittens per Bonifacium defensorem secretum quoddam ei communicat. S. Petri claves donat. *591, Febr.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 25.
Edd. M: Lib. I. ep. 26; G: Lib. I. ep. 25. — Iaffé Reg. 1093 (729).

GREGORIUS ANASTASIO PATRIARCHAE ANTIOCHENO.

Scripta vestrae beatitudinis uti fessus requiem, salutem eger, fontem sitiens, umbram aestuans inveni. Neque enim illa verba per linguam carnis videbantur expressa, quia sic spiritalem amorem suum, quem gestabat[a], aperuit, ac si mens per semetipsam loqueretur. Sed durum valde fuit, quod secutum est, quia amor vester terrena me portare onera praecepit et quem prius spiritaliter diligebatis, post[b] ut[c] aestimo temporaliter amantes, usque ad terram me superposito onere depressistis, ita ut omnem mentis rectitudinem funditus perdens contemplationisque[d] aciem amittens
Psal.118,107. non per prophetiae spiritum, sed per experimentum dicam: 'Incurvatus sum et humiliatus sum usque quaque'. Tanta quippe me[e] occupationum onera deprimunt, ut ad superna animus nullatenus erigatur. Multis causarum fluctibus quatior et post illa
Psal. 68,3. quietis otia tumultuosae vitae tempestatibus adfligor[f], ita ut recte dicam: 'Veni in altitudinem[g] maris et tempestas demersit me'. Periclitanti igitur mihi orationis vestrae manum tendite, vos qui in virtutum litore statis. Quod vero me os Domini, quod[h] lucernam dicitis, quod loquendo multis prodesse multisque posse lucere perhibetis,

m) qui *corr. in* quia *Berl.* n) *ita Ivr. Berl.; melius forte* in *ed. M.* o) *om.* me *Berl.*
I, 25 Om. titulum et numerum utrumque add. manu post. R 1. a) *corr. in* gestabant *R 1.* b) postea *r 2.* c) ut *superscr. r 2;* ut ita *R 1, sed* ita *ras. deletur.* d) contemplationique *R 1.* e) *om. r 1. 2.* f) affligor *r 1.* g) altitudine *R 1.* h) et *R 1.*

Isidorus ex tituli ipsius silentio ad interpretationem suam motus esse videatur. Iohannes Ravennas autem, Romae natus ut ipse infra ep. III, 66 recolit (cf. Agnellum, SS. Langob. p. 342) in sinu atque gremio Romanae ecclesiae enutritus et Deo auxiliante provectus, *magna familiaritate cum papa coniunctus erat, usque ad tempus cum pallii honores illegitimos ambiens, ambitiosus et ambiguus a Gregorio reprehenditur (cf. epp. III, 54. V, 15).*

1) Haec verba: Ecce . . . levet *in extrema parte Regulae pastoralis dissertatione iam expleta quasi epilogus exstant, quem nos epistolae praeunti annectendum putamus.*

I, 25 Vide ad hanc epistolam quae supra ad ep. I, 7 adnotavimus. Nam cum epistolam modo citatam Gregorius non Anastasio dedisset, primam novae epistolae partem usque ad multis prodesse (multisque posse lucere) perhibetis *supra lin. 28 ipsis fere verbis, quibus antea ep. I, 7 scripserat, exprimit. Omittit*

aestimationem mihi meam fateor in dubietatem maximam perduxistis. Considero namque qui sum et nihil in me ex huius boni signo deprehendo. Considero autem qui estis et vos mentiri posse non arbitror. Cum ergo credere volo, quod dicitis, contradicit mihi infirmitas mea. Cum despuere[i] volo, quod in laude mea dicitur, contradicit mihi sanctitas vestra. Sed quaeso, vir sancte, nobis aliquid de hoc certamine nostro conveniat, ut etsi non quod dicitis ita est, sit ita quia dicitis[1].

Praeterea sicuti patriarchis aliis, paribus[k] vestris, synodicam[l] vobis epistolam[2] direxi, quia apud me semper hoc estis, quod ex omnipotentis Dei munere accepistis esse, non quod ex voluntate hominum putamini non esse.

Latori vero praesentium Bonifacio defensori[3] aliqua iniunxi, quae sanctitati vestrae debeat secretius intimare[4].

Amatoris autem vestri beati Petri apostoli vobis claves transmisi[5], quae super egros positae multis solent miraculis coruscare.

I, 26.

Gregorius I. papa Anastasio, archiepiscopo Corinthio, ordinationem suam indicat. Bonifacium defensorem ad imperatorem (Mauricium) missum commendat. *591, Febr.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 26.
Edd. M: Lib. I. ep. 27; G: Lib. I. ep. 26. — Iaffé Reg. 1095 (730).

i) disputare *codd. R et r;* discutere *ed G. Praebet lectionem meam Ioh. diac. Lib. I. c. 49 cod. Berol.*
k) fratribus (*superscr.* paribus) *R 1;* patribus *r 2.* l) sinodicam *R 1.*

autem quae dixerat de suggessione ad imperatorem, ut Anastasium honore restituto Romam venire concedat, adiciens nunc de synodica et de clavibus sancti Petri. — De tempore huius epistolae cf. notam 2. — Quo in exilium Anastasius missus sit, B. Kumpfmüller, De Anastasio Sinaita (Wirceburgi 1865) p. 7 incertum relinquit, coniciens tantummodo eum in monasterium suum retrusum fuisse. Sed cum Bonifacius defensor, ut ex ep. I, 26 liquet, ad imperatorem missus hanc epistolam Anastasio tradendam receperit, eum Constantinopoli degisse credimus. Id quod et ep. I, 7, quam aliae epistolae in eandem urbem missae praecedunt, quodammodo confirmatur.

1) *Idem scribit Gregorius Stephano episcopo ep. VII, 8:* si bona in me non ideo dixistis, quia sunt, ideo sint quia dixistis; *et in alia epistola (VII, 24) ad Anastasium eadem cum modestia:* commemorare voluistis non quid sum, sed quid esse debeam. 2) *De synodica vide notam ad ep. I, 24, ubi iam pag. 29 lin. 26 de dubio eius tempore agitur. Accedit, ut vix credere possimus, Gregorium epistolam nostram quatuor demum menses post ep. I, 7 scripsisse. Una cum ep. I, 24 ideo et ep. I, 25 supra omissa, serius in registrum recepta videtur.* 3) *Bonifacius defensor, quem in ep. sequenti ad imperatorem Constantinopolim missum esse legimus, ni fallor, idem est qui in Dialogis Lib. III. c. 20 (a. 593, fin.)* hic noster diaconus atque dispensator ecclesiae *a Gregorio dicitur. Constantinopolim Bonifacium iterum papa a. 603, Iul. direxit, iam eum responsalem ecclesiae constituens, quem modo* primum defensorem *(ep. XIII, 41 cf. ep. VIII, 16) modo* diaconum *(epp. XIII, 43. 45. XIV, 8) titulat. Denique Bonifacius noster sub nomine quarti a. 608 in Romanum pontificem electus est. Cf. Dialogos l. l. ubi Stephanus, Bonifacio agnatione proximus, Valeriae provinciae presbyter nominatur et Librum Pontific. Rom. in Vita Bonifacii IV. qui papam illum natione Marsorum de civitate Valeria ex patre Iohanne medico dicit. Errant igitur Binius et Labbeus, qui ad Lib. Pontif. l. l. Bonifacium III. papam (a. 607 creatum) eum intellegunt.* 4) *Nimirum de exilio eius sublevando. Certe papa timuit, ne epistola Constantinopoli ab imperatore legeretur.* 5) *Plurimis in epistolis registri nostri tales benedictiones quasi magnae amicitiae et aestimationis signa transmissas et receptas invenimus; cf. epp. I, 29. 30. III, 33. 47. IV, 27. 30. V, 42. 46. VI, 6. 58 cet. Duodecim claves, sex alias benedictiones et unam crucem Gregorius, quantum ex solo registro scimus, variis personis dono dedit.*

I, 26 De Anastasio postea damnato cf. epp. V, 57. 62. Iam anno 595, Aug. Iohannes Anastasio successit.

GREGORIUS ANASTASIO ARCHIEPISCOPO CORINTHIENSI.

Iudicia Domini quanto sunt investigabilia, tanto debent esse humanis sensibus metuenda, ut quia ea ratio mortalis comprehendere non valet, his se[a] necesse est humili[b] cordis cervice substernat, quatenus quo eam regentis voluntas duxerit[c] illic oboedientibus mentis gressibus prosequatur. Ego autem considerans infirmitatem meam ad apostolicae sedis culmen non[d] posse pertingere, onus hoc malui declinare, ne in pastorali regimine imparis administrationis[e] actione succumberem[f]. Sed quia contraire non est Domini[g] disponentis arbitrio, oboedienter[h] secutus sum quod[i] misericors de me Regentis manus voluerit[k] operari. Nam fraternitati vestrae etsi praesens non eveniret occasio necessario[l] fuerat indicandum, quod licet indignum me apostolicae Dominus sedi praeesse dignatus est. Cum ergo fieri hoc et causa posceret et directi a nobis praesentium latoris, id est Bonifacii[m] defensoris[1], evenisset occasio, curavimus non solum scriptis fraternitati vestrae caritatis vota persolvere, sed etiam de ordinatione nostra, quod desiderabile fuisse vobis credimus, indicare. Propterea caritas vestra reciprocis[n] nos de unitate ecclesiae, et desiderabili nuntio salutis vestrae laetificet, quatenus absentia corporalis, quam nos locorum facit sustinere disiunctio, scriptorum sibi vicissitudine praesentetur.

Adhortamur etiam, ut quia memoratum superius praesentium portitorem pro necessariis quibusdam causis ad clementissimi principis vestigia destinavimus[o], et mutabilitas temporis multa solet impedimenta itineris generare, quicquid ei sive in terreni itineris provisione, sive etiam in procuratione navigii necessarium fuerit, vestra se[p] sacerdotalis impendat affectio, ut destinatum iter celerius, Domino miserante, valeat explicare.

I, 27.

Gregorius I. papa Sebastiano, episcopo Resinensi, scribit de suggestione ad imperatorem (Mauricium), ut Anastasium (Antiochenum) patriarcham Romam ire permitteret, non demissa. Anastasii voluntatem scire desiderat. *591, Febr.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 27.

Edd. M: Lib. I. ep. 28; G: Lib. I. ep. 27. — Iaffé Reg. 1096 (731).

GREGORIUS SEBASTIANO EPISCOPO RESINIENSI.

Quamvis nulla merui beatitudinis vestrae scripta suscipere, tamen ego etiam obliviscentem me non obliviscor, neglegentem pulso, torpentem amoris stimulis inquieto,

I, 26 Numerus ac titulus desunt in R 1. a) si *add. manu post. r 2.* b) humilis *R 1, edd. M. G.* c) *corr. ex* duxerat *r 1.* d) non *om. r 2:* me minime (*erad.* me) *R 1.* e) amministrationis *r 2.* f) subcumberem *R 1.* g) hominis se (*corr. in* set) *R 1;* divini *ed. pr.* h) *ita corr. ex* oboedientes *r 2;* obediens *R 1.* i) *corr. ex* qui *(?) r 2:* quo *R 1.* k) *corr. in* voluit *r 2;* voluit *edd. M. G.* l) necessarium *R 1.* m) Bonifatii *R 1.* n) *scil. scriptis; sine necessitate add.* litteris *edd. M. G.* o) *corr. ex* destinabimus *R 1.* p) *sic codd. et ed. pr.; om* se *edd. M. G.*

I, 27 Sevastiano *r 1. 2.* — praeposito *teste ed. M Vatic. C.* — Resmiensi *codd. nisi quod teste ed. M scribunt:* (episcopo) Poresmiensi *Vatic. D, Remens. et Gem.;* Risimiensi *Vatic. unus aut alter;* Sermiensi *codd. Regii.* Remensi *ed. pr.;* Rhisiniensi *edd. G. M. Cf. ep. V, 40.*

1) *Cf. notam 3 ad ep. praecedentem.*

I, 27 Resinum (Rhizon, Rhizinium) urbs Illyriae, nunc Risano prope Cattaro. Sinus etiam, ad quem sita est, hodie Golfo di Cattaro, Rhizaeicus aut Rhizonicus nominabatur. — De Sebastiano episcopo huius sedis cf. ep. V, 40.

ut qui ex semetipso non vult impendere, vel pulsatus sciat reddere quod debet. Praeterea indico, sugestionem me apud piissimos dominos summis precibus plenam fecisse, ut virum beatissimum domnum Anastasium patriarcham[1], concesso usu pallei, ad beati Petri apostolorum principis limina mecum celebraturum sollemnia missarum transmittere debuisset[a], quatenus si ei ad sedem suam reverti minime liceret, saltem mecum in honore suo viveret. Sed quae causa contigerit, ut eadem scripta retinerem, praesentium vobis lator innotescet[b]. Eiusdem tamen domni Anastasii animum cognoscite, et quicquid ei de hac re placuerit, vestris mihi epistolis indicate.

I, 28.

Gregorius I. papa Aristobolum (Constantinopolitanum) expraefectum et antigraphum consolatur afflictum rogatque, ut epistolae suae prolixae non verba sed sensum traducat.
591, Febr.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 28.
Edd. M: Lib. I. ep. 29; G: Lib. I. ep. 28. — Iaffé Reg. 1097 (732).

GREGORIUS ARISTOBOLO EXPRAEFECTO ET ANTIGRAFO.

Ad explendum affectum[a] meum, fateor, lingua non sufficit; sed quicquid de vobis sentio vester[b] vobis melius affectus dicit. Quibusdam vero vos laborare adversitatibus audivi. Sed non hac de re valde contristor, quia plerumque naves, quae pervenire ad alta pelagi tempestatis post prosperitatem[c] poterant, in ipso navigationis initio vento adversante repelluntur[d]. Sed ad portum repulsa revocatur[e].

Praeterea si[f] prolixam[g] epistolam meam ad interpretandum[1] accipere fortasse contigerit, rogo, non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferte[2], quia plerumque dum proprietas verborum tenditur[h], sensuum virtus amittitur.

---

a) *corr. in* debuissent *R 1 (cf. ep. I, 7 not. l).* b) innotescit *r 2.*

I, 28 antegrapho *R 1;* artigrapho *R* 1;* archigrapho *ed. pr. Cf.* antegrafo *in ep. III, 7.* a) effectum *r 1. 2;* effectum *corr. in* affectum *R 1.* b) ut *r 1.* c) per prosp. (*om.* tempestatis) *edd. M. G.* d) repellitur *r 1. 2.* e) repulsae revocantur *R 1. Edd. ubique num. singul.:* navis . . poterat . . repellitur *cet.* f) si *om. r 1; add. man. post. r 2.* g) praelixum *r 1; ita corr. in* prolixam *r 2.* h) intenditur *r 1;* attenditur *Edd. M. G;* tenetur *R* 1, ed. pr.*

1) *De Anastasio episcopo Antiocheno cf. notas ad epp. I, 7. 25.*

I, 28 De Aristobulo quodam, qui a Theophylacto Simocatta Lib. III. c. 3: τῆς βασιλικῆς οἰκίας προεστὼς τοῦ βασιλέως τοῦ Ἀντιόχου προσαγορευομένης, *a Theophane (ed. Bonn. p. 402):* ὁ κουράτωρ τῶν βασιλικῶν οἴκων, *ab Evagrio denique Lib. VI. c. 10 (errore quodam pro Aristobulo Andream scribenti):* τῶν βασιλικῶν ὑπασπιστῶν πρῶτος *nominatur, ad annum 587 annales historiae Byzantinae referunt. Sed utrum idem sit cum nostro annon, incertum relinquo. — Titulum expraefecti et antigraphi (*ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφεύς*) et Theophylactus (ed. Bonn. p. 3) apud Photium habet. Erat autem antigraphus (qui et* ἀπὸ γραμματικῶν ἀντιγραφεύς *a Theophane p. 111 vocatur), ut Isidorus in libro glossarum explicat, cancellarius. Ita et ab Eunapio, quem Goar in nota ad Theoph. p. 111 citat, magister scriniorum appellatur. Post discernit* ἀντιγραφέας καὶ καγκελλάριους *Constantinus Porphyrog. De cerim. Lib. I. c. 55, ad quem locum vide quod Reiskius (ed. Bonn. II, 287) notarit, fuisse antigraphos, qui dictabant seu concipiebant, id quod postea scribae exscriberent.* 1) *Gregorii epistolam latine scriptam ut graece redderet, in officiis antigraphi erat. Quae sit epistola illa prolixa nescimus, et non consentio cum Maurinis, qui synodicam hic intellegunt.* 2) *Cf. ep. VII, 27:* hodie in Constantinopolitana civitate, qui de latino in graeco dictata bene transferant, non sunt. Dum enim verba custodiunt et sensus minime adtendunt, nec verba intelligi faciunt, et sensus frangunt. *De interpretibus autem malignis non valentibus in graecum eloquium apte et proprie*

I, 29.

Gregorius I. papa Andreae illustri (Constantinopolitano) queritur de suscepti pontificatus oneribus. Clavem beati Petri ei mittit. *591, Febr.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 29.
Edd. M: Lib. I. ep. 30; G: Lib. I. ep. 29. — Iaffé Reg. 1098 (733).

GREGORIUS ANDREAE ILLUSTRI.

Omnipotens Deus dulcissimo cordi vestro indicet, quia et absens corpore a caritate vestra animo non recessi. Bona enim vestra, etiam si volo, oblivisci non valeo. Hoc autem quod me ad episcopatus ordinem cognoscitis pervenisse, si me diligitis, plangite; quia tantae hic huius mundi occupationes sunt, uti[a] per episcopatus ordinem pene ab amore Dei me videam esse separatum. Quod incessanter defleo, atque ut pro me Dominum exoretis rogo.

Praeterea sacratissimam clavem a sancti Petri apostoli corpore vobis transmisi, quae super aegros multis solet miraculis coruscare; nam etiam de eius catenis interius habet. Eaedem igitur catenae, quae illa sancta colla tenuerunt, suspensae vestra colla sanctificent[1].

I, 30.

Gregorius I. papa Iohanni exconsuli atque patricio et quaestori (Constantinopolitano) queritur, patrocinio eius se episcopum factum esse non Romanorum sed Langobardorum. Clavem beati Petri ei mittit. *591, Febr.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 30.
Edd. M: Lib. I. ep. 31; G: Lib. I. ep. 30. — Iaffé Reg. 1099 (734).

GREGORIUS IOHANNI EXCONSULI ATQUE PATRICIO ET QUAESTORI.

Bona[a] vestrae excellentiae expertus tanto erga vos amore constringor, ut vestra memoria de meo pectore aboleri nullatenus possit. Sed contra amorem non modice

I, 29 ill. *comp. r 2, R 1; om.* illustri *r 1, R* 1, ed. pr.;* illustri de Dibiria *ed. G.* (de Dibiria, *dicunt Maurini, ab omnibus mss. abest quos consuluimus*); illyrico *teste ed. M cod. Andegav.* a) *corr. in* ut *R 1.*

I, 30 ita corr. manu post. atramento nigro ex: Gregorius exconsul atque patre et quesitori *R 1;* exconsule (*om.* et quaestori) *ed. pr.* a) bonitatem *ed. M et eo teste codd. Norm. duo Teller. et plerique.*

latina transferre et Leo I. papa (ep. 124, Iaffé Reg. 500 [278]) queritur. Postea Nicolaus I. ab imperatore Michaele petit, ut interpretem sumat, qui de epistola nihil minuat aut addat aut commutet (cf. Bibl. Casinensem IV. Floril. p. 359). Gregorium autem ipsum graecae linguae nescium fuisse, quamvis diu responsalis Constantinopoli moratus sit, ex epp. VII, 29. X, 21. XI, 55 discimus.

I, 29 Andream illustrem eundem esse credo, qui in Chronico Paschali (ed. Bonn. p. 696): Ἀνδρέας ἰλλούστριος ὁ ἐπίκλην τοῦ Σκόμβρου nominatur. Qui Mauricii imperatoris domui tanta necessitudine coniunctus fuit, ut post imperatoris necem, cum ceteris eius familiarissimis et ipse anno 605, Iun. 7 a Phoca capitis supplicio affectus sit. Ex ep. VII, 26 autem liquet et nostrum Andream intime imperatoris familia usum esse, qui et in titulo epistolae VII, 23 iuxta Theoctistam, imperatoris sororem, positus est. Magnificum filium eum titulat Gregorius ep. VII. 26. Quomodo autem ortum sit nomen eius de Dibiria in editionibus quibusdam explicare non possum. 1) *Cf. de clavibus s. Petri notam 5 ad ep. I, 25.*

I, 30 Ni fallor, de hoc Iohanne Theophylactus Simocatta Lib. I. c. 1 dicit, narrans, post Tiberii praedecessoris sui mortem Mauricium imperatorem Iohanni mandasse, ut ad populum loqueretur. Iohannem autem Theophylactus nominat: ῥήτορα δεινὸν καὶ νόμων Ῥωμαικῶν ἐπιστήμονα, ὃς τὰ βασιλέως προ-

contristor, quia quietem me quaerere cognovistis et ad inquietudinem perduxistis. Vobis quidem omnipotens Deus, quia hoc bono animo fecistis, bona aeterna retribuat, sed me a[b] tanto loci huius periculo qualiter voluerit absolvat: quia sicut peccata mea merebantur, non Romanorum, sed Langobardorum episcopus factus sum, quorum sinthichiae[c] spatae [1] sunt et gratia poena. Ecce ubi me vestra patrocinia perduxerunt. Gemo cotidie occupationibus pressus et respirare non valeo. Sed vos, qui adhuc valetis, mundi huius occupationes[d] fugite; quia quanto in eo quisque profecerit[e], tanto, ut video, ab amore Dei amplius decrescit.

Praeterea sacratissimam clavem a beati Petri apostolorum principis corpore vobis transmisi, quae super aegros multis solet miraculis coruscare; nam etiam de eius catenis interius habet[f]. Eaedem igitur catenae, quae illa sancta colla tenuerunt, suspensae vestra colla sanctificent [2].

I, 31.

Gregorius I. papa Philippico comiti excubitorum scribit, quo animo episcopatum susceperit, commendans ei Italiae causas. *591, Febr.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 31.
Edd. M: Lib. I. ep. 32; G: Lib. I. ep. 31. — Iaffé Reg. 1100 (735).

GREGORIUS FILIPPICO COMITI SCUBITORUM.

In quantum homo discutere et investigare iudicia superna non sufficit, in tantum sub ea debet cervicem cordis inflectere, ut quia id quod sibi tribuitur, quo iudicio

b) sed meam *r 1.* c) sintichiae *r 1;* syntichiae *r 2;* sinthicie *R 1.* d) occupationibus *r 2.* e) proficerit *r 1.* f) habent *r 1. 2.*

I, 31 Filippicoti *r 1;* Philippicoti *R 1;* Filippi *r 2;* Phylippo *R*1;* Philippo *edd.* — cōm *r 1. 2;* cōms *R 1;* magistro *R* 1, ed. pr.* — scubitorum *r 1. 2, R 1;* excubitorum *R* 1, edd.*

στάγματα . . ἐμεγαλήγόρει . . τοῦτον ἐπιχωρίῳ Ῥωμαῖοι φωνῇ ἀποκαλοῦσι κουαίστορα. Iam antea Iohannes, ut idem Lib. III. c. 15 docet, patricius et senatus princeps erat.

1) Quorum sinthichiae (συνθῆκαι) spatae sunt, i. e. quorum pacta ut gladii vulnerant. *2) Cf. notam 5 ad ep. I, 25.*

I, 31 De Philippico narrat Theophylactus Simocatta Lib. I. c. 13 ad a. 584: Φιλιππικὸς δὲ ἀντανίσταται καὶ στρατηγὸς ἀναγορεύεται ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος, ἀνὴρ ἐπιδέξιος καὶ βασιλικῆς συγγενείας ἐγγύτατος· γαμέτης γὰρ ἐτύγχανεν ὢν Γορδίας ἀδελφῆς τοῦ αὐτοκράτορος; Evagrius Lib. VI. c. 3: Μετ' αὐτὸν δὲ Φιλιππικὸν (i. e. post Iohannem imperator Philippicum magistrum orientalis militiae misit) κῆδος πρὸς αὐτὸν ἔχοντα· τὴν ἑτέραν γὰρ ταῖν ἀδελφαῖν αὐτοῖ γεγαμήκει; Theophanes (ed. Bonn. p. 419): Μαυρίκιος . . . Φιλιππικὸν τὸν ἴδιον γαμβρὸν τὸν τῆς ἀνατολῆς στρατηγὸν ἐποίησε κόμητα τῶν ἐξκουβιτόρων θαρρῶν αὐτῷ, ὡς τὴν αὐτοῦ ἀδελφὴν αὐτῷ ἔζευξεν. (Ita et in Chronico Paschali, ed. Bonn. p. 695: Φιλιππικὸς πατρίκιος καὶ κόμης ἐξκουβιτόρων). Male haec autem Theophanes ad a. 593 refert, cum ex nostra epistola constet, Philippicum iam initio anni 591 comitem excubitorum fuisse. Quam strenue denique res in bello Persico gesserit, et quomodo Mauricius eum, cum seditionem fecerit exercitus, falsa suspicione afflixerit, fusius historia nobis tradidit. Post Mauricii necem, ut Chronic. Pasch. l. l. indicat, in clericum est attonsus. — Excubiti a Procopio (Anecdot. p. 28) οἱ ἐν παλατίῳ φύλακες, a Theophylacto Lib. III. c. 11: οἱ τοῦ βασιλέως σωματοφύλακες nominantur. Comes eorum, qui ut Constantinus Porphyrog. De cerim. I, 93 explicat, τοῖς στρατιώταις καὶ τριβούνοις καὶ βικαρίοις praeerat, summum post imperatorem locum in imperio habuit. Itaque Iustinus (I) ex comite excubitorum imperator electus est (cf. Iordanis Hist. Rom. MG. SS. Antiq. V(I), 47 et Constant. Porphyr. De cerim. I. c. 93); Iustinus II. imp. Tiberium comitem excubitorum adoptatum sibi filium caesarem pronuntiarit sedisque ac paris honoris consortem effecit (Theophanes p. 381

disponatur, ignorat, nec ad appetendum[a] locum[b] procax insistere, nec ad repellendum contumax debet inveniri. Unde indignus ego ad suscipienda episcopatus onera iussioni Omnipotentis vestraeque voluntati me subdidi, cui me praeesse largitate magis gratiae, quam iudicii aestimatione voluistis. Potens est enim Deus, propter quem me indignum diligitis, hanc vobis in perpetuum repensare mercedem, ut gratiam, quam indignis famulis eius impenditis, apud eum multiplicius invenire valeatis. Causas vero Italiae vestra, quaeso, excellentia habeat commendatas, ut dum vos petentibus libenter impenditis, omne quod a Deo petitis quantocius impetretis.

I, 32.

Gregorius I. papa Romanum patricium et exarchum Italiae hortatur, ut Blandum episcopum Hortonensem iam diu Ravennae detentum aut synodi iudicio subiciat, aut ad ecclesiam suam reverti concedat. *591, Febr.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 32.
Edd. M: Lib. I. ep. 33; G: Lib. I. ep. 32. — Iaffé Reg. 1101 (736).

GREGORIUS ROMANO PATRICIO ET EXARCHO ITALIAE.

Scribendi ad excellentiam vestram si causa omnino nulla suppeteret, nos tamen esse oportet caritate paterna de vestrae salutis incolomitate sollicitos, ut quod de vobis audire cupimus, internuntiorum frequentia cognoscamus. Praeterea pervenit ad nos, Blandum Hortonensis[a] [1] civitatis episcopum longo iam tempore in civitate Ravennati a vestra excellentia detineri [2]. Et fit, ut ecclesia sine rectore et populus quasi sine pastore grex defluat[b] et ibidem infantes pro peccatis absque baptismate moriantur. Et rursus quia non credimus, quod eum excellentia vestra nisi ex aliqua probabilis excessus causa[c] tenuerit, oportet, ut habita synodo palam fiat, si quod in eum crimen intenditur. Et si talis in eo culpa repperitur[d], quae usque ad[e] degradationem sacerdotii perducatur, aliam ordinationem necesse est inquiramus, ne ecclesia

a) adpetendum *r 2.* b) loca *R 1.*

I, 32 a) *ita codd. quos contuli, ed. pr. et teste ed. M tres Vaticani;* Hortensis *edd. M. G.* b) defluit *r 1;* fluit *r 2; corr.* fluit *in* defluat *R 1.* c) causas *r 1.* d) reperitur *r 1.* e) ad usque *R 1.*

ad a. 574); Phocas Prisco patricio et excubitorum comiti filiam in matrimonium dedit (Theophanes p. 454 ad. a. 606); Mauricius ipse ex comite excubitorum a Tiberio caesar creatus fuerat, ut discimus ex ep. III, 61.

I, 32 Romanus patricius et exarchus Ravennae (ut in Vita Gregorii I. in Libro pontificali nominatur) Smaragdo initio anni 590 successerat (cf. Paulum diac. Hist. Lang. L. III. c. 26 et quae notavit L. Bethmann ibidem). *1) Hortona urbs Samnii ad mare Adriaticum sita. Horta autem, ut editiones antea legerunt, urbs in Etruria iam ideo legi non debuerat, quia in Libro Pontif. Vita Gregorii I. (et in Pauli Hist. Langob. Lib. IV. c. 8) narratur, civitatem Ortam Langobardos tenuisse, quam una cum aliis civitatibus Romanus patricius demum circa ann. 595 receperit. Hortona autem hoc adhuc tempore in exarchi manibus erat, id quod non refutat Beretta apud Muratorium SS. Rer. Ital. X, CCLXXVII; cf. Savigny Gesch. des Röm. Rechts im MA. I, 422, 483. — De Blando Hortonensi episcopo cf. et ep. IX, 194, ubi filium eius Scolasticum in Hortona civitate defensorem invenimus. Iam a. 594, Aug. (ut ex ep. IV, 39 patet) Blandus de vita decesserat.* *2) Cf. supra ep. I, 16 a, in qua episcopi queruntur, Heliam Aquileiensem archiepiscopum Ravennae ab exarcho (tunc Smaragdo) fuisse detentum. Conicere licet Blandum tribus capitulis consensisse.*

Dei in his, sine quibus eam christiana non patitur esse religio, inculta ac destituta remaneat. Sin autem excellentia vestra aliter se habere, quam de eo quod[f] dicitur esse perspexerit eum ad ecclesiam suam reverti concedat, ut officium suum in commissis sibi animabus adimpleat.

MENSE MARTIO INDICTIONE IX.

I, 33.

Gregorius I. papa Venantio coniugi patriciae Italicae, quod a vita monachica descierit, opprobrio dat. Monet, ut vitet falsos amicos Romamque veniat.

591, Mart.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 33.
Edd. M: Lib. I. ep. 34; G: Lib. I. ep. 33. — Iaffé Reg. 1103 (737).

GREGORIUS VENANTIO CONIUGI PATRICIAE ITALICAE.

Multi hominum stulti[a] putaverunt, quod si ad ordinem episcopatus eveherer vos alloqui ac per epistolas frequentare recusarem. Sed non ita est, quia ipsa iam loci mei necessitate compellor, ut tacere non debeam. Scriptum quippe est: 'Clama, Isai. 58,1.

f) quid *r 1. 2.*

Mense *cet.;* Data mense *cet. adiungit epistolae praecedenti R*1.*

I, 33 ita hunc titulum respiciens et varias lectiones codd. et alias epistolas ad Venantium et Italicam restitui. Codd. autem post verba Gregorius Venantio *praebent:* cat. italica *r 1. 2, sed non taceo, litteram C in r 1 litterae P simillimam esse; delet* cat. italica *et superscribit* exmonacho patricio *r 2;* can. italiae *R 1;* cartulario italiae *R*1 et teste ed. G cod. Vall.; om. titulum scribens:* et epistola sancti Gregorii *R 3;* cancellario italiae *ed. G et teste ed. Venetiana cod. Albornotianus saec. XI;* patricio et exarcho Italiae *teste ed. G codd. Gemetic. et Audoenus, id quod negant Maurini, qui eosdem codd. contulerunt;* exmonacho *teste ed. G codd. Carnot. et Victorini duo;* exmonacho patricio *ed. pr. et Ioh. diac. Lib. III. c. 44. 48;* exmonacho patricio Syracusano *ed. M et teste eo omnes codd. Vaticani, Regii, Corbeienses, Anglicani (cf. Iamezium), Normanni, nisi quod in uno aut altero e Vaticanis desit* Syracusano. *Plurimos codd. minoris auctoritatis ita legere et ed. G docet.* a) studii mei *teste ed. M cod. Rem.*

I, 33 Ut ita titulum huius epistolae restituam non neglegens voces Venantio *et* Patricia (pat. *corruptum in* cat.) Italica, *hae me causae moverunt. Pluribus locis Italica cum Venantio una nominatur, ut ep. IX, 236 episcopo Syracusano missa:* reditus, quos filii mei excellentissimi Italica et domnus Venantius promiserunt, *cet; ep. IX, 232 in titulo:* Italicae patriciae et domno Venantio. *Constat autem Italicam patriciam fuisse, et ex ep. III, 57 inscripta* Italicae patriciae *et titulum adhibente* excellentiae *et* gloriosae filiae. *Venantium econtra patriciatus dignitate caruisse, docemur epp. XI, 18 inscripta* Venantio Syracusano, *quae nusquam ullo titulo utitur, et XI, 23 qua* dilectissimus filius *et XI, 25 qua aut* vir domnus Venantius *aut* dulcissimus filius *nominatur. (Ep. VI, 40 sola titulum praebet in codd.* Venantio exmonacho et patricio; *sed cum Galliciolli in editione Venetiana [vide ibid. not. a ad ep. I, 34] a librariis eum fictum esse puto.) Quae cum ita sint, miramur, duas illas filias Venantii, quas ep. XI, 23 profert a papa sub* gloriae *nobili titulo vocari. (Cf. ep. XI, 59, ubi, quod non nobis contrarium est* dulcissimae *tantum* filiae *titulantur.) Cum autem easdem filias et in epistola IX, 232 Italicae et Venantio directa Gregorius salutet, dubium esse non potest, Venantium maritum Italicae fuisse eorumque filias in dignitatem matris receptas gloriosas nominatas esse. Epistolam nostram denique ad unam personam scriptam esse verba eius satis probant, quo accedit, quod si ad Venantium et Italicam data esset, titulum* excellentiae *(cf. epp. IX, 232. 236) haberet, neque nomen Venantii Italicam praecederet. Itaque* coniugi *addere debui (cf. epp. VII, 34. IX, 67. XI, 35. XIII, 35. XIV, 12).*

Ezec. 3,17. ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam'. Et rursum scriptum est: 'Speculatorem dedi te domui Israel[a], audies de ore meo verbum et annuntiabis[b] eis ex me'. Ex qua videlicet annuntiatione vel retenta vel exhibita, quid speculatorem vel auditorem sequitur, protinus intimatur: 'Si dicente me ad impium: morte morieris, non annuntiaveris ei, neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia et vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur[c]. Sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaveris impio et ille non fuerit conversus ab iniquitate sua et a via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti'. Hinc
Act. 20,26.27. etiam Ephesiis Paulus dicit: 'Mundae sunt hodie manus meae a sanguine omnium vestrum. Non enim subterfugi, quo minus annuntiarem omne consilium Dei vobis'. Mundus ergo a sanguine eorum[d] non esset, si eis Dei consilium annuntiare noluisset[e], quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit. Hac igitur consideratione compulsus, velis an nolis, locuturus sum, quia omni virtute aut te cupio salvari, aut de tua morte me eripi. In quo enim habitu fueris recolis et supernae districtionis animadversione postposita, ad quid sis delapsus, agnoscis. Culpam ergo tuam pensa, dum vacat; districtionem futuri iudicis, dum vales, exhorresce, ne tunc illam amaram sentias, cum eam iam nullis fletibus evadas. Pensa, quod
Matth. 24,20. scriptum est: 'Orate, ne fiat fuga vestra hieme vel sabbato'. Ad ambulandum quippe in hieme torpor frigoris obsistit et iuxta praeceptum legis[f] ambulare in sabbato non licet. Hieme ergo vel sabbato fugere conatur, qui iram districti iudicis tunc appetit fugere, quando ei iam[g] non licet ambulare. Dum vacat ergo, dum licet, animad-
Eccl. 9,10. versionem tanti terroris fuge. Pensa, quod scriptum est: 'Omne quod potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia[h] sunt apud
Matth. 12,36. inferos, quo tu properas'. Teste evangelio scis, quia divina severitas de otioso sermone nos arguet[i], et de verbo inutili rationes subtiliter exquiret[k]. Pensa ergo, quid factura est[l] de perverso opere, si quosdam in iudicio suo reprobabit[m] de sermone.
Act. 5,2 cet. Annanias[n] Deo pecunias voverat, quas post diabolica victus persuasione[o] subtraxit. Sed qua[p] morte multatus est, scis. Si igitur ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat nummos Deo abstulit, considera, quanto[q] periculo in divino iudicio dignus eris, qui non nummos, sed temetipsum omnipotenti Deo[r], cui te sub monachico habitu devoveras, subtraxisti. Quapropter si correctionis meae verba secuturus audieris, quam sint blanda et dulcia in fine cognoscis[s]. Ecce, fateor, merens loquor et facti tui tristitia addictus edere verba vix valeo; et tamen animus tuus actionis suae conscius vix sufficit ferre quod audit, erubescit, confunditur, aversatur. Si ergo ferre non valet verba pulveris, quid facturus est ad iudicium Conditoris? Fateor tamen, quia supernae gratiae esse misericordiam maximam credo, quod te effugere vitam conspicit, et tamen adhuc ad vitam reservat; quod superbientem te videt et tolerat; quod per

a) ihl. *comp. R 1.* b) adnunt. *sic et post r 2, R 3.* c) *add. ad marg. manu prima R 3:* a sanguine omnium vestrum, non sanguinem autem eius *cet.* d) omnium *R 3, ed. M.* e) non voluisset *R 1.* f) regis *r 1.* g) ei etiam *R 2.* h) sapientiae *r 2, R 2; add.* nec scientiae *R 2.* i) arguit *r 1. 2.* k) exquirit *r 1. 2.* l) sit *R 2.* m) reprobat *r 1. 2* (suo ore rep. *R 2, sed delet* ore). n) *ita r (cf. ep. I, 24 p. 34 l. 37)* Ananias *R.* o) suasione *R 2.* p) *superscr.* vel quia *r 2.* q) *sic R 2, edd. G. M;* quanto . . . subtraxisti *lin. 31 om. sed ad marg. add. manu altera R 1;* quanto . . . quapropter *lin. 31 om. et ad marg. add. r 2;* quanto . . . quapropter *om. et r 1 scribens:* considera iudicium de creditis; *eodem modo R 3:* considera iudicium credis, *ubi ad marginem add.* d(esunt) r(eliqua); *fusius teste ed. Venet. cod. Albornotianus et ed. pr.:* considera iudicium Dei, quid mereatur, qui semetipsum Deo vovit continuoque mundi desideriis irretitus, mentitus est quod vovit, *prosequentes:* Si mihi credideris si correptionis *cet., quae verba uncis inclusa Maurini epistolae adicientes in nota a mss. aliena et glossema dicunt, (nec ed. G, quae sine uncis ea recepit, in 18 mss. hunc locum invenit, nec Iamezius in codd. Anglicanis; neque magis Ioh. diac. l. l. eum affert); attamen ex lectione r 1, R 3 quodammodo confirmatur. Sine dubio locus iam in archetypo corruptus.* r) Domino *R 1.* s) cognosces *R 1.*

indignos famulos suos verba tibi increpationis et admonitionis administrat. Tantum est, ut pensare sollicite debeas, quod Paulus dicit: 'Exhortamur vos fratres, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudivi te et in die salutis adiuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis'. 2. Cor. 6,1.2.

Sed scio, quia cum epistola mea suscipitur, protinus amici conveniunt, litterati clientes vocantur, et de causa vitae consilium ex[a] fautoribus mortis quaeritur, qui dum non te, sed res tuas diligunt, nulla tibi, nisi quae ad tempus placeant[b], loquuntur. Tales etiam fuerunt, sicut ipse reminisceris, dudum consiliarii, qui te ad tanti facinus perduxerunt[c] delicti. Ut[d] tibi aliquid saecularis auctoris[e] loquar: cum amicis[f] omnia tractanda sunt, sed prius de ipsis[1]. Si vero in causa tua hominem consiliarium quaeris[g], consiliarium me, rogo, suscipe. Nullus tibi fidelior esse ad consilium potest, quam qui non tua, sed te diligit. Omnipotens Deus cordi tuo indicet cor meum, quanto amore, quanta te caritate complectitur[h]; in quantum tamen divina gratia non offendatur. Nam sic culpam tuam insequor, ut personam diligam. Sic personam diligo, ut culpae vitium non amplectar. Si igitur a me amari te credis, apostolorum liminibus praesentare meque consiliario utere. Si autem esse fortasse in causa Dei nimius credor, et pro zeli mei ardore suspectus sum, cunctam simul ecclesiam in consilio huius disceptationis adhibeo, et quicquid omnibus fieri salubriter placet, ego in nullo contradico, sed quod in commune decernitur, laetus implebo et subscribo[i]: implentem quae monui gratia te divina custodiat.

I, 34.

Gregorius I. papa Petro, episcopo Terracinensi, mandat, ut Iudaeis de veteri loco congregationis eorum pulsis, novum locum denuo eis ademptum restituat. Ut clementia Iudaeos ad christianam fidem convertat, monet. *591, Mart.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 34.
Edd. M: Lib. I. ep. 35; G: Lib. I. ep. 34. — Iaffé Reg. 1104 (738).

GREGORIUS PETRO EPISCOPO TERRACINENSI.

Ioseph praesentium lator Iudeus[a] insinuavit nobis de loco quodam, in quo ad celebrandas festivitates suas Iudei in Terracinensi castro consistentes convenire consueverant[b], quod[c] tua eos fraternitas expulisset[d], et in alium locum pro colendis similiter festivitatibus suis te quoque noscente et consentiente migraverint[e]. Et nunc

a) *sic r 1; corr.* et *in* a *r 2;* a *R.* b) placent *R 1.* c) perducerent *R 2. 3.* d) et (ut) *add. manu post. r 2, R 3.* e) *om.* auctoris *et superscr.* viri *R 3.* f) amicos *corr. in* amico *r 2.* g) *om. et ad. marg. post add.* consiliarium queris *R 1.* h) conplectitur *R 1.* i) *ita R 1. 3;* subscribam *r 1;* subscriptio *r 2, R 2 (cf. ep. 1, 16b:* Et subscriptio. *Sed nusquam his epistolis registri similis clausula adiecta est).*

I, 34 incipit (omittens totum hunc titulum) Item ipsius *R 3.* — Terraconensi *r 2;* ep̄io Terracinę *R 1.*

a) iudaeus *et sic saepius r 1.* b) consuerant *r 2; sic corr. in* consueverant *R 2.* c) *sic R 3;* quod *om. r 1. 2, R 2;* quod *superscr. R 1.* d) expulisse *r 2, R 2.* e) migraverunt *R 2.*

1) *Maurini hunc sententiam in Senecae ep. 3 verbis:* Tu omnia cum amico delibera, sed de ipso prius *invenerunt.*

I, 34 Per Iosephum, Iudaeum Terracinensem, querela prolata domum redeuntem, missa est. — Petrus, episcopus Terracinensis, in iniquitate contra Iudaeos et post hanc Gregorii iussionem, ut videtur, perseveravit. Vide ep. II, 6, ex qua colligere possumus, episcopum idcirco eos denuo de loco suo expulisse, quod vox psallentium e vicina synagoga in ecclesia audiretur. De vita Petrus discessit iam ante a. 592, Nov. (cf. epp. III, 13. 14).

de eodem loco expulsos[f] se denuo conqueruntur. Sed[g] si ita est, volumus[h], tua fraternitas ab huiusmodi se querela suspendat et ad[i] locum, quem, sicut praediximus, cum tua conscientia quo congregentur adepti sunt, eos sicut mos fuit ibidem liceat convenire. Hos[k] enim, qui a christiana religione discordant, mansuetudine, benignitate, admonendo, suadendo ad unitatem fidei necesse est congregare, ne quos dulcedo praedicationis et praeventus futuri iudicis terror ad credendum invitare poterat, minis et terroribus repellantur. Oportet ergo magis[l], ut ad audiendum de vobis verbum Dei benigne conveniant, quam austeritate[m], quae supra modum extenditur, expavescant.

I, 35.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Ravennati, mandat, ut Maurilioni expraefecto, in asylo residenti, cum reddat rationes Georgio praefecto (praetorio), opem ferat. 591, Mart.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 35.

Edd. M: Lib. I. ep. 37; G: Lib. I. ep. 35. — Iaffé Reg. 1105 (741).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO RAVENNATI.

Si professionem ordinis nostri et locum, cuius ministerium gerimus, attendamus[a], oportet nos afflictis, in quantum possumus, comitante iustitia subvenire. Quoniam ergo gloriosum virum Maurilionem expraefecto[b] [1] in Fossa Sconii[c] [2] residere[d] cognovimus, vestra ei fraternitas, in quantum possibilitas subest, opem ferre festinet. Non

f) *ita r 1;* expulisse (denuo) *r 2, R 2;* (loco) etiam expelli *R 1. 3.* g) quod *R 1. 3.* h) *add.* ut *R 1.* i) *ita r 1; om.* ad *reliqui codd. quos inspexi.* k) *sic r 1, R 1. 3, teste ed. Venet. cod. Alborn., ed. pr.;* eos *r 2, R 2 et edd. G. M.* l) *ita r 1;* magis *superscr. R 1. 3; om. r 2, R 2, edd.* m) *ita r 1, R 3;* austeritatem *reliqui codd. et edd.; cum voce* expavescant *autem, ut patet, non austeritas sed* verbum Dei *coniungere debemus.*

a) adtendamus *r 2.* b) *corr. in* expraefectum *r 2 (cf. p. 28 lin. 24).* c) *sic conieci ex lectione codd. (cf. infra notam de loco Fossa Sconii).* in scos *(sine linea abbrev.) r 2;* in s̄c̄ōs̄ *r 1, R 2, R*1;* in s̄c̄ō *corr. in* in s̄c̄ōs̄ *R 1;* in sanctos *ed. pr.;* in septis ecclesiasticis insontem *ed. G, cuius verba ed. M suscipit, quamvis, ut dicitur ibidem, ab omnibus, quos videre licuit, mss. absint. Cf. ep. IX, 4.* d) residente *R 1.*

I, 35 De Iohanne Ravennati episcopo cf. ep. I, 24 a. *1) Gregorium Maurilioni expraefecto paterna caritate favisse, ex ep. infra IX, 64 discimus. Qua epistola patet, postea Maurilionem in Sicilia degisse.* *2) Ex ep. IX, 4 plenius intellegimus, eos qui rationes exponere debuerint haud raro in asylum ecclesiae se recepisse. Cum enim Gregorius expraefectus et alii quidam Leontio Siciliano exconsuli rationes reddituri essent, Romae, ni fallor,* in septis ecclesiasticis residebant. *(Cf. ep. XI, 16, ubi legitur, Iohannem argentarium* necessitatem non modicam pati, adeo ut in ecclesia diu iam resideat *cet., scilicet debitorum causa). Patet et Maurilionem nostrum asylum petiisse. Respiciens lectionem* sco *restitui* Fossam Sconii. *Erat autem Fossa Sconii ramus ex Pado (Fossa Asconis apud Iordanem Getica c. XXIX ed. MG. SS. Antiq. V. (I), 97. 6), quem Agnellus (Lib. Pont. Rav. c. 70 MG. SS. Lang. p. 326)* fluvium *vocat, post et nomen loci, narrante Agnello ibidem c. 79 p. 331:* Manicheorum hereses exorta est in civitate Ravenna, quam orthodoxi christiani convincientes (sic), eiecerunt extra civitatem, in loco qui dicitur Fossa Sconii. *Quo loco basilicam S. Eusebii et episcopium fuisse ex Agnelli cap. 70 supra laudato comperimus:* cum noluissent Ravennates cives (Maxinianum episc. a. 546) recipere, morabatur extra portas Sancti Victoris, non longe a fluvio, qui vocatur fossa Sconii, in basilica beati Eusebii in episcopio, quod Unimundus episcopus temporibus Theodorici regis haedificavit; ... et praedictum episcopium usque ad nostra tempora *(saec. IX)* permansit. *Eandem S. Eusebii ecclesiam* non longe a campo Coriandri extra urbem sitam *Agnellus c. 86 p. 334 vocat. De circuitu asylorum, quae etiam episcopia complexa sunt, vide Cod. Iustin. I, 12: De his qui ad ecclesias confugiunt.*

quia, quod absit, de viri excellentissimi domini[e] Georgii praefecti[3] iustitia dubitamus[f], aut in aliquo putamus[g], eum rationis tramitem[h] declinare, virum quem[i] et ante dignitatis huius amministrationem[i] in bonis omnibus habemus expertum[k 4], sed quo et gloriosus vir Maurilio expraefecto[l] rationes[5] suas absque suspicione oppressionis exponat, et praedictus excellentissimus vir domnus Georgius praefectus rationes sine laceratione suae opinionis exequatur.

I, 36.

Gregorius I. papa Malchum, episcopum Dalmatiae, admonet, ut Stephanum, episcopum Scodrensem, compellat ad eligendum iudicium, in quo controversiae eius cum Iohanne consiliario Georgii praefecti (praetorio) disceptentur. *591, Mart.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 36.
Edd. M: Lib. I. ep. 38; G: Lib. I. ep. 36. — Iaffé Reg. 1106 (742).

GREGORIUS MALCHO EPISCOPO DALMATIAE.

Iohannes vir eloquentissimus, consiliarius viri excellentissimi domni Georgii praefecti per Italiam[1], insinuavit nobis, contra Stephanum episcopum Scodrensis[a] civitatis[2] quorundam se negotiorum habere controversias et petiit inter eum et se iudicium debere consistere. Propterea fraternitatem tuam praesenti praeceptione curavimus ammonendam, ut praedictum episcopum ad eligendum[b] compellas[c] venire iudicium. Et quicquid inter praedictum Iohannem virum magnificum[d] et saepe fatum episcopum electorum fuerit sententia definitum[e], ad effectum perducere non omittas, ut et actor de consecuta iustitia gratias referat et pulsatus, cum ad cognitionem deducitur, nihil contra te[f] de illata iniustitia[g] conqueratur.

---

e) *ita omnes codd.; corr. in* domni *r 2.* f) *corr. in* dubitemus *R 1.* g) *corr. in* putemus *R 1.* h) ex rat. tramitem *R 1;* a rat. tramite *R* 1, edd. pr. et G.* i) *sic R 1;* quae me (*erad.* e) tantae d. in h. amministratione *r 2;* quem tantae d. in h. administratione *r 1;* eque tante d. cuius amministrationem *R* 1, ed. pr.;* quem in h. tantae d. administratione *edd. G et M.* k) expertam *R* 1, ed. pr.* l) *corr. in* expraefectus *r 2.*

I, 36 Dalm. *comp. r 1. 2;* Dalmati. *R 1;* Dalmatiensi *R* 1.* a) Scodensis *teste M. codd. unus Vatic. et omnes Norm.* b) *corr. ex* elegendum *r 2.* c) conpellas *R 1.* d) Iohannem ūm̄ *r 1; om.* virum magnificum *R 1.* e) difinitum *r 1.* f) *sic scripsi;* se *codd. et edd.* g) *corr. ex* iustitia *r 2, R 1.*

3) De Georgio praefecto praetorio Italiae cf. ep. I, 22. *4) Vide verba ep. I, 22 Georgio scriptae:* Bonitatem vestrae excellentiae quam semper cognitam habui. *5) De rationibus cf. ep. I, 18 not. 4.*

I, 36 Quam habuerit sedem in Dalmatia Malchus episcopus, edd. G et M se nescire indicant. Farlati (Illyricum Sacrum IV, 168) Malchum Dumnensem explicat. Erat autem Dumno, quae urbs et Dalminia, Delminia, Delmitia et Delminta vocatur, in Dalmatia a Spalato ad orientem spectans et (a. 1465 a Turcis capta) usque ad nostros dies non mansit. Porro de more non sedem episcopalem, sed provinciam proferendi in titulo epistolarum, vide, quae dicemus ad ep. I, 41. Tamen Farlatium non sequor, quippe qui quod protulit non satis probarit. — De Malcho, qui patrimonium Romanae ecclesiae in Dalmatia rexit, cf. epp. II, 22. 46. III, 22; de morte eius ep. V, 6 a. 594, Sept. Oct. scripta. *1) De Georgio cf. ep. I, 22.* *2) Scodrensis civitas hodie Scutari. Stephanus episcopus alibi non memoratur. Constantinus episc. Stephano successerat a. 602, Mart. (ep. XII, 11).*

I, 37.

Gregorius I. papa Anthemium subdiaconum, quod pauperum curam negligat, reprehendens, Patheriae materterae suae, aliisque feminis Palatinae et Vivianae subsidium dare iubet. Ad diem paschalem eum evocat. *591, Mart.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 37.
Edd. M: Lib. I. ep. 39; G: Lib. I. ep. 37. — Iaffé Reg. 1107 (743).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Discedenti tibi mandavimus et postmodum praeceptis discurrentibus iniunxisse me memini [1], ut curam pauperum gereres et, si quos illic egere cognosceres, scriptis recurrentibus indicares. Et vix de paucis haec facere curasti. Volo autem, ut domnae Pateriae, thiae [a] meae [2], mox ut [b] praesentem iussionem susceperis, offeras ad calciarium [3] puerorum solidos quadraginta et tritici [c] modios quadringentos. Domnae Palatinae [d], relictae Urbici, solidos viginti [4] et tritici modios trecentos [e]. Domnae Vivianae [f], relictae Felicis, solidos viginti et tritici modios trecentos. Qui [g] omnes simul [h] octuaginta [i] solidi in tuis rationibus imputantur [k]. Cum summa [l] vero [m] pensionis [n] sub festinatione et iam [o] ad paschalem diem [5], Domino auxiliante, occurrito [p] [6].

---

a) *ita codd. quos contuli et teste ed. G Sorb. Victor. Reg. Cister. Vatic. (618. 2554. 2538. alius sine numero. 620) Rem. Catal.; delet* thię *et superscr.* amitę *r 2 (quem eundem cod. ed. G hoc loco affert sub nomine Seguieriani Illustriss. Franciae Cancellarii 800 annorum et optimae notae);* amitae *teste ed. G cod. Carnotensis S. Petri.* b) ut *om. codd.* c) trittici *et sic semper r 2.* d) Paletinę *R 1;* Palentine *ed. pr.* e) ccc *et sic infra r 1.* f) Lavinianę *R* 1;* Ionimane *ed. pr.* g) quae *r 2.* h) *add.* simul *manu post. r 2.* i) *ita r 1. 2, sed. corr. in* octoginta *r 2;* octoginta *R 1.* k) inputantur *R 1; corr.* imputantur *in* imputaentur *r 2.* l) Cum summa *r 1;* (cum *in rasura*) summum *R 1;* (*om.* cum) summam *r 2, edd.* m) vero *om. r 1.* n) impensionum *edd. pr. et G* (*ed. G ad marg. add.* al. pensionis). o) etiam *r 1; om.* iam *r 2, edd.; add. manu post.* mitte *r 2; add.* transmittite *ed. pr.,* transmittito (*ad. marg.* al. adducito) *ed. G; add.* adducito *ed. M.* p) occurrite *r 2, R 1, R* 1, ed. pr.*

I, 37 De Anthemio rectore patrimonii in Campania cf. ep. I, 23. *1) Haec epistola in registro nobis asservato non extat.* *2) Pateria, Gregorii thia (θεία i. e. aut patris aut matris soror), alibi non memoratur. Sed narrante ipso Gregorio (Homil. in Evang. XXXVIII. § 15; cf. Dial. IV. c. 16):* tres pater meus sorores habuit, quae cunctae tres sacrae virgines fuerunt, quarum una Tarsilla, alia Gordiana, alia Emiliana dicebatur, *discimus, Pateriam non amitam sed materteram ipsius (i. e. matris sororem) fuisse.* *3) Calciarium impensa, quae in calceis comparandis fit. Ita explicat Forcellini, qui citat Suetonium (Vita Vespasiani c. 8) narrantem:* Classiarios, qui ab Ostia et Puteolis Romam pedibus per vices commeant, petentes constitui aliquid sibi calciarii nomine, quasi parum esset sine responso abegisse, iussit (Vespasianus) post haec excalciatos cursitare. *Postea autem vox calciarii pro quovis munere aut praemio adhibetur, quomodo Leo III. papa (in epistola a. 806-810 scripta) dicit:* qui vobis (Karolo imperatori) eum (Fortunatum Gradensem archiepiscopum) conlaudant, hoc per munera et calciaria faciunt *(Iaffé Biblioth. Rer. Germ. IV, 322; Reg. [ed. 1] 1918) et eodem Du Cangio docente Anathanasius III. episc. Neapolitanus (saec. X) in charta quadam:* Et nullum impedimentum nos aut posteri nostri eis facere praesumamus, aut aliquod calciarium, aut praemium quaerere per nullum modum *cet.* *4) Cf. ep. I, 57, in qua Gregorius eundem Anthemium subdiaconum Palatinae illustri feminae annuorum triginta solidorum subsidium dare iubet. Hanc nostram Palatinam esse patet. Sed incertum relinquo, an Urbicus defensor Tiburtinensis, cui patrimonium Sabinense et Carsiolanum suberat, et qui in non modicam summam debitor mortuus erat, ita ut Gregorius ep. III, 21 filios eius sustentare coactus sit, idem sit ac defunctus Palatinae maritus.* *5) i. e. ad diem 15. m. Aprilis.* *6) Cf. ep. I, 18 not. 4.*

I, 38.

Gregorius I. papa Felici, episcopo Messanensi, nuntiat, se Petro (subdiacono) rectori (patrimonii Siculi) mandasse, ut Paulini episcopi Taurianensis monachos in monasterio S. Theodori Messanensi sub episcopi eorum regimine constituat. *591, Mart.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 38.
Edd. M: Lib. I. ep. 40; G: Lib. I. ep. 38. — Iaffé Reg. 1108 (744).

GREGORIUS FELICI EPISCOPO MESSANENSI.

Et tibi gratum confidimus, si fratris tui viri[a] venerabilis episcopi Paulini[1] peregrinationis onera releventur, et[b] eius regimine communi mercede beati Theodori monasterium in civitate tua fundatum studiosius omnipotenti Deo deserviat. Quod etiam te iam voluisse facere, eius relatione didicimus. Ideoque Petro[c] rectori[2] praecepimus, ut monachos monasterii memorati episcopi perquisitos ad unum recongreget, et in eodem monasterio cum his, qui nunc ibi sunt, collocare non differat, quatenus eo rectore[3] dignius animarum suarum curam exerceant. Quam rem venerationi tuae innotescendam praevidimus, ne te omisso[d] aliquid in tua contristeris diocesi[e] ordinari[f].

I, 39.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii Siculi) mandat, ut monachos Paulini, Taurianensis episcopi, per Siciliam vagantes, in monasterium S. Theodori Messanense reducat, quod monasterium Paulini curae subiciatur. *591, Mart.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 39.
Edd. M: Lib. I. ep. 41; G: Lib. I. ep. 39. — Iaffé Reg. 1109 (745).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO.

Vir venerabilis[a] Paulinus episcopus Tauri[b] civitatis, provinciae Brittiorum[c], nobis asseruit, monachos suos occasione dispersos barbarica usque[d] nunc per totam vagare[e]

I, 38 in titulo Mesanensi *r 1. 2;* Mensaniense *corr. in* Mensaniensi *R 1.* a) *om.* viri *R 1.* b) ut *ed. M; add.* sub *ed. G; superscr.* sub *R 1.* c) *sic R 1; om.* Petro *r 1. 2 et edd.; add. autem edd.* (rectori) patrimonii nostri. d) amisso *r 1.* e) dioẹcesi *r 2.* f) *add. manu post.* ordinatum *r 2 et* ordinari *R 1; om.* ordinari *R* 1;* ordinatum in tua c. diocesi *edd. pr. et G.*

I, 39 in titulo diacono *r 1. 2, edd. pr. et G.* a) Ūū *(explic. ad marg.* vir venerabilis) *r 2;* viri venerabilis) *r 1;* U *(et in rasura* enerab. *cui add. ad marg.* venerabilis) *R 1;* Vir magnificus *teste ed. M codd. Vatic. D. Corb. Turon. Michael. Gemet. ac caet. Norm.;* verum *(ex* ūm *ortum) R* 1;* vir venerabilis *om. ed. pr.;* vir *om. edd. M. G.* b) Tarrinae *aut* Tauranae *aut* Taurinae, *teste ed. M in codd. Vatic.* c) Brutiorum *edd.* d) eosque *r 1. 2, edd.* e) vacare *r 1;* vagari *r 2.*

I, 38 Cf. ut hanc epistolam plenius intellegas ep. I, 39. Felici episcopo Messanensi, cui plures Gregorius epistolas dedit (epp. I, 64. II, 9) anno 595, Sept. iam Donus successerat. 1) *Paulinus episc. Tauri civitatis provinciae Bruttiorum, ut Gregorius in ep. sequenti indicat, (vulgo Taurianum, a Reggio ad septentriones vergens, urbs hodie eversa) ex sede sua 'barbarica occasione' pulsus esse videtur. Itaque hoc loco Gregorius de peregrinatione eius dicit. Post, epp. II, 19. 51 (a. 592, Febr. 28), Liparitanam ecclesiam ei tradit, decernens in Lipara insula eum residere et Taurianensis ecclesiae visitationem tantummodo gerere. At iam a. 599, Apr. (ep. IX, 134) inter caeteros Bruttii episcopos numeratur, et item epp. XIII, 20. 21 (602, Dec. - 603, Ian.), ubi de Paulini morte agitur, de sede eius Liparitana tacetur. Hac autem ep. I, 38 S. Theodori monasterio praeficitur, in quod et monachi sui per Siciliam vagantes recongregentur.* 2) *scil. subdiacono et rectori patrimonii Romani in Sicilia cf. ep. I, 1 - 3.* 3) *scil. Paulino episcopo.*

I, 39 Cf. notas ad praecedentem epistolam.

Siciliam, et ut[f] quippe sine rectore, nec animae curam gerere, nec disciplinae sui habitus indulgere. Qua de re praecipimus[g], eosdem te monachos omni cura et sollicitudine perquisitos ad unum reducere, et cum memorato episcopo rectoreque suo in monasterio sancti Theodori in Messanensi civitate posito collocare, ut et hi qui nunc ibi sunt, quos egere rectore comperimus, et eos, quos de congregatione eius inventos reduxeris, in unum[h] possint eo duce omnipotenti Domino deservire. Quam rem et viro venerabili[i] Felici eiusdem civitatis episcopo nos significasse cognosce, ne praeter suam notitiam in diocese[k] sibi commissa ordinatum quippiam contristetur.

I, 39a.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (patrimonii Siculi rectori) de episcopis a causis saecularibus removendis, de rebus et mancipiis iniuste acquisitis restituendis, de modo, quo cum laicis agat, praecipit. Episcopos non ad natalem suum sed ad beati Petri Romam convenire iubet. *591, Mart. 16.*

Ex collectione canonum Hispana recepta. De codd. H 1-4 vide infra notam.

Edd. M: Lib. I. ep. 36; Baluzius: Misc. V, 469 (ed. Mansi II, 11); Gonzalez: Collectio canonum ecclesiae Hispanae Pars II. Epistolae decretales cet. Matriti 1821 p. 163. — Iaffé Reg. 1102 (740).

PACTUM SANCTI GREGORII PAPE ROMEI RECTORIBUS SICILIE DATUM.

I. Ne episcopi in causis secularibus, nisi pro sola defensione pauperum, misceantur.

II. De rebus alienis ab ecclesiasticis defensoribus occupatis absque aliqua obiectione restituendis.

III. Ut mancipia, que ab aliis possessa sunt, etiam[a] si iuri ecclesiastico se in dominio ecclesie propria sponte subdiderint, prius restituantur et ita demum per iuditium repetantur.

f) *add.* eos *r 1;* eos *pro* ut *edd. G. M.* g) praecepimus *r 1. 2 (corr. in* praecip. *r 2).* h) uno *r 1.* i) ūū *codd. (add. ad marg.* viro venerabili *r 2);* viro magnifico *teste ed. M codd., qui supra iisdem verbis ep. incipiunt; om.* viro *edd. G. M; om.* viro venerabili *R*1 et ed. pr.* k) *corr. in* diocesi *r 2.*

I, 39a Mihi praesto erant in editione huius epistolae codd. collectionis Hispanae aut quadam affinitate eidem iuncti quatuor: 1) H 1. Cod. Paris. 1565, fol. 229 (Colb. 408. Regius 3887. 4) memb. fol. saec. X; quo ex codice maximae auctoritatis et editionem suam hausit Baluzius. 2) H 2. Cod. Paris. 10741, fol. 95 (Suppl. Lat. 205) memb. qu. saec. X; post collectionem, quae Dacheriana dicitur, epistolas Gregorianas alias in Hispanam receptas continet, cf. Maassen Bibl. Lat. iur. can. manusc. I, II p. 263 in Sitzungsber. der Wiener Ak. 1866 Tom. 54. 3) H 3. Cod. Escorial. d I 2, fol. 338' a. 976 scriptus a Vigilane in monasterio Albeldensi prope Logroño; cf. Neues Archiv VI, 238. 4) H 4. Cod. Escorial. d I 1, fol. 313' a. 992 in monasterio S. Aemiliani prope Búrgos scriptus; cf. Neues Archiv VI, 236. Hos quatuor codices ipse contuli. — Pactum *cet.* Praeceptum *H 3. 4;* papę *H 3;* Romensis *H 3. 4;* Sicilię *H 3. Variarum partium huius epistolae summas titulo illo adicit solummodo H 1, quamquam epistolam ipsam in septem partes distribuunt omnes nostri codd. Igitur, ut infra septem paragraphos, hic paragraphorum indicem retinui, quamvis cum inscriptione* Pactum *cet et has epitomas epistolae authenticae ab auctore collectionis Hispanae demum adiecta esse non ignorem.* a) etiam ad figura ecclesiastico debeantur esse in domino *cod.*

I, 39a Epistolam hanc non sibi per registrum traditam, ex authentico, ut titulus et conclusio docent, Collectio canonum Hispana inter Gregorii I. epistolas inseruit. Vide Maassen Geschichte der Quellen des can. Rechts I, 301. 697. 709, qui docet primitus in collectionem illam hoc caput non receptum, in codices auctae collectionis demum intrasse. Quo factum est, ut et codd. H 3. 4 in hoc capite numero careant cum ultimo loco decretale proferentes numerum CIV ei adscribere deberent. H 1. 2 autem ubique numeros omittunt. — Cf. cum

IV. Ut etiam pro ecclesie rebus[a] remoto favore in causis veritas teneatur[b].

V. Ut quod iure ecclesie conpetit, non manu, sed racione debeat[c] iudicari.

VI. Qualem se vir ecclesiasticus erga potestatem[d] seculi et laicos nobiles debet exhibere[e].

(VII.)

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI PETRO SUBDIACONO.

I. Pergenti tibi ad Siciliam capitulare quod dedi[f] adsidue[g] relegendum[h] est, ut cura maxima esse de episcopis debeat, ne in causis secularibus misceantur, nisi in quantum necessitas defendendorum[i] pauperum cogit. De monachis[k] vero vel clericis, que in[l] eodem capitulare sunt insita, nequaquam[m] estimo modo esse movenda[n]. Sed experientia tua tanta hec observatione[o] custodiat, quanta[p] meum desiderium ex hac re valeat adimplere.

II. Preterea pervenit ad me ab Antonini[1] defensoris temporibus nunc usque in hoc decennio multos a Romana ecclesia quasdam violentias pertulisse, ita ut[q] quidam publice conquerantur[r], fines suos violenter invasos, mancipia abstracta, res etiam mobiles manu non iudicio aliquo ablatas[2]. In quibus omnibus volo, ut experientia tua vehementer invigilet et quicquid per hoc decennium invenerit violenter ablatum, vel sub nomine ecclesie iniuste detineri, hoc ei cuius esse cognoverit ex presentis[s] precepti mei auctoritate restituat[t], ne[u] cogatur qui vim pertulit ad me venire[v] et tanti itineris laborem adsumere[w], cum[x] utrum vera dicat hic[y] apud me non possit edoceri[z]. Considerata ergo venturi iudicis[a] maiestate[b], omnia cum peccato ablata restitue, sciens quod magnum mihi[c] lucrum reportas, si mercedem potius quam divitias congregas[d].

III. Plerosque vero cognovimus[e] de amissis mancipiis conqueri, dicentes, quia si servus cuiuspiam fortasse dominum suum fugiens iuris ecclesiastici se[f] esse professus[g] est, rectores ecclesiae protinus hunc ut servum ecclesiastici iuris habuerunt, nullo agentes[h] iudicio, sed servi vocem[i] manibus defendentes. Quod mihi[k] tantum displicet, quantum a[l] veritatis iudicio abhorret[m]. Unde volo, ut experientia tua quecumque[n] ita facta cognoverit, postposita tarditate corrigat, et talia[o] quoque mancipia, si qua nunc in iure ecclesiastico habentur, sicut sine iudicio ablata sunt, ita[p] restitui[q] ante iudicium decet, ut[r] si quid in eis sanctae ecclesiae legitime conpetit[s], tunc eorum possessores debeant[t] ordinata actione pulsari.

a) res *cod.* b) teneantur *cod.* c) debeant *cod.* d) potestate *cod.* e) debent exhiberi *cod.* Gregorius *cet.* serbus *H 3.* f) dei *H 2.* g) assidue *H 1.* h) regendum *H 1. 2.* i) defendorum *H 1. 2.* k) *ita H 1;* monacis *H 3. 4;* manacis *H 2.* l) in *om. H 3. 4.* m) nec a quamquam *H 4.* n) mobenda *H 3.* o) obserbatione *H 3.* p) quantum *H 2.* q) *add.* per *H 2.* r) conquirantur *H 3;* conquerentur *H 2.* s) presenti *H 1. 2.* t) restituatur *H 2.* u) nec *H 2. 4.* v) venit *H 2.* w) labore assumere *H 1.* x) qui *H 2;* quum *H 3.* y) hinc *H 2.* z) edocere *H 2. 4.* a) iudicii *H 2.* b) magestate *H 3.* c) miei *H 3. 4.* d) congregatas *H 2.* e) cognobimus *H 4.* f) ecclesiasticis *H 1. 2. 3; om.* se *H 3.* g) profectus est *H 1.* h) gentes *H 1;* agentis *H 3. 4.* i) voce *H 1.* k) miei *H 3. 4.* l) ad *H 2.* m) aborret *H 2. 3.* n) quequumque *H 3. 4.* o) alia *H 2.* p) ante *H 1.* q) restituit *H 4.* r) et *H 3. 4.* s) conpetitit *H 2.* t) *ita H 1;* debent *H 2. 3. 4.*

hac epistola aliam I, 42 eidem Petro rectori patrimonii Siculo partim de iisdem argumentis scriptam. Nostram autem epistolam citat Gregorius in ep. I, 70.

1) *De Antonino defensore cf. epp. II, 38, IX, 105.* 2) *Cf. infra* manu defensare, manu defendere, *et ep. V, 57a* non iudicio sed manibus defendere. (*Cassiodori Var. VII, 3* in causa iura non brachia.)

IV. Cuncta haec inretractabiliter corrige, quia tunc vere beati Petri apostoli miles eris, si in causis eius veritatis custodiam etiam sine eius acceptione tenueris.

V. Si quid vero iuste conspicis[a] iuri[b] ecclesiastico posse conpetere[c], cave[d] ne unquam[e] hoc manu studeas defensare, maxime quia et decretum[1] sub anathematis interpositione[f] constitui, ne unquam a nostra[g] ecclesia urbano[h] vel rustico praedio[i] tituli debeantur[k] inponi[2]; sed quicquid ratione[l] pauperibus conpetit[l], ratione etiam debet defendi, ne dum bona res non bene[m] agitur, apud omnipotentem Deum etiam[n] quod iuste a nobis quaeritur de iniustitia redarguatur.

VI. Laici autem nobiles vel vir[o] gloriosus pretor[p 3] pro[q] humilitate te[r] diligant, non pro[s] superbia[t] perhorrescant. Et tamen cum[u] eos[v] fortasse contra quoslibet inopes iniusta[w] aliqua agere cognoscis[x], humilitatem protinus in erectionem[y] verte, ut eis semper et bene agentibus subditus[z] et male agentibus[z] adversarius existas[a]. Sed ita fac, ut nec[b] humilitas tua remissa sit, nec auctoritas rigida, quatenus et humilitatem rectitudo condiat, et ipsam tuam rectitudinem humilitas blandam[c] reddat.

VII. Praeterea sicut moris fuit, ut ad[d] natalem[e] pontificis episcopi convenirent[4], ad ordinationis meae diem venire eos[f] prohibe[g], quia ista me[h] vana[i] superfluitas non delectat. Sed si eos convenire necesse est, in beati Petri apostolorum principis natalem[k 5] conveniant[l], ut ei[m], ex cuius largitate pastores sunt, gratiarum actiones solvant[n]. Bene[o] valeas.

Data[p] sub die XVII. kalendarum Aprelium, imperatoris Mauricii anno nono[o 6].

---

a) conspicitis *H 1.* b) iure *H 2. 4.* c) competere *H 1. 2.* d) cabe *H 3. 4.* e) cavendum quam *H 2.* f) interpositioni *H 2.* g) umquam vestra eccl. *H 2;* umquam nostre eccl. *H 4.* h) urbana *H 1.* i) praedie *H 2;* preditio *H 4.* k) debeant *H 2. 3. 4.* l) ratione . . conpetit *om. H 2.* m) bone *H 2.* n) *om. H 1.* o) viri *H 2.* p) *ita scripsi;* precor *H 1, edd. Baluzii et M;* preter *H 4;* petor *H 2;* perfectus *H 3, ed. Gonzalez.* q) pre *H 1.* r) *om.* te *H 4.* s) per *H 1.* t) supervia *H 3. 4.* u) quum *H 3.* v) eo *H 2.* w) iniusticia *H 1.* x) cognosces *H 2.* y) herectione *H 2.* z) subditus . . agentibus *om. H 4.* a) existans *H 4.* b) *om.* ut *et corr.* nec *in* ne *H 2.* c) blanda *H 1. 2.* d) *om. H 2.* e) natale *H 2. 3.* f) episcopos *H 2. 3. 4.* g) prohubere *H 2;* proibe *H 3. 4.* h) *om.* ista me *scribens* stulta et *H 1.* i) bana *H 4.* k) natale *H 2. 3. 4.* l) convenient *H 4.* m) eis *H 1.* n) salvant *H 2;* solbant *H 3. 4.* o) *Tota haec conclusio* Bene . . . nono *in omnibus mss. desideratur, praeter H 1.* p) Dat. *cod.*

1) *Hoc decretum in concilio a. 595 Iul. 5 (ep. V, 57a) edixit Gregorius nec sine causa esse puto, quod in codd. nostris H 1. 3. 4 concilium illud, quod iam primae collectioni Hispanae adiectum est, epistolam nostram praecedit; sequitur eam concilium in H 2. Sed ut ex temporis notis apparet, concilio decretum iam antea constitutum papa inseruit.* 2) *Ad vocem titulum imponere cf. ep. I, 63. V, 38. 57a et Du Cangium sub. v. tituli. Tabulae ligneae vel lapideae in limite agri constitutae et nominibus possessorum ornatae fuisse videntur tituli. Sed et generali sensu in titulum constituere Pelagius I. (Neues Archiv V, 534, Iaffé Reg. 976) pro occupare dicit.* 3) *i. e. Iustinus, cui ep. I, 2 scripta est.* 4) *Cf.* Invitatoriam ad episcopum in natale papae *in Libri diurni formula XLII. (ed. Rozière p. 71, ubi et notas Garnerii et Baluzii attendas).* 5) *i. e. in diem 29. mensis Iunii. Idem dies, ut ex Gregorii Homilia in Evang. XXXVII. § 9* (Cassio Narniensi episcopo consuetudo fuerat annis singulis natalitio apostolorum die Romam venire) *apparet, ut Romam irent ab episcopis nonnumquam observabatur.* 6) *Mauricii annus nonus (cf. Muralt Essai de chronographie Byzantine, S. Petersbourg 1855 p. 249) in indictionem nonam incidit, atque sine causa Baluzius (ad Librum diurnum ed. Rozière p. 73, not.) codicis lectionem in dubium vocat. Cf. Neues Archiv. III, 554.*

MENSE APRELI INDICTIONE IX.

I, 40.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono (rectori patrimonii in Campania), querimonia Iohannis episcopi Surrentini motus, de disciplina monachorum praecipit.

591, Apr.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 40.
Edd. M: Lib. I. ep. 42; G: Lib. I. ep. 40. — Iaffé Reg. 1110 (746).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Iohannes[1] frater et coepiscopus noster, directo per Iustum clericum suum capitulare[a], inter alia plura hoc nobis noscitur intimasse, aliquos[b] monachos monasteriorum in Surrentina[c] diocesi positorum de monasterio in monasterium[d], prout eos[e] libuerit, transmigrare et a proprii[f] abbatis regula desiderio rei saecularis abscedere. Sed et quod non licere notum est, peculiaritati eorum singulos studere[g]. Propterea experientiae tuae praesenti iussione mandamus, ut neque monacho[h] ulterius[i] de monasterio in monasterium[k] emigrare liceat, neque eorum aliquem peculiare[l] quicquam habere permittat. Sed si[m] quilibet hoc praesumpserit, in monasterio quo ab initio conversatus[n] est et sub abbatis sui regulam[o] de qua fugerat cum conpetenti coercitione[p] reddatur, ne[q] si tantam iniquitatem fluxam inemendatamque dimittimus, pereuntium animae a praepositorum anima requirantur[r]. Si quos* autem[s] a clericatu in monachicam conversionem[t] venire contigerit, non liceat eis ad eandem vel[u] aliam ecclesiam, quarum pridem milites fuerant, sua voluntate denuo remeare, nisi si[v] talis vitae monachus fuerit, ut episcopus cui ante militaverat sacerdotio dignum praeviderit, ut ab eo debeat eligi, et in loco quo iudicaverit ordinari. Et quia aliquos monachorum usque ad tantum nefas prosilisse[w] cognovimus, ut uxores publice sortiantur[x], sub omni eos[y] vigilantia requiras, et inventos habita[z] coercitione[a] in monasteriis, quorum monachi fuerant, retransmittas. Sed et de clericis ad monachatum venientibus, sicut supra diximus, peragere non omittas. Ita enim Dei placabis oculos, et impletae mercedis particeps invenieris.

Mense *cet.* Aprel. *r 1;* Aprelis *R 1;* April. *r 2.*

I, 40 Hunc titulum om. incipiens Item eiusdem *R 3.* a) *corr. in* capitulari *R 1. 3.* b) alios *r 1. 2, R 1.* c) in Syrrentina . . monasterio *om. et add. ad marg. R 1.* d) *om.* in monasterium *R 3.* e) *ita codd.* f) propriis *r 1.* g) *sequitur in omnibus quos inspexi codd. et in ed. pr.* Si quos autem . . . ordinari *(lin. 18 - 22) et deinceps* Propterea . . . requirantur *(lin. 12 - 18). Quae verba ita transposita in quamplurimis mss. se quoque invenisse testatur G, addens, ope codd. Telleriani et Vaticani antiquissimi numero 190 (nunc. 619 saec. XII. sine ulla auctoritate!) ea sedi suae se restituisse. Sed patet, codd. a G laudatos hoc loco non meliorem lectionem exscripsisse, sed errorem manifestum omnium codd. et fortasse iam archetypi correxisse. Sequitur editionem G ed. M, sequimur eam et nos.* h) monachos *R 1;* monachum *R 3.* i) alterius *codd. excepto R 3, ubi* alterius *in* ulterius *corr.* k) *add. manu post.* in monasterium *R 1.* l) peculiarem *r 1.* m) *om.* si *R 3.* n) conversus *R 3.* o) regula *R 1.* p) *corr. ex* coercione *R 1. 3 sed delet postea* ti *R 3; cf. infra not. a.* q) nam *R 3.* r) requirentur *R 3.* s) qualibet occasione *add. R*1, et edd. 'Paene in nullis' mss. haec verba inveniri testatur ed. M, neque magis Iamezius ea in codd. Anglicanis legit.* t) in monachica conversione *r 2.* u) *add.* ad *R 3.* v) si *om. R 3 et edd. G. M.* w) prosiliisse *R 1.* x) sortirentur *R 1. 3.* y) *add.* habita *ed. G.* z) *ita R 1. 3; om.* habita *r 1. 2, edd.;* digna *pro* habita *edd. (cf. not. y).* a) cohercione *R 1;* coercione *corr. in* coercitione *sed corrector (Eckehardus?) delet denuo* ti *ad marginem explicans* Priscianus coercitus coerciti addita o fit coertio *R 3.*

1) *Iohannes episcopus Surrentinus, qui in concilio a. 595, Iul. 5 subscripsit et in epp. IX, 45. 62 memoratur, iam ante 600, Mart. de vita discessit (cf. epp. X, 6. 7). Sine causa eum anno 598 mortuum esse dicunt edd. G. M.*

I, 41.

Gregorius I. papa Leandro, episcopo de Spaniis (Hispalensi), de pontificatus onere queritur. Laetatur de Reccaredi conversione. Decernit de tripla baptismatis mersione. Codices quosdam mittit, sed nondum expositionem in b. Iob, quae adhuc a librariis conscribatur. *591, Apr.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 41; coll. can. Hispanae: H 1-4 (cf. ep. I, 39 a).
Edd. M: Lib. I. ep. 43; G: Lib. I. ep. 41; Gonzalez: Coll. can. Hisp. Pars II. p. 156. — Iaffé Reg. 1111 (747).

GREGORIUS LEANDRO EPISCOPO DE SPANIIS.

Respondere epistolis vestris [1] tota intentione [a] voluissem [b], nisi pastoralis curae ita me labor attereret [c], ut mihi [d] magis flere libeat, quam aliquid dicere. Quod vestra quoque reverentia in ipso litterarum mearum textu [e] vigilanter intellegit [f], quando ei neglegenter [g] loquor [h], quem vehementer diligo [2]. Tantis quippe in hoc loco huius mundi fluctibus quatior, ut vetustam ac putrescentem [i] navem [k], quam regendam occulta Dei dispensatione suscepi, ad portum dirigere nullatenus possim. Nunc ex adverso [l] fluctus inruunt, nunc ex latere cumuli spumosi maris intumescunt, nunc a tergo

I, 41 Hispanae coll. can. codd. eosdem contuli, quos supra p. 52 in nota enumeravi, excepto H 2, cuius solummodo titulum et finem inspexi. Non autem formam, qua H epistolam nostram offert supra recepi. — Ita titulus in r 1. 2; de Spanis *R 1;* de Hispaniis *R*1 et teste ed. M nonnulli codd.;* de Spaniis *om. teste M ed. Vat. Reg. Corb. Norm. et plerique mss. cum quibus et ed. pr.;* (ad L.) Spalensem (ep.) *teste ed. M cod. Capucin. Rotom.;* Hispalensi, *edd. G. M. — In canonum collectione Hispana sic inscribitur:* Epistola *(add.* sanctissimi *H 1)* pape Gregorii *(add.* prima *H 1)* ad *(add.* beatum *H 1)* Leandrum Spalensem episcopum. *(add.* ex integro. de directis libris regulis *H 1. 2;* de simpla mersione baptismatis *H 3. 4).* Reverentissimo et sanctissimo fratri Leandro episcopo Gregorius servorum Dei servus. *(om.* G. s. D. s. *H 1; transponit* G. s. s. D. *H 4). Cf. quae Neues Archiv III, 544 sq. exposui.* a) devotione *H 3.* b) voluissemus *H 1.* c) adtereret *H.* d) mici *et sic semper H 3. 4.* e) testu *H 1.* f) intelligit *r 1. 2, H 3. 4.* g) neclegenter *H 3. 4.* h) locor *H 1.* i) putriscentem *r 1. 2.* k) navim *r 1, R 1.* l) averso *H 1.*

I, 41 Epistolam hanc duplici traditione et per registrum et per collectionem canonum Hispanam (forma nondum aucta; cf. supra ep. I, 39 a et Maassen Gesch. d. Quellen des can. Rechts I, 301. 697) relatam gaudemus. Quarum altera ex authentico hausta est. In collectione Hispana prima est inter epistolas Gregorianas et signatur numero C si Maassen sequimur, numero XCVII, si editionem Gonzalez, numero XCIX si codd. nostros collectionis auctae disquirimus. — Huius epistolae mentionem faciunt et Licinianus in ep. sequenti (I, 41 a) et Isidorus Hispal. De viris ill. c. XL et concilium Toletanum IV. anni 633 (Gonzalez Coll. Hisp. Pars I. p. 368). Ita et duplici traditione relatam et saepius iam saeculi VII. initio laudatam immerito in dubium vocat Alcuinus in ep. 93. Iaffé Bibl. Rer. Germ. VI, 391 (cf. Neues Archiv III, 442 et praefationem nostram). — Leander episcopus Hispalensis (nunc Sevilla), de quo Isidorum De viris ill. c. XLI conferas, anno 579 - 600 sedisse fertur. Quem Gregorius ipse in Dial. III. c. 31 dudum sibi in amicitiis familiariter iunctum *dicit. Una cum Gregorio autem et Constantinopoli vixerat (cf. ep. V, 53 a). Cur nominetur in Registro episcopus de Spaniis, mirum esse potest. Alteserra explicavit, id factum esse dignitatis augendae causa. Edd. G et M codices minoris auctoritatis sequentes 'Hispalensi' scripserunt. Sed authenticum omissa sede inscriptum fuisse* Reverentissimo et sanctissimo fratri Leandro episcopo Gregorius *cet. ex H videmus et patet, verba de Spaniis adiecta esse a librario Registri, ut terram, in quam missa sit epistola, indicaret. (Cf. e. g. epp. IX, 212. 214. 219). In qua versione authentici verba prima* Epistola pape Gregorii ad Leandrum Spalensem episcopum *cet. genuina non sunt, sed ab editore coll. Hispanae addita.* 1) *Leandrum episcopum Gregorio de baptismo epistolam scripsisse et Isidorus Hisp. De viris ill. c. XLI refert. Cui epistolae hoc loco respondet papa; cf. infra pag. 57 lin. 17. Item et Iohannes dictus ieiunator episcopus Constantinopolitanus, teste Isidoro De viris ill. c. XXXIX, de sacramento baptismatis graeco eloquio ad Leandrum edidit rescriptum.* 2) *Cf. verba similiter dicta ep. I, 7 et ibidem not. 1.*

tempestas insequitur. Interque haec omnia turbatus cogor modo in ipsa clavum adversitate[a] dirigere, modo, curvato[b] navis latere[c], minas[d] fluctuum ex obliquo[e] declinare. Ingemisco[f], quia sentio, quod neglegente me crescit sentina vitiorum, et tempestate fortiter obviante iamiamque putridae naufragium[g] tabulae sonant. Flens reminiscor, quod perdidi meae[h] placidum litus quietis, et suspirando terram conspicio, quam tamen[i] rerum ventis adversantibus tenere non possum. Si ergo me, frater karissime, diligis[k], tuae[l] mihi orationis in his fluctibus manum tende: ut quo[m] laborantem[n] me adiuvas[o], ex ipsa vice mercedis in tuis quoque laboribus valentior existas.

Explere autem loquendo nullatenus valeo gaudium meum, quod communem filium gloriosissimum Reccaredum[p] regem ad catholicam fidem integerrima[q] agnovi devotione[r] conversum[1]. Cuius[s] dum mihi per scripta vestra[t] mores[u] exprimitis, amare me etiam quem nescio fecistis. Sed quia antiqui hostis insidias scitis, quoniam bellum durius contra victores proponit, nunc erga eundem virum[v] vestra[w] sollertius sanctitas vigilet[x], ut[y] bene coepta perficiat, nec[z] se de perfectis bonis operibus extollat[a], ut fidem cognitam vitae quoque meritis teneat; et quia aeterni[b] regni civis[c] sit operibus ostendat, quatenus post multa annorum curricula de regno ad regnum transeat.

De trina[2] vero mersione[d] baptismatis, nil[e] responderi[f] verius potest quam ipsi sensistis[g], quia in una fide nil[h] officit[i] sanctae ecclesiae consuetudo diversa. Nos autem quod tertio mergimus[k], triduanae sepulturae sacramenta signamus, ut dum tertio[l] ab aquis infans educitur, resurrectio triduani temporis exprimatur. Quod si quis forte etiam pro summae[m] trinitatis veneratione aestimet[n] fieri, neque ad hoc aliquid obsistit[o], baptizandum semel in aquis[p] mergere[q], quia dum in tribus subsistentiis una substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismate vel ter vel semel mergere, quando et in tribus mersionibus personarum trinitas, et in una potest divinitatis singularitas designari. Sed si[r] nunc usque ab haereticis infans in baptismate tertio mergebatur, fiendum apud vos esse non censeo, ne dum mersiones numerant, divinitatem dividant, dumque quod faciebant faciunt, morem vestrum[s] se vicisse[t] glorientur.

a) ipsam cl. adversitatem *r 1;* cladum *H 3. 4.* b) curbato *H 3;* curvato *corr. in* curvata *r 2.* c) natere (*add. ad marg.* latice) *H 3;* latere inter *H 4.* d) *om.* minas *r 2; om.* navis latere minas *r 1.* e) oblico *r 2, R 1;* obligo *H 1.* f) ingemesco *R 1, H.* g) naufragio *R 1.* h) me *H.* i) quanta (*pro* quam tamen) *H 1.* k) diligitis *r 1.* l) tu tuae *H 3.* m) quod *H.* n) laborante *H 1:* lavorantem *H 4.* o) adiubas *H 3. 4.* p) Reccaridum *r 1;* Recharedum *H 1.* q) integerrimam *H 1. 4.* r) devotionem *H 1.* s) huius *r 1. 2.* t) scriptum vestrum *H 4.* u) more *H 4.* v) (eundem) suum vestra *r 2;* (eundem) vestra suum *r 1;* (eundem) filium meum *H 1;* (eundem) filium nostrum *H 3. 4.* w) *om.* vestra *R 1.* x) evigilet *r 1. 2.* y) et *H 1. 3.* z) ne *H 4.* a) extollit *H 1.* b) aeternis *r 2.* c) cives *H 3;* civi *H 4.* d) *om. H 1.* e) nihil *H 1;* nicil *et sic semper H 3. 4.* f) respondi *r, R, H.* g) sentitis *H 1.* h) nihil *H.* i) obficit *r 2.* k) mergimur *H 3.* l) tercia *H 1.* m) summa *H 3.* n) extimet *H.* o) obsisti *H 4.* p) *corr. in* aquas *r 1.* q) emergere *H 1.* r) si *om. omnes codd. praeter H 3. 4; superscr.* quod *R 1; add.* quia *edd.* s) sic *r 1. 2. H;* suum *R 1;* nostrum *edd.* t) fecisse *H 1.*

1) *Reccaredus rex, qui ut fidem orthodoxam acciperet Leandri episcopi industria motus esse videtur (cf. Gregorii Dial. III. c. 31 et Isidorum Hisp. De viris ill. c. XLI), iam anno 586 aut 587 (cf. Chron. Iohannis Biclarensis et Hist. Gothorum Isidori Hisp.) haeresim Arrianam reliquit. Sic episcopi a. 589 Mai. 8. in concilio III. Toletano adunati iam tunc dicere potuerunt (Gonzalez Coll. Hisp. pars I. p. 343; de* iam olim conversionis tempore, quando secuti Recaredum regem ad Dei ecclesiam transierint. *Suo iure igitur miratur Galliciolli in editione Veneta (not. a ad hanc epistolam) anno 591 demum Gregorium haec verba scripsisse. Sed non cum illo ideo hanc partem epistolae Gregorio abiudicare velim neque conicere, eam sub Pelagii II. nomine et pontificatu a Gregorio adhuc diacono esse scriptam. Cf. ep. IX, 227. 228, quarum chronologia adhuc magis suspicionem nostram movere posset. Considerare autem debemus, qua itineris difficultate et nuntiorum penuria tunc Hispania a Roma divisa fuerit.* 2) De trina . . . glorientur *receptum est in acta concilii Toletani IV. (a. 633), Gonzalez l. l. p. 368.*

Dulcissimae autem mihi[a] fraternitati vestrae codices direxi, quorum notitiam subter inserui. Ea autem quae in beati Iob expositione dicta fuerant, et vobis scribitis[b] dirigenda, quia haec verbis sensibusque tepentibus[c] per homelias[d] dixeram[e], utcumque[f] studui in librorum ductum[g] permutare, quae nunc adhuc a librariis conscribuntur[1]. Et nisi[h] portitoris[i] praesentium[k] me festinatio coangustasset[l], cuncta vobis transmittere sine aliqua inminutione voluissem; maxime quia[m] et hoc ipsum[n] opus ad vestram reverentiam scripsi, ut ei quem prae ceteris diligo, in meo videar[o] labore desudasse.

Praeterea si vobis indulgeri tempora ab ecclesiastica occupatione cognoscitis, quid sit iam scitis, quamvis etiam absentem[p] corpore, praesentem mihi te semper[q] intueor[r], quia vultus tui imaginem intra cordis viscera impressam[s] porto[t].

I, 41 a.

Licinianus (Carthaginis Spartariae) episcopus Gregorii papae librum regulae pastoralis laudibus tollit. Opus de libro Iob et alios eius libros morales sibi transmitti petit.

591 - 595.

Edd. M: Lib. II. ep. 54; Dacherii: Spicilegium II, 368 (nova ed. Baluzii III, 313); Baluzii: Miscell. VII, 1. (ed. Mansi II, 13); Aguirre: Conciliorum Hisp. coll. II, 427. (ed. 2. III, 215).

INCIPIT EPISTOLA BEATI LICINIANI EPISCOPI DE LIBRO REGULARUM AD SANCTUM GREGORIUM PAPAM URBIS ROME DIRECTA.

DOMINO BEATISSIMO PAPE GREGORIO LICINIANUS EPISCOPUS.

Librum regularum[1] a sanctitate tua editum, et ad nos divina gratia opitulante perlatum, tanto libentius legimus, quanto in eo spiritales regulas inesse cognovimus[a]. Quis[b] non libentius[c] legat, ubi iugi meditatione medicinam anime sue inveniat, ubi contemtis huius seculi rebus caducis et in sua mutabilitate variantibus, ad aeternae

a) mihi *om. H 1.* b) scriptis *H.* c) *corr. ex* te petentibus *R 1;* repentibus *H 1.* d) homilias *H 1.* e) direxeram *H 1. 3.* f) utquecumque *H 1;* utquumque *H 3. 4.* g) *corr. ex* dictum *R 1;* ductu *H.* h) ne si *R 1.* i) portitores *H 4.* k) presentie *H 3.* l) congustasset *H.* m) *om. H 1.* n) ipsud *H 1. 3.* o) videor *r 1. 2;* videatur *R 1.* p) absente *H 1.* q) *add.* esse *H 4.* r) intuear *H 1.* s) pressam *H 3.* t) *Sequuntur in coll. Hispana haec verba:* Deus te incolomem custodiat dulcissime mihi (mici *H 3. 4*) et reverentissime (dilectissime *H 2*) frater (pater *H 4*).

I, 41a Duos codd. Floriacenses adhibuit Dacherius, cuius lectionem quam sequitur ed. M littera D signamus; Dominicanorum Baionensium codice, quem veterem nominat, usus est Baluzius; a nobis sub littera B lectio eius profertur; nos in editione nostra praecipue vetustissimum codicem Escorialensem & I 14, fol. 164 (litteris visigoticis saec. VIII. memb. fol. in tribus columnis exaratum, cf. Neues Archiv VI, 250) sequimur. Hunc littera E signamus. Apographo Toletano (27. 24) codicis E usus est Aguirre, cf. Neues Archiv VI, 362. (Fragmentum nostrae epistolae invenit in codice Ovetensi praecedens Gregorii regulam pastoralem Morales; cf. Viage de Ambrosio de Morales, Madrid. 1765 p. 97). — Ilcipiunt epistolę *E.* — sancti *D.* — Licinani *E.* — *om.* episcopi *E.* — *om.* papam *B.* — (pape) Gregorium *E.* a) cognobimus *E;* cognoscimus *B. D.* b) *add.* enim *B.* c) libenter *B.*

1) *De Gregorii expositione in Iob, vulgo Moralia dicta, cf. epp. V, 53 et 53 a. Hac re denuo idem miramur, quatuor annis post codices iam nunc promissos Leandro datos esse.*

I, 41a Ut hanc ad Gregorium papam epistolam hic inseramus, causa fuit, quod ab ep. I, 41 quam citat non multo tempore distare potest. Certe annus eius inter epp. I, 41 et V, 53 (591 Apr. - 595 Iul.) intercedit. — De Liciniano Carthagenae in Hispania episcopo cf. Isidorum De viris ill. c. XLII. Qui Isidorus multas eius epistolas legit, quarum quasdam in codice Escorialensi invenimus (cf. supra lin. 32 et Neues Archiv l. l.). 1) Cf. supra ep. I, 24 a.

vitae stationem[a] oculos mentis aperiat? Liber hic tuus omnium est aula virtutum. Illic prudentia inter bonum et malum discretionis limitem[b] figit, illic[c] iustitia unicuique sua[d] tribuit, dum Deo animam, corpusque animae[e] subdit. Illic fortitudo etiam in adversis et in prosperis repperitur semper aequalis, quae nec in contrariis frangitur, nec in prosperis exaltatur. Illic temperantia furorem libidinis frangit, discreteque voluptatibus modum inponit. Illic cuncta quae ad vitae aeternae participium pertinent conprehendis[f], et non solum pastoribus regulam vivendi[g] describis[h], sed etiam his[i], qui regiminis officium nullum[k] habent, vivendi regulam tribuis. Habent enim pastores in quadripertita tua distributione, quales ad hoc officium veniant, qualem vitam gerant cum[l] venerint, qualiter vel qualia doceant[m], et ne in tanto sacerdotali culmine extollantur, quid agant. Adtestantur huic eximiae doctrinae tuae sancti antiqui patres, doctores defensoresque ecclesiae, Hilarius[n], Ambrosius, Augustinus[o], Gregorius[p]; hii omnes testimonium tibi perhibent[q] sicut apostolis praebuerunt prophetae. Hilarius sanctus dicit exponens verba apostoli doctoris gentium: 'Ita enim quae propriae[r] disciplinae ac morum sunt ad sacerdotii[s] meritum utilia esse significat, si etiam haec quae ad docendae ac tuendae fidei scientiam necessaria sunt, inter reliqua non deerunt[t], quia non statim boni atque utilis sacerdotis est, aut tantummodo innocenter[u] agere, aut tantummodo scienter[v] praedicare; cum et innocens tantum sibi proficiat nisi[w] doctus sit, et doctus[x] si doctrinam vivendo non adiubet omnino sibi nil prosit[x]'. Adtestatur huic libro tuo sanctus Ambrosius in illis libris quos fecit de officiis. Adtestatur sanctus Augustinus, dicens: 'In actione non amandus est honor in hac vita sive[y] potentia, quoniam omnia vana sub sole, sed opus ipsum[z], quod per eundem honorem vel potentiam fit, si recte atque utiliter fit, id est ut valeat ad eam salutem subditorum, quae secundum Deum est[a]. Propter quod ait apostolus: "Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat". Exponere voluit[b] quid sit episcopus, quia nomen est operis, non honoris. Graecum est enim, atque inde ductum vocabulum, quod ille qui praeficitur eis quibus praeficitur superintendit, curam scilicet eorum gerens: episcopus quippe intentio est[c]. Ergo[d] episcopum[e], si velimus, latine superintendere possumus dicere. Ut intellegat, non se esse episcopum qui praeesse dilexerit[f], non prodesse. Itaque ab studio cognoscendae veritatis nemo prohibetur quod ad laudabile pertinet otium: locus vero superior, sine quo regi populus non potest, etsi ita teneatur atque administretur ut decet, tamen indecenter[g] adpetitur. Quamobrem otium sanctum quaerit karitas[h] veritatis; negotium iustum suscipit necessitas karitatis. Quam[i] sarcinam si nullus inponit[h i], percipiendae atque intuendae[k] vacandum est[l] veritati. Si autem inponitur, suscipienda est propter karitatis necessitatem. Sed nec sic omnimodo[m] veritatis delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa suavitas[n], et opprimatur[o] ista necessitas.' Adtestatur Gregorius sanctus [1], cuius stilum adsequeris, cuius exemplo delitiscere cupiebas, ut pondus sacerdotii declinares, quod quale sit in toto libro tuo liquide declaratur. Et tamen portas quod metuebas. Pondus enim

Hilarii De trinit. L. 8. n. 1.

Augustini De civit. Dei L. 19. c. 19.

1. Thim. 3.1.

a) estatione *E.* b) discretionem limitis *D.* c) *om. D.* d) suum *B.* e) *om. B.* f) conprehendit *E.* g) vibendi *et sic semper E.* h) prescribis *B.* i) etiam et iis *B.* k) non *B.* l) dum *B.* m) docent *E.* n) Ilarius *E.* o) Agustinus *et sic semper E.* p) Nazianzenus *(glossema?) add. D.* q) praebent *B. D.* r) propria *Hilarius.* s) sacerdotio *E.* t) desint *B.* u) scienter *D.* v) innocenter *E.* w) sui sufficiat si *D.* x) doctus sine doctrinae sit auctoritate nisi innocens sit *B et ita Hilarius;* doctus nisi doctrina vivendo (*om.* non . . . prosit) *D.* y) *sic B; sine corr. in* sive *E;* sine *D.* z) ipsut ut quod *E.* a) *lacunam hic notat D; non ita E. B.* b) velint *B.* c) *ἐπὶ* quippe super, *σκόπος* vero intentio est. *Augustinus.* d) *om.* ergo *B.* e) *ἐπισκοπεῖν August. Scribit* episcopum . . . superindentem *sec. Aguirre apogr. Tolet.* f) dixerit *D.* g) decenter *E.* h) karitas *repetit B;* karitas . . . imponit *om. D.* i) quam . . . imponit *om. E.* k) ac tuendae *D;* atque instituendae *E.* l) *add.* enim *E; add.* etiam *B.* m) commodo *D.* n) suabitas *E.* o) opprimitur *E.*

1) i. e. Gregorius Nazianzenus in Apologetica.

tuum sursum fertur, non deorsum; non quod te ad[a] ima premat, sed quod ad astra sustollat, dum per Dei gratiam et oboedientiae meritum operisque boni efficientiam fit suave[b], quod per inbecillitatem humanam videbatur habere gravedinem. Dicis enim ea quae consonant apostolis et apostolicis viris. Pulcher enim pulchra dixisti et in his pulchrum te esse ostendisti. Nolo enim[c] te similare indecoro[d] pictori pulchra pingenti, quia spiritalis doctrina a[e] spiritali mente proficiscitur. Plus plerisque aestimatur pictor homo, quam inanimata pictura. Sed hoc non adsentationi aut adolationi reputes, sed veritati, quia nec me oportet[f] mentiri, nec te decet falso[g] laudari[h]. Ego[i] plane licet fedus[k] et te et omnia tua pulchra prospexi[l], et memetipsum[m] in conparationem tui satis indecorum vidi. Unde precor[n] per gratiam Dei quae[o] in te exuberat, ut non respuas deprecantem, sed libenter doceas quae me fateor ignorare.

Conpellimur igitur[p] necessitate facere quod doces[q] non fieri[r]. Peritus enim dum non repperitur qui ad officium sacerdotale[s] veniat, quid fiendum[t] est, nisi ut imperitus sicut[u] ego sum ordinetur? Iubes, ut non ordinetur imperitus. Sed pertractet prudentia tua, ne forte ad peritiam non[v] sufficiat ei[w], scire Christum Iesum et hunc crucifixum; si autem non sufficit, nemo erit in hoc loco[x] qui peritus esse dicatur, nemo erit utique sacerdos, si nisi peritus esse non debet. Bigamis enim aperta fronte resistimus, ne sacramentum utique corrumpamus[y]. Quid si unius uxoris vir ante uxorem mulierem tetigerit? Quid si uxorem non habuerit, et tamen sine mulieris tactu non fuerit[z]? Consolare ergo[a] nos stilo tuo[b]; non puniamur nec nostro nec alieno peccato. Valde enim metuimus, ne per necessitatem ea faciamus, quae non debemus. Ecce obediendum est praeceptis tuis, ut talis fiat, qualem[c] apostolica docet[d] auctoritas, et non repperitur, qualis quaeritur. Cessabit ergo fides, quae constat ex auditu: cessabit baptismus[e], si non fuerit qui baptizet; cessabunt illa sacrosancta mysteria[f], quae per sacerdotes fiunt et ministros. In utroque periculum manet, si aut talis ordinetur qui non debet, aut non sit qui sacra mysteria celebret vel ministret.

Ante paucos annos episcopus Leander Spalensis[g] remeans de urbe regia[1] vidit nos praeteriens, qui dixit nobis habere se homelias a vestra beatitudine editas de libro sancti Iob[2]. Et quia festinans pertransiit, minime eas petentibus nobis ostendit. Postea vero scripsisti ei[h] de trina tinctione[i] [3]. In qua epistola memoras[k] displicuisse vobis illud opus, sed hoc salubriori consilio statuisse, ut in librorum ductus[l] eas transponeres. Habemus sane libellos sex[m] beati[n] Hilarii episcopi Pictaviensis[o], quos de greco Origenis in latinum vertit[4]; sed non omnia secundum ordinem libri sancti Iob exposuit. Et satis miror hominem doctissimum et sanctum, ut de stellis naenias Origenis transferret. Mihi, sanctissime pater, nullo pacto suaderi[p] potest, ut credam astra celi spiritus habere[q] rationales, quae neque cum angelis neque cum hominibus

a) ad te *E.* b) suabe *E.* c) ergo *D.* d) decore *E.* e) ab *E.* f) decet *D.* g) falsa *E*; falsum *D.* h) laudare *D.* i) ergo *E. D.* k) fidus *D.* l) conspexi *B. D.* m) memetipsam *E*; *om.* ipsum *B. D.* n) *add.* ut *B.* o) qui *E.* p) enim *B. D.* q) doceas *D*; dices *E.* r) non fieri *om. D.* s) sacerdotalem *E.* t) figendum *E*; faciendum *B.* u) ut *D.* v) *om.* non *D.* w) *om.* ei *B.* x) libro *D.* y) corrumpatur *B. D.* z) fuit *B.* a) *om.* ergo *D.* b) tuo stylo ut *B.* c) taliter . . . qualiter *B*; qualis *D.* d) decet *D.* e) ababtismum *E.* f) sacrasancta mystheria *E.* g) Hispalensis *B.* h) *om.* ei *B.* i) mersione *B.* k) memoratis *B*; memorant *D.* l) ductum *B*; ductu *D.* m) ex *E.* n) sancti *D.* o) Pictabiensis *E*; Pictavis *B.* p) pactu suadere *E.* q) *om. D.*

1) *Cf. ep. I, 41 not. et ep. V, 53a.* 2) *Cf. ep. I, 41 et V, 53. 53a.* 3) *i. e. ep. praecedentem I, 41.* 4) *Hieronymus De viris ill. c. 100:* (Hilarius) tractatus in Iob (scripsit) quos de graeco Origenis ad sensum transtulit. *Quod opus usque ad nostros dies non pervenit.*

facta esse scriptura sancta declarat. Dignetur ergo beatitudo vestra opus ipsum[a] de libro sancti Iob, sed et alios libros morales, quos fecisse te memoras in hoc libro regularum[1], exiguitati nostrae[b] transmittere. Tui enim sumus, tua legere delectamur[c]. Optabile namque est et[d] mihi praeclarum, sicut tuus Gregorius ait, usque ad ultimam discere senectutem.

Incolomem[e] coronam[2] vestram ad erudiendam ecclesiam[f] suam sancta trinitas Deus conservare[g] dignetur, sicut optamus, beatissime papa[h].

MENSE MAIO.

I, 42.

Gregorius I. papa Petro subdiacono Siciliae (patrimonii rectori) de plurimis causis scribens, praecipit de oneribus ecclesiae rusticorum, de conditione conductorum colonorumque, de negotiis Petri conductoris, Campaniani magistri militum, Salpingi Iudaei, Antonini (defensoris), de pecunia Canusinae ecclesiae, de lapsis sacerdotibus, de coelibatu subdiaconorum, de sustentatione Liberati negotiatoris, de hereditate Fantini defensoris, de donationibus quibusdam, de Saturnino Romam dirigendo, de Maximi subdiaconi vidua et filiis sustentandis. 591, Mai.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 42.
Edd. M: Lib. I. ep. 44; G: Lib. I. ep. 42. — Iaffé Reg. 1112 (748).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO SICILIAE.

Quod responsalem[1] tuum tarde dimisimus paschalis festivitatis occupationibus implicati[2] eum relaxare citius minime valuimus. Causas vero, in[a] quibus indicandum curasti, omnes subtiliter[b] perquirentes, qualiter disposuerimus, inferius cognosces.

a) ipsut *E.* b) *om. D.* c) delectamus *E.* d) *om. D.* e) incolumem *D. B.* f) eglesiam *E.* g) conserbare *E.* h) pater *D; add. B:* Explicit epistola beati Liciniani.

Mense Madio *R 1. (Indictione IX. om. codd. Item supra in mense Aprili ante ep. I, 40, ubi p. 55 falso ind. IX. add. Cf. notas sequentes, quae omnes usque ad ind. X. omissis his verbis leguntur).* Data mense Maio *coniungunt cum ep. I, 41 R*1 et teste ed. M cod. Turon. S. Gat. (qui solus omnium quos Maurini viderint codd. hanc notam praebet) et edd.*

I, 42 a) in *codd. (et Ioh. diac. Greg. Vita. II. c. 59);* de *edd.* b) *corr. ex* suppliciter *r 2.*

1) *Cf. Reg. Pastor. II. c. 6 quo loco Gregorius dicit:* Nam sicut in libris moralibus dixisse me memini *cet. et Isidorum De viris ill. cap. XL:* Fertur tamen (Gregorius) et alios libros morales scripsisse. *Igitur sine causa hoc loco offendebatur Gallicciolli in ed. Venet. Tom. IV. p. XIV.* 2) *Saepe titulo coronae utitur Ennodius; vide opera eius ed. Hartel Vindobonae 1882 (in indice p. 654).*

I, 42 Transmissa videtur per Petri responsalem; quo tempore vide in nota 2. — De institutione et administratione patrimonii Siculi, hac ut nulla alia papali epistola illustrata, consule dissertationem, quam H. Grisar edidit nuper sub titulo: Verwaltung und Haushalt der päpstlichen Patrimonien um das Jahr 600, Zeitschrift für kathol. Theologie I, 526-563 Tübingen 1877. Me ab eius sententiis saepius abhorrere, nemo mirabitur, qui differentiam lectionum nostrarum animadvertit. 1) *Responsalis nuntius est vel legatus, qui pro alio responsa facit. Eodem tempore igitur, quo Campaniae rector ut rationes redderet pensionum Romam vocatus est (cf. ep. I, 37), et Petrus vicarium suum miserat (cf. ep. I, 18 not. 4). Rationes tamen patrimonii a Petro infra (ep. II, 38) poscuntur.* 2) *Pascha anni 591 die 15. m. Aprilis fuit. Ideo Gregorius, qui Petri nuntium statim post festum dimisit, adhuc mense Aprili hanc epistolam scripsisse videtur. At librarii registri eam sub Maio demum receperunt.*

Cognovimus rusticos ecclesiae vehementer in frumentorum pretiis gravari, ita ut instituta[a] summa eis in comparatione abundantiae tempore non servetur, et volumus[b], ut iuxta pretia publica omni tempore, sive minus sive amplius frumenta nascantur, in eis comparationis mensura teneatur[1]. Frumenta autem quae naufragio pereunt per omnia volumus reputari[2], ita tamen, ut a te neglegentia ad transmittendum minime fiat, ne dum transmittendi tempus neglegitur damnum ex vitio vestro generetur. Valde autem iniustum et iniquum esse perspeximus, ut a rusticis ecclesiae de sextariaticis[c 3] aliquid accipiatur, ut[d] ad maiorem modium dare compellantur, quam in horreis ecclesiae infertur. Unde praesenti admonitione[e] praecipimus, ut plus quam decem et octo sextariorum modium[f] numquam a rusticis ecclesiae frumenta debeant accipi, nisi forte si quid est, quod nautae[g] iuxta consuetudinem superaccipiunt, quod minui ipsi in navibus adtestantur[4].

Cognovimus etiam, in aliquibus massis[h] ecclesiae exactionem valde iniustissimam fieri, ita ut libram septuagenum ternum semis[i] quod dici nefas est exigantur[k 5] et

a) in statuta *r 2, quod et R 1 scripsisse videtur, sed post corr. ras. in* instituta. b) et volumus *om. r 2, ed. pr.; add. manu altera R 1.* c) sextariatidis *(seq. litura 3 litt.) R 1;* sextariaticis alias sextariis *(addita perperam glossa) ed. pr.* d) et *r 1, edd. G. M.* e) iussione *sec. ed. M codd. Lyr. et And.* f) modios *edd. G. M; add.* dare *ed. pr.* g) nauti (i *in ras.*) *R 1.* h) mansis *r 1, Ioh. diac. l. l., ed. pr.* i) *Addidi* libram, *quod verbum mea quidem sententia omitti non potest. Sub libra septuagenum ternum semis (quam genitivi formam in* um *numeralia distributiva semper adhibent) intellege ut infra nota 5 docebimus, libram 73½ solid. aureorum. Codd. autem praebent (cf. not. e pag. 63):* a septuagenu ternu semis *r 1. 2, R 1, ita ut r 2 supra* a *scribat parvulum signum quoddam formae fere* d *annotans ad marg.* vel septuagena terna; *et R 1* a, *quod omiserat, post supra lin. addat. Teste ed. M* a septuagenii ternii semis *(i. e. lectio eadem ut supra) ex Colbertinis unus. Hanc lectionem et cognoscimus in* a septuagenis trinis (ternis *G*) semis *ut scribunt edd. pr. et G;* septuaginta terni (ternis *unus ex Colb.*) semis *codd. quos secuta est ed. M: Colb. unus Vatic. Corb. Norm. et plerique ut ipsa censet potiores. Denique* septuaginta urnae et semis *legisse videtur Alteserra p. 38.* Ad septuagenos ternos semis *nuper Mommsen, cui variam meam lectionem exposueram hunc locum restituendum censuit, Hermes XV, 403. Sed neque sine causa mihi esse videtur genitivus ille* septuagenum ternum, *quae verba librarii saec. IX. (quo tempore registrum nostrum ex libris charticeis exscriptum est) ut obscura omissis lineolis in* septuagenu ternu *corrumpere quidem, sed non ex signis LXXIII haurire potuerunt, neque video quamquam cum viro docto constructionem* exigere a *condemno, dictionem* exigere ad *eo modo ab auctoribus saec. VI. vel VII. unquam adhibitam esse. Vocem* libra *autem siglo quodam ita expressam fuisse persuasum mihi habeo, ut librarii vel quod non intellexerunt omitterent (R 1),* vel a *legerent (r 1. 2) quod post signo mirum in modum adscripto mutarent (r 2). Accedit, quod et in tomis, in quibus census notaverunt scribae ecclesiae Romanae, in pretiis exprimendis signis propriis usi sint, quod saec. VIII. probat cod. Vatic. 3833 in Lib. III. c. 149 collectionis canonum cardinalis Deusdedit (vide ed. quam curavit Martinucci et app. 9 in Breve ist. del. dom. temporale a Borgia edita, quorum uterque sigla codicis antefati diligenter depinxit).* k) conductores exigantur *codd. et edd., quam lectionem*

1) Agitur de conductorum iniuria, qui frumenta Romam transmittenda minoribus pretiis a colonis emere cupiverunt. Coloni autem, ut infra videbimus, ex consuetudine tributa in pecunia non in specie solvebant (cf. infra notam 5). 2) Antea, ut hoc loco apparet, iam in comparatione frumenti tributum speciale pro maris periculo exigebant conductores. 3) Sextariaticum aliud tributum esse videtur, quod in comparatione frumenti a colonis poscebatur, ita ut verba sequentia huius nominis interpretationem praebeant. 4) Modius iustus sedecim tantum sextarios continebat cf. Rhemnium Fannium De ponderibus v. 71 (ed. Burmann Leidae 1731) et Volusium Maecianum De asse. Comperimus autem hoc loco modium decem et octo sextariorum in horrea Romana illatum fuisse. Est igitur simile incrementum ei, quod exigebant magistratus civiles in tributis fiscalibus, ut periculum mensurae minoris evitarent. Sic libram quae duodecim unciarum (i. e. 72 solidorum) esse debuit, quatuordecim (aut 84 solidorum) componere fecerunt Constantini I. et Valentiniani I. Valentisque rescripta (in Cod. Theodosiano XII, 7. 1. X, 19. 14), quod ut mihi quidem videtur firmis argumentis probavit Soetbeer Zur Geschichte des Münzwesens, Forschungen z. Deutschen Gesch. I, 295. Quantis autem sextariis interdum conductores modium per abusum auctum computaverint, liquet ex ep. XIII, 37, in qua modium, ad quem coloni ecclesiae frumenta dare compellebantur, viginti et quinque sextariorum invenimus. 5) Nunc de exactione agit papa, quippe quam in libris auri exigebant conductores. (Vide et

adhuc neque hoc sufficit, sed insuper aliquid ex usu iam multorum annorum exigi dicuntur. Quam rem omnimodo detestamur et amputari de patrimonio funditus volumus. Sed tua experientia sive in hoc quod per libram amplius, sive in aliis minutis oneribus [1] et quod ultra rationis aequitatem [a] a rusticis accipitur, penset et omnia in summam [b] pensionis redigat [2], ut [c] prout vires rusticorum portant [d] pensionem integram et pensantem libram septuagenum vinum [e] persolvant, et neque siliquas extra libras [3], neque libram maiorem neque onera supra libram maiorem [f] exigi [g] debeant, sed per estimationem tuam prout virtus sufficit in summam pensionis crescat et sic turpis exactio nequaquam fiat. Ne vero post obitum meum haec ipsa onera, quae super pensum inlata subtrahimus [h] et in capite pensionis fecimus crescere, iterum in [i] quolibet addantur et inveniatur [k] et [l] summa pensionis augeri et onera adiectionis [m] insuper rustici solvere compellantur [n], volumus, ut securitatis libellos ita de pensionibus facias, quatenus inprimas, dicens, tantam pensionem unumquemque [o] debere persolvere inibi

Mommsen l. l. sequi non dubitavit. Attamen conductores *omittimus, cum rustici exigantur (cf. infra p. 67 l. 7* ita ut [rustici] in duplo exacti sint *et sic saepius), non conductores, qui scilicet ipsi rusticorum exactionem faciant. Forma autem passiva* exigor, *ut Forcellini et fusius A. G. Cramer in dissertatione academica Ad Gellium excursuum Trias (Kiel 1827) p. 28 sq. docent, optime pro* exigitur a me (*ita et* exigor 'pecuniam') *adhibetur, sed numquam pro* exigo, *et ubi infra* exigi *dicitur p. 63 l. 1 et 7 rustici, de quibus iam saepius dictum est, intellegendi sunt. Qua re permotus hunc locum et Savigny (Verm. Schriften II, 25) emendandum censuit, scribens* per conductores exigantur. *Et recte* per conductores *dicit, cum* a conductoribus *dubium quoddam proferre possit. Sed ad eius lectionem ne accedam, duae me prohibuerunt potissimum causae. Prima, quod neque conductorum aperte memoria fit supra, ubi et in comparatione frumentorum et in incremento modii de conductoribus sine dubio queritur papa. Secunda quod per glossam ni fallor verbum* conductores *facillime induci potuit.*

a) aequalitatem *R 1, edd. G et M.* b) summa *r 1.* c) *corr. in* et *r 2;* et *edd. G. M.* d) ut pro viribus rusticorum portet *ed. pr.* e) *Restitui* libram septuagenum vinum; *quamquam* libram *ne unus quidem praebeat codex, sed et hic siglum pro* libra *a librariis* ad *lectum esse credo; cf. p. 62 notam i et ut modum dicendi melius intellegas, ibid. lin. 10* frumenta accipere modium decem et octo sextariorum. *Scribunt autem:* ad septuagenu vina *r 1. 2, R 1 (quorum r 2 corr.* vina *in* bina); *ita et teste ed. M Vatic. quidam;* et septuagenu vina *sec. M Corb.;* septuagenii vina *sec. M Vatic. D. Norm. Andeg. et 2 Teller.;* ad septuaginta vina alias ad septuaginta vina lagenas *teste ed. M alii Vatic.;* ad septuagena vitia *ed. pr.;* ad septuagena bina *edd. G. M.* f) maiora *ed. M.* g) exigere *r 1, ed. M, Ioh. diac. l. l.* h) subtraximus *R 1, edd.* i) a *R 1.* k) inveniantur *edd. pr. et G.* l) ex *ed. pr.; om.* et *r 1, ed. M, Ioh. diac.* m) adlectionis *R 1.* n) comp. solv. *R 1.* o) quemque (*om.* unum) *R 1.*

Gelasii I. papae securitatis litteras anni 495, in Deusdedit Collectione canonum Lib. III. c. 101 [Iaffé Reg. ed. 2 n. 666. 667], quae testantur, conductores quosdam: ex fundis intulisse de fructibus anni praecedentis auri solidos XXX). *Pecuniae loco materiam ipsam intellegentes cum epistolarum editoribus erraverunt in interpretatione huius exactionis et Savigny in dissertatione sua: Der Römische Colonat (Vermischte Schriften II, 27) et Grisar l. l. p. 552. Libra auri autem secundum Constantini I. et Valentiani III. rescripta (cf. Cod. Theodos. XII, 119. XII, 6. 13) sequentibus saeculis aequo pondere septuagenum binum solidorum appendebatur (vide Mommsen Römisches Münzwesen p. 799). Libram maiorem i. e. 84 solidorum in exactione tributi adhibitam iam pag. 62 nota 4 citavimus. Eodem modo et conductores libram 73½ solidorum intulerunt, augentes ita media siliqua unumquemque librae solidum. (Docte hunc calculum proposuit Mommsen in commentario: Decret des Commodus für den Saltus Burunitanus, Hermes XV, 403.) Denique et Cassiodori Varias (V, 39) consule, ubi Theodosius rex praecipit:* Exigentes vero assem publicum per gravamina ponderum, premere dicuntur (conductores) patrimonia possessorum; ut non tam exactio quam praeda esse videatur. Sed ut totius fraudis abrogetur occasio ad libram cubiculi nostri, quae vobis in presenti data est, universas functiones publicas iubemus inferri.

1) minuta onera, ut infra minutiae (lin. 1 p. 64), sunt tributa minora. *2) scilicet omnia adunentur in unum tributum, quod pecunia persolvi solebat.* *3) Siliquarum auri, quarum viginti quatuor faciunt solidum (cf. ep. IX, 108), calculo supra demonstrato trigenae senae cuique librae addebantur. De tributo* siliquaticum *dicto saepius agit Cassiodorius in Variis (II, 4:* Antiochus siliquatici vel monopolii titulos

abiectis[a] siliquis, oneribus[b], vel granaticis[1]. Quod autem ex his minutiis in usu rectoris accedebat volo, ut hoc ex praesenti iussione nostra ex summa pensionis[2] in usu tuo veniat.

Ante omnia hoc te volumus sollicite adtendere, ne iniusta pondera in exigendis pensionibus ponantur. Sed si qua talia invenis, frange et nova et recta constitue[3], quia et filius meus Servus-dei diaconus iam talia invenit, quae ipsi displicerent[4]. Sed licentiam haec inmutare non habuit. Super iusta ergo pondera praeter excepta et vilicilia[c 5] nihil[d] aliud volumus a colonis ecclesiae exigi.

Praeterea cognovimus, quod prima inlatio burdationis[6] rusticos nostros vehementer angustet, ita ut priusquam labores suos venundare valeant compellantur tributa persolvere. Quae[e] dum de suo unde dare[f] non habent, ab actionariis[g] publicis mutua[h] accipiunt[7] et gravia commoda pro eodem beneficio persolvunt. Ex qua re fit, ut dispendiis gravibus coangustentur. Unde praesenti admonitione praecipimus, ut omne, quod mutuum pro eadem causa ab extraneis accipere poterant, a tua experientia in[i] publico detur[8] et a rusticis ecclesiae paulatim ut habuerint accipiatur[k], ne dum in tempore coangustantur, quod eis postmodum sufficere in inferendum poterat, prius compulsi vilius vendant et horreis[l] minime sufficiant[m 9].

a) adiectis *R 1.* b) oleribus *sec. ed. M Vatic. duo.* c) vilicilia *R 1;* viliciba *r 1 (sed corr. manu post. in* vili cibaria) *r 2 et sec. ed. M Andeg.;* vili cibo *sec. M Norm. 2 Teller. Corb. Turon. et plerique mss. Ioh. diac.;* vilia cibaria *edd.* d) nil *R 1.* e) qui *edd. G. M.* f) *add.* debeant *R 1, edd. G. M.; add. ad marg.* possint *r 2;* possint *et ed. pr.* g) auctionariis *edd. G. M et sec. ed. M Vatic. D et 2 Teller.* h) mutuo *edd. G. M.* i) ex *ed. G et Ioh. diac.;* a *ed. M.* k) *corr. ex* accipiantur *R 1.* l) orreis *R 1;* hoc eis *ceteri codd. et edd.* m) sufficiant *corr. ex* sufficiat *R 1; ceteri codd. et edd.* sufficiat.

exercens; *II, 12:* comes siliquaticorum *cet.; II, 26:* de siliquatario; *item III, 26. V, 31. Siliquaticum de frumentis, oleo, vino sumere interdicitur IV, 19. Cf. Soetbeer l. l. p. 277).*

1) Granaticum, ut ex nomine patet, tributum de granis; grana 4 habuit siliqua quaeque. 2) i. e. ex summa pensionis, quam iam ad inferendam coloni conductori dederant. 3) Intellege pondera ad solidos pensandos. Cf. Cassiodori verba supra not. 5 pag. 62. 63 citata et Constantini decretum (Cod. Theodos. XII, 7. 1), quod quanta diligentia solidi sint examinandi docet: aurum, quod infertur, aequa lance et libramentis paribus suscipiatur, scilicet ut duobus digitis summitas lini retineatur, tres reliqui liberi ad susceptorem emineant, nec pondera deprimant, nullo examinis libramento servato, nec aequis ac paribus suspenso statere monentis *cet. 4) Servus-dei diaconus, ut ex notitia sequenti apparere videtur (vide p. 67 lin. 36), ante Petrum sub Pelagio II. papa rectoris officio in Sicilia functus est. 5) Vilicilia tributum esse videtur, quod forsitan villico dabatur. Cf. Cassiodori Var. V, 39:* Villicorum quoque genus, quod ad damnosam tuitionem queruntur inventum, quam de privata possessione, quam publica funditus volumus amoveri *et diploma anni 915 (ap. Fantuzzi Monumenti Ravennati I, 115 [cf. I, 30. 122])* Vilicus seu ministeriale ad exigendam pensionem. *6) Quid sit burdatio vox alibi non asservata ex nostra ep. haurire debemus. Sequor sententiam quam protulerunt Alteserra p. 41 et Savigny (Der röm. Colonat, Verm. Schriften II, 27): burdationem vectigal agro a fisco civili impositum esse, quod ter in anno exigebatur, die 1. mensium Ian. Mai. Sept. (cf. Cod. Theodosianum II, 15. 16). Hoc loco prima illatio ad olei culturam spectat. (Vide de trina illatione Cassiodori Var. capita plurima, ubi saepe et de Ternis et Tertiis agitur, ut II, 16. 17. VII, 20. 21. X, 7. 15. 35. 38. XII, 7.) Colonis igitur ecclesiae et a fisco et ab ecclesia tributum imponebatur. Sed utrumque per ecclesiae officiales exactum videtur (cf. infra p. 67 l. 6 sq.). 7) i. e. ab magistratibus fisci fenore pecuniam mutuam sumunt. 8) Savigny l. l.* publico *legit et explicat* fisco. *Credo autem, papam iubere, ut non fisco sed extraneis, a quibus coloni mutuati sunt, hanc pecuniam rector restituat et hanc restitutionem in publico agat. Extranei enim omnes sunt, qui non ad familiam S. Petri pertinent. Sic efficitur, ut impensam pecuniae quam fecit rector rustici paulatim ei reddant. 9) Horreis scilicet ecclesiae, tempore quo conductores frumenta etc. ab eis comparare debebunt.*

Pervenit etiam ad nos, quod de nuptiis rusticorum[1] inmoderata commoda percipiantur. De quibus praecipimus, ut omne commodum nuptiarum unius solidi summam nullatenus excedat. Si qui sunt pauperes etiam[a] minus dare debent, si qui[b] autem divites praefati solidi summam nullatenus transgrediantur. Quod nuptiale[c] commodum nullatenus volumus in nostra ratione redigi, sed utilitati conductorum proficere.

Cognovimus etiam, quod quibusdam conductoribus morientibus parentes sui non permittuntur succedere, sed res eorum ad usum ecclesiae pertrahuntur[2]. De qua re definimus, ut parentes morientium qui in possessione ecclesiae degunt heredes eis accedere[d] debeant, nec aliquid de substantia morientium subtrahatur[3]. Si vero filios parvulos aliquis reliquerit, quousque ad etatem talem veniant[e], ut substantiam suam regere valeant, personae eligantur cautae, quibus parentum eorum res tradi debeant ad custodiendum.

Cognovimus etiam, quod si quis ex familia[4] culpam fecerit, non in ipso, sed in eius substantia vindicatur. De qua re praecipimus[f], ut quisquis culpam fecerit, in ipso quidem ut dignum est vindicetur. A commodo autem eius omnimodo abstineatur, nisi forte parum aliquid, quod in usu executoris qui ad eum transmissus fuerit proficere possit.

Cognovimus etiam, quia quotiens conductor aliquid colono suo iniuste abstulerit, hoc quidem a conductore exigitur, sed ei non redditur a quo ablatum est. De qua re praecipimus, ut quicquid violenter cuilibet ex familia ablatum fuerit, ipsi restituatur cui ablatum est et utilitati nostrae non proficiat, ne nos ipsi auctores violentiae esse videamur.

Praeterea volumus, ut si quando eos qui sunt in obsequio experientiae tuae in aliquibus causis quae sunt[g] extra patrimonium transmittis, parva quidem ex eis commoda accipiant, sed tamen ita ut in eorum utilitate proficiat; quia nos saeculum ecclesiae ex lucris turpibus nolumus inquinari.

Iubemus etiam, ut hoc experientia tua summopere custodiat, ut per commodum conductores in massis ecclesiae numquam fiant, ne dum commodum quaeritur conductores frequenter mutentur. Ex qua mutatione quid aliud agitur, nisi ut ecclesiastica praedia numquam colantur[5]? Sed ipsa etiam libellatica[6] prout summa pensionis fuerit moderentur. Rescellas[h] et cellaria[7] non plus de massis[i] ecclesiae te accipere

a) *add. post R 1.* b) *add.* sunt *R 1.* c) nuptialem *R 1.* d) succedere *edd.* e) perveniant *edd.* f) *sic r 1 et edd.*; precepimus *r 2, R 1.* g) fiunt *ed. M.* h) *ita r 2, R 1;* rēscellas *r 1;* restellas *ed. pr.;* per cellas *edd. G. M.* i) mansis *r 1.*

1) *Nuptiae colonorum ut ceterorum servorum severis legibus subiectae erant; ita et tantummodo in ea massa in qua* lege et conditione ligati erant *matrimonium inire iis licuit (cf. ep. IX, 128).* 2) *Cf. Iustiniani Nov. 7. c. 3 (ed. Zachariae a Lingenthal 1881 p. 82), qua decernitur, ut per tres generationes potissimum emphyteusis detur. Hanc legem ex consuetudine et papae observaverunt (vide Grisar: Haushalt cet. l. l. p. 541).* 3) *Non liquet annon de conductoribus ingenuis tantum loquatur papa. Conductoribus enim servorum conditione obstrictis testamentum condere omnino non licuit. Cf. Gelasii I. ep. anni 496, Iaffé Reg. (ed. 2) 738.* 4) *Familia i. e. coloni; cf. infra ep. V, 31. Familiam ecclesiasticam et saecularem distinguit papa ep. V, 57a; in ep. nostra autem (p. 67 l. 14) familiam ecclesiasticam apertius* sacerdotes, diaconos, monachos vel clericos *ad. S. Petrum scilicet pertinentes nominat.* Coloni vel familiae *in Libro diurn. form. CI, ed. Rozière p. 241.* 5) *Ad rectoris accepta rescriptum protendens prohibet papa, ne conductores in obtinendis fundis pretium rectori persolvant.* 6) *Libellatica sunt libri conductionis.* 7) *Rescella parvum est praedium (Du Cange et Alteserra p. 299). Recula b. Petri in Gelasii I. ep. in Deusdedit Collect. can. Lib. III. c. 100, Iaffé Reg. (ed. 2) 686. Recula etiam invenitur apud Salvianum (MG. SS. antiq. I. 1. p. 62. 63). — Cellarium est id quod in cellis vel cellariis deponitur.*

volumus, nisi quantum consuetudo est. Tua[a] autem quae comparari iussimus ab extraneis comparentur.

Pervenit autem ad nos, tres libras auri Petro conductori de Subpatriana iniuste ablatas. De qua causa Fantinum defensorem subtiliter require, et si manifeste iniuste et incompetenter ablatae sunt, sine aliqua tarditate restitue.

Cognovimus etiam, rusticos burdationem[b] quam iam ab eis exactam[c] Theodosius minime persolverat iterum dedisse, ita ut in duplo exacti sint. Quod ideo factum est, quia eius substantia ad debitum ecclesiae non sufficiebat. Sed quia[d] per filium nostrum Servum-dei diaconum edocti sumus, quod ex rebus substantiae eius possit hoc ipsum damnum sufficienter resarciri, volumus, quingentos septem solidos eisdem rusticis sine aliqua inminutione restitui, ne in duplo videantur exacti. Si autem supra damnum rusticorum etiam quadraginta solidi de rebus Theodosii remanent, quos et apud te diceris habere, volumus, ut filiae eius reddantur, ut res suas quas in pignore dederat recipere debeat. Cui etiam baciola[e] [1] patris sui restitui volumus.

Campanianus gloriosus magister militum[f] duodecim solidos annuos Iohanni notario suo reliquerat ex massa Varoniana[2]. Quod[g] dare te annis singulis sine aliqua dubitatione praecipimus nepti Eupli conductoris, quamvis omne mobile[h] eiusdem Eupli percepit, exceptis dumtaxat solidis. Dare etiam de solidis illius te volumus solidos vigintiquinque.

Subpostorium[i] [3] aliquod argenteum pro uno solido dicitur esse appositum et calix pro sex solidis dicitur esse appositus. Interrogato Dominico secretario, vel aliis qui scire possunt, debitum recipe et vascula praefata restitue.

Agimus autem gratias sollicitudini tuae[4], quia de causa fratris mei[5] praecepi tibi, ut argentum illius retransmittere debuisses, et sic oblivioni mandasti, ac si tibi aliquid ab extremo mancipio tuo diceretur. Quod iam vel modo non experientia, sed neglegentia tua studeat implere. Vel quicquid eius apud Antoninum fuisse cognoveris sub omni velocitate retransmitte.

De causa Salpingi[k] Iudei epistola aliqua est inventa, quam tibi fecimus retransmitti, ut eam relegens et subtiliter causam eius vel viduae cuiusdam, quae in eodem negotio dicitur implicata, cognoscens de quinquaginta uno solidis, qui rediberi[l] noscuntur, sicut iustum visum tibi fuerit responsum facias, ita ut rei[m] alienae iniuste nullo creditor sis[n].

Antonini[o] medietas legati suis[p] data est, medietas redibetur[q]. Quam[r] medietatem ex[s] communi substantia eis[t] volumus adimpleri, et non solum eis[u], sed etiam

a) ea *R 1 et quidam codd. Ioh. diac.* b) burdunationem *r 1. 2;* burdationis dationem *R 1.* c) exacta *r 1. 2.* d) quam (postquam?) *corr. in* quia *r 2;* qua *corr. in* quia *R 1;* quoniam *r 1, edd. G. M.* e) baciliola *R 1;* baciolam *sec. ed. M codd. 3 Colb. 2 Teller. Norm. et plerique;* batiolam *edd. G. M.;* bacceola *ed. pr.* f) glm. (*quod siglum ad. marg. explicat* gloriosus magister militum) *r 2;* gls. *r 1;* gl. (*et add. in rasura* osus magister *et ad marg.* militum) *R 1;* gloriosus *ed. pr.* g) *ita r 1. 2, ed. pr.;* quos *R 1, edd. G. M.* h) nobile *r 1.* i) suppositorium *R 1, edd. pr. G. Ioh. diac.* k) *corr. ex* Salpiagi *R 1.* l) *corr. in* redhiberi *r 2; ex* rediberi *correxisse videtur* retineri *R 1;* reddi deberi *sec. ed. M Vatic. A. D. et edd. G. M.* m) res *codd. et edd.* n) credituriis *r 1;* creditariis *r 2;* creditoribus *R 1; corr. autem ea et addunt:* nullo modo a creditoriis defraudentur *r 2, ed. M (et ita sec. M Vatic. 2, omnes Norm. Corb. etc.);* nullo modo a creditoribus defendantur *R 1; teste ed. M* nulli crediturus sis *Vatic. A. B;* nullo crediturus sis *ed. pr.;* nullo modo a creditoribus defraudentur *ed. G.* o) *corr. in* Antonino *r 2;* Antonino *edd. G. M.* p) *ita scripsi;* legati sui *r 1. 2 edd.;* legatis suis *R 1.* q) *ita scripsi;* redivetur *R 1, quod in* redimetur *corr.;* redimetur *et ceteri codd. et edd.* r) *corr. ex* quod *r 2, R 1;* quod *r 1.* s) *corr. ex* et *R 1* t) eius *ed. pr.;* ei *edd. G. M.* u) ei *edd. G. M.*

1) *Baciola (hic baciolum?) genus poculi (Forcellini).* 2) *Quam massam scilicet b. Petro testatus erat.* 3) *Suppostorium, patena quaedam.* 4) *ironice dictum, cf. infra lin. 26 titulum* neglegentia tua. 5) *Hic sine dubio de fratre Gregorii agitur, de quo praeter mentionem eius in*

defensoribus et peregrinis, quibus legati[a] tituli[b] aliquid dereliquit, et familiae legatum persolvi volumus, quod tamen ad nos pertinet. Collecta ergo ratione pro nostra parte, id est pro novem unciis[1], persolve[c].

De solidis ecclesiae Canusinae[d][2] volumus, ut aliquid clericis eiusdem ecclesiae largiaris, quatenus et hi[e] qui nunc inopiam[f] patiuntur sustentationem aliquam habeant, et si illic voluerit Deus ordinari episcopum, habeat unde subsistat.

De lapsis sacerdotibus ac levitis[g] vel quolibet ex clero observare te volumus, ut in[h] rebus eorum nulla contaminatione miscearis. Sed pauperrima[i] regularia monasteria[k] require, quae secundum Deum vivere sciunt, et in eisdem monasteriis ad poenitentiam lapsos trade[l], et res lapsorum in eo loco proficiant, in quo agere poenitentiam traduntur, quatenus ipsi ex[m] rebus illorum subsidium habeant, qui de correptione eorum sollicitudinem gerunt. Si vero parentes habent, res eorum legitimis parentibus dentur, ita autem ut eorum stipendium, qui in poenitentiam[n] dati fuerint, sufficienter debeat procurari. Si qui[o] vero ex familia ecclesiastica sacerdotes vel levitae vel monachi vel clerici vel quilibet alii lapsi fuerint, dari eos in poenitentiam volumus, sed res eorum ecclesiastico iuri non subtrahi. Ad usum tamen suum accipiant, unde ad poenitendum subsistant, ne si nudi dantur[p] locis in quibus dati fuerint onerosi[q] sint. Si qui parentes in possessione habent, ipsis res eorum tradendae sunt, ut in ipsis[r] iuri[s] ecclesiae conserventur.

Ante triennium subdiacones omnium ecclesiarum Siciliae prohibiti fuerant, ut more Romanae ecclesiae suis uxoribus nullatenus miscerentur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, ut qui usum eiusdem continentiae non invenit, neque castitatem ante proposuit[t], compellatur a sua uxore separari, atque per hoc, quod absit, deterius cadat. Unde videtur mihi, ut a praesenti die episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere subdiaconum praesumant, nisi qui se victurum caste promiserit, quatenus et praeterita[u], quae per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur et futura caute caveantur. Qui vero post eandem prohibitionem, quae[v] ante triennium facta est, continenter cum suis coniugibus[w] vixerunt, laudandi atque remunerandi sunt et ut in bono suo permaneant exhortandi. Eos autem qui post prohibitionem factam se a suis uxoribus continere noluerunt, pervenire ad sacrum ordinem nolumus, quia nullus debet[x] ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

Liberato negotiatori, qui se ecclesiae commendavit, qui habitat in massa Cinciana, annuam continentiam[3] a te volumus fieri. Cuius continentiae summam ipse aestima qualis esse debeat, ut renuntiata nobis in tuis possit rationibus imputari. De praesenti vero indictione iam a filio nostro Servo-dei diacono percepit[y].

a) ligati *r 1; corr. ex* ligati *r 2, R 1.* b) tituli *r 1. 2, R 1 (corr. in ras. in* titulo *R 1);* titulo *edd.* c) persolve *corr. in* persolvere *r 2.* d) *corr. ex* casinę *r 2;* canosinę *R 1.* e) hii *R 1.* f) impia *r 1.* g) ac levitis *om. r 2;* vel levitis *ed. G, quae verba reicit ed. M, quia, ut adnotat, in nullis mss. 'melioris' notae reperiantur!* h) *om.* in *R 1.* i) *ex* pauperrime *corr. r 2, ex* pauperime *R 1.* k) *om. et suprascr.* regularia monasteria *R 1.* l) *corr. ex* trahe *r 2, R 1.* m) *corr. ex* et *R 1.* n) poenitentia *r 2, ed. pr.* o) *corr. ex* quis *R 1.* p) nudetur *r 1;* nudentur *edd. G. M.* q) oneri *R 1, ed. pr.* r) ipsos *r 2.* s) iura *R 1.* t) promisit *edd. G. M.* u) *add.* mala *ed. G.* v) *corr. ex* qui *r 2.* w) uxoribus *edd. G. M.* x) *corr. ex* debeat *R 1.* y) percepit (*erad.* t) *R 1;* percepi *et add.* quod *manu altera r 2;* praecepi *r 1;* percepi *et edd.;* percepi quod *Ioh. diac.*

ep. IX, 200 nil scimus. Nam quod de fratre, qui praefectus Urbis fuerit, fabulantur, ex nomine Germanus *haustum est (cf. Gregor. Turon. Hist. Franc. Lib. X. c. 1).*

1) i. e. cum as sive totum quodlibet (cf. Forcellini sub v. uncia) ex duodecim consistat unciis pro tribus quartis partibus (3/4). *2) Cum ecclesiis Romana et Mediolanensi (cf. ep. XI, 6) et Canusina ecclesia (cf infra ep. I, 51 not. 1) in Sicilia insula patrimonia possessisse videtur. Episcopo adhuc mense Iulio 591 orbata fuit.* *3) De continentia cf. ep. I, 18 not. 2.*

Fantinum defensorem Iohannes quidam[a] monachus[1] moriens in sex uncias[2] heredem dimisit. Cui hoc quidem quod dimissum est trade, sed percontestare[b] eum, ut hoc facere ulterius non praesumat. Sed pro labore suo statue quid accipiat, ut ei vacuus labor suus esse non debeat; et hoc meminerit, ut qui ecclesiae stipendiis subsistit, ad lucra propria non anhelet. Si quid vero sine peccato, sine appetitu concupiscentiae per eos qui causas ecclesiae agunt ad ecclesiam venerit[c], dignum est, ut ipsi vacui ex labore suo esse non debeant. Sed nostro reservetur[d] iudicio, qualiter debeant remunerari.

De argento Rusticiani causam subtiliter require et quicquid tibi iustum videtur exequere[e]. Alexandrum virum magnificum[f] ammone, ut causam suam cum sancta ecclesia decidere debeat. Quod si facere forte neglexerit, eandem causam cum timore Dei honestate servata ut potes exequere. In qua re etiam largiri te aliquid volumus, et[g] si potest fieri, quod aliis dandum est, ipsi relaxetur, dummodo causam quam nobiscum habet exeat[i].

Donationem ancillae Dei, quae lapsa est et in monasterio Monosteo[k][3] data, omni postposita tarditate restitue, quatenus ipse locus, ut superius dixi, rerum eius stipendia habeat, qui eius sollicitudinis labores[l] portat. Sed et quicquid ab aliis ex eius substantia tenetur, recollige et monasterio praefato trade.

Pensiones xenodochii de Via-nova, quantas mihi indicasti[m] quia apud te habes, nobis dirige. Actionario autem, quem in eodem patrimonio deputasti[n], prout tibi videtur ei aliquid largire.

De ancilla Dei quae cum Theodosio fuit Extranea nomine videtur mihi, ut ei continentiam facias, si utile conspicis, aut certe donationem quam fecit reddas. Domum monasterii, quam Antoninus datis triginta solidis a monasterio tulerat, receptis solidis omni postposita tarditate restitue. Amulas onichinas[4] requisita subtiliter veritate restitue, quas per portitorem praesentium retransmisi.

Saturnino[o] si vacat et occupatus apud te non est, eum[p] ad nos dirige. Felix conductor domnae Campanae, quem liberum reliquerat atque esse indiscussum iusserat, dixit, sibi a Maximo subdiacono septuaginta duos solidos tultos[q], pro quibus dandis[r] asseruit, quia omnes res suas quas in Sicilia habuit, vel venundavit[s] vel apposuit. Sed scolastici[5] dixerunt, quia de fraudibus indiscussus esse non potest. Dum tamen ad nos de Campania reverteretur, facta tempestate mortuus est. Cuius te volumus uxorem et filios requirere et quicquid vel apposuerat vel vendiderat, apposita absolve, de venditis pretium restitue et insuper eis[t] aliquid alimentum[u] praebe, quia Maximus

a) *corr. ex* quidem *r 1;* quidem *et ed. pr.* b) *corr. ex* percontare *R 1;* contestare *edd. G. M.* c) *corr. ex* venerint *R 1.* d) reserventur *R 1;* se servetur *r 2;* servetur *r 1, edd.* e) *om. et add. ad marg. alien. m.* et quicquid . . . exequere *R 1.* f) ūm̄ *r 1. 2;* u (*et in ras.* ō magnificum) *R 1.* g) ut *R 1.* i) exeat *r 1. 2 (corr. in* exerat *r 2);* exerat *corr. in* exeat *R 1;* exerceat *edd. pr. G;* perexeat *ed. M.* k) Monosteo *om. edd. G. M.* l) sollicitudinem laboris *R 1; corr.* labores *ex* laboris *r 2.* m) indicastis *r 1. 2 (erad.* s *r 2).* n) deputastis *r 1. 2 (erad.* s. *r 2).* o) *corr. in* Saturninum *r 2;* Saturninum *edd. G. M.* p) *om.* eum *edd. G. M.* q) cultos *ed. pr.;* ablatos *edd. G. M.* r) datis *R 1.* s) *corr. in* venundedit *r 2;* venundedit *et edd.* t) eis *om. et add. postea R 1; om. et ed. pr.* u) aliquid alimenti *ed. pr.;* aliquod alimentum *edd. G. M.*

1) *Nescio an non sit scribendum* notarius *(cf. ep. I, 82 titulum, ubi vox notarius in monachum est corrupta). Monachus enim testandi facultatem nisi ex speciali permissione non habuit (cf. ep. XIII, 5).* 2) *i. e. in dimidiam partem; cf. supra p. 67 not. 1. Videtur alteram partem Fantinus ecclesiae Romanae reliquisse.* 3) *Cf. idem monasterium in ep. II, 38.* 4) *Amulae saepius in Libro pontificali (vide Vitas Silvestri, Gregorii III., Benedicti III.) memorantur. Sunt autem, ut Alteserra p. 47 ex Ordine Romano docet, vasa, quibus continetur vinum et aqua ad sacrificium altaris.* 5) *De scholasticis cf. notam ad ep. I, 3.*

eum in[a] Siciliam miserat et ibi ei quae asserebat[b], abstulerat. Cognosce ergo quae tulta[c] sunt et uxori filiisque eius sine aliqua mora restitue.

Haec omnia sollicite relege omnemque illam familiarem tuam neglegentiam postpone. Scripta mea ad rusticos quae direxi per omnes massas fac relegi, ut sciant, quid sibi contra violentias ex auctoritate nostra defendere debeant eisque vel authentica vel exemplaria eorum dentur. Vide, ut omnia absque imminutione custodias, quia de his quae tibi pro servanda iustitia scribo ego absolvor et tu si neglegis obligaris. Terribilem iudicem venientem considera, et de adventu illius nunc tua consideratio[d] contremescat[e], ne tunc sine causa iam timeat, cum coram illo caelum et terra tremuerit. Audisti quid[f] volo, vide quid agas.

I, 43.

Gregorius I. papa universis Illyriae episcopis mandat, ut coepiscopos ab hostibus expulsos in ecclesiis suis recipiant et sustentent, confirmans imperatoris decretum ad praefectum praetorio Iobinum destinatum. *591, Mai.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 43.

Edd. M: Lib. I. ep. 45; G: Lib. I. ep. 43. — Iaffé Reg. 1113 (749).

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS PER ILLIRICUM.

Iobinus excellentissimus vir filius noster, praefectus praetorio[a] per Illiricum[1], scriptis suis nobis indicasse dinoscitur, ad[b] se sacris apicibus[2] destinatis iussum fuisse[c], episcopos, quos e propriis locis hostilitatis furor[3] expulerat, ad eos episcopos qui nunc usque[d] in locis propriis degunt, pro sustentatione ac stipendiis praesentis esse vitae iungendos. Et licet ad hoc fraternitatem vestram iussio principalis admoneat,

a) om. eum in *r 1, R 1;* eum Maximus Siciliam *ed. pr.* b) asserebant *R 1.* c) culta *ed. pr.;* ablata *edd. G. M.* d) conscientia *edd. G. M.* e) *corr. in* contremiscat *R 1;* contremiscat *edd. G. M.* f) quod *edd. G. M.*

I, 43 om. per *R 1.* — Ylliricum *r 1.* a) $\overline{\text{ppo}}$ *r 1, R 1 (corr. prima manu in* populo *r 1);* prefectus *ed. pr.;* praepositus *r 2 (?) et edd. G. M; cf. ep. I, 22.* b) *corr. ex* a *R 1.* c) *add.* ut *codd. et ed. pr.* d) quoque *R 1.*

I, 43 Illyricum sine dubio eodem sensu hic dicitur, quo infra in epistola nostra praefectus praetorio per Illyricum. Regno Romano enim a Diocletiano in quinque partes diviso sub Illyrici nomine provinciae sunt institutae: Dacia, Moesia, Macedonia, Tessalia, Epirus, Achaia (quae omnes et Illyricum orientale nominantur) et Pannonia, Dalmatia (i. e. Illyricum occidentale). Aliter Illyricum provinciam significat Illyrici occidentalis. (Cf. Marquardt Röm. Staatsr. I, 141 not. 4 et Corp. Inscr. Lat. III). Praetoriana autem haec Illyrici dioecesis civili tantum non ecclesiastica administratione unita, Gregorii tempore a pluribus metropolitis regebatur et saepius in registro epistolae sub nostro titulo occurrunt. Et si quisquam nobis obicit, metropolitam in Iustiniana prima constitutum maiori auctoritate ornatum fuisse, ut ex epp. V, 10. 16 appareat, ex iisdem epistolis discimus, hoc tempore Iustinianam primam sacerdote orbatam fuisse.

1) Cf. de Iobino ep. II, 23. *2) i. e. per decretum imperatoris (Mauricii).* *3) De invasionibus barbarorum in Illyricum vide ad annos 583. 584. 587. 588. 590. 591 Muralt: Essai sur la chronographie byzantine p. 241 sqq. A Theophane et Simocatta sic de Avaribus et de populo iis submisso Sclavinorum refertur; Sclavos Gregorius ipse infra in ep. X, 36 nominat. Qui hostili impetu Istrum hoc tempore iam longius transgressi in Dalmatiamque procedentes et Resinum (cf. ep. V, 40) ceperunt (quo factum est, ut episcopus Resinensis certe iam anno 591, Febr. [quod supra ad ep. I, 27 addere omisi] Constantinopoli resideret; cf. ep. I, 25 not.) et Lissum in provincia Praevalitana, ut ep. II, 37 docet. Postea et Salonae et Iustinianae primae valde imminebant (epp. X, 36. XI, 47).*

habemus tamen maius horum[a] mandatum[b] aeterni principis, quo ad haec terribilius peragenda compellimur, ut non dico fratres et coepiscopos nostros, sed ipsos etiam, quos nobis contrarios patimur, cum oportunitas postulat, in conferendis subsidiis necessitatum carnalium diligamus. Oportet ergo, vos ad hanc rem et caelesti primitus principi oboedientes existere et imperialibus etiam iussionibus consentire, quatenus fratres coepiscoposque nostros, quos et captivitatis diversarumque necessitatum angustiae comprimunt, debeatis consolandos convivendosque[c] vobiscum in ecclesiasticis sustentationibus libenter suscipere. Non quidem ut per communionem episcopalis throni dignitas dividatur, sed ut ab ecclesia iuxta possibilitatem sufficientia[d] debeant alimenta percipere[1]. Sic enim et proximum in Deo et Deum in proximo diligere comprobamur. Nullam quippe eis nos in vestris ecclesiis auctoritatem tribuimus, sed tamen eos vestris solatiis contineri summopere hortamur.

MENSE IUNIO.

I, 44.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii Siculi) praecipit, ut caeco egentique viro Filimuth sustentationem annuam tribuat. *591, Iun.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 44.
Edd. M: Lib. I. ep. 46; G: Lib. I. ep. 44. — Iaffé Reg. 1114 (750).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO.

Divina praecepta nos admonent, diligere proximos tamquam[a] nosmetipsos, et cum hac eos praecipiamur caritate diligere, quanto magis debemus his in subsidiis necessitatum carnalium subvenire, ut earum[b] angustias, si non ex omnibus, saltem aliquibus sustentaculis sublevemus? Quoniam ergo Filimuth[1], virum dignissimum[c]

a) his *edd. G. M.* b) praeceptum *ed. M.* c) *corr. in* coniuvandosque *et add. ad marg.* vel coniungendosque *R 1;* convicturosque *ed. G.* d) *corr. in* sufficientiae *r 1;* sufficientiae *ed. G.*

Mense Iunio (*om.* indictione IX.) *codd. Adiciunt ad calcem epistolae I, 43:* Data mense Iulio *R* 1;* Mense (Mensis *ed. G*) Iunii indictione nona *edd. G. M, ubi notat M: In nullis codd. mss. haec occurrerunt, si Turon. S. Gat. et Colb. vet. excipias, in quo tamen dubium, utrum ad praesentem epistolam, an ad sequentem ista pertineant.*

I, 44 a) sicut *edd. G. M.* b) eorum *edd.* c) *sic restitui locum corruptum. Codd. praebent:* filium oud. *r 1;* filim (*sequitur rasura 3 litt. corr. autem* filim *in* filium *et add. marg.* viri dignissimi) *r 2;* fili m (*sequitur in rasura* uth) *R 1;* filium filimuth *R 1a (Paris. lat. 2281 saec. XII. eiusdem familiae ac R 1) et teste ed. M Vatic. B (nunc Urbin. 99 saec. XV. item familiae R 1 ac supra R 1b notatus);* fili mi aut *R* 1;* fili mi te *ed. pr. Quibus ex verbis ut certum recipio* filimuth *(de quo nomine cf. infra); ut dubium siglum* ud. (*i. e.* virum dignissimum *teste r 2, qui codex saepius ad marginem notas recte interpretatur; caeterum* vir dignus *et* vir devotus *aut* vir devotissimus *legi possit). Lectiones autem quas ceteri codd. et edd. proferunt satis per variantes supra citatas explicantur:* Godestaldii viri dignissimi filium *ed. G;* Godiscalchi viri

1) Ita Gregorius ipse Anastasium Antiochenum et Castorium Ariminensem et Marinianum Ravennatem ad se vocat (cf. epp. I, 7. II, 28. XI, 21). Profert Alteserra et similia decreta a synodis edita et exemplum Quintiani Rutenensis episcopi a Gothis pulsi, qui teste Gregorio Turon. Hist. Franc. Lib. II. c. 36 ab Euphrasio Avernensi episcopo, ut cum ipso viveret, susceptus est.

I, 44 Missa per ipsum cui papa concedit sustentationem Filimuth. Mandata nostro similia habes in epp. I, 65. II, 38. IV, 28. IX, 109. *1)* Filimuth *nomen alibi non reperitur. Est autem sine dubio nomen Gothicum, cuius partem priorem in* Filimer *habes, alteram in* Beremud, Evermud, Thorismud,

non solum amissione visus, sed etiam inopia victus[a] egestatem pati conspeximus, necessarium duximus, in quantum possibilitas suppetit, ei[b] praebere[c] consultum. Propterea experientiae tuae praesenti iussione praecipimus, ut annis singulis viginti quattuor modia[d] tritici, fabarum[e] quoque modia[f] duodecim et vini decimatas[g 1] viginti pro sustentatione vitae debeat ministrare[h], quod tuis postmodum possit rationibus imputari. Ita ergo fac, ut praesentium lator nullas de percipiendis Domini donis moras[i] sustineat et tu bene dispensatae mercedis possis particeps inveniri.

I, 45.

Gregorius I. papa Virgilium (Arelatensem) et Theodorum, Massiliensem episcopos, hortatur, ne Iudaeos ad baptismum cogant. *591, Iun.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 45.
Edd. M: Lib. I. ep. 47; G: Lib. I. ep. 45. — Iaffé Reg. 1115 (751).

GREGORIUS VIRGILIO ET THEODORO EPISCOPIS MASSILIAE GALLIARUM.

Scribendi ad fraternitatem vestram reddendumque[a] debitae salutationis[b] alloquium licet[1] nulla congrui temporis vel personarum esset occasio, actum[c] est, ut uno in

dignissimi filium *ed. M quae in nota adicit: 'Ita tres (?) Vatic. consentientibus aliis melioris notae. Vatic. A. et C.* filium Ovadiscalchi. *Hinc fortasse occasio scribendi* Odiscalchi *ut habemus in Corb. et omnibus Norm.' In Iohannis diac. Vita Gregorii I. ubi Lib. II. c. 55 ep. nostra recepta est, ed. M et cod. Berol. legunt* filium viri dignissimi; *ad quem locum ed. M explicat: 'In Colb. et in edd. Vatic. et G.* filium filimoud. *In Gilot.* filiam filimoud. *Apud Boll.* Godistaldii dignissimi filium. *Utic.* filium Odiscalchi'.

a) *corr. ex* ductus *r 2.* b) *om. r.* c) *corr. ex* prevere *R 1.* d) *sic R 1 et hic et infra teste ed. M plurimi codd. Ioh. diac., ad quos addo Berol. qui alia m. corr.* modia *in* modios; mod. (*corr. alia m.* modios) *r 1,* mo. *r 2;* modios *edd. Cf. infra not. f.* e) fabarumque *R 1;* fabarum *R 1a (Paris. lat. 2281);* fab. *r 1. 2 (corr. alia m. in* fabas *r 1);* fabae *edd. et Ioh. diac.* f) modia *corr. in* modios *R 1 et Ioh. diac. cod. Berol.;* md. *r 1,* mo. *r 2;* modios *edd. Cf. supra not. d.* g) *sic. r 2 et Ioh. diac.;* decimat. *corr. alia m. in* decimationem *r 1,* decimationem *teste ed. M Vaticanus C;* decem *R 1* (*add. ad marg.* vel vini decimas ter); decimas ter *ed. pr. (et teste ed. M Vatic. B [R 1b];* decima ter *Regii).* h) ministrari *r 1.* i) mora *r 1.*

I, 45 in titulo add. Virgilio Arelatensi *cum ed. G et M, quamvis neque in Vatic. B. C. D. Corb. Rem. Norm. Andeg. quos codices citat invenerit. —* episcopo *codd. nostri et potiores in ed. M citati. Scripsi autem episcopis accipiens correcturam quam iam sec. ed. M codd. Vatic. B. C. praebent. —* Massilio *R 1; om.* Massiliae *Vatic. B. C., ed. pr. et Ioh. diac. Lib. IV. c. 42. —* Galliarum *om. ed. pr. et reliqui codd. in ed. M collati.* a) *sic codd. et ed. pr.;* reddendique *edd. G. M.* b) *corr. ex* salutis *R 1.* c) *corr. ex* factum *R 1.*

quae exempla omnia ex Iordanis Geticis exscripsi. (Vide indicem personarum in ed. MG. SS. Antiq. quam curavit Th. Mommsen.)

1) *Cf. ep. II, 38:* cui volumus viginti decimatos vini . . . debeas ministrare. *Explicat autem vocem* decimatae *aut* decimati, *ut primus vidit Altesserra, Vita Adriani I. papae in Lib. pontificali (ed. Bianchini c. 328):* decimatas vini duas pensantes per unamquamque decimatam libras sexaginta.

I, 45 In titulo verba Massiliae Galliarum *addita puto, ut locum, quo epistola dirigatur exprimant; cf. quae monui ad ep. I, 41. Erat autem Virgilius episcopus Arelatensis, qui annis 588-610 sedisse traditur; quem Gregorius a. 595, Aug. 12. (ep. V, 58) iuxta antiquum morem pallio et vicibus suis et ep. VI, 51 titulo metropolitae Galliarum ornat. Iam prius autem inter episcopos Galliae (i. e. qui sub regno Childeberti erant, cf. ep. V, 59), eum metropolitana auctoritate excelluisse et nostra probat epistola. Plurimas ad eum scripsit epistolas papa. — Theodoro Massiliensi episcopo anni 575 - c. 594 dantur. Alibi in epistolis nostris non memoratur et videmus successorem eius Serenum in episcopatu a. 596, Iul. (ep. VI, 52).*
1) Licet *hic non particula adversativa, sed causalis, ut* cum, quia.

tempore et quae decebant de dilectione proximitatis[a] fraternae persolverem et quorundam querimoniam, quae ad nos perlata est, quomodo errantium salvandae sint animae, non tacerem. Plurimi siquidem Iudaicae religionis viri in hac provincia commanentes ac subinde in Massiliae partibus[b] pro diversis negotiis ambulantes ad nostram perduxere notitiam, multos consistentium in illis partibus Iudeorum vi magis ad fontem baptismatis quam praedicatione perductos. Nam intentum[c] quidem huiuscemodi et laude dignum censeo et de Domini nostri descendere dilectione profiteor. Sed hanc eandem intentionem, nisi competens scripturae sacrae comitetur effectus, timeo, ne[d] aut mercedis opus exinde non proveniat[e], aut iuxta aliquid animarum quas eripi volumus quod absit dispendia[f] subsequantur. Dum enim quispiam ad baptismatis fontem non praedicationis suavitate, sed necessitate pervenerit, ad pristinam superstitionem remeans inde deterius moritur, unde renatus esse videbatur. Fraternitas ergo vestra huiuscemodi homines frequenti praedicatione provocet, quatenus mutare veterem magis vitam de doctoris suavitate desiderent. Sic enim et[g] intentio nostra recte perficitur et conversi animus ad priorem denuo vomitum non mutatur. Adhibendus ergo illis est sermo, qui et errorum in ipsis spinas urere debeat et praedicando quod in his tenebrascit[h] inluminet. Ut pro his ammonitione frequenti mercedem fraternitas vestra capiat et eorum quantos[i] Deus donaverit ac regenerationem novae vitae perducat.

I, 46.

Gregorius I. papa Theodorum, ducem Sardiniae, monet, ut Donatum officialem suum, qui monasterii S. Viti possessionem detentet, ad iudicium cum Iuliana abbatissa trahat, iubetque ut testamentum Pompeianae generi cassari interdicat. *591, Iun.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 46.

Edd. M: Lib. I. ep. 48; G: Lib. I. ep. 46. — Iaffé Reg. 1116 (752).

GREGORIUS THEODORO DUCI SARDINIAE.

Iustitiam quam mente geritis oportet coram hominibus luce operum demonstretis. Iuliana siquidem abbatissa monasterii sancti Viti[a], quod Vitula quondam recordandae memoriae[b] construxerat, insinuavit nobis, a Donato officiali vestro possessionem iuris praedicti[c] monasterii detentari. Qui dum excellentiae vestrae patrociniis cingi se conspicit, ad examinandum iudicium venire contemnit. Sed nunc gloria vestra praecipiat, eundem officialem cum praedicta ancilla Dei arbitrale subire iudicium, quatenus quicquid eorum de tali controversia arbitrum iudicio fuerit definitum[d], effectui mancipetur, ut id quod se amittere sive retinere prospexerit, non hoc virtutis opere fieri, sed legis iustitiae debeat reputari.

a) proximitati *R 1.* b) partes *edd. G. M.* c) intentionem . . . dignam *edd.*; intentum *legimus et ep. I, 81,* d) nec *r 1. 2.* e) *corr. ex* preveniat *R 1;* praeveniat *r 1. 2.* f) suspendia (*suprascr.* vel dispendia) *R 1.* g) et *om. R 1.* h) *ita R 1, r 2; corr. autem ex* tenebra sit *R 1; corr. in* tenebrescit *r 2;* tenebrescit *r 1 et edd.* i) eos quantum *edd. G. M.*

I, 46 a) Iusti *sec. ed. M Vatic. C.* b) quondam rec. mem. *in rasura add. R 1.* c) iuris praedicti *in rasura R 1.* d) difinitum *r 1.*

I, 46 Theodorus dux Sardiniae qui in epp. I, 47. 59 magister militum *vocatur, iniuriis ac violentiis adeo in clerum et plebem insulae saeviit (de corruptione Theodori vide ep. IX, 27), ut Gregorius querelas modo imperatori (ep. I, 47), modo exarcho Africae (ep. I, 59) suggereret. Pertinebat enim Sardinia ad Africam provinciam. Vide Cod. Iustiniani I, 27 (ed. Krüger p. 77. 79).* Iustinianus Archelao p. p. Africae:

Pariter et Pompeiana religiosa[1], quae monasterium in domo propria construxisse dinoscitur, questa est, testamentum[a] quondam[b] generi[c] sui matrem defuncti velle cassare, quatenus ultimum filii eius arbitrium ad irritum deducatur. Pro qua re caritate paterna gloriam vestram necessarium duximus adhortandam, ut piis se causis salva iustitia libenter accomodet[d], et quicquid his iuris ratio benigne tribuit, iubeat custodiri[e]. Dominum autem petimus, qui[f] viam vitae vestrae[g] propitius dirigat, dignitatemque eius[h] susceptae[i] amministrationis[k] prosperitate disponat.

I, 47.

Gregorius I. papa Honorato diacono (responsali Constantinopolitano) mandat, ut imperatori (Mauricio) querelas suggerat, quas contra Theodorum magistrum militum et Sardiniae ducem cives per Ianuarium Caralitanum archiepiscopum protulerint.

591, Iun.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 47.
Edd. M: Lib. I. ep. 49; G: Lib. I. ep. 47. — Iaffé Reg. 1117 (753).

GREGORIUS HONORATO DIACONO.

Quia regiminis locum licet inmeriti suscepimus, ita[a] oportet ut fratrum nostrorum necessitatibus in quantum facultas suppetit concurramus. Ianuarius ergo metropoleos Caralis[b] frater et coepiscopus noster[1] veniens hic in Romanam[c] civitatem edocuit nos, Theodorum gloriosum magistrum militum[d], qui ducatum Sardiniae insulae suscepisse dinoscitur[2], multa illic contra piissimorum dominorum[3] iussa peragere, quibus[e] plurima gravamina possessorum vel civium imperii sui competenti clementia vel mansuetudine submoverunt. Pro qua re volumus, ut apto tempore piissimis dominis iuxta id, quod provinciales praedictae insulae iuste[f] et competenter postulant, suggeras, dum

a) quaestatim *r 1;* quaesta testamentum (*comp.* tm.) *r 2;* questa (*seq. in rasura* mihi est) *om.* testamentum *R 1;* queritur generis (generi *ed. pr.*) sui matrem voluntatem velle cessare *R* 1 et ed. pr.;* queritur (questa est *ed. M*) matrem quondam generi sui defuncti testamentum eius velle cassare *edd. G. M.* b) quod *r 1. 2; om.* quondam *R 1; cf. not. a.* c) generis *r 1. 2.* d) adcommodet *r 2.* e) custodire *r 1. 2.* f) *ita r 2, ed. pr.; contrahunt* quiam vite *R 1,* quite *r 1;* ut *edd. G. M.* g) *corr. ex* nostrae *r 2.* h) *om. edd. G. M.* i) suscepta *R 1, r 1, ed. pr.; corr.* suscepta *in* susceptae *r 2;* susceptam *edd. G. M.* k) *corr. ex* amministrationi *r 2.*

I, 47 Sec. ed. M Vatic. unus Honorato archidiacono, *alter not. D* Honorato diacono Salonitano. a) *sic r 2, R 1, ed. pr.; om.* ita *r 1, edd. G. M.* b) Carallis *r 1; (corr. in* Caralis *R 1).* c) Romana civitate (*corr. ex* civitatem) *r 1.* d) *Ita scripsi cum edd. G. M, cf. infra epp. I, 59. IX, 27;* glm. *siglis autem utuntur r 1. 2, quod corr. in* glsum *r 1 et explicat ad marg.* gloriosum militem *r 2;* glo(sum *in ras.) R 1;* gloriosum *ed. pr.; cf. infra not b. huius ep.* e) *om. et add. in marg.* quibus .... vel civium *R 1.* f) iuste *om. r 1. 2, ed. pr.*

Numidia et Mauritania et Sardinia a praesidibus gubernentur. *Quos praesides Iustinianus in altera epistola de administratione Africae* duces *vocans l. l. Belisario scribit:* In Sardinia autem iubemus, ducem ordinari et eum iuxta montes ubi Barbaricini videntur sedere.

1) Pompeianam religiosam feminam, quae de multis gravaminibus questa est, Gregorius et ep. I, 61 Ianuario Caralitano archiepiscopo et ep. III, 36 Sabino defensori Sardiniae commendat. Eandem Pompeianam, si coniectura mea me non fallit, ep. XIV, 2 memoratur, ubi et generi eius Epyphanii et filiae Matronae nomina comperimus. Quo loco plura de hereditate dicuntur.

I, 47 De Honorato diacono cf. supra ep. I, 6 not. 6. 1) Ianuarius Caralitanus (Cagliari) episcopus princeps Sardiniae insulae, ad quem plurimae extant Gregorii epistolae. 2) De Theodoro cf. ep. I, 46 not. 3) i. e. imperator, cf. not. 5 ad ep. I, 6.

et antea[a] ad Edantium gloriosum virum[b] iam per indictionem septimam, tunc ducem Sardiniae, sacra imperialia[1] concurrerunt, quibus omnia praeceperunt gravaminum[c] capitula submoveri, quatenus eorum iussa de pietatis largitate procedentia a ducibus, quos in tempore praeesse contigerit, inconcussa serventur, mercesque eorum ab administrantibus non debeat dissipari, ut quietam sub imperio clementi dominorum vitam transigant et consultum, quod subiectis suis tranquilla mente tribuunt, in adventu[d] aeterni iudicis multiplicata compensatione recipiant.

I, 48.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono (rectori Campaniae) mandat, prohibeat, ne in Eumorfiana insula cum monachis habitent mulieres. Ad insulae fabricam Felici abbati plumbi quantitatem donat. Ibi et in Palmaria et in aliis insulis pueros minores annis octodecim monachos fieri vetat. *591, Iun.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 48.
Edd. M: Lib. I. ep. 50; G: Lib. I. ep. 48. — Iaffé Reg. 1118 (754).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Sicut regiminis locum Deo, ut ipsi placuit, disponente suscepimus, ita nos oportet de commissis nobis animabus esse sollicitos. Comperimus autem, in insula quam appellant Eumorfianam[a] [1], in qua situm oratorium beati Petri principis apostolorum esse dinoscitur, multos virorum cum mulieribus suis diversorum patrimoniorum illic pro necessitate feritatis barbaricae[2] refugisse, quod[b] inoportune[c] iudicavimus, ut dum alia refugiorum loca vicina sint, cur[d] ibidem cum monachis debeant mulieres habitare? Propterea experientiae tuae praesenti iussione praecipimus, ut a praesenti tempore nullam illic ulterius mulierem, sive ecclesiastici iuris sit, sive cuiuslibet alterius, habitare commanereve[e] permittat, sed refugium sibi, cum sicut praedictum[f] est tot loca vicina sint, ubi maluerint ipsi[g] provideant, ut omnis exinde mulierum conversatio

a) *om.* antea *r 1. 2.* b) glu *siglum adhibent r 1. 2* (*explicat r 2 ad marg.* gloriosum virum); glōsū *R 1;* gloriosum *ed. pr.;* gloriosum magistrum militum *edd. G. M.* c) *sic corr. ex* grā vanum *R 1;* gravia nunc *r 1. 2, edd. G. M;* gravia tunc *ed. pr.* d) adventum *R 1.*

I, 48 a) in insula Eumorfiana *r 1;* in insulaquam Euorfianam (*corr. in* Eumorfianam *et add.* dicunt) *r 2;* in insulam quam Eumorfianam (*delet* quam) *R 1* (*de siglis* q̄a *i. e.* quam appellant *aut* quae appellatur *cf. epp. II, 16. 17*); in insula que a morfiana dicitur *ed. pr.;* in insula Orphiaria *ed. G;* in insula Eumorphiana *sec. omnes codd. Vatic. Norm. etc. ed. M.* b) et quod *R 1.* c) importunum *edd. G. M, quamquam pro lectione codd. quam supra exhibemus ed. M duos citat Vatic.* d) quur *R 1.* e) commareve *corr. in* vel commanere *r 1.* f) dictum *r 2.* g) *corr. in* ipsae *r 2.*

1) i. e. decretum imperiale, cf. not. 2 ad ep. I, 43.

I, 48 1) De Eumorfiana insula nihil constat. Cum autem Palmaria insula aliaeque una cum Eumorfiana nominentur, conicere possumus, eam ad insulas Pontianas (isole di Ponza) pertinuisse; certe Campaniae Anthemii provinciae littori obiacuit. Insulam esse, quae nunc S. Mariae dicatur, credunt Maurini; insulam non longe a Palmaria et Pontia sitam Gussanvilleus, qui Orphiaria legit. 2) Barbarica feritas hic ut saepius Langobardorum invasio dicitur. Campaniam provinciam autem Langobardi iam ante decem et novem annos (572) intraverant, si revera Zotto dux Beneventanus per viginti annos rexit; (cf. Pauli diac. Hist. Langob. III, 33. IV, 18, ubi legas in ed. MG. SS. Ital. p. 122 ad marg. a. 592). Anno 581 (cf. Pabst in Forschungen z. Deutschen G. II, 453) Neapolim obsederant, et circa ipsa nostrae epistolae tempora castrum Casinum invaserunt.

submoveatur, ne, si quae in nobis est curam gerere desistamus atque[a] inimici laqueis obviare[b], nos exinde, quod absit, si quid adversi[c] contigerit culpabiles[d] existamus.

. . .[e 1] Praesentium itaque latori Felici abbati mille quingentas[f] libras plumbi[2], de quo in eadem insula reiacere[g 3] dinoscitur[h], dare non differas, quod postmodum, cum totius quantitatis ratio noscitur[i], in tuis rationibus imputetur. Ita ergo[k], ut tu ipse provideas, si in eiusdem insulae fabrica expendi utiliter valet[l].

Quia autem dura est in insulis congregatio monachorum, etiam pueros in eisdem monasteriis ante decem et octo annorum tempora suscipi prohibemus. Vel si qui nunc sunt, tua eos experientia auferat et in Romanam urbem transmittat. Hoc et in Palmaria[4] aliisque insulis te per omnia volumus custodire.

I, 49.

Gregorius I. papa universos monachos in Christi-monte insula dissolute viventes Orosio abbati oboedire iubet. *591, Iun.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 49.
Edd. M: Lib. I. ep. 51; G: Lib. I. ep. 49. — Jaffé Reg. 1119 (755).

GREGORIUS UNIVERSIS MONACHIS IN CHRISTI-MONTE INSULA CONSTITUTIS.

Pervenit ad nos, nulla vos monachicae regulae praecepta custodire. Pro qua re conpulsi sumus, praesentis praecepti portitorem Orosium[a] abbatem[1] ad vos dirigere, ut omnia acta vestra subtiliter exquirens, quaeque ei recta fuerint visa disponat et

a) que *r 2;* atque *in ras. R 1.* b) *corr. ex* obbiare *R 1.* c) aversi *R 1;* diversi *ed. M.* d) *corr. ex* culpabilis *R 1, r 2.* e) *nulla in codd. et edd. lacuna.* f) *corr. ex* quingenti *R 1.* g) *sic codd. et ed. pr.;* egere *edd. G. M.* h) noscitur *r 1, R 1. (corr. in* plurimum dinoscitur *R 1).* i) noscetur *edd. G. M.* k) *add.* fac *edd.* l) valent *edd. G. M.*

I, 49 om. insula *ed. pr. et teste ed. M Vatic. B et Colb.; inscribit sec. ed. M Vatic. 4.* universis monachis in insula Gorgona constitutis *(qui titulus ex ep. I, 50 fictus videtur).* a) Horosium *r 1. 2; cf. ep. I, 50.*

1) *Verba, quae exciderunt, ita restituere possumus: petivisse a Gregorio Felicem abbatem (qui monasterii insulae Eumorfianae fuisse videtur), ut ad aedificationem ecclesiae conferret donum.* 2) *Hanc plumbi multitudinem ad tecta construenda concedere videtur papa. Cf. Librum pontificalem in Vita Sergii (ed. Bianchini n. 163):* Trullum vero eiusdem ecclesiae fusis chartis plumbeis cooperuit *et in Vita Gregorii III. (n. 200):* tectum vetusta incuria demolitum cum calce abundantissima seu chartis plumbeis a novo restauravit. *Sed et ad formas fabricandas aut canales per quos aqua in atria ecclesiarum decurrat plumbum adhibitum est. Cf. ibidem in Vita Adriani I. (n. 331):* dum per nimiam neglectus incuriam plumbum ipsius centenarii *(i. e. canalis, vide Du Cange)* furtim iam plurima ex parte exinde ablatum fuisset, reliquum plumbum conquassatum protinus isdem praecipuus pastor addita multitudine plumbi ipsum centenarium noviter fecit. 3) *Conicere vellem cum Grisar (Rundgang durch die Patrimonien des h. Stuhles um das Jahr 600, Zeitschrift f. kath. Theol. I p. 342 Tübingen 1877) in metallo plumbario, quod patrimonii sancti Petri iuris fuisset, si aliqua inter has Pontianias insulas, quae omnes sunt originis vulcaniae, ut viri scientiae geologicae peritissimi me docuerunt, plumbum produceret.* 4) *Palmarola nunc dicta, iuxta Pontiam insulam.*

I, 49 Per Orosium abbatem directa. — Ut iam in epistola praecedenti vidimus, omnes hae parvulae maris Tyrrheni insulae monasteria habuerunt. Cf. versus Rutilii Numatiani in Itinerario Lib. II, quos citat Alteserra p. 52. Christi-mons insula (hodie Montecristo) ab Ilva ad meridiem spectans scopulus magis dicendus. 1) *De Orosio abbate cf. ep. seq.*

nobis, quae ab eo fuerint ordinata, renuntiet. Proinde ammonemus, ut omnem ei oboedientiam praebeatis et quicquid disposuerit velut a me dispositum cum debita reverentia custodite.

I, 50.

Gregorius I. papa Symmacho defensori praecipit, ut una cum Orosio abbate et monachis transmittendis in insulam Corsicam locum monasterii eligat, et in Gorgona insula monachos corrigat. De sacerdotum castitate et de sustentatione aliquibus danda addit. *591, Iun.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 50.
Edd. M: Lib. I. ep. 52; G: Lib. I. ep. 50. — Iaffé Reg. 1120 (756).

GREGORIUS SYMMACHO DEFENSORI.

Filius meus Bonifatius diaconus[1] dixit mihi, quod experientia tua scripsisset, monasterium quondam a Labinia[a] religiosa femina constitutum[b] reparatum[c] existere, et in eo[d] monachi debeant ordinari. Et quidem laudavi sollicitudinem tuam. Sed volo, ut excepto eo loco, qui iam in eandem rem dimissus est, locus alter debeat provideri; ita tamen, ut pro incertitudine temporis[2] locus super mare requiri debeat, qui aut loci dispositione munitus existat, aut certe non magno labore muniri valeat, ut illic monachos transmittamus; quatenus ipsa insula, quae monasterium nunc usque non habuit, etiam in huius conversationis via meliorari debeat. Ad quam rem implendam atque providendam Orosium abbatem[3] praesentis praecepti portitorem direximus, cum quo tua experientia litora Corsicae circumeat. Et[e] cuiuslibet personae privatae locus talis inveniri[f] potuerit, dignum[g] parati sumus pretium dare, ut possimus aliquid firme constituere.

Cui praefato Orosio iniunximus, ut in Gorgonae[h] insula[4] perexeat[i], cum quo tua experientia pariter eat. Et mala omnia, quae illic cognovimus admissa[k], ita vindicate, ut per ultionem vestram praefata insula etiam in posterum maneat correcta. Huius insulae monasteria saepe fatus abbas Orosius instituat, atque ita ad nos remeare festinet. Ita igitur experientia tua faciat, ut ex utraque re, id est vel providendo in Corsica monasterio, vel corrigendis monachis in Gorgona[l], non nostrae, sed voluntati omnipotentis Dei parere festines.

Praeterea volumus, ut sacerdotes qui in Corsica commorantur prohiberi debeant, ne cum mulieribus conversentur, excepta dumtaxat matre, sorore, vel uxore, quae caste regenda est. Tribus[5] vero, de quibus praedicto filio meo Bonifatio diacono[m]

I, 50 om. numerum R 1. a) Lavinia *ed. pr.;* Albina *ed. G;* Labina *ed. M, quae notat: 'Ita tres mss. Vatic. Norm. Corb. vel* Labinia'. b) constructum *edd.* c) posse paratum *codd. et ed. pr.* d) cum *r 1. 2.* e) *add.* si *supra lin. R 1,* et si *edd. G. M; sed cf. ep. I, 72 (p. 92, lin. 18).* f) *add.* dignus *edd. G. M.* g) dignus *R 1.* h) Gorgonem insulam *ed. G;* Gorgoniam insulam *ed. M.* i) *ita codd. nostri inter quos et R* 1, et sec. ed. M Vatic. C. D. Norm. Corb.; alii Vatic.* pergat, *quod edd. receperunt.* k) *corr. ex* ammissa *R 1, r 2.* l) Gorgone *ed. pr.;* Gorgonia *edd. G. M.* m) *add.* tuo *r 1. 2.*

I, 50 Per Orosium abbatem in Corsicam directa, ubi Symmachum fuisse ex ipsa nostra epistola apparet. *1) Duobus aliis locis Bonifatii diaconi memoria fit, qui idem cum nostro fuisse videtur. Ep. IV, 2 relationem Bonifatii de rebus Mediolanensibus, ep. VI, 31 de rebus Ravennatibus audimus.* *2) Cf. not. 1 ad. ep. I, 77.* *3) De hoc vide et ep. praecedentem.* *4) Gorgona insula maris Tyrrheni, haud longe a Livorno distans, de qua cf. ep. V, 17.* *5) Scilicet tribus sacerdotibus.*

tua[a] experientia scripsit, quia vehementer egeant[b], quicquid eis sufficere aestimas impende. Quod nos in tuis postmodum rationibus imputabimus[c].

MENSE IULIO.

I, 51.

Gregorius I. papa Felicem, Sipontinum episcopum, visitatorem constituit Canusinae ecclesiae, ubi presbyteros quosdam ordinari iubet. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 51.

Edd. M: Lib. I. ep. 53; G: Lib. I. ep. 51. — Iaffé Reg. 1121 (757).

GREGORIUS FELICI EPISCOPO SIPONTINO.

Pervenit ad nos, quod Canosina[a] ecclesia[1] ita sit sacerdotii officio destituta, ut nec poenitentia decedentibus ibidem nec baptisma praestari[b] possit infantibus. Huius igitur tam piae rei tamque necessariae mole permoti iubemus dilectioni tuae, ut huius praeceptionis auctoritate commonitus[c] memoratae ecclesiae visitator accedas et . . . .[d 2] vel duos parroechiales[e] presbyteros debeas ordinare, quos tamen dignos ad tale officium veneratione vitae et morum gravitate pervideris et quibus in nullo obvient constituta canonicae disciplinae, ut sanctae cum digna[f] cautela provideatur ecclesiae.

I, 52.

Gregorius I. papa Iohannem, episcopum Surrentinum, in Capreae insulae monasterio S. Stephani reliquias S. Agathae sollemniter collocare iubet. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 52.

Edd. M: Lib. I. ep. 54; G: Lib. I. ep. 52. — Iaffé Reg. 1122 (758).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SURRENTINO.

Religiosis desideriis facile est praebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Et quoniam Savinus[a] abbas monasterii sancti[b] Stephani insulae

a) *om. et add. supra lin. R 1.* b) egenat *r 1. 2 (corr. in* egens erat *r 1); egeant ed. pr.;* egent *R 1 et edd. G. M.* c) reputabimus *r 1. 2.*

Mense Iulio *ut supra pp. 61. 70 omissa indictione IX.* Data mense iulio *ad calcem praecedentis ep. adiciunt R* 1 et edd. quarum M in nota explicat, in nullo alio cod. quam in Turon. S. Gat. temporis indicationem legi.*

I, 51 Sepontino *R 3, R* 1, ed. pr.* a) Casina *corr. in* Canosina *corr. in* Canusina *r 2;* Camisia *ed. pr.;* Canusina *R 3 et edd. G. M.* b) prestare *r 2.* c) communitus *R 3.* d) *nulla in codd. et edd. lacuna.* e) parrochiales *R 1. 3.* f) condigna *ed. M.*

I, 52 a) *corr. ex* Sabinus *R 1.* b) *om.* sancti *r 1. 2, R* 1.*

I, 51 Eadem formula usus est Gregorius supra in ep. I, 15. — Sipontum Apuliae urbs in ora maris Adriatici, ubi nunc Manfredonia. Felix episcopus et in epp. III, 41. 42 (593, Iun.) et in ep. IV, 17 (593, Dec.) occurrit. Iam autem successor eius anno 597, Nov. (ep. VIII, 8) nominatur. 1) *Canusium ad Aufinum flumen, item urbs Apuliae haud longe a Siponto distans, vicina Cannis. Et in Dialogis Lib. II. c. 16 Gregorius de Canusinae ecclesiae episcopo (Totilae regis temporis) loquitur. Aliae notitiae eius, ut videtur, non sunt servatae. Cf. supra ep. I, 42 p. 67 not. 2.* 2) *Ut et ex verbis nostrae epistolae et ex ep. I, 15 patet, excisum est:* unum cardinalem illic presbyterum et duos diacones. *Ut enim epistola nostra dicit, non in ecclesia sed in parroechiis tantummodo sacerdotes ordinare debet. Quod quam sit perversum liquet.*

I, 52 Plurimas formulas de sanctuariis aut collocandis aut concedendis et collocandis in Libro diurno

Capris[a] [1] sugessit nobis, se[b] sanctae Agathae martyris[c] reliquias iam olim apud se habere concessas, et in monasterio suo vult ipsa sanctuaria[2] collocari, ideoque ad praedictum monasterium te iubemus accedere et, si ibidem nullum corpus constat humatum, praedicta sanctuaria sollemniter collocabis, ut devotionis suae potiatur effectu.

I, 53.

Gregorius I. papa Anthemium subdiaconum (rectorem patrimonii Campaniae) praecipit, curet, ne filii Gaudiosi et Siricae manumissae ab actoribus Romanae ecclesiae iuri vindicentur. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 53.
Edd. M: Lib. I. ep. 55; G: Lib. I. ep. 53. — Iaffé Reg. 1123 (759).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Non solum frequentibus praeceptionibus, sed etiam praesentem te saepius monuisse memini[a], ut illic vice nostra non tantum pro utilitatibus ecclesiasticis, quantum pro sublevandis pauperum necessitatibus fungereris et eos magis a cuiuslibet illius[b] oppressionibus vindicares. Praesentium ergo lator Gaudiosus insinuavit nobis, ab actoribus sanctae Romanae, cui Deo auctore praesidemus, ecclesiae sibi violentiam inrogari; asserens, quod filios suos iuri[c] praedictae velint ecclesiae vindicare. Oblatis etenim ab eo documentis agnovimus, Siricam uxorem praesentium portitoris ab Aetia[d] quondam[e] gloriosae memoriae[f] Morenae cuidam feminae titulo donationis fuisse largitam[g] et ab eadem Morena per epistolam manumissam[h]. Et ideo indecens esse credimus, ut progeniti ex libera muliere filii ad servitium retrahantur[1]. Propterea experientiae tuae praesenti auctoritate praecipimus, ut his ipsis documentis sicut et nos didicimus exuto a curis animo diligenter intendat, quatenus si documenta nulla sunt ab ecclesiae parte, quae documentis huius hominis debeant obviare, ab eius se molestia sine aliqua retractatione[i] suspendat. Durum enim est, ut si alii pro mercede sua libertates tribuunt, ab ecclesia qua tueri haec oportuerant revocentur. Iterum ergo atque iterum experientiam tuam necessario submonemus, ut illic si quae inter

a) Cabris *r 1. 2, R*1 et sec. ed. M in uno Vatic. Norm. Corb. et plerisque;* Calabris *in Turon.;* Capreis *ed. pr.* b) se *om. codd. ed. pr.* c) martiris *R 1.*

I, 53 a) *add. supra lin.* me *R 1;* me memini *edd. G. M.* b) *om. r 1 et edd.* c) viri *edd. G. M.* d) ab ętiam (*corr. in* ob hoc etiam) *r 2;* ab etiam *r 1;* habeam (*corr. ad marg. in* a domino quodam suo) *R 1;* ab etia *R* 1;* ab Ecia *edd.* e) qd. *siglo utitur r 1;* quod *r 2, R 1 (corr. ad marg. in* quodam *R 1, cf. not. praeced.);* quondam *R*1 et edd.* f) gl.m. *compend. adhibent r 1. 2 (r 2 explicat ad. marg.* gloriose memorię; *sed et* gloriosum militem *significare potest);* gloriam (*ad marg.* gloriose) *R 1;* gloriosa *R*1, ed. pr.* g) fuisse (*corr. in* fuisset) largita *r 2;* fuisset largita *r 1.* h) manumissa *r 2.* i) retractione *R 1.*

(cf. formulas XII-XIV. XVI. XVII.) et in sequentibus Gregorii epistolis (cf. epp. IX, 45. 59. 181. XI, 19. 57.) invenimus, sed nulla plene cum nostra consentit. — De Iohanne cf. ep. I, 40 not. 1.

1) Capris insula nunc Capri, ex adverso Surrenti urbis. *2) Reliquiae et sanctuaria non sunt eadem res, ut explicant Baluzius in notis ad Librum diurnum ed. Rozière p. 41 et ed. M in nota d ad ep. I, 54 (eius ordinis). Vide infra ep. VI, 43, ubi de 'reliquiarum sanctuariis' loquitur. Itaque cum Garnerio (ad Librum diurn. l. l.) sanctuaria 'thecas reliquiarum' intellego.*

I, 53 1) Cf. Iustiniani Codicem VII, 14: De ingenuis manumissis, et infra manumissionis paginam ep. VI, 12.

pauperes et sanctam Romanam ecclesiam quaestiones vertuntur, omni mentis integritate[a] discutiat, sicque patrimoniales utilitates peragat, ut a benignitate iustitiae non recedat.

I, 54.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii per Siciliam) mandat, ut ad dedicationem oratorii b. Mariae in monasterio (Panormitano) Mariniani abbatis aedificati mense Augusto largitiones quasdam contribuat. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 54.
Edd. M: Lib. I. ep. 56; G: Lib. I. ep. 54. — Iaffé Reg. 1124 (760).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO.

Festivitatibus sanctorum[1] desiderabiliter insistentes praesentis praeceptionis nostrae paginam ad experientiam tuam necesse duximus dirigendam, indicantes ei, oratorium beatae Mariae, quod nuper in cella fratrum[2] aedificatum est, ubi Marinianus abbas praeesse dinoscitur, Augusto mense disposuisse nos, adiuvante Domino, summopere dedicari, quatenus coepta nostra, operante Domino[a], debeant consummari. Sed quia cellae ipsius tenuitas exigit, debere nos in ipsa diei festivitate concurrere, propterea volumus, ut ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus in auro solidos decem, vini amphoras[b] triginta, annonas ducentas[c 3], olei orcas[4] duas, berbices[d] duodecim, gallinas centum[e 5], quae tuis postmodum[f] possint rationibus imputari. Statim ergo fieri haec in[g] nullae[h] morae interiectione constitue, ut vota nostra Deo auctore celerem sortiantur effectum.

---

a) integritateque *r 2.*

I, 54 a) Deo *R 1.* b) anforas *r 1. 2;* anphoras *R* 1, ed. pr.* c) ann̄ cc *R 1, r 1. 2, quod* annonas cc *legendum puto;* agnos *autem ed. M sec. Vatic. E, omnes Norm. Angl. Corb. Rem.;* annonae modios cc *R* 1, edd. pr. G;* annonae trecenta sextaria *teste ed. M Vatic. B.* d) vervices *corr. in* verbices *R 1;* verveces *R* 1, ed. G;* verneces *ed. pr.* e) trecentas *teste ed. M Vatic. B.* f) *om.* postmodum *R 1.* g) *om.* in *edd. G. M.* h) *corr. in* nullius *r 2;* nullo *corr. in* nulla *R 1;* nulla *edd.*

I, 54 1) Festivitatem qua oratorium b. Mariae mense Augusto papa dedicare desiderat intellego Assumptionem S. Mariae, quae die 15. mensis Augusti celebratur. Cf. Nicephori Callisti Hist. eccl. Lib. XVII. c. 28, qui narrat, Mauricium imperatorem κοίμησιν τῆς θεοτόκου *hoc die instituisse, et Calendarium Romanum, saec. VIII. in ed. Fronto-Fabricii p. 221. 2) Nomen proprium* Cella-fratrum *credidit Ioh. de Iohanne in Cod. dipl. Siciliae I, 117. De quo monasterio magna controversia exarsit, an inter sex illa a Gregorio ante pontificatum suum in Sicilia insula instituta, de quibus narrat primus iam Gregorius Turon. Hist. Franc. Lib. X. c. 1, sit numerandum. Et cum papa contra consuetudinem voce 'fratrum' utatur et hoc oratorium ipse 'coeptum suum' (lin. 14) dicat, valde mihi probabile esse videtur. Panormi cellam sitam fuisse epp. II, 38. III, 27 probare videntur, in quibus de abbate Mariniano Panormitano legimus; qui et ipse (ep. II, 38) frater a papa nominatur. 3) i. e. ducentos panes; cf. Forcellini s. v. annona. Agnos, ut Maurini legerunt certe non tot dedisset papa et alio ordine eos inter largitiones inseruisset. 4) Orca ab editoribus ex Isidoro Etymol. Lib. XX. c. 6 amphorae species explicatur. Eodem verbo utitur pro mensura olei Gregorius Turon. in Hist. Franc. Lib. IV. c. 44. Quamvis igitur orca, ut Varro docet De re rustic. Lib. I, c. 13, mensura sit Hispana, tamen et alibi est recepta. 5) Cf. verricum et gallinarum largitionem ep. IX, 78.*

I, 55.

Gregorius I. papa Severo episcopo (Ficulino, Ariminensis ecclesiae) visitatori scribit, aut (Ariminenses) episcopum sibi eligant, aut ab ipso indicatum accipiant. Ocleatinum autem non concedit. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 55.
Edd. M: Lib. I. ep. 57; G: Lib. I. ep. 55. — Iaffé Reg. 1125 (761).

GREGORIUS SEVERO EPISCOPO.

Fraternitatis tuae edocti sumus epistola, in persona Ocleatini [1] de electione episcopatus aliquos consensisse.[2] Quem quoniam non [a] cedimus, in eius non debent immorari persona. Sed habitatoribus eiusdem civitatis edicito, ut si in eadem ecclesia [b] dignum ad hoc opus invenerint, in ipsius cuncti electione declinent. Alioquin praesentium tibi portitor personam, de qua ei diximus, indicabit [c], in cuius debeat fieri electione decretum. Vos etenim in eiusdem ecclesiae visitatione estote sollertes atque solliciti, ut et res eius inlibatae serventur et utilitates vobis disponentibus more solito peragantur.

I, 56.

Gregorius I. papa Arsicinum ducem, clerum, ordinem et plebem Ariminenses admonet, ne Ocleatinum eligant. Si alium non inveniant, ipse designat qui ordinetur. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 56.
Edd. M: Lib. I. ep. 58; G: Lib. I. ep. 56. — Iaffé Reg. 1126 (762).

GREGORIUS ARSICINO DUCI, CLERO, ORDINI ET PLEBI CIVITATIS ARIMINENSIS.

Dilectionis vestrae quam sit in expectatione pontificis prona devotio, directae [a] relationis [b] textus insinuat. Sed quia ordinatorem vehementer oportet in his esse sollicitum, nostrae in hoc utique cura deliberationis invigilat. Ideoque caritatem vestram scriptis praesentibus ammonemus, ut nullus se pro Ocleatini debeat ad nos fatigare persona. Sed si in eadem civitate qui ad hoc sit utilis invenitur, ita ut a nobis reprehendi non possit, vestra concurrat electio. Si vero dignus ad hoc inventus non fuerit, nos in quo pariter debeatis praebere consensum praesentium diximus portitori. Vos autem unanimes orate fideliter, ut quicumque fuerit ordinandus et vobis utilis possit existere et dignum sacerdotale Deo nostro exhibere servitium.

I, 55 a) nos *r 2; corr.* nos *in* non *R 1.* b) in eandem ecclesiam *r 2.* c) *corr. ex* indicavit *R 1.*
I, 56 Ursicino *edd. pr. et G.* — blebi *r 1.* a) dilecte̜ *r 2.* b) lationis *R 1.*

I, 55 De Severo episcopo cf. ep. V, 21 inscriptam: Severo, episcopo Ficulino visitatori ecclesiae Ravennatis. Erat autem Ficulum al. Ficocle hodie Cervia, urbs inter Ravennam et Ariminum (Rimini) in ora maris Adriatici sita. 1) Nomen non solum hic et ep. seq. legitur. Ocleatinum defensorem in Pelagii I. papae epistolis invenimus; vide Neues Archiv V, 557 Iaffé Reg. (ed. 2) n. 1028. Ocleatinus noster ex clero Romano fuisse videtur. 2) De Ariminensi electione agitur, ut ex ep. I, 56 liquet. Cf. quae dixi ad historiam Ariminensem Gregorii tempore illustrandam Neues Archiv VII, 588. Castorius deinde electus (nescimus an fuerit a papa commendatus) et a papa ordinatus (cf. ep. IX, 138) iam a. 592, Ian. officio suo fungitur.

I, 56 De ducum magistratura cf. Hegel Gesch. der Städteverfassung von Italien I, 178 sq. Controversiam quid significet vox ordo, vide ibidem I, 185 sq. Ceterum confer de electione Ariminensi ep. praecedentem.

I, 57.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono (rectori patrimonii per Campaniam) mandat, ut Palatinae stipendium annuum persolvat. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 57.
Edd. M: Lib. I. ep. 59; G: Lib. I. ep. 57. — Iaffé Reg. 1127 (763).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Si in[a] proximorum necessitatibus habita compassione benigna mente concurrimus, nostris procul dubio petitionibus[b] clementem Dominum[c] repperimus. Palatina siquidem inlustris femina[1 d] continua hostilitate[2] insinuavit se plurimis necessitatibus subiacere. Propterea experientiae tuae praesenti auctoritate praecipimus, ut pro sustentatione eius annuos triginta solidos dare non differat, qui tuis possint[e] postmodum rationibus imputari. Ita ergo fac, ut et tu bene ministratae[f] mercedis commodum percipias et nostra ad effectum praecepta perducas[g].

I, 58.

Gregorius I. papa clerum, ordinem et plebem Perusinam adhortatur, ne episcopum eligere cunctentur. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 58.
Edd. M: Lib. I. ep. 60; G: Lib. I. ep. 58. — Iaffé Reg. 1128 (764).

GREGORIUS CLERO ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI PERUSIA.

Miramur, karissimi[a] in Christo fratres, quare ecclesiam Dei tanto tempore absque rectore conspicitis ac de vestro totiusque plebis regimine minime cogitatis. Notum est enim, quod grex, si pastoris cura defuerit, per avia gradiatur et ob hoc familiarius[b 1] inimici laqueis[c] insidiantis incurrat. Unde necesse est, de his qui ecclesiae militant unum habito Domini timore perquirere, qui pastoris ministerium possit digne suscipere, atque illic protegente Domino sacramentorum divinorum dispensator insistere, quatenus et pro filiis ecclesiae purae[d] cotidie mentis holocaustum[e] offerat et viam gregi, quomodo ad supernam patriam dirigatur[f], ostendat.

I, 57 a) *ita r et Ioh. diac. Vita Gregorii I. Lib. II, c. 55; om.* in *R 1, edd. G M:* enim *ed. pr.* b) necessitatibus *edd. G. M, adscribente ed. M: In Norm. et nonnullis etiam Vatic.* petitionibus. c) Deum *R 1.* d) *siglo* inl. f. *r 1. 2, sed explicat ad marg.* inlustris femina *r 2.* e) possit *r 1. 2 (corr. in* possint *r 2);* debeant *R 1.* f) *corr. ex* ministrante *r 2;* ministrando *edd.* g) *sec. ed. M codex unus Teller. addit* Mense Augusto Indict. IX; *perperam quidem et confusa aut a librariis aut ab editoribus ep. I, 57 cum ep. I, 65.*

I, 58 a) carissimi *r hic et saepius.* b) facilius *sec. Vatic. ed. M.* c) laqueos *r 1, edd.* d) vestrae *r 1;* vestrae purae *edd. G. M.* e) holochaustum *r 2* f) gradiatur *edd. G. M.*

I, 57 Eandem formulam habes in ep. I, 65. *1) De Palatina cf. ep. I, 37 et eius notam 4.* *2) Langobardorum depopulationes 'continuae' (cf. de Langobardis in Campania not. 2 ad ep. I, 48) causa fuisse videntur, cur iam tribus mensibus post iterum Palatinam sustentet papa.*

I, 58 Perusia hodie Perugia Etruriae urbs notissima. Hoc tempore a Langobardis nondum capta fuisse videtur. (Cf. Beretta in Muratori SS. Rer. Ital. X. p. CCXIV, Savigny Gesch. des Röm. R. im MA. I, 483 et Pauli Hist. Langob. Lib. IV. c. 8 ad ann. 595.) — De ordine *cf. ep. I, 56.* *1) Vox* familiariter *ita ut supra ep. I, 42 p. 69 lin. 3:* ex consuetudine, saepe *significat.*

I, 59.

Gregorius I. papa a Gennadio, patricio et exarcho Africae, petit, ut Theodorum magistrum militum (et ducem Sardiniae) ab iniuriis in pauperes et homines ecclesiae Turritanae prohibeat. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 59.
Edd. M: Lib. I. ep. 61; G: Lib. I. ep. 59. — Iaffé Reg. 1129 (765).

GREGORIUS GENNADIO PATRICIO ET EXARCHO AFRICAE.

Dei vos prae oculis indesinenter habere timorem ac sectari iustitiam, submissa[a] hostium colla testantur. Sed ut gloriam vestram in eadem prosperitate gratia Christi custodiat, quaecumque perpere[b] committi cognoscitis, celeri sicut consuistis prohibitione compescite, ut armis iustitiae praemunitus[c] hostiles[d] inpetus fidei virtute quantotius[e] superetis. Marinianus siquidem, Turritanae civitatis[1] frater et coepiscopus noster, nobis lacrimabiliter indicavit, civitatis suae pauperes omnino vexari et commodalibus affligi dispendiis. Insuper et religiosos ecclesiae suae homines gravem ab hominibus Theodori[2] magistri militum[f] sustinere molestiam ac pati corporales iniurias, et ad hoc usque prorumpitur, ut in carcerem, quod dici nefas est, retrudantur; se quidem etiam in causis ad ecclesiam suam pertinentibus a praefato glorioso viro graviter impediri. Quae quam sint, si tamen vera sunt, rei publicae disciplinae contraria[3], vos scitis. Et quia haec omnia vestram excellentiam convenit emendare, salutans eminentiam vestram exposco, ut ea ulterius fieri non sinatis. Sed ex opere illi iubete diligere[g], ut ab ecclesiae se[h] laesione removeat et nullus eorum in angariis seu commodis ultra quam sinit ratio praegravetur, aut si quae causae fuerint[i] non potentatus metu, sed legali ordine finiantur. Ita igitur, quaeso, aspirante vobis Domino haec omnia praeceptionis vestrae interminatione corrigite, ut si non rectitudinis con-

I, 59 a) summissa *R 1.* b) *corr. in* perperam *r 2:* perperam *edd.* c) *cf. ep. I, 7 not. l.* d) *corr. ex* hostilis *R 1, r 2.* e) quod est totius *R 1, r 2;* quod est tutius *r 1 et ita corr. R 1; corr. autem in* quantotius *r 2;* quod est totius culmen virtutis *edd. pr. G;* quod est tutius culmen *ed. M.* f) magml *compend. r 1. 2;* magnifici *in rasura et supra lin. add.* viri *R 1;* magnifici viri *et sec. ed. M Vatic. B (R 1b).* g) *locus corruptus, qui quomodo restituendus sit nescio;* dirigere *R 1;* diligenti *ed. G; om.* diligere *sec. ed M Vatic. D. Corb. Norm. et plurimi.* h) *om. et add. manu post.* se *R 1.* i) *corr. ex* fuerant *r 1.*

I, 59 Gennadius patricius et exarchus Africae, ad quem plures scripsit epistolas Gregorius, saepius in illis magna in rebus bellicis gloria decoratur (vide epp. I, 72. 73). Qui fuerint hostes et quales eius victoriae per Theophylactum Simocattam et Theophanem comperimus. Vide Simocattam Lib. III. c. 4 (p. 120) ad ann. 584: τῇ Λιβύῃ αἱ τῶν Μαυρουσίων δυνάμεις διετέλουν ἐξίτηλοι. καὶ τῷ πλήθει τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀνδραγαθημάτων πρὸς τὸ ταπεινὸν καὶ κατητονημένον ἀπέκλινον. οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖναι μετὰ τῶν ἀσπίδων καὶ τὰς ἡνίας κατέθεντο, τὸν αὐχένα Ῥωμαίοις ὑποχαλάσασαι. καὶ τήν τε ἠρεμίαν ἐνηγκαλίζοντο: *et Theophanem ed. Bonn. p. 403 ad ann. 587:* τὰ Μαυρουσίων ἔθνη κατὰ τὴν Ἀφρικὴν μεγάλας ταραχὰς ἐποιήσαντο. *De Gennadio nostro et Simocatta narrare videtur, sed eum decarem ad ann. 595 aut 596 nominat; vide Lib. VII, c. 6:* Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους οἱ περὶ τὴν Λιβύην Μαυρούσιοι διωμοσίαν κατὰ τῶν Ῥωμαίων ποιοῦνται. ἐπεὶ δὲ τὰ πλήθη συνέρρευσαν, ἐς μέγα φόβον οἱ Καρχηδόνιοι γίνονται. ὁ μὲν οὖν Γεννάδιος τὸ τηνικαῦτα Δέκαρ, οὐ στρατηγὸς ἐτύγχανεν ὢν τῆς Λιβύης, τεθεαμένος ἀμυθήτῳ πλήθει τινὶ τὸν κατ᾽ αὐτοῦ συστάντα πόλεμον, δόλῳ τοὺς βαρβάρους κατεπολεμήσατο. . . . ὁ Καρχηδόνιος πόλεμος ἐλάμβανε τὴν διάλυσιν. οὕτω μὲν οὖν κατὰ τὴν Λιβύην εὖ καὶ μάλα καλῶς διετίθετο τοῖς Ῥωμαίοις. *Cf. Muralt Essai sur la chronogr. byzantine ad ann. 588-596.* *1) Turritana, ut in sequenti plenius patet, Sardiniae insulae civitas sine dubio est vetus Turris Libyssonis Colonia in Sardiniae parte meridionali haud longe distans a Sassari. Pertinebat autem Sardinia ad Africam diocesim; cf. supra ep. I, 46.* *2) De Theodoro duce Sardiniae et magistro militum cf. ep. I, 46.* *3) Cf. Cod. Iustiniani I, 3: De episcopis et clericis et infra ep. XIII, 50.*

templatione, saltem formidine vestrae iussionis a talibus se gloriosus Theodorus vel homines eius abstineant, quatenus, quod ad laudem vestram proficiat et mercedem, in partibus vobis commissis possit florere cum libertate iustitia.

I, 60.

Gregorius I. papa Ianuario, archiepiscopo Caralitano, Catellam tuendam commendat. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 60.
Edd. M: Lib. I. ep. 62; G: Lib. I. ep. 60. — Iaffé Reg. 1130 (766).

GREGORIUS IANUARIO ARCHIEPISCOPO DE CARALIS SARDINIAE.

Si ipse se[a] Dominus noster viduarum maritum orphanorumque[b] patrem scripturae sanctae testimonio profitetur, nos quoque membra corporis eius ad imitandum caput summo debemus affectu mentis intendere, et salva iustitia orphanis[c] ac viduis praesto esse[d] necesse est. Et[e] quia insinuatum[f] nobis est, Catellam religiosam feminam habentem filium hic in sancta Romana cui Deo auctore praesidemus[g] ecclesia[h] militantem, quorundam inmissionibus vel inquietudinibus molestari, de qua re fraternitatem vestram scriptis praesentibus necesse duximus adhortandam, ut eidem praedictae feminae tuitionem ferre salva iustitia non declinet, sciens quod de huiuscemodi rebus et Dominum sibi debitorem faciat et nostram circa se caritatem magis[i] adstringat. Causae[k] enim praedictae feminae, sive sint[l], sive fuerint, vestro volumus iudicio terminari, ut foralis[m] illi inquietudo submoveri debeat et tamen a iudicii iustitia nullatenus excusetur. Oro autem Dominum, qui[n] viam vestram cursu ad se prospero dirigat, et ad regna venturae gloriae propitiatus ipse perducat.

I, 61.

Gregorius I. papa Ianuario, archiepiscopo Caralitano, Pompeianam tuendam commendat. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 61.
Edd. M: Lib. I. ep. 63; G: Lib. I, ep. 61. — Iaffé Reg. 1131 (767).

GREGORIUS IANUARIO ARCHIEPISCOPO CARALIS SARDINIAE.

Licet fraternitas vestra zelo se iustitiae in diversorum tuitionem congruenter impendat, proniorem[a] eam credimus prorsus existere in eorum solamina, quos ei nostra commendat epistola. Pompeiana[1] igitur religiosa femina per hominem suum

I, 60 Caralis *corr. ex* Carallis *R 1;* — Sardiniae *ex* Sardiae *r 2.* a) *hic om.* se *omnes codd.; suprascr. supra* viduarum *manu post R 1, r 2.* b) horfanorumque *r 1. 2.* c) orfanis *r 1. 2.* d) praestitisse *R 1, r 2 (add. ad marg.* vel presto esse *R 1);* praestitisse quod necesse est *R*1;* praestare quod necesse est *ed. pr.;* praesto si necesse sit esse *edd. G. M.* e) et *om. r 1; delet r 2.* f) *add.* vero *r 1. 2; ras. delere videtur R 1.* g) residemus *r 1. 2.* h) *pro* hic in *cet.* hic (*corr. in* huic) sanctae Romanae c. D. a. p. ecclesiae *R 1.* i) maius *r 1. 2.* k) *ita codd.;* causas *edd. G. M.* l) sunt *r 1. 2.* m) furalis *r 1;* feralis *r 2. R*1;* fertilis *ed. pr.* n) *corr. in* quo *r 2;* ut *R*1, ed. pr.*

I 61 Caralli *R 1.* a) proniore *r 1.*

I, 60 Eadem est epistola ac I, 62 paucis tantummodo initii verbis mutatis, ita ut tantum per librarii errorem bis in registrum recepta esse videatur. — Transmissa est una cum sequenti ep. forsitan per hominem Pompeianae. De Ianuario cf. supra ep. I, 47.

I, 61 Per hominem Pompeianae ut videtur transmissa. *1) De Pompeiana cf. I, 46.*

suggessit, multa se quorundam[b] inrationabiliter adsidue sustinere gravamina et ob hoc nobis supplicasse dinoscitur, ut vobis eam nostris commendaremus apicibus. Propterea salutans[c] fraternitatem tuam, debito[d] caritatis affectu praedictam vobis feminam necessario duximus commendandam, ut comitante iustitia a nullo[e] eam fraternitas tua contra aequitatem gravari permittat, nec aliqua inconsulte pati dispendia. Sed si quas eam causas habere contigerit, in electorum iudicio altercando[f] ventiletur contentio, et quaecumque fuerint definita ita tranquille ad effectum vobis solatiantibus perducantur, ut et vobis pro tali opere merces inhaereat et nostris apicibus commendata gaudeat se invenisse iustitiam.

I, 62.

Gregorius I. papa Ianuario, archiepiscopo Caralitano, Catellam tuendam commendat.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 62. *591, Iul.*
Edd. M: Lib. I. ep. 64; G: Lib. I. ep. 62. — Iaffé Reg: 1130 (768).

GREGORIUS IANUARIO ARCHIEPISCOPO CARALIS SARDINIAE.

Pastoralis regiminis necessitate compellimur, ut orphanorum[a] viduarumque causis sollertius quam curis ceteris insistamus. Et quia insinuatum nobis est, Catellam religiosam feminam habentem[b] filium hic[c] sanctae Romanae, cui Deo auctore praesidemus, ecclesiae militantem, quorundam inmissionibus vel inquietudinibus molestari, de qua re fraternitatem tuam scriptis praesentibus necesse duximus adhortandam, ut eidem praedictae feminae tuitionem ferre salva iustitia non declinet, sciens quia de huiuscemodi rebus et Dominum sibi debitorem faciat et nostram[d] circa se caritatem magis[e] adstringat. Causas[f] enim praedictae feminae sive sint[g], sive fuerint[h], vestro volumus iudicio terminari, ut foralis[i] illi inquietudo submoveri debeat et tamen a iudicii iustitia nullatenus excusetur. Oro autem Dominum, qui[k] viam vestram cursu ad se prospero dirigat, et ad regni venturi gloriam propitiatus ipse perducat.

I, 63.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono (rectori patrimonii per Campaniam) praecipit, ut domum Petronii Romanae ecclesiae notarii iniuste titulatam viduae eius Theodorae restituat. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 63.
Edd. M: Lib. I. ep. 65; G: Lib. I. ep. 63. — Iaffé Reg. 1132 (769).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Sicut res ad ius ecclesiae pertinentes amittere non debemus, ita alienas appetere incivile esse nihilominus iudicamus. Et quoniam[a] edocti sumus, quondam[b]

b) *add.* hominum *edd. G. M.* c) *corr. in* salutantes *R 1;* salutantes *edd. G. M.* d) devoto *R 1.* e) *ita R 1;* nulla *r 1. 2, R* 1, ed. pr.;* nullum *sec. ed. M Vatic. B;* in nulla *ed. G;* in nullo *ed. M et in ea citati duo Vatic. et alii 'potioris notae'.* f) altercandum *r 2;* altercantium *R* 1, ed. pr.*

I, 62 Caralli *R 1.* a) orfanorum *r 1. 2.* b) *corr. ex* haventem *R 1.* c) huic *r 1. 2.* d) nostra *r 1. 2.* e) maius *r 1. 2.* f) causa *corr. in* causae *r 2.* g) si fuerunt *codd.* h) sive non fuerunt *R 1.* i) *corr. in* feralis *r 2.* k) *corr. in* quo *r 2.*

I, 63 a) *corr. ex* quod *R 1.* b) qd *siglum adhibet r 1;* quod *r 2; add. manu posteriori post domum* quondam *R 1.*

I, 62 Non discrepat ab ep. I, 60; cf. quae supra monui.

I, 63 Per Theodoram transmissa.

domum Petronii notarii sanctae Romanae cui Deo auctore praesidemus ecclesiae, a Constantio tunc defensore inrationabiliter titulatam[1], experientiae tuae praesentis praecepti[c] pagina[d] demandamus, ut omni excusatione vel dilatione omissa, deposito titulo eandem domum praesentium latrici Theodorae relictae[e] ante praedicti Petronii sine mora restituas, ne quod absit viduis inde praeiudicium oriatur, unde consolationis debeant[f] invenire solatium.

I, 64.

Gregorius I. papa Felici, episcopo Messanensi, praecipit, ut clero consuetum stipendium transmittat. Palmatianarum, quas ipsi dono dederit, pretium reddit et interdicit ei, ne Romam veniat. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 64.
Edd. M: Lib. I. ep. 66; G: Lib. I. ep. 64. — Iaffé Reg. 1133 (770).

GREGORIUS FELICI EPISCOPO MESSANENSI.

Consuetudines, quae ecclesiis gravamen noscuntur inducere, nostra nos decet consideratione remittere, ne illic aliqua cogantur inferre, unde sibi inferenda debent[a] potius expectare. Cleri siquidem[b] vel aliorum consuetudinem te oportet inlibatam[c] servare eisque annis singulis quae sunt consueta transmittere. Nobis quoque de cetero, ne quid transmittere debeas, inhibemus. Et quoniam non delectamur exeniis, palmatianas[1], quas tua direxit fraternitas, cum gratiarum actione suscepimus, sed eas, ne quod exinde potuisses sentire dispendium, digno fecimus pretio venundari et id tuae fraternitati transmisimus sigillatim[d]. Sed quia caritatem tuam ad nos velle venire cognovimus, scriptis praesentibus admonemus, ut ad veniendum non debeas laborem[e] assumere[2]. Sed ora pro nobis, ut quanto nos itineris intervalla dissociant[f] tanto animis nostris ad invicem Christo adiuvante simus in caritate coniuncti, quatenus alterna nos obsecratione iuvantes susceptum officium venturo integrum iudici resignemus.

---

c) *add. manu post. R 1.* d) paginam *R 1.* e) relac. *r 1;* rel. (*ad marg. explicans* religiosae) *r 2:* reli (*et supra rasura add.* ete) *R 1.* f) *corr. in* debent *R 1;* vidue . . . debet *R* 1, ed. pr.*

I, 64 a) debeant *R 1.* b) *ita R 1; sed add. ad marg.* clericis quidem; clerici siquidem *r 2;* clericis quidem *r 1:* cleri *ed. pr.;* clericorum *edd. G. M.* c) inlibate *r 1;* inlibatam *corr. ex* inlibatum *r 2.* d) sigillatum *codd.;* singillatim *edd. G. M.* e) *corr. ex* lavorem *R 1.* f) dissiciunt *r 2.*

1) i. e. titulo occupatam, vindicatam cf. de voce tituli ep. I, 39a not. 2.

I, 64 De Felice cf. ep. I, 38. 1) Se xeniis non delectari Gregorius et in epp. V, 16. VI, 60 manifestat. Palmatianas cum Alteserra vestes palmatas, quibus erant folia palmae interta explico. Vestes in munere dat Eulogio Alexandrino Gregorius ipse ep. VII, 37 (sex minora Aquitanica pallia), et ep. VII, 27 Narsae Constantinopolitano duas camisias transmittit, ut quibusdam eas offerat. Vestes palmatae autem ut docet Forcellini iam antiquitatis tempore in usu erant. Ceterum quas varias sententias de Palmatianis habuerint viri docti, videas apud Du Cange. Palmae fructus seu dactylos hic donatos esse, credit Gallicciolli in ed. Veneta. 2) Cf. ep. I, 70, quae uno mense post (Augusto) scripta est: quia iam tempus veniendi et redeundi non sinit (episcopos Siciliae) nolumus ante hiemem fatigari.

I, 65.

Gregorius I. papa Petro (subdiacono et rectori patrimonii Siculi) mandat, ut Pastori annuam sustentationem impertiat. *591, Iul.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 65.

Edd. M: Lib. I. ep. 67; G: Lib. I. ep. 65. — Iaffé Reg. 1134 (771).

GREGORIUS PETRO.

Si proximorum necessitatibus habita compassione benigna mente concurrimus, nostris proculdubio petitionibus clementem Dominum repperimus. Pastorem [1] siquidem, qui nimia visus inbecillitate [a] laborat [b], habens [c] coniugem atque [d] mancipia, qui et cum Ionathe [e] quondam [f] glorioso magistro militum [g] [2] fuerat, plurimis cognovimus necessitatibus subiacere. Propterea experientiam tuam per praesentis praecepti paginam admonemus, uti [h] pro sustentatione [i] eius annuos tritici modios [k] tot [l] [3], necnon et fabarum [m] modios tot [n] dare non differat, quae omnia [o] postmodum tuis possint rationibus imputari. Ita ergo fac, ut et tu bene ministratae [p] mercedis commodum percipias et nostra ad effectum praecepta perducas.

MENSE AUGUSTO.

I, 66.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono (rectori Campaniae patrimonii) mandat, ut clericos, qui suppellectilem ecclesiae Venafranae vendiderint, ad poenitentiam religet, et Hebraeum, qui eam emerit, per iudicem provinciae ad restitutionem cogat. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 66.

Edd. M: Lib. I. ep. 68; G: Lib. I. ep. 66. — Iaffé Reg. 1135 (772).

I, 65 Petro subdiacono *edd. G. M, (teste M et codd. Vatic. 4. et Andeg.);* Anthemio subdiacono *i. e. titulum ep. I, 57 repetentes inscribunt R*1, ed. pr.* a) *corr. ex* invecillitate *R 1.* b) *corr. ex* lavorat *R 1.* c) habentem *edd. G. M.* d) deo quę *corr. in* duoque *r 2;* duoque *edd.* e) Ionatha *r 1, edd.* f) quod *delet r 2; comp.* qud. *r 1; comp.* quod *R 1.* g) *cf. not. d ad ep. I, 47;* glo. *r 1;* glm. (*explicat ad marg.* glorioso milite) *r 2;* gla. *R 1;* glorioso *R*1, edd. pr. et G;* gloriosa *ed. M.* h) ut uhic (*erad.* h) *R 1, quae litterae an significent,* viro clarissimo *nescio.* i) sustentione *r 1. 2.* k) tritici kmo *r 1;* trit k mo. *r 2;* trit *et in rasura* ici mod. *R 1;* tritici modios (modios *et infra*) *R*1, edd. Nisi* annuos *accederet, sigla* mo. *hic et infra potius* modia *(cf. ep. I, 44) interpretaremur. Quid sibi autem velit* k *sigla, nescio.* l) *ita r 2, R 1;* tot *cum linea abbrev. r 1;* XXIIII *R*1, ed. pr. (cf. ep. I, 44 ubi idem numerus);* XXIII *corrupte ed. G;* trecentos *sec. unum Vatic. Corb. Norm. ed. M, quae in aliis codd.* centum modios *legi affirmat.* m) fab. *comp. codd., solus R*1* fabe; *ita et edd. Scripsi* fabarum *sec. lectionem in ep. I, 44.* n) *ita r 2, R 1;* tot *cum lineola ut supra (not. l) r 1;* XII *R*1, ed. pr. (ex ep. I, 44);* XI *perperam ed. G;* totidem *ed. M.* o) quo ma *corr. in* quae omnia *R 1; om.* omnia *r 1. 2;* qui *r 2, ed. pr.;* ut *r 1;* quae *edd. G. M.* p) *ita R 1 (cf. ep. I, 57);* ministrans *r 1. 2, edd.*

Mense Augusto *omissa indictione IX. (cf. supra p. 61). Editio M adnotat, haec verba legi in solo Turon. S. Gatiani et in Colbertino, in quo tamen ad ep. seq. (i. e. ad ep. I, 66) pertinere videantur (cf. not. g ad ep. I, 57). In fine ep. I, 65 add.* Data mense Augusto *R*1, ed. pr.*

I, 65 Ad eandem formam cum ep. I, 57 expressa est. 1) Pastorem recte nomen proprium interpretantur editores. 2) De magistris militum cf. Hegel Gesch. d. ital. Städteverfassung I, 180. 3) Nota, quod hic epistola nostra iam in formulam mutata est: sed forsitan quia similis epistola I, 57 antecedit, hic numeri idem supplendi sunt.

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Fuscus archiater ardore fidei provocatus[a] preces effundit[b] dicens Opilionem diaconem, sed et[c] Servum-dei[d] et Crescentium clericos Benafranae[e] ecclesiae[1], oblitos timorem futuri iudicii, ministeria[2] antefatae ecclesiae Hebreo cuidam quod dici nefas est vendidisse. Id est: in argento calices duos, coronas cum delfinis duas et de aliis coronis[f] lilios[g][3], pallea[h] maiora minora sex[i]. Et ideo mox ut[k] praesentem iussionem experientia tua susceperit, memoratos ecclesiasticos ad se faciat indifferenter occurrere, et requisita veritate, si ita ut suggestum est constiterit, memoratum Hebreum, qui oblitus vigorem legum, praesumpsit sacra comparare cymilia per iudicem[l] provinciae faciat conveniri et sine aliqua mora antefata ministeria restituere compellatur, ut ex eis nihil saepe fatae ecclesiae possit inminui. Suprascriptos[m] autem diaconem vel clericos, qui tantum nefas commiserunt, in poenitentia[n] religare non differas, ut tale tantumque delictum suis lacrimis possint diluere.

I, 67.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii Siculi) mandat, ut monasterii Iohannis abbatis negotia Fausto quondam cancellario committat. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 67.
Edd. M: Lib. I. ep. 69; G: Lib. I. ep. 67. — Iaffé Reg. 1136 (773).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO SICILIAE.

Sicut studii nostri esse condecet, a litigiis[a] foralibus monachos submovere[b], ut divinis ministeriis pie ac sollerter invigilent, ita necesse est nostra provisione, quemammodum negotia eorum disponi debeant, ordinare, uti[c] ne distenta mens per varias causarum curas effluat et ad celebrandum opus consuetum enervata torpescat. Praesentium itaque lator abbas Iohannes, plurima se monasterii sui asseruit[d] habere negotia. Pro qua re experientiam tuam per praesentis praecepti[e] paginam admonemus.

I, 66 a) *add. supra lin.* nobis *R 3.* b) *corr. in* effudit *R 1;* effudit *R 3, edd. G. M.* c) *om.* sed et *ed. M testes proferens mss. Vatic. et Norm.* d) servum Dei *edd. G. M; melius intellegit verba iam Eckehardus IV. suprascribens iis in R 3:* proprium nomen. e) *ita R 1 et sec. M Vatic. D (R 1b);* Benafanae *r 1. 2, R 3 et sec. M Vatic. C. Norm. Corb.;* Venafanae *item ed. M teste Vatic. B;* Benefane *R* 1, ed. pr.;* Venafranae *edd. G. M.* f) coronas *r 2.* g) *corr. in* liliatis *R 3.* h) pallea *corr. in* pallia *r 1. 2, R 3;* pallia *R 1.* i) *sic r 2 et teste ed. M Vatic. D (R 1b). Norm. et Corb.;* maiora et minora sex *r 1 et sec. M Vatic. C;* maiora et minora septem *R* 1 et sec. M Vatic. B;* maiora sex *R 1, ed. pr. (ad marg. add.* maiora vel minora sex *R 1);* ūmiam sex (*superscr.* que vermiculata) *R 3;* (pallium) maius unum minora sex *teste ed. M Vatic. A;* maiora sex et minora septem *edd. G. M.* k) *om.* ut *r 1. 2, R 1.* l) pro iudice *corr. in* coram iudice *R 3.* m) s̄s̄os *r 1. 2, R 1* (*superscr. R 1* supra scriptos); fratres *R 3;* sanctos *R* 1, ed. pr.;* ipsum *ed. G.* n) poenitentiam *R 3, ed. pr.*

I, 67 a) litibus *R 1.* b) submoveri *R 1.* c) *sic codd. et ed. pr.* d) asserit *r 2 (?), edd. G. M.* e) scripti *r 2 (?) edd.*

I, 66 1) Venafrum (hodie etiam Venafro) urbs Campaniae. 2) Ministeria sacra sunt vasa et suppellex ut infra ep. nostra monstratur. 3) De coronis, delphinis et liliis vide Librum pontif. ubi in Vitis Silvestri et Adriani I. plurima horum ornamentorum exempla invenis.

I, 67 Per Iohannem abbatem transmissa. 1) Iohannes idem fuisse videtur, qui ep. VII, 36 abbas monasterii S. Luciae in Syracusana civitate dicitur et ep. III, 3 sine sede sua nominatur. Nam negotia eius ex his duabus epistolis aperte demonstrantur. Utraque eum contentione et negotiis saecularibus obstrictum ostendit.

quatenus cum Fausto, qui Romani, viri magnifici[f] expraetore[g], cancellarius[h] fuerat, loqui debeat. Cuius si pronam ad hanc rem compereris voluntatem[1], ei monasterii ipsius generaliter debeas constituto salario commendare negotia. Expedit enim, parvo incommodo ab strepitu causarum servos Dei quietos existere, ut et[i] utilitates cellae per neglegentiam non pereant et servorum Dei mentes ad opus Dominicum liberiores existant.

I, 68.

Gregorius I. papa universos episcopos per Siciliam commonet, caveant pseudodefensores, qui eos in angariis affligant. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 68.

Edd. M: Lib. I. ep. 70; G: Lib. I. ep. 68. — Iaffé Reg. 1137 (774).

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS PER SICILIAM.

Fraternitatis vestrae diu iam probata[a] devotio tanto nos conpellit pro vobis caute providere, quanto vos astruit audito nostrae ecclesiae nomini[b] studiose concurrere. Cognovimus, quosdam in Sicilia insula simulantes se sedis apostolicae defensores[c] vos[d] in angariis aliisque rebus affligere, necessarioque[e] duximus, eorum fallaciae scriptis praesentibus obviare[f]. Ideoque fraternitatem vestram caritate debita[g] salutantes magnopere commonemus, ut nullo modo talibus deinceps apud vos locus subripiendi remaneat. Sed et quisquis ille[h] revera sedis nostrae fuerit notarius vel defensor, nisi nostra[i] ad vos specialiter vel rectoris nostri patrimonii scripta[1] detulerit, nullis per nomen ecclesiae nostrae potiatur angariis, nec aliqua vobis ab eo gravamina imponi permittatis, sed suis utilitatibus iter suum propriis disponat, ut novit, expensis. Nec quenquam ab eo in illis locis patiamini molestari. Haec etenim quae nostris apicibus pro vestra vestrorumque quiete inhibuisse cognoscimur[k] sic constantius conservate, ut hoc exuti gravamine divinis obsequiis devoti ac paratiores[l] inveniri valeatis.

---

f) ūm *compend. r 1. 2 (notat ad marg. r 2* viri magnifici); Roman u (*corr. in* Romanę urbis) *R 1;* Romanae urbis *teste ed. M Vatic. B;* iuris memorandi *R*1, ed. pr.;* viri memorandi *sec. M Vatic. A.* g) expraeter *r 1;* expret. *r 2, R 1 (corr. in* expretoris *r 2, in* expretore *R 1). Cf. not. ad ep. I, 24 p. 28 l. 24. Sec. ed. M* expretoris *Becc.* ex tempore *Vatic. A.* h) cancellum *r 1. 2 (corr. in* cancellarius *r 2);* cancellarios *corr. in* cancellarius *R 1;* cancellii *teste ed. M Corb. Lyr. et And.;* cancellis *Becc.* i) *add.* hec *R 1.*

I, 68 a) *corr. ex* provata *R 1.* b) *ita R 1, cf. lin. 20;* dni *sigla adhibent r 1. 2; ex quo* domni damno *ortum puto ut scribunt edd.* c) deF *compend. r 1, R 1;* defensores *r 2; quo ex compendio post defensores* de frumento *quoque lectum est; itaque* defensores de frumento *edd. G. M;* legatos de frumento *R* 1, ed. pr.* d) *om.* vos *r 1. 2, R 1.* e) necessario (*om.* que) *r 1. 2, R 1.* f) obbiare *R 1.* g) qua debet *r 2;* qua debemus *ed. pr.* h) *add.* est si *edd.* i) nostrae *r 1. 2, ed. pr.;* nostri *R 1.* k) cognoscimus *r 1. 2;* cognovimus *ed. pr.* l) apparatiores *R 1.*

1) Faustus hoc munus non accepit, quod ex eo concludimus, quod neque ep. III, 3 neque ep. VII, 36 memoratur.

I, 68 Vide quae dixi in nota 2 ad ep. I, 1. 1) De pseudodefensoribus (et tonsuratores et Martianus quidam in Sicilia prava sibi praesumptione nomen defensorum sumebant) vide ep. IX, 22. Exempla, quibus Gregorius defensorem specialiter commendat, epp. IX, 29. 30 cet. praebent. Formulas autem instituendi defensoris duas nobis asservavit Gregorii registrum: epp. V, 26. IX, 97.

I, 69.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii Siculi) commendat Cyriacum et Iohannam eius coniugem, quae ex Iudaea Christiana conversa molestiam sustineat.
591, Aug.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 69.
Edd. M: Lib. I. ep. 71; G: Lib. I. ep. 69. — Iaffé Reg. 1138 (775).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO.

Egentibus nostrae[a] commendationis auxilio oportet nos, in quantum ratio patitur, benigna mente praebere subsidium[b]. Proinde experientiae tuae Cyriacum et Iohannam coniugem eius praesentium portitores nostra praeceptione duximus commendandos, quatenus a nullo eos contra iustitiam opprimi vel gravari permittas. Sed ubi necesse fuerit, tuis annuente iustitia solatiis perfruantur, ut salva aequitate nostram sibi in omnibus commendationem te concurrente prodesse laetentur. Quia vero praefata femina pro eo, quod post acceptas sponsalitias arras[c] ex Iudea ad Christianam religionem conversa est, dicitur sustinere molestiam, et eandem causam iam dictam asserunt[d] et finitam, experientia tua diligenter exquirat, et si causam iudicatam agnoverit[e], nullam exinde querelam adversus suprascriptam[f] feminam ulterius quolibet modo reserpere permittat. Sed quae iudicata sunt modis omnibus conserventur, ne ob id, quod meliorem partem elegisse dinoscitur, malorum hominum controversiis quatiatur.

I, 70.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii Siculi) mandat, curet ut episcopi Siculi qui causa cum Iustino praetore prohibiti Romam die 29. Iun. non venerint, itinere desistant, quorum quosdam ad Petrum dirigit. Frumenta comparari iubet, quae mense Februario transmittantur. Naves commendatas tueatur, terras in emphyteusin concessas in utilitatem patrimonii redigat. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 70.
Edd. M: Lib. I. ep. 72; G: Lib. I. ep. 70. — Iaffé Reg. 1139 (776).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO.

Quia fratres et coepiscopos nostros in Sicilia insula commorantes ad beati Petri apostoli natalitium diem[1] convenisse voluimus, scriptis praecedentibus agnovisti[2]. Sed quia ea causa, quae cum viro magnifico[a] Iustino expraetore[3] dicitur, eorum iter interim praepedivit et quia iam tempus veniendi et redeundi non sinit, eos nolumus ante

I, 69 a) *corr. ex* nostris *r 2.* b) presidium *R 1.* c) arrhas *ed. M*; saras *ed. pr.* d) asser̄ *r 1*; asseruit *edd. G. M.* e) cognoverit *R 1, edd. G. M.* f) superscriptam *r 1.*
I, 70 a) ūm̄ *codd.*

I, 69 Per Cyriacum et Iohannam coniuges transmissa.

I, 70 1) i. e. ad diem 29. mensis Iunii. 2) Epistolam dicit I, 39 a (vide ibidem n. VII). 3) De Iustino praetore et causa eius ignota cum episcopis Siciliae cf. ep. I, 2 et not. eius 1. Per errorem librarii hoc loco Iustinus dicitur expraetor, saltem in ep. II, 30, i. e. a. 592, Iul. 5. adhuc praetor titulatur; Libertinus autem, successor eius, non ante a. 593, Mai. in epistolis memoratur.

hiemem fatigari[1]. Gregorium vero Agrigentinum[2] et Leonem Catinensem[3] et Victorem Panormitanum[4] per omnia volumus ad te[b] ante hiemem proficisci[5].

Quinquaginta vero auri libris[c] nova frumenta ab extraneis compara[6] et in Sicilia in locis, in quibus non pereant, repone[7], ut mense[d] Februario illic naves quantas possumus dirigamus et[e] eadem ad nos frumenta deferantur. Sed et si nos transmittere cessamus, ipse naves[f] provide et[g] ad nos auxiliante Domino Februario mense haec eadem frumenta transmitte[h], exceptis dumtaxat frumentis, quae nunc mense Septembrio vel Octubrio[i] iuxta consuetudinem transmitti praestolamur. Ita ergo tua experientia faciat, ut sine alicuius vexatione coloni ecclesiastici frumenta congregentur[8], quia[k] tantum hic parva nativitas[l] fuit, ut, nisi auxiliante Deo de Sicilia frumenta congregentur, fames[m] vehementer immineat. Naves vero, quae commendatae sanctae ecclesiae semper fuerunt, in omnibus tuere, ad quod tibi etiam directae[n] gloriosi viri Leonis exconsulis epistolae concurrunt[9].

Multi vero hic veniunt, qui terras aliquas vel insulas in iure ecclesiae nostrae in enphiteusin[o] [10] sibi postulant dari. Et aliquibus quidem negamus, aliquibus vero

b) nos *R 1 (?) et ed. M reluctantibus ut ait plurimis mss.* c) libras *r 2, R*1;* libras quas habes ex eis *ed. pr.;* libris quas habes *ed. G.* d) menses *r 2, ed. G.* e) ut *r 1, Ioh. diac. in Vita Gregorii Lib. II. c. 59.* f) *ita r 1. 2; corr. in* ipsis navibus *r 2;* ipsas naves *R 1.* g) et *om. r 1. 2.* h) *corr. in* transmittere *r 2.* i) Octobrio *r 1.* k) quia . . . congregentur *om. et add. postea ad marg. R 1.* l) sativitas *sec. ed. M cod. Bigotianus Ioh. diac. l. l.* m) *corr. ex* famis *r 2, R 1.* n) *corr. ex* dilecte *r 2.* o) enfuteusin *r 1;* enfiteusin *r 2;* enphiteusin *in rasura R 1;* emphyteosim *edd. G. M.*

1) Ante hiemem docta interpretatione Garnerius (ad Librum diurn. form. LXXIV. ed. Rozière p. 151) explicat ante diem Nov. 18. Tres fuisse ait annuas conventiones: in die natali SS. Petri et Pauli (29. Iun.), in dedicatione basilicae (18. Nov.), circa idus Maias. Sed et harum ratione non habita, mea quidem sententia, ante hiemem optime intellegi potest. Timuit papa tempestatum (cf. Dial. Lib. IV. c. 54) et hiemis asperitatem. Quod autem episcopi Siculi moleste tulerint quoquo tempore Romam ire, ex ep. VII, 19 satis apparet. 2) Idem Gregorius Agrigentinus (Girgenti) episcopus, si recte ep. III, 12 interpretamur, a. 592 Nov. Romae erat, quo et accusatores eius papa vocat. Ibi loco suo movisse videtur papa episcopum; utique a. 594, Nov. (ep. V, 12) Agrigentum episcopo eget et per visitatorem Petrum, episcopum Tricalitanum, administratur. Sed remotio forsitan ad tempus haud longum erat. Nempe ep. XIII, 22 (602, Dec. - 603, Ian.) iterum Gregorium quendam inter Siciliae episcopos habemus, quem Agrigentinum fuisse suspicamur. Eusanius autem Agrigentinus episcopus, cuius mentio fit ep. IV, 36 (594, Iul.) non successor, sed praedecessor erat Gregorii. 3) Leo Catinensis (Catania), ad quem paenultima registri epistola XIV, 16 (a. 604, Febr. Mart.) adhuc directa est, plurimas litteras a papa accepit. Ad diem natalem S. Petri (i. e. ad Iun. 29.) anni sequentis (i. e. anni 592) Romam venit, ut concludi potest ex ep. II, 30. In qua ep., mea sententia Iul. 5. eius anni, papa Iustino praetori Leonem falsis criminibus purgatum commendat. 4) Victor Panormitanus (Palermo) saepius in registro memoratur. Obitum eius discimus ex ep. XIII, 16 (a. 602, Nov.) qua visitator Panormitanis ordinatur. Anno 603, Iul. (ep. XIII, 40) Iohannes iam Victori successerat. 5) Ad te, id est Syracusas, ubi residebat Petrus. Mutavit ed. M haec verba, scribens ad nos, *quia ex ep. II, 33 (nostra ep. II, 30) et XI, 12 (lege III, 12 confudit editor librum et indictionem; quae item nostra est ep. III, 12) pateat, episcopos saltem Gregorium et Victorem Romam venire iussos. Contra ut supra vidimus ipsis his epistolis probari videtur ante hiemem anni 591 hos episcopos non venisse, qui nimirum per tantum tempus certe Romae retenti non sunt. A Petro autem vicario papae (cf. ep. I, 1) primum episcopi iudicari debebant. 6) Cf. quae de re frumentaria annotavi ad ep. I, 42. Hoc frumentum extraordinarium non a colonis ecclesiae, a quibus iam frumenta solita emebantur, sed ab extraneis pretio comparare iussus est Petrus. 7) Reponere iussit Gregorius haec frumenta in Sicilia, quia horrea Romana non sufficiebant, cf. ep. V, 36, et quae not. 4. 5 ad ep. I, 2 disserui. 8) Intellego, ne coloni ut vendant cogantur. 9) Cf. ep. I, 3. Probabile est Leonem exconsulem nostrae epistolae tempore iam Romae degisse. 10) Scilicet conductores, qui praedia redimere voluerunt. De emphyteusi legas, quod nuper Grisar (Haushalt der päpstl. Patrimonien, Zeitschrift für kathol. Theol. l. l. p. 540-542) docte disseruit; sed cognoscet quisque nostra lectione:*

iam concessimus. Sed tua experientia sanctae ecclesiae utilitatem conspiciat, memor, quod ante sacratissimum beati Petri apostoli corpus potestatem patrimonii eius acceperit. Et licet[p] hinc scripta decurrant, quod utilitatem patrimonii impedit, fieri nullo modo permittat, quia nec nos sine reservatione[q] aliquid dedisse reminiscimur vel dare disponimus.

I, 71.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii) per Siciliam deputat, ut possessiones ecclesiae Tauromenitanae ab Romanae ecclesiae actionariis iniuste occupatas restituat. Ad recuperandas pecunias quasdam Secundino episcopo eiusdem ecclesiae opem ferat. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 71.
Edd. M: Lib. I. ep. 73; G: Lib. I. ep. 71. — Iaffé Reg. 1140 (777).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO PER SICILIAM.

Quanto apostolicae sedi ab ecclesiis reverentia ceteris exhibetur, tanto[a] eam in earum decet esse tuitione sollicitam. Et quia domus vel fines atque possessiones Tauromenitanae[b] [1] iuri ecclesiae pertinentes dicuntur ab actionariis [2] nostrae ecclesiae contra rationis ordinem occupatae, experientiae tuae[c] huius praecepti pagina deputamus, quatenus cognita veritate, si ita est, cuncta quae occupata didiceris in antefatae ecclesiae pristina iura restituas. Quia vero pervenit ad nos vivente[d] adhuc Victorino episcopo [3] eiusdem ecclesiae perisse pecunias, ad earum[e] requisitionem te Secundino [4] fratri et coepiscopo nostro volumus praebere[f] solatia et utilitatibus eiusdem ecclesiae, in quo necessarium fuerit, salva aequitate concurrere. Ita etenim cuncta, quae in huius praecepti pagina continentur, effectui mancipare festina, ut de aequitate servata praefati episcopi relationibus informemur[g].

I, 72.

Gregorius I. papa Gennadium, exarchum et patricium Africae, ut ecclesiae hostes Donatistas subprimat, admonet. De eligendo a concilio et certa in sede constituendo primate praecipit. Episcopis concilii Numidiae in itinere Romano auxilium impendat. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 72.
Edd. M: Lib. I. ep. 74; G: Lib. I. ep. 72. — Iaffé Reg. 1141 (778).

p) libet *r 2.* q) *ita R 1;* servatione *r 2;* conservatione *ed. pr.;* ratione *r 1 et edd. G. M.*

I, 71 per Siciliam *om. edd.* a) tantum *r 1. 2.* b) Tauromotenitanę *R 1;* Tauromtenitanae *r 1:* Taurominitanae *edd. G. M.* c) *add.* praesentis *edd. G. M.* d) veniente *r 1.* e) eorum *R 1.* f) *corr. ex* prevere *R 1.* g) *pro* informemur *edd. G. M* ipse lauderis.

quia nec nos sine reservatione aliquid (in emphyteusim) dedisse reminiscimur *sententiam de hac institutione valde mutari.*

I, 71 1) Tauromenium (Taormina) Siciliae urbs inter Cataniam et Messanam sita. 2) Actionarii sive actores ecclesiarum negotia earum gerunt saecularia. Cf. ep. II, 38. 3) Victorinus, episcopus Tauromenitanus, qui Secundini praedecessor fuisse videtur, alibi non memoratur. Igitur de annis sacerdotii eius nil constat. 4) Secundinus, episcopus Tauromenitanus, cui plurimas epistolas scripsit Gregorius, ultimam (XIII, 22) 602, Dec. vel 603, Ian. (cf. et epp. IV, 17a et V, 57a), papae vitam superasse videtur.

GREGORIUS GENNADIO PATRICIO ET EXARCHO AFRICAE.

Sicut excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet eam[a] inimicis ecclesiae eius [1] omni vivacitate mentis et corporis obviare, quatenus eius ex utroque triumpho magis ac magis enitescat opinio, cum et forensibus bellis[b] adversariis catholicae ecclesiae pro[c] Christiano populo vehementer obsistitis, et ecclesiastica proelia sicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum est enim, hereticae religionis viros, si eis quod absit suppetit nocendi licentia, contra catholicam fidem vehementer insurgere, quatenus hereseos suae[d] venena ad tabefacienda si valuerint Christiani corporis membra transfundant. Cognovimus enim, eos contra catholicam ecclesiam Domino eis adversante colla subrigere et fidem velle Christiani nominis inclinare. Sed eminentia vestra conatus eorum comprimat et superbas eorum cervices iugo rectitudinis premat. Concilium vero catholicorum episcoporum [2] admoneri praecipite, ut primatem non ex ordine loci [3] postpositis vitae meritis faciat, quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed vitae melioris actio comprobatur. Ipse vero primas non[e] passim sicut moris est per villas, sed in una iuxta eorum electionem civitate resideat [4], quatenus adeptae dignitatis meliori genio[f] [5] resistendi Donatistis possibilitas disponatur. Ex concilio vero Numidiae [6], si qui desideraverint[g] ad apostolicam sedem venire, permittite, et quilibet eorum viae contradicere voluerit, obviate. Magna[h] profecto excellentiae vestrae apud Creatorem gloria proficit, si per eam dispersarum ecclesiarum potuerit societas restaurari. Cum enim largita munera ad nominis sui conspicit gloriam revocari, tanto largiora tribuit, quanto per eum[i] religionis suae dignitatem viderit ampliari.

I, 72 a) etiam *r 1.* b) bellis et *R 1.* c) *add. alia m.* pro *R 1;* pro ecclesiae *r 1.* d) *om. R 1.* e) vero non primas non *r 1.* f) *corr. in* ingenio *r 1, R 1;* ingenio *edd. pr. G.* g) si quis desideraverit *R 1.* h) magno profectu *ed. M, quae citat pro sua lectione Vatic. D. Corb. Norm. Rem. Nescio an recte.* i) ea *edd. G. M.*

I, 72 De Gennadio cf. ep. I, 59. Epistola haec una cum epp. I, 73-75 per Hilarum chartularium transmissa videtur, qui (cf. ep. I, 75) nunc expleto itinere Romano in Africam reversus est. *1) De Donatistis loquitur papa, quorum haeresim et infra ep. I, 75 et saepius detestatur (cf. e. g. epp. II, 46. IV, 32. V, 3).* *2) Plura concilia, cum singulae Africae provinciae habeant singulos primates sine dubio intellegit papa. Cf. ep. I, 75, in qua episcopis Numidiae de primate proprio scribit papa, et not. seq.* *3) Haud recte editores hunc locum ad 'ordinationis antiquitatem' referunt; quam interpretationem Leo IX. quidem (in ep. Iaffé Reg. 3268 Migne tom. 143 p. 731) confirmat, scribens ut Alteserra p. 65 primus docuit:* In singulis (Africae) provinciis antiquitus primates instituebantur, non secundum potentiam alicuius civitatis, sed secundum tempus suae ordinationis, quibus tamen omnibus praeerat unus scilicet Carthaginensis archiepiscopus, qui etiam non incongrue dici potest metropolitanus propter Carthaginem metropolim totius Africae *cet. Sed non video, quomodo verba* ex ordine loci *ita intellegi possint, cum ea antecedant haec alia* quoniam non gradus elegantior comprobatur. *Neque ep. I, 75 de ordinationis tempore agit. Erant autem, ut ex his epistolis apparet, sedes episcopales singularum Africae provinciarum secundum dignitatis certum gradum ordinatae.* *4) Hic et aliis locis docemur, Gregorii tempore episcopos quosdam non certam sedem retinuisse. Cf. ep. VI, 23, qua papa interdicit Amalfitano episcopo* foris per diversa loca vagari, ne alii episcopi exemplum eius sequentes castrum relinquant et foris magis eligant habitare. *Ita et in cautione episcopi (Lib. diurn. n. LXXIV.) episcopus promittit* per diversas provincias aut civitates non discurrere, quatenus ecclesiam suam videatur sine qualibet occasione deserere. *5)* genius, geniare *vox et in Cassiodori Variis (cf. VI, 5. 12. 20) valde usitata.* *6) Numidici episcopi tunc concilium celebraverunt ut videtur, quibus ita adunatis ep. I, 75 est scripta. Quo in concilio forsitan de primate agebatur.*

Persolventes[k] praeterea paternae caritatis affectum Dominum petimus, qui[l] brachium vestrum ad comprimendos[m] hostes forte[n] efficiat[o], et mentem eius[p] fidei zelo velut mucronem gladii vibrantis exacuat[q].

I. 73.

Gregorius I. papa Gennadio, patricio et exarcho Africae, de victoriis gratulatur et gratias agit, quod patrimonio S. Petri beneficia contulerit. Hilarum notarium suum commendat. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 73.
Edd. M: Lib. I. ep. 75; G: Lib. I. ep. 73. — Iaffé Reg. 1142 (779).

GREGORIUS GENNADIO PATRICIO ET EXARCHO PER AFRICAM.

Si non ex fidei merito et Christianae religionis gratia tanta excellentiae vestrae bellicorum actuum prosperitas eveniret, non summopere miranda fuerant[a], cum sciamus, haec etiam antiquis bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cum futuras Deo largiente victorias non carnali providentia, sed magis orationibus praevenitis, fit, ut hoc in stuporem[b] veniat, quod gloria vestra non terreno consilio, sed Deo desuper largiente descendat. Ubi enim meritorum vestrorum loquax non discurrit[c] opinio? Quae et bella vos frequenter appetere non desiderio fundendi sanguinis, sed dilatandae causa rei publicae, in qua Deum coli conspicimus, loquitur[d], quatenus Christi nomen per subditas gentes fidei praedicatione circumquaque discurrat[e]. Sicut enim exteriora vos virtutum opera eminentes in hac vita constituunt, ita et interna morum ornamenta ex corde mundo procedentia in futura vita[f] caelesti[g] gaudiorum participatione glorificant. Plurima[h] enim pro pascendis ovibus beati Petri apostolorum principis utilitatibus[i] excellentiam vestram praestitisse didicimus, ita ut non parva loca patrimonii eius propriis nudata cultoribus largitis daticiorum[k] habitatoribus[1] restaurasset. Quaeque hic illi christianissima mente confertis, horum retributionem per spem futuro iudicio sustinetis. Quamobrem praesentium quoque latorem Hilarum[l] notarium[m] [2] eminentiae vestrae iudicavimus commendandum, ut in his, quae sibi necessaria iustitia tamen praeeunte suggesserit, solitum ei impendatis affectum.

k) praesolventes *R 1, r 1.* l) *corr. in* quo *r 2, in* ut *R 1:* quo *edd. pr. G.* m) comprimendas *r 1.* n) fortem *r 1; (erad.* et) forte *R 1.* o) (et *erad.*) faciat *R 1.* p) *ita r 1. 2, R* 1, ed. pr.;* vestram *suprascr. R 1.* q) exacuet *r 1. 2, R* 1.*

I, 73 a) fuerat *ed. G, quae lectio reluctantibus licet codd. an non accipienda sit, dubito.* b) stupore *R 1.* c) discurrat *R 1.* d) loqueretur *codd. et ed. pr. Scribimus cum edd. G. M* loquitur. e) discurrere *r 1. 2, R 1, corr. in* discurreret *r 2, R 1;* discurret *ed. pr.* f) in futuram vitam *R 1, ed. G;* in futuram *r 1. 2, R*1;* in futura *edd. pr. M.* g) *ita r 1. 2; corr. in* caelestium *R 1;* caelestium *edd.* h) *corr. in* plurimas *r 2.* i) *corr. in* utilitates *r 2.* k) datitiorum *edd. G. M;* datitiis *sec. ed. M Becc.;* adaciorum *ed. pr.;* dacorum *Gratiani Decr. C. XXIII. qu. 4. c. 49 (vide quas Friedberg in ed. novissima adnotat lectiones varias:* datorum *et* clericorum); Daratitiorum *in varia lectione notat Binius in Conciliorum collectione I, 743.* l) Hylarium *R*1;* Hilarium *edd. pr. et G.* m) *ita scripsi (cf. ep. I, 82);* nomine *r 1. 2 (corr. ex* none *r 1) edd. pr. et G; om.* nomine *R 1, ed. M.*

I, 73 Epistola per Hilarum chartularium transmissa. De Gennadio cf. ep. I, 59. 1) *De* daticiorum habitatoribus *ut iam ex varia lectione quodammodo apparet multum fabulati sunt editores, referentes eos ad regionem Dara aut Darath, ita ut lectionem Daratitiorum praetulerint. Sed recte iam Alteserra p. 65 vocem datitiorum a deditiis derivat. Datitia autem praedia sunt concessa datitiis ad colendum: et datitius aut deditius dictus est quilibet barbarus, qui se Romanis dederat. Vide Du Cange.* 2) *Hilarus, qui ad res pauperum curandas (cf. ep. I, 74) Africam profectus est (iam sub Pelagio II. papa eum in Africa fuisse*

Persolventes autem paternae caritatis alloquium, petimus dominum salvatoremque nostrum, qui eminentiam vestram pro solatio sanctae rei publicae misericorditer protegat et ad dilatandum per finitimas gentes nomen eius magis magisque brachii sui firmitate confortet.

I, 74.

Gregorius I. papa Gaudioso, magistro militum Africae, commendat (Hilarum notarium vel chartularium suum) quem ad ordinandas res pauperum direxerit. 591, Aug.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 74.

Edd. M: Lib. I. ep. 76; G: Lib. I. ep. 74. — Iaffé Reg. 1143 (780).

GREGORIUS GAUDIOSO MAGISTRO MILITUM AFRICAE.

Sicut lucernae lumen per collimitantia quoque[a] quod[b] lucet loca diffunditur, ita cuiuslibet personae bonorum actuum probitas non solum quo degit, sed per diversas provincias fama loquente cognoscitur, ut quoniam praesentiae nulla potest inesse notitia, hoc discursus opinionis efficiat, quod rei veritas per praesentiam poterat exhibere. Didicimus enim, diversos iudices, qui ad administrandam[c] Africam provinciam diriguntur, summa gloriam vestram familiaritate diligere. Quod non procederet, nisi apud eosdem iudices mentis[d] eius sinceritas appareret, ut adeptam administrationem consilii vestri participatione disponerent. Ex quo[e] maximas Domino gratias referimus, cum tales habere proprios provincias habitatores agnoscimus, qui ingenita nobilitate polleant et potentibus viris adhaereant provincialibusque suis ad remedium, adepta temporum opportunitate, consistant.

Persolventes itaque paternae caritatis affectum praesentium latorem[1], quem illic ad ordinandas res pauperum direximus, vestrae gloriae commendamus, quatenus eis quo necesse fuerint[f] solatia[g] salva iustitia tribuatis. Oro autem Dominum, qui[h] vitam vestram in omni bono custodiat actusque vestros misericordiae suae dono disponat.

I, 74 Magistro militum compendio scribunt: MAMT *r 1;* ma. mt. *r 2;* maml. *R 1 (quo fit, ut legant sec. ed. M* manenti *duo Vatic.);* Manterne episcopo A. *R*1;* Anuturno episcopo *ed. pr.* a) quaeque *r 1, edd. G. M.* b) *ita codd.;* quo *edd.* c) ministrandam *R 1, edd. G. M.* d) menti *r 1. 2;* mentisinceritas *(suprascr.* eius*) R 1.* e) et quo *r 1. 2 (corr. in* ex quo *r 2);* et quidem *edd. G. M.* f) fuit *ed. pr.;* ei quae necessaria fuerint *ed. G;* ei in quo necesse fuerit *ed. M.* g) *om.* solatia *edd. G. M.* h) *corr. in* quo *r 2.*

ex ep. I, 75 discimus), excepto epistolae IX, 132 titulo semper dicitur in Gregorii registro chartularius. Sed eodem officio functi sunt ecclesiae notarius et chartularius, ita ut promiscue ambo verba adhibeantur (cf. epp. XIII, 22. 23, ubi Hadrianus et epp. IX, 38. XIII, 37, ubi Salerius modo notarii *modo* chartularii *dicti sunt). Hilarum igitur merito notarium nominat Iohannes diac. in Vita Gregori I. Lib. II. c. 53, inter rectores patrimoniorum et* Hilarium notarium Germaniciani *numerans. (Germaniciam non longe ab Hippone sitam fuisse per Augustini ep. 251 probant Maurini in not. c. ad ep. I, 76 ordinis eorum; ita et in Notitia prov. Africae MG. SS. antiq. III, 1 p. 66 Germaniensis episc. inter Numidicos profertur.) Quae cum ita sint non dubito lectionem valde suspectam* nomine *(ut infra ep. I, 82* monachum) *in* notarium *mutare.*

I, 74 Transmissa per Hilarum notarium. Gaudiosi alibi non fit memoria. Erat autem magister militum sub exarcho summus rei militaris magistratus, ita ut rei civilis praefectus praetorio. 1) *Scilicet Hilarum, de quo cf. ep. I, 73 not. 2.*

I. 75.

Gregorius I. papa universis episcopis Numidiae, qui per Hilarum chartularium petierant, ut veteres consuetudines de primate constituendo aliasque confirmet, obsequitur. Sed ne ex Donatistis eligatur prohibet. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 75.
Edd. M: Lib. I. ep. 77; G: Lib. I. ep. 75. — Iaffé Reg. 1144 (781).

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS NUMIDIAE.

Si quando, karissimi in Christo fratres, inter virentes segetes zizaniorum quaedam se infert inportuna commixtio, hanc radicitus necesse est cultoris manus adimat, ne futurus secundae segetis fructus possit intercipi. Et nos ergo, qui licet indigni Dominici culturam agri suscepimus, ab omni zizaniorum scandalo ingenuam reddere segetem festinemus[a], quatenus ager Domino[b] reditu abundantiori fructificet[c]. Petistis etenim per Hilarum chartularium nostrum a beatae memoriae decessore nostro, ut omnes vobis retro temporum consuetudines servarentur, quas[d] a beati Petri apostolorum principis ordinationum initiis hactenus vetustas longa servavit[e]. Et nos quidem iuxta seriem relationis vestrae consuetudinem, quae tamen contra fidem catholicam nihil usurpari[f] dinoscitur, immotam permanere concedimus, sive de primatibus constituendis, ceterisque capitulis: exceptis his, qui ex Donatistis ad episcopatum perveniunt, quos provehi ad primatus dignitatem, etiam cum ordo [1] eos ad locum eundem deferat, modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis, commissae[g] sibi plebis[h] tantummodo curam gerere, non autem etiam illos antistites, quos catholica fides in ecclesiae sinu et[i] edocuit et genuit, ad optinendi culmen primatus anteire. Vos ergo, fratres karissimi, admonitiones nostras zelo caritatis Dominicae praevenite, scientes, quod districtus iudex ad examinandum[k] deducturus est cuncta quae gerimus et unumquemque nostrum non ex praerogativa sublimioris gradus, sed ex operum meritis approbabit[l]. Quaeso ergo vosmetipsos invicem alterna in Christo pace diligite et hereticis vel inimicis ecclesiae uno cordis intuitu obviate. Proximorum[m] animabus estote solliciti, ad fidem quos valetis praedicatione caritatis praetenso etiam terrore futuri iudicii suadete, quoniam pastores constituti estis et Dominus gregum ab his quibus commisit pastoribus, fructum multiplicati gregis expectat[n]. Qui si proprii gregis augmentum adhibito studio diligentiori prospexerit, multiplicibus profecto nos[o] caelestis regni muneribus decorabit.

Persolvens praeterea fraternae dilectionis alloquium oro Dominum, qui[p] vos animarum pastores quos[q] elegit ante se dignos efficiat et hic actus vestros[r], quos in futura vita digne suscipiat, ipse disponat.

I, 75 a) festinamus *r 2, R* 1, ed. pr.* b) agri Domino *r 1. 2; sic in ras. R 1; corr. in* ager Domini *r 2;* ager Domini *et edd.* c) fructificent *r 1.* d) quae *r 1. 2; R 1, R*1 ed. pr.* e) servabit *R 1.* f) usurpare *edd.* g) commissas *r 2.* h) plebes *r 1. 2.* i) *ras. delet* et *R 1.* k) *ita corr. ex* examinandam *r 2;* examinanda *R 1, ed. pr.* l) *corr. ex* approbavit *R 1;* adprobabit *r 2.* m) de proximorum *edd. G. M.* n) spectat *r 2.* o) *corr. in* vos *R 1;* vos *edd. G. M.* p) *corr. in* ut *r 2.* q) quos *om. R 1.* r) nostros (*corr. in* vestros) *R*1;* nostros *edd.*

I, 75 Transmissa per Hilarum notarium. Episcopi Numidiae, ut supra conieci (ep. I, 72 not. 6), in concilio hoc tempore coniuncti erant. 1) *Cf. quae monui ad ep. I, 72 not. 3.*

I, 76.

Gregorius I. papa Leoni episcopo in Corsica visitationem ecclesiae Saonensis iniungit. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 76.
Edd. M: Lib. I. ep. 78; G: Lib. I. ep. 76. — Iaffé Reg. 1145 (782).

GREGORIUS LEONI EPISCOPO IN CORSICA.

Pastoralis nos cura constringit, ecclesiae sacerdotis moderamine destitutae sollicita consideratione concurrere. Et quoniam ecclesiam Saonensem[a] [1] annos[b] plurimos, obeunte eius pontifice, omnino destitutam agnovimus, fraternitati tuae visitationis eius operam duximus iniungendam[c], quatenus tuis dispositionibus eius possit utilitas profligari. In qua etiam ecclesia[d] vel eius parroechiis diacones atque presbyteros tibi concedimus ordinandi licentiam. De quibus tamen tui sit studii diligentius perscrutari, ut eorum personae sacris[e] nullo modo canonibus respuantur. Sed quos fraternitas tua tanto ministerio dignos perspexerit eorumque mores et actus huic ordinationi concordare cognoverit, eos auctoritatis nostrae permissione ad praedictum promoveat[f] licenter officium. Cunctis igitur te[g] rebus superscriptae[h] ecclesiae ut proprium volumus uti pontificem [2], usque ad secundam nostram epistolam. Ita in his omnibus diligens ac esto[i] sollicitus, ut tua dispensatione utilitates ecclesiasticae salubriter modis omnibus Deo valeant auctore disponi.

I, 77.

Gregorius I. papa Martinum, episcopum quondam Tainatis ecclesiae in Corsica, Aleriensem episcopum constituit. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 77.
Edd. M: Lib. I. ep. 79; G: Lib. I. ep. 77. — Iaffé Reg. 1146 (783).

GREGORIUS MARTINO EPISCOPO IN CORSICA.

Iusta poscentibus aurem nos oportet benivolam commodare, quatenus et petentes remedia sperata repperiant et ecclesiae non desit sollicitudo pastoris. Et quoniam ecclesia Tainatis[a], in qua dudum fuerat honore sacerdotali tua fraternitas decorata, ita est delictis facientibus hostili feritate [1] occupata atque diruta, ut illuc[b] ulterius

I, 76 a) Harnensem *sec. ed. M Vaticani A. B. C. D;* Sajonensem *Turon.;* Scionensem *ed. pr.;* Aleriensem *ed. G.* b) ante annos *edd. G. M.* c) iniungendum *R 1.* d) ecclesiam *r 2.* e) a sacris *edd. G. M.* f) *corr. ex* promovehat *r 2;* promovebit *R 1.* g) *om.* te *codd.; solus suprascr.* te *R 3.* h) sancte *corr. in* eiusdem *R 3.* i) *corr. in* adesto *R 1;* adesto *et R 3, ubi additur* et.

I, 77 a) ecclesiam Tainatem *r 1. 2;* Taina *(sequitur ras. unius litt.)* tis *R 1;* Taitanis, Tainates, Tainatissam *Vatic. sec. ed. M;* Tanatem *ed. M;* Taminata *R*1, ed. pr.;* Tamitana *ed. G annotans in plurimis mss. et apud Ioh. diac. (Lib. III, c. 15 Vitae Gregorii I. ubi in ed. M* Tamitana) *legi* Taitana. b) illic *r 1, ed. pr.*

I, 76 Abhorret a formula de instituendo visitatore a Gregorio in epp. I, 15. 51 adhibita. Ad nostrum autem exemplar etiam respiciunt epp. II, 37. VI, 21. IX, 139. 140. — Leonis sedem neque hic neque ex ep. I, 79 comperimus. In reliquis epistolis eius non fit memoria. 1) Saona Corsicae urbs, ab Ajaccio ad meridiem sita; hodie diruta. Series episcoporum ante a. 1123, Gamsio teste, ignota est. 2) Cf. ep. I, 77 not. 3.

I, 77 Martini episcopi sedis Tainatis nullam famam aliunde accepimus. De Martino cf. et ep. I, 79. Paucis annis post e vita exiit. Vide infra notam 2. 1) Qui fuerint hostes, nisi forte insulae barbarae ipsius gentes ignoramus. Langobardos nempe Corsicam tunc invasisse in annalibus non refertur. Sed

spes remeandi nulla remanserit, in ecclesiam te Alirensem[c][2], quae iam diu pontificis est auxilio destituta, cardinalem secundum petitionis tuae modum hac auctoritate constituimus sine dubio sacerdotem[3]. Ita ergo studio vigilanti cum Dei timore[d] secundum canonum praecepta cuncta dispone vel ordina, ut et fraternitas tua suis desideriis se gaudeat fuisse potitam et ecclesia Dei alterno gaudio repleatur cardinalem te suscepisse pontificem.

I, 78.

Gregorius I. papa clerum, ordinem et plebem Meraniensem adhortatur ad eligendum episcopum. Ecclesiae curam interim se Honorato presbytero commisisse nuntiat.

591, Aug.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 78.
Edd. M: Lib. I. ep. 81; G: Lib. I. ep. 78. — Iaffé Reg. 1148 (785).

GREGORIUS CLERO ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI MEVIANENSIS ECCLESIAE.

Quotiens res aliqua pluribus agenda committitur, dum quisque dissentit ab altero, dispendiis potius quam utilitatibus aditus reseratur. Quod nos providentes, ne hoc vestrae contingere possit[a] ecclesiae, eius curam utilitatesque Honorato presbytero ad praesens committendas elegimus, quatenus res utilitatesque ecclesiae per eum et procurari valeant et modis omnibus custodiri. Ideoque dilectionem vestram scriptis praesentibus adhortamur, quatenus ut vobis possit ordinari sacerdos invicem vestrae voluntatis in unius digna electione concordet adsensus nec amplius Dei ecclesiam officio patiamini vacare pontificis. Quousque[b] vero ecclesiae ipsi sacerdos fuerit ordinandus, omnem suprascripto[c] presbitero sicut diximus, sollicitudinis eius curam commisimus. Ita ergo vestra se[d] dilectio in his omnibus exhibere festinet, ut amorem vos ecclesiae habere pronae devotio mentis ostendat.

---

c) ecclesia Aleriensi *ed. G;* ecclesia Saonensi *ed. M.* d) *ita R 1;* amore *ceteri codd. et edd.*

I, 78 in titulo: blebi *r 1. 2.* — consist. *compend. codd. praeter R*1;* consistentibus *R*1 et ed. M;* universis *ed. pr.* — Mevianensis ecclesiae *r 1. 2, R 1 et teste ed. G in pluribus codd.;* Mevaniensi *ed. M;* Vianensi *R*1;* Viennensis *ed. pr.;* Vivaniensis *ed. G;* Eutinaesi *sec. ed. M in Colb.* a) posset *R 1.* b) *suprascr. ante quousque* et *r 2.* c) ssto. *r 1. 2 (explicat* supradicto *r 1;* superscripto *r 2);* supra *(et corr.* supraso) *R 1;* supradicto *edd. G. M;* praefato *ed. pr.* d) *om.* se *r 1. 2.*

cf. ep. IX, 195, in qua papa contra secundam invasionem Langobardorum in Sardinia insula Caralim aliaque loca praemuniri iubet. Fieri potuit ut prima invasio et Corsicam insulam attigisset.

2) *Aleria urbs in ora occidentali Corsicae a Cervione ad meridiem versa, hodie excisa. Iam a. 596, Ian. Petrum episcopum Aleriensem (ep. VI, 22) invenimus. Sed episcopium iterum iam diu orbatum esse queritur a. 601, Aug. papa in ep. XI, 58.* 3) Cardinalem sacerdotem *aut* pontificem *(vide infra lin. 6) idem significare ac* proprium pontificem *probant epp. I, 76. II, 48. III, 20 cet., ubi* proprius *et epp. I, 79. II, 37. III, 13 cet., ubi* cardinalis *eodem modo dicitur (cf. et ep. II, 12* cardinalem episcopum); *item* cardinalem et proprium sacerdotem *quendam dicit Gregorius in ep. III, 24 (ita et Gelasius I. papa in Jaffé Reg. ed. 2. n. 679. 680).* Incardinatus *in ecclesia autem dicitur primo loco ordinatus. Cf. Baluzii notam ad Libri diurni Form. VIII. ed. Rozière p. 33. et Gussanvillei notam 5 ad ep. eius ordinis I, 15.*

I, 78 Mevania urbs Umbriae ad flumen Clitumnum sita, hodie Bevagna. Nondum hoc tempore in manibus Langobardorum fuisse videtur. Contra cf. Beretta in Muratori SS. Rer. It. X. p. CCXIV. et Savigny Gesch. des Röm. Rechts im MA. I, 483. Visitationem Meraniensis ecclesiae a. 597, Iun. Chrysanthus Spoletinus episcopus habuit. Cf. ep. IX, 166.

I, 79.

Gregorius I. papa in duabus epistolis clero et nobilibus Corsicae nuntiat, se Martinum episcopum Aleriensem et Leonem visitatorem ecclesiae Saonensis constituisse.

591, Aug.

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 79.
Edd. M: Lib. I. ep. 80: G: Lib. I. ep. 79. — Iaffé Reg. 1147 (784).

GREGORIUS CLERO NOBILIBUS CORSICAE A PARI DUAS.

Et si vos multo iam tempore sine pontifice esse Dei ecclesiam[a] non doletis, nos tamen de eius regimine cogitare et suscepti cura compellit officii et vestrae quamplurimum caritas dilectionis adstringit[b], scientes, quod in eius gubernationibus animarum vestrarum simul consistat utilitas. Nam si gregi pastoris cura defuerit, facile laqueos insidiatoris incurrit. Ea de re, quoniam ecclesia

Alarensis[c] sacerdotis diu est auxilio destituta, necessario[d] duximus, Martinum fratrem et coepiscopum nostrum ibidem cardinalem consistere[e] sacerdotem[f] [1].	Saonensis[c] sacerdotis diu est auxilio destituta necessario[d] duximus, Leoni fratri et coepiscopo nostro eius operam visitationis iniungere. Cui etiam in ea paroechiisque ipsius presbyteros atque diacones concessimus ordinandi licentiam, eumque rebus eius, quousque illic fuerit, ut proprium pontificem uti permisimus. Ideoque scriptis praesentibus admonemus, uti praefatum visitatorem caritas vestra cum omni devotione suscipiat eique[g] oboedientiam in his quae rationi conveniunt sicut ecclesiae decet filios exhibete, quatenus omnia, quae ad utilitatem superscriptae pertinere cognoscitis[h] ecclesiae, vestra valeat devotione suffultus implere.

I, 80.

Gregorius I. papa Laurentium episcopum Mediolanensem hortatur, ut mittat cum quo de pecunia ex patrimonii Siciliae exactione ab eo requisita definiatur. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 80.
Edd. M: Lib. I. ep. 82; G: Lib. I. ep. 80. — Iaffé Reg. 1149 (786).

I, 79 in titulo: clero ordini et nobilibus *ed. pr. — corr. in* a paribus *r 2; om.* a pari duas *R 3, ed. pr.;* a paribus *edd. G. M.* a) Dei ecclesia *corr. in* in Dei ecclesia *r 2.* b) astringit *R 3;* astringat *R 1.* c) ecclesia Alarensis Sonanensis *codd.; sed* Alarensis *corr. in* Alirensis *r 2;* Arasensis *R*1, ed. pr;* Sonasausis *R*1;* Soanausis *ed. pr.; om.* Alarensis *ed. M; om.* Saonensis *et scribit* Aleriensis *ed. G.* d) necessarium *edd. G. M.* e) constituere *edd.* f) *sequitur in codd.* Leoni fratri *cet. ut in secunda columna posuimus;* Leoni vero *r 1, edd. G. M;* et Leoni *r 2; post* Leoni *add. manu alia* autem *R 3. Transposuimus nos* Saonensis *ex priori loco (cf. notam c) et iteravimus verba* sacerdotis . . . duximus *quae si desunt epistola intellegi non potest.* g) cuique *R 1, ed. pr.* h) *ita R 1;* cognoscitur *r 1. 2;* cognoscuntur *edd.*

I, 79 Nota a pari duas *hic aperte docet singulas missas esse epistolas, quas librarius inepte contraxit, adiciens uni decreto verba alterius, quae in concepto sine dubio ad marginem eius adscripta erant; cf. quae dixi ad ep. I, 24 in nota. Itaque et typographice verba utrique epistolae propria per columnas distinxi. Codices autem et editiones hanc rem minime cognoverunt. — Miramur in titulo plebem praeter usum esse omissam. Sed cf. epp. VI, 26. X, 19. — Quae hic Corsis nuntiat pontifex singulatim in epp. I, 76. 77 decreverat.* 1) *De sacerdote cardinali cf. ep. I, 77 not. 3.*

I, 80 Transmissa Genuam ubi episcopi Mediolanenses inde ab illo tempore, quo Langobardi Mediolanum invaserant (a. 569, Sept. cf. Pauli diac. Hist. Langob. II, 25), cum magna parte cleri sui (cf. infra ep. III, 30) residebant. — Laurentius Mediolanensis huius nominis secundus episcopus ut Gams docet annis 573, Ian. 22 — 592. Aug. 21. sedit. Ex registro discimus certe eum a. 593, Mart. e vita iam decessisse (ep. III, 26).

GREGORIUS LAURENTIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Scripta fraternitatis vestrae suscipiens gratias omnipotenti Deo retuli, qui desiderabili me sospitatis eius nuntio relevavit. Quod autem perhibetis, ab exactione[a] patrimonii Siciliae provinciae[1] iuri sanctae cui Deo auctore[b] praesidetis ecclesiae certam redhiberi pecuniae quantitatem, pro eo quod ab actoribus sanctae Romanae ecclesiae illo in tempore patrimonii ecclesiae vestrae celebrabatur exactio[2], necessarium fuerit[c], iuxta tenorem scriptorum a vobis directorum acceptarum inlatarumque pecuniarum summam inspicere et totius ratiocinii meritum subtiliter indagare. Quibus perspectis nihil a sancta Romana ecclesia ecclesiae vestrae allegatum est redhiberi. Sed quia dum Constantius diaconus vester[3] ad ea quae obiecta a nostris fuerant aliud allegavit, examen negotii venit in dubium, quod subtilius poterat ventilari, si persona existeret, cum qua definiri aliquid stabiliter potuisset. Proinde necesse est, ut sanctitas vestra hac de re personam instituat, cum qua Romana ecclesia aliquid debeat solide definire, ut sive nihil debet ex iudicio pateat, seu si quid[d] debet[e] et restituit[f], persona quam instituitis securitatem sollemniter emittat.

I, 81.

Gregorius I. papa Ianuario, archiepiscopo Caralitano, mandat, ut Liberatum diaconum ambitione inflatum ultimum inter diacones constituat, quem sine episcopi cessione non incardinet. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 81.
Edd. M: Lib. I. ep. 83; G: Lib. I. ep. 81. — Iaffé Reg. 1150 (787).

GREGORIUS IANUARIO ARCHIEPISCOPO CARALIS SARDINIAE.

Scriptis tuis cor nostrum laetificasse dinosceris, quod te mandatorum nostrorum memorem fuisse testatus es. Et quia memoriter retinemus ea, quae nos fraternitati tuae mandasse commemoras, quemadmodum disponendum sit, ubi voluntatis nostrae expectatur auctoritas, scriptis breviter praesentibus respondemus. Liberatus igitur, de quo nobis tua fraternitas indicavit, qui diaconii fungi perhibetur officio, si a decessore tuo non factus est cardinalis[1], ordinatis a te diaconibus nulla debet ratione praeponi, ne eos, quos consecrando probasse cognosceris, reprobare supponendo quodam modo videaris. Praedictum itaque Liberatum, quem reprimendus ambitionis inflat

I, 80 versus 4 post titulum vacuos relinquit r 2. a) ob exactionem *R 1.* b) auctore *om. r 1. 2.* c) fuit *edd. G. M.* d) si quid *emendari ex* aliquid *ut codd. et edd.* e) debuit *edd. pr. M.* f) (*om.* et) restituat *ed. G;* et restituet *ed. pr.*

I, 81 in titulo: Caralus *r 2;* Caralli *R 1.*

1) *De hoc patrimonio Mediolanensi in Sicilia vide Cassiodori Varias II, 29, ubi Theodoricus rex Adilae senatori permotus petitione Eustorgii episcopi Mediolanensis cc. a. 504 praecipit,* ut praediis vel hominibus illius ecclesiae intra Siciliam constitutis tuitionem praestet. *Idem patrimonium habes in Gregorii ep. XI, 6:* quia unde possunt alimenta sancto Ambrosio servientibus clericis ministrari nihil in hostium locis sed in Sicilia et in aliis reipublicae partibus consistit. 2) *Primo forsitan invasionis Langobardicae tempore.* 3) *Idem esse videtur Constantius hic ac successor Laurentii. Cf. ep. III, 29, in qua eligendus in episcopatum Constantius* diaconus Mediolanensis *vocatur.*

I, 81 De Ianuario archiepiscopo cf. ep. I, 60. 1) *Diaconus cardinalis est archidiaconus aut qui primus est ordinis diaconorum; cf. supra not. 3 ad ep. I, 77.*

spiritus, omni[a] instantia ab intentus[b] sui pravitate compesce et ultimum inter diacones stare constitue, ne dum se inlicite praeferri contendit, inmeritus loco[c] in quo nunc situs est iudicetur. Cuius tamen si oboedientia fueris invitatus et eum post haec facere cardinalem volueris, nisi pontificis sui cessionem[d] sollemni more meruerit, abstinendum ab eius[e] incardinatione memineris; quoniam aequitati convenire non ambigis, ut aliis servare non differas, quod ipse quoque tibi servari desideras.

I, 82.

Gregorius I. papa Hilaro notario Africae iniungit, ut Argentium, episcopum Lamigensem, concilio coacto variorum criminum rationem reposcat. *591, Aug.*

Codd. R et r: Indictio IX. cap. 82.
Edd. M: Lib. I. ep. 84; G: Lib. I. ep. 82. — Jaffé Reg. 1151 (788).

GREGORIUS HILARO NOTARIO AFRICAE.

Felicissimus atque Vincentius diacones ecclesiae Lamigensis[1] oblata petitione quae tenetur in subditis suggesserunt[a], ab Argentio eiusdem civitatis episcopo gravem se iniustitiam pertulisse et accepto praemio Donatistas in ecclesiis fuisse praepositos, eumque inter alia non leve aliud facinus quod dici nefas est commisisse commemorant. Propterea experientiae tuae praesentis praecepti pagina duximus iniungendum, quatenus praefatum episcopum idoneae satisdationi[b] committere non ommittas tuaque instantia in locis illis fiat ex more concilium et omnia secundum oblatae textum petitionis canonice corampositis partibus subtili indagatione perquirant[c]. Et quaecumque eorum fuerint iudicio terminata, te exequente modis omnibus compleantur. Ita ergo cum omni te vivacitate huic causae volumus praebere instantiam, ut ad examinanda quae iussimus nulla possit subnecti dilatio[d], sciturus non in levem te offensam incurrere, si nostra fuerit quacumque excusatione lentata[e] praeceptio.

---

a) cum *R 1.* b) intentus *cf. ep. I, 45 p. 72 lin. 6.* c) locum *r 1. 2;* locci *R 1.* d) *corr. in* concessionem *R 1;* concessionem *et ed. G.* e) omni *edd. G. M.*

I, 82 in titulo: Hilario *R*1, edd. pr. G.* — monacho Africae *codd. et edd.* Notario *scribendum puto, (cf. sigla* notarium *in* nomine *corrupta in ep. I, 73 not. m).* a) subgesserunt *R 1.* b) *ita r 2; corr. in* satisfationi *R 1;* satisfactioni *r 1 et edd.* c) perquirantur *R 1, edd. G. M.* d) *corr. ex* latio *R 1.* e) *corr. ex* lenta *R 1, r 2;* lenta *et r 1.*

I, 82 De Hilaro chartulario seu notario et rectore patrimonii per Africam vide not. 2 ad ep. I, 73. Cuius officium et in nostra epistola experientiae *titulo (lin. 16) aperte indicatur. Necessario igitur inscriptionem codicum ineptam mutavimus.* 1) *Quae sit Lamigensis ecclesia incertum est, cum duos episcopos diversarum sedium* Lamiggigensium (*sine dubio idem ac* Lamigensium) *proferat in provincia Numidia Notitia prov. Afric. (MG. SS. antiq. III, 1 p. 66). Cf. etiam Africam christianam (ed. Morcelli I, 197, Brixiae 1816), ubi habes simili nomine Recargentium Lamigensem episcopum, qui cum Donatistis anno 411 collationem Carthaginiensem celebravit.*

IN NOMINE DOMINI.

MENSE SEPTEMBRIO INDICTIONE X.

II, 1.

Narratio de depositione Laurentii archidiaconi et promotione Honorati.

591, Sept.

Codd. R et r: Indictio X. sine numero ante cap. 1.
Edd. M: Append. 2; G: Lib. II. Ind. X. sine numero ante ep. 1.

Temporibus papae Gregorii[a], consulatu[b] Mauricii augusti anno septimo[1] depositus est Laurentius, qui primus fuerat[c] in ordine diaconii sedis apostolicae, propter superbiam et mala sua quae tacenda duximus. Et factus est archidiaconus Honoratus[2] coram omnibus presbyteris, diaconibus, notariis atque[d] subdiaconibus[e], vel cuncto clero in Basilica Aurea[3].

II, 1 a) domni Gregorii papae *R*1.* b) *ita R 1, r 1;* consul. (*compend., quod in margine interpretatur* consulatu) *r 2;* consulatus *edd. G. M.* c) *ita R 1; om.* fuerat *r 1. 2, sed add.* erat *m. secunda r 2;* fuit *R*1.* d) *ita R 1;* notariisque *r 1. 2;* notariis subdiaconibusque *R*1.* e) subdiaconis *r 1. 2, sed corr. in* subdiaconibus *r 2.*

II, 1 Utrum ea quae supra narrantur a papa in concilio gesta fuerint, annon, quaeritur. Sed recte ut mihi videtur Hefele Conciliengeschichte vol. II, de hoc capite tacet, cum inter clerum episcopi praesentes non tradantur. *1) Sine causa de tempore huius capitis dubitat Gussanvilleus. Mauricii consulatus annus primus (cf. Theophanem ed. Bonn. p. 390 et Muralt l. l. p. 244 sqq.) ab anno 583, Dec. 20. currit. Igitur annus 7. consulatus eius in mensem Sept. ind. X. mire convenit. Gregorium autem ordinationes mense Septembrio fecisse etiam in Libro Pontif. sub Vita Gregorii I. refertur, ubi an nostra ordinatio intellegenda sit, in dubio relinquo.* *2) Laurentium cum Honorato confundit Guss. et apocrisiarium eum Constantinopolitanum esse, qui Gregorio ipsi in hoc munere successerit suspicatur; (cf. quae supra ad epp. I, 6. 47 monuimus). Sed nec quod Honoratum attingit ad hanc sententiam accedo. Honoratus enim apocrisiarius posteriori adhuc tempore fuit (cf. epp. II, 36. III, 6. 7) et semper diaconus numquam archidiaconus titulatur.* *3) Basilicam Auream aut Constantinianam, quam nunc Lateranensem dicimus, ubique aureo musivo depictam fuisse refert Iohannes diac. anno 1260. (De ecclesia Lateranensi ap. Mabillon Mus. Ital. II, 563.)*

II, 2.

Praeceptio Gregorii I. papae de litania maiore, quae in festo annuae devotionis a S. Laurentio in Lucina ad Vaticanum procedat. 591, Sept.

Codd. R et r: Indictio X. sine numero ante cap. 1.
Edd. M: Append. 3; G: Lib. II. Ind. X. sine numero ante ep. 1. — Iaffé Reg. 1153.

IN NOMINE DOMINI. CHARTULA QUAE RELECTA EST DE LAETANIA MAIORE IN BASILICA SANCTAE MARIAE.

Sollemnitas annuae devotionis, filii dilectissimi, nos ammonet, ut laetaniam quae maior ab omnibus appellatur sollicitis ac devotis debeamus auxiliante Domino mentibus celebrare, per quam a nostris excessibus eius misericordiae supplicantes purgari aliquatenus mereamur. Considerare etenim nos convenit, dilectissimi, quam variis continuisque calamitatibus[1] pro nostris culpis atque offensionibus affligamur, et qualiter item[a] coelestis pietatis nobis subinde medicina subveniat. Sexta igitur feria veniente[b] a titulo beati Laurentii martyris qui appellatur Lucinae[2] egredientes, ad beatum Petrum apostolorum principem Domino supplicantes cum hymnis et canticis spiritalibus properemus, ut ibidem sacra mysteria celebrantes, tam de antiquioribus quam de praesentibus beneficiis pietati eius in quantum possumus referre gratias mereamur.

II, 3.

Gregorius I. papa Petro notario (Regiensi) praecipit, ut monasterii S. Archangeli tenuitatem sublevet et pensionem terrulae ecclesiae Romanae minuat. 591, Sept.

Codd. R et r: Indictio X. cap. 1.
Edd. M: Lib. II. ep. 1; G: Lib. II. Ind. X. ep. 1. — Iaffé Reg. 1154 (789).

GREGORIUS PETRO NOTARIO.

Monasterium sancti Archangeli quod Tropeis[1] est constitutum, indicante praesentium portitore, victus habere necessitatem didicimus. Ideoque experientia tua diligenter invigilet, et si eiusdem loci monachos bene se tractare noveris, in quibus

II, 2 in titulo: om. in nomine domini *R*1 (ubi inscribitur hoc caput:* incip. epistole ex registro sancti Gregorii pape indictione X) *et edd. G. M;* — Karta *R*1;* charta *edd. G. M;* — relicta *R*1, edd. G. M.* [a]) *ita R 1;* item *om. R*1;* idem *r 1. 2 (corr. in* eadem *r 2).* [b]) *om.* veniente *R 1.*

II, 2 Basilica S. Mariae (nunc S. Maria Maggiore) sita in urbe inter septentriones et orientem solem. — Cf. cum hoc capite aliam laetaniam quae dicitur septiformis infra XIII, 2. Laetania nostra cuius anniversarium celebrat papa et quae iam ante Gregorii tempora instituta esse videtur, an sit recte hoc loco sub mense Septembri in registrum inscripta praesertim cum in principio indictionis litteras praecedat, non satis liquet. 1) *Langobardorum invasionem, inundationem Tiberis, inguinariam pestilentiam (cf. Gregorium Turon. Hist. Franc. Lib. X. c. 1 et Paulum diac. Hist. Langob. Lib. III. c. 24) intellegit Gregorius.* 2) *Hodie S. Lorenzo in Lucina (in via quae Corso dicitur) quae ecclesia paullo distat a S. Petro, utraque basilica inter septentriones et occasum solis spectante.*

II, 3 Petrum notarium cum Petro subdiacono confundit Iohannes diaconus (Vita Gregorii I. Lib. II. c. 55) inscribens hanc epistolam: item eidem, *cum epistola praecedat I, 18:* Petro subdiacono *titulata. Fuit autem Petrus notarius Romanus ut ex ep. V, 9 patet Regii constitutus, ubi ecclesiae Romanae res in Bruttiorum provincia agendas in negotio habuit.* 1) *Tropea urbs Bruttiorum maritima ad Vaticanum promontorium sita, haud procul ab civitate quae Monteleone hodie appellatur et sub archiepiscopatu nunc Regiensi constituta.*

eos necessitatem habere manifesta veritate patuerit, eis[a] subvenire hac auctoritate suffultus, modis omnibus festinabis, sciturus tuis esse rationibus quicquid nostra praeceptione praebueris imputandum. Sed et terrulam ecclesiae nostrae vicinam sibi, quam solidum unum et tremisses duos[b] pensitare[c] asserunt, require[d]; si ita est[e], libellario[2] nomine ad summam tremissis unius habere concede[3]. Studii ergo tui sit haec omnia ita complere, si sicut diximus eius loci[f] monachi in Dei servitio sicut decet sollertes[g] extiterint[h].

II, 4.

Gregorius I. papa Praeiecticium episcopum (Narniensem) monet, ut cum in civitate eius mortalitas valde grassetur Romanos et Langobardos in eo loco degentes et maxime gentiles et haeretios ad veram fidem convertat. *591, Sept.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 2.
Edd. M: Lib. II. ep. 2; G: Lib. II. Ind. X. ep. 2. — Iaffé Reg. 1155 (790).

GREGORIUS PRAEIECTICIO EPISCOPO.

Pervenit ad nos, peccatis imminentibus in civitate vestra, id est[a] Narniensi[1], mortalitatem[2] omnino grassari[b]. Quae res nos nimis addixit[c]. Quamobrem salutantes fraternitatem tuam instantissime[d] suademus, ut a Langobardorum sive Romanorum[e] qui in eodem loco degunt admonitione sive exhortatione nulla ratione cessetis[f], et maxime a[g] gentilium et[h] hereticorum, ut ad veram rectamque fidem catholicam convertantur. Sic enim aut divina misericordia pro sua forsan eis conversione et in hac vita subveniet, aut si eos migrare[i] contigerit, a suis, quod et magis optandum est, transeunt[k] facinoribus absoluti.

II, 3 a) ei *r 2.* b) *corr. ex* duas *r 1.* c) pensitā *r 1:* pensitam *Ioh. diac. Gregorii Vita Lib. II. c. 55.* d) *ita R 1;* res *r 1; om. r 2, edd.* e) *add.* sibi *ed. G.* f) loci *(quod cum ceteris edd. addo) om. codd. et Ioh. diac. l. l.* g) sollerter *corr. in* sollertes *R 1, r 2;* sollerter *edd. G. M.* h) perstiterint *edd. G. M.*

II, 4 in titulo: Praeiectiicio *r 1;* Prelectino *R*1;* Praeiectiue *ed. pr.;* Praeiecto *ed. M, quae pro lectione sua 'Vatic. plurimos Norm. Corb. Regios. Andeg.' evocat. Item Ioh. diac. in Vita Gregorii I. Lib. II. c. 50, ubi in ed. M ex 'Reg. et Utic.' lectio* Proiecto *citatur. —* Narniensi *add. edd. G. M et Ioh. diac. (ed. M) l. l.* a) *om.* id est *edd. G. M; om.* id est Narniensi *Ioh. diac.* b) *corr. in* crassari *r 1.* c) afflixit *ed. G.* d) modis omnibus (*pro* instantissime) *edd. G. M.* e) sive Romanorum *om. ed. pr.* f) cesses *R 1.* g) *om.* a *R*1, ed. pr.* h) *om.* et *R*1, ed. pr.* i) migrari *R 1, r 2.* k) transient *edd. G. M.*

2) Libellarium a libello (ep. I, 42 p. 63: volumus ut securitatis libellos de pensionibus facias) *ita ut libellaticum (ibidem p. 65:* Libellatica prout summa pensionis fuerit moderentur) *est quod ad conductionis librum aut pactum spectat.* Libellarius titulus *etiam in Cassiodori Var. V, 7.* *3) Minuit papa pretium conductionis quatuor quintis, cum tres tremisses habeat solidus, quinque igitur tremisses monachi antea persolverint.*

II, 4 Praeiecticii (Narniensis ut ex epistola ipsa discimus) episcopi alibi non fit mentio. De praedecessore eius Cassio Totilae regis tempore ex Dialogorum Lib. III. c. 6 comperimus. Quod dialogorum caput cum Gregorius scriberet, i. e. anno 593 fin., tunc multi de Narniensi civitate *(Romae)* aderant. *Forsitan ut de novo episcopo eligendo ad papam referrent. Certe a. 595, Iul. 5. (ep. V, 57a, cf. ep. IX, 60) iam Praeiecticio successerat Constantius episcopus Narniensis.* *1) Narnia (nunc Narni) urbs Umbriae in Langobardorum potestate iam hoc tempore fuisse videtur.* *2) Mortalitas nimirum cuius causa fuit lues inguinaria. Cf. II, 2 not. 1.*

II, 5.

Gregorius I. papa clerum, nobiles, ordinem et plebem Neapolitanos hortatur, ut in locum Demetrii episcopi depositi successorem quam primum substituant. *591, Sept.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 3.
Edd. M: Lib. II. ep. 6; G: Lib. II. Ind. X. ep. 3. — Iaffé Reg. 1156 (793).

GREGORIUS CLERO NOBILIBUS ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI NEAPOLIM.

Quamvis spiritalium[a] sincera devotio filiorum pro matre ecclesia nullius adhortationis indigeat, verumtamen ne se[b] neglegendam existimet epistolari debet alloquio provocari. Propter quod dilectionem vestram commonitione paternae caritatis adgredior, ut profusis lacrimis redemptori nostro unanimiter gratias referamus, qui sub tam perverso doctore[c] vos per avia gradi non[d] pertulit, sed indigni pastoris crimina publicavit. Demetrius[1] siquidem, qui nec ante episcopus dici meruerat, tantis ac talibus negotiis[e] inventus est involutus, ut si secundum suorum qualitatem facinorum iudicium sine misericordia suscepisset, divinis mundanisque legibus durissima proculdubio fuerat morte plectendus. Sed quia paenitentiae reservatus sacerdotii honore privatus est, ecclesiam Dei sine doctore[f] diu vacare non patimur, quia et canonicis est regulis constitutum, ut defuncto vel sublato pastore, diu sacerdotio privari[g] non debeat. Ideoque caritatem vestram scriptis praesentibus duxi necessario commonendam, uti ad eligendum pontificem nec mora, nec discordia, quae consuevit scandala generare, proveniat. Sed talem vobis cum omni sollicitudine personam exquirite, in qua et omnium adunata possit gaudere concordia et sacris nullo modo canonibus respuatur[h], quatenus officium quod nefandissimus hominum male gerendo polluerat, quisquis ille cum Christi gratia[i] fuerit ordinatus, ipso quoque suffragante, digna valeat amministratione complere.

II, 6.

Gregorius I. papa Bacaudae (Formiensi) et Agnello (Fundensi) episcopis mandat, ut una cum Petro episcopo (Terracinensi) exquirant, num vox psallentium ex loco sub synagoga in ecclesiam vicinam perferatur, et si necesse sit, alium locum Iudaeis assignent. Ceterum Iudaeos gravari vetat. *591, Sept. Oct.*

Codd. P: cap. 38 (inter epistolas Ind. X. cap. 1).
Edd. M: Lib. I. ep. 10; G: Lib. XII. ep. 18. — Iaffé Reg. 1157 (739).

II, 5 in titulo: plevi *corr. in* plebi *R 1;* blebi *r 1. 2.* — consistenti *corr. ex* consistente *R 1;* consist. *cum lineola abbrev. r 1. 2;* consistentibus *edd. G. M, quod om. ed. pr.* — *ita* Neapolim *r 1. 2;* Neapolī *R 1;* Neapolini *ed. pr.;* Neapoli *edd. G. M. Cf. epp. II, 12. 13. X, 18. 19.* a) spiritualium *R 1.* b) si *r 2.* c) *add.* qui *r 2.* d) *secutus sum r 1, ed. M et codd. ibi citatos Vatic. Reg. Norm. Corb. cet.;* rectum *r 2, R 1; sed delet et suprascr.* non *R 1;* gradientes ad iter rectum perduxit *edd. pr. G.* e) nequitiis *ed. G.* f) ductore *ed. G.* g) *add.* ecclesia *edd. G. M.* h) reppellatur *ut ed. M citat 'Norm. Corb. et nonulli'.* i) per Dei gratiam *ed. G.*

II, 5 De titulo cf. epp. I, 56. 58 cet. et praesertim Hegel Städteverfassung von Italien I, 185. 190 sqq. — De nova electione Neapolitani antistitis vide et epp. II, 12. 13. 1) *De Demetrio, cuius facinora non referuntur, cf. ep. I, 14.*

II, 6 Cf. ep. I, 34, et de ordine et tempore eius quae disserui in Neues Archiv III, 592. 608. — Bacaudam episcopum Formiensem habes in epp. I, 4 (not. 2) et I, 8. Agnellus Fundensis episcopus post

GREGORIUS BACAUDAE ET AGNELLO EPISCOPIS. DE HEBREIS.

Supplicaverunt nobis Hebrei Terracinae[a] degentes, ut locum, quem[b] sub[c] synagoge[d] hactenus habuerunt, eum illis[e] nostra[f] quoque auctoritate esset[g] habendi[h] licentia[i]. Sed quia pervenit ad nos, eo[k] quod locus ipse sic vicinus esset ecclesiae[l], ut etiam[m] vox psallentium perveniret, scripsimus fratri et coepiscopo nostro Petro[n][1], et[o] si ita esset, aut[p] vox de eodem loco in ecclesiae[q] ore[r][2] sonaret, Iudeorum celebrationibus privaretur. Ideoque fraternitas vestra cum suprascripto[s] Petro[t] fratre et coepiscopo nostro locum ipsum diligenter inspiciat, et si ita est, aut[u] aliquid vobis ecclesiae[v] fuerit visum officere[w], alium locum intra ipsum[x] castellum praevidete, ubi praefati Hebrei conveniant, quo sua possint sine inpedimento ceremonia[y] celebrare. Talem vero fraternitas vestra[z] praevideat[a], si hoc fuerint loco[b] privati, ut nulla exinde in[c] futuro querella[d] nascatur.

Praedictos vero[e] Hebreos gravari vel affligi contra rationis ordinem prohibemus[f]. Sed sicut Romanis vivere legibus[g] permittuntur[h], annuente iustitia actosque[i] suos ut norunt[k] nullo inpediente[l] disponant. Eis tamen Christiana mancipia habere non liceat[3].

II, 7.

Gregorius I. papa Veloci magistro militum milites transmittit. Monet, ut Martii et Vitaliani consiliis utatur et Ariulfum (ducem Spoletinum) erumpentem a tergo adoriatur. Familias quasdam, quae cum Mauricio magistro militum sint, dimitti iubet.

Codd. P: cap. 43 (inter epistolas Ind. X. cap. 6). *591, Sept. 27.*
Edd. M: Lib. II. ep. 3; G: Lib. XII. ep. 21. — Iaffé Reg. 1152 (791).

II, 6 in titulo: Baucade *P a* (Baucido *P a 2 in indice*); Baucaudae *P b 1. 3. 7;* Paucaudae *P b 2;* Bauacde *P b 4. 5;* Bagaude *ed. pr. ubi ep. in fine Ind. VII (pars XIII. fol. 141) exstat.* — episcopo *P a 1. 2, P b 1. 7;* (epis *P a 2, Pb 1 in indice*). — Ebreis *et sic saepius P a 3, P b 1. 2. 3. 7;* Hebraeis *P a 2; om.* de Hebreis *edd. G. M.* a) deracine *codd. praeter P b 3, ubi* de ratione *pro* terracine; Tarracinae *edd. G. M.* b) locumque *P a 1;* quem *om. P b 2.* c) cum *P b 1; om.* sub *P*1, edd.* d) synagoga *P a 2;* synagogę *Pb 4. 5;* sub synagoge nomine *sec. ed. M Vatic. D.* e) eum illis *om. P a 2.* f) nostram *P a 1.* g) auctoritates et *codd. praeter P b 3, ubi* auctoritatis et *et P*1, qui praebet verba nostra; om.* esset *P a 2 et sec. ed. M Vatic. D.* h) habentis *P a 1.* i) licentiam *P b 4. 5;* licentiam daremus *sec. ed. M Vatic. D.* k) eo *om. edd. G. M; cf. ep. I, 9 p. 11, 3* insinuavit eo quod. l) *manu post. add. P b 1.* m) *add.* ad eam *reluctantibus codd. edd. G. M; add.* illuc *P* 1, ed. pr* n) Petro *om. P b 4.* o) *om. P a 2, P* 1, edd. pr. G.;* ut *ed. M.* p) ut *P a 2, P* 1, edd.* q) ecclesia *edd. et codd. praeter P a 1.* r) *om.* ore *et scribunt* resonaret *P a 2, P* 1, edd.* s) *sigla* s̄s̄ *P b 1. 2;* supradicto *P a 2.* t) *om. edd. G. M.* u) ut *P a 2. 3, P* 1, edd.* v) ecclesia *codd. (add.* in *P* 1 et edd. pr. G);* ecclesiae *scribimus cum ed. M.* w) *sic scribo (cf. ep. 34);* officium *codd. excepto P* 1;* obfuisse *P* 1 et edd.* x) *om. P a 2.* y) cerimonia *Pb 4. 5;* suas . . . cerimonias *P*1 et edd.* z) *add.* locum *edd.* a) provideat *P b 4. 5.* b) *om.* loco *P* 1, ed. pr.* c) *om.* in *P b 4. 5.* d) querela *P a 2. 3, P b 4. 5, P*1.* e) veros *P a 1.* f) prohibete *P a 2.* g) regibus *P b 5.* h) premittuntur *P a 2.* i) *ita P a 1, P b 1. 2.* k) noverunt *P a 2.* l) disponente *P*1, ed. pr.;* inpediente disponente disponant *ceteri codd. praeter P a 2.*

mortem Petri Terracinensis episcopi in episcopatu etiam vicino Terracinae institutus est antistes; cf. ep. III, 13. 1) *De Petro vide ep. I, 34. Epistola, cuius hoc loco meminit papa, deperdita est. Nam in ep. I, 34 nusquam de voce psallentium Iudaeorum agitur.* 2) *i. e. in ostio aut vestibulo ecclesiae.* 3) *De conditione Iudaeorum in regno Romano cf. Cod. Iustiniani I, 9. 10 (I, 10:* ne Christianum mancipium haereticus vel paganus vel Iudaeus habeat vel possideat vel circumcidat).

II, 7 Exordium epistolae mutilum esse credo. — De rebus hic relatis cf. epp. II, 32. 33. Quomodo autem una cum altera cohaereat, non satis apparet. De Veloce nihil aliud comperimus. Sed ex hac ep. sicut

GREGORIUS VELOCI MAGISTRO MILITUM. DE PERSECUTIONE ARIULFI.

Et pridem[a] quidem[b] expressimus[c] gloriae vestrae, quia[d] milites illic erant parati venire. Sed quoniam inimicos congregatos et hic discurrere epistola[e] vestra significaverat, haec eos hic causa retinuit. Nunc[f] vero utile visum est, ut aliquanti illic milites transmittantur, quos gloria tua ammonere et hortari ut parati sint ad laborem studeat. Et occasione inventa cum gloriosis filiis nostris Martio[g] et Vitaliano loquere, et quaecumque vobis Deo adiutore pro utilitate rei publicae steterint[h], facite. Et si hic[i] vel ad Ravennates[k] partes nec dicendum Ariulfum[l 1] cognoveritis excurrere, vos a dorso eius ita sicut viros fortes condecet laborate[m], quatenus opinio vestra ex laboris vestri qualitate amplius in re publica Deo auxiliante proficiat.

Illud tamen prae omnibus ammonemus, ut familiam Aloin[n] et Adobin[o] atque Iugildi Grusingi[p 2], qui cum glorioso Mauricio[q] magistro militum esse noscuntur[r], sine aliqua mora vel excusatione relaxes, quatenus venientes illic homines praedicti viri cum eis sine aliquo inpedimento debeant[s] ambulare[t].

Data[u] die V.[v] kalendarum Octubriarum[w] indictione X.[x]

MENSE OCTUBRIO INDICTIONE X.

II, 8.

'Gregorius I. papa Maximianum, episcopum Syracusanum, vicarium apostolicae sedis in Sicilia constituit, maiores causas suo iudicio reservans. *591, Oct.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 4.

Edd. M: Lib. II. ep. 7; G: Lib. II. Ind. X. ep. 4. — Iaffé Reg. 1159 (796).

II, 7 in titulo: Hariulfi *P a 1, P b 4. 5;* Hariuolfi *P b 1;* Hariolfi *P b 2;* Lariuolfi *P b 3 (ubi index* Ariuulfi); Bariuulfi *P b 7.* a) pridem *om. ed. pr.* b) quidem *om. P a, P b 4. 5, edd. G. M.* c) expressimus *quod om. codd. scribimus cum edd. G. M.* d) *om.* quia *ed. pr.* e) epistula *P a 1.* f) nam *P a 2.* g) Marcio *P b 1;* Mauricio *edd. pr. G.;* Maurilio *ed. M.* h) *ita codd. et ed. pr.;* statuerint *edd. G. M.* i) huc *P b. — Sequitur in cod. P b 2 finito folio 87 fol. praecedens 76.* k) Ravennantes *P b 1.* l) Hariulfo *corr. in* Hariulfum *P b 4.* m) laborare *P a 1, P b 1. 2. 4. 5.* n) familia maloini *P a 2;* Maloin *edd.* o) adobini *P a 2;* adoin *P b 4. 5.* p) atque *om. P a 2, P b 4. 5;* grusindi *P b 4. 5;* nigildi atque grossingi *ed. pr.;* Vigildi atque Grussingi *edd. G. M.* q) Mauritio *P a 2, P b 3. 4. 5;* Maurilio *ed. M.* r) noscunt *P a 2.* s) debeat *P a 1, P b.* t) ambolare *P a 1.* u) Data — ind. X. *om. P a 2, edd.* v) nō (*pro* V.) *P b 3.* w) *compend.* oct. *codd. De forma* Octubriarum *cf. notas temporis pp. 4, 16. 29 et 90, 8.* x) VII. *P* 1.*

Mense *cet.:* octuber *R 1;* oct. *(compend.) r 1. 2. Citat ed. M hunc mensem ex Turon. S. Gat. in calce notarum epistolae in R et r praecedentis i. e. ep. II, 5. De lectione* Octubrio *cf. quae supra p. 4 monuimus.*

ex aliis modo dictis constat, exercitum Romanum contra Ariulfum ducem Spoletinum (de quo cf. Pauli Hist. Langob. Lib. IV. c. 16) haud procul a Spoleto collectum fuisse. (De bello Ariulfi contra Romanos 'in Camerino' refert Paulus l. l. et ibi imperatoris exercitum etiam nostrae epistolae tempore sedisse conicimus). Cui exercitui Romano praefecti erant Velox et Mauricius atque Vitalianus et si recte codices scribunt Martius magistri militum. Sed Mauricius et Vitalianus inter magistros priores fuisse videntur. 1) Ariulfus, ut ex Paulo discimus, gentilis adhuc erat. 2) Langobardorum aut fortasse Gothorum nomina.

II, 8 De Maximiano, qui versus finem anni 590 adhuc fuerat abbas monasterii Romani S. Andreae ad Clivum Scauri et per annum in palatio cum papa vixit, priusquam episcopus crearetur (vide AA. SS. die 9. Iun.), cf. quae adtulimus ad. ep. I, 14a (p. 15). De vita discessit Maximianus iam anno 594 ante mens. Nov. ut patet ex ep. V, 20.

GREGORIUS MAXIMIANO EPISCOPO SYRACUSANO.

Mandata caelestia efficacius gerimus, si nostra cum fratribus onera partiamur. Proinde super cunctas Siciliae ecclesias te reverentissimum virum Maximianum fratrem et coepiscopum meum vice[a] sedis apostolicae ministrare decernimus[1], ut quisquis illic religionis habitu censetur, fraternitati tuae ex nostra auctoritate subiaceat; quatenus eis posthac[b] necessarium non sit, ad nos pro parvulis causis tanta maris spatia transmeando pervenire. Sed si qua fortasse difficilia existunt, quae fraternitatis tuae iudicio dirimi nequaquam possunt, haec solummodo nostrum iudicium flagitent, ut sublevati de minimis in causis maioribus efficacius occupemur[c]. Quas videlicet vices non loco, sed personae tribuimus, quia ex transacta in te vita didicimus, quid etiam de subsequenti tua conversatione[d] praesumamus.

II, 9.

Gregorius I. papa Felici, episcopo Messanensi, mandat, ut basilicam quandam in civitate Messanensi consecret. *591, Oct. 5.*

Codd. P: cap. 39 (inter epistolas Ind. X. cap. 2).
Edd. M: Lib. II. ep. 5; G: Lib. XII. ep. 10. — Iaffé Reg. 1158 (795).

GREGORIUS FELICI EPISCOPO MESSANENSI. DE ECCLESIA CONSTRUENDA.

Ianuarius diaconus[a] ecclesiae[b] Messanensis[c] petitorii[d] nobis insinuatione[e] suggessit, quae habetur[f] in subditis[1], intra civitatem Messanensem[g] basilicam se[h] pro sua devotione fundasse, quam in honore[i] sanctorum[k] Stephani et Pancrati[l] et Eupli[m] desiderat consecrari. Et ideo[n], frater karissime, si in tuae[o] civitatis iure consistit, et nullum corpus ibidem constat humatum, percepta[p] primitus donatione legitima, id est:

II, 8 in titulo: siracusana *corr. in* siracusano *R 1:* syracus *(compend.) r 1. 2.* a) vicem *r 1. 2.* b) *corr. ex* post hanc *R 1.* c) *sequitur in r 1 inserta quaedam glossa:* ut difficilia quaeque romani pontificis iudicium flagitent. d) conversatione *r 1, edd.;* conversione *R 1, r 2.*

II, 9 in titulo Mensanensi (*sed in indice* Mesanensi) *P a 1;* Mesanensi *P a 2, P b 4. 5 et indices in P b 1. 3. 4;* Messenensi *index in P a 2 — om.* de *P b 1.* a) diacunus *P b 1.* b) ecclesia *P b 1.* c) Mensanensis *P b 1;* Mesanensis *P a 2. 3.* d) petitori *P a 1. 3;* petitoria *edd.* e) insinactione *P a 2.* f) quia haberet *P a 2.* g) in civitate Messanensi *edd.;* Mensanensem *P b 1,* Mesanensi *P a 2;* Misanensem *P a 3.* h) *om.* basilicam se *et scr. post 'devotione':* fundatam ecclesiam *P a 2.* i) quae in h. *P b 4;* honorem *P b 3.* k) sci St. *P b 4;* Stefani *P a 1.* l) Pancratii *P a 2. 3, edd.* m) et Eupli *om. P a 2; scr.* et upli *P a 1;* atque eupli *P a 3, edd. G. M;* atque Empli *ed. pr. (fol. 141').* n) edeo *P b 1.* o) in tuae in *P a 1; add. m. post. secundum* in *P b 1. — add.* diocesis *codd. et edd.* p) precepta *P b 1.*

1) Cf. ep. I, 1 ubi Petrum subdiaconum vicariatu apostolico in Sicilia restitutum papa nuntiat. Nunc autem Petro hoc munus ademptum esse non mireris, cum iam papae in animo fuerit, ut eum Romam revocaret, id quod mense Iulio sequentis anni factum est (cf. ep. II, 38). Immerito ergo in Codice dipl. Siciliano I, 127 putatur, eodem tempore duos institutos fuisse vicarios apostolicos.

II, 9 Formulam simillimam huic epistolae habes in Libro diurno, ubi est n. XI. sub titulo 'Responsum oratorii dedicandi'. Secundum hoc exemplum multae compositae sunt Gregorii epistolae: vide epp. II, 15. IX, 58. 71. 180. 233, XIII, 18. Adhibitum esse videtur etiam in epp. I, 52 (cf. quae monuimus ibidem) et IX, 183. Sed plane cum nostra nulla harum epistolarum consentit. Usus est paullo diversa formula ut eandem rem exprimeret, Gelasius I. papa (ap. Thiel Romanorum Pontificum epistolae I, 449 epp. 34. 35), cuius quaedam verba propius ad nostram epistolam accedunt. — De Felice Messanensi episcopo cf. ep. I, 38. 1) Exemplum libelli petitorii nec in fine huius epistolae, nec ubi alias eandem formulam legimus librarius

a praesenti[q] annuis[r] a[s] tributis liberos[t] fiscalibus solidos decem, et de reliqua substantia sua sibi tantummodo usumfructum retineat, — quae omnia diligenter inquire, ut[u] si eorum[v] quae offeruntur redituum quantitas, vel quae tempore mortis reliquerit sartis[w] tectis[x] et luminaribus nec non alimoniis servientium, annua possunt praestatione sufficere, ipsa[y] munificentia[z] gestis municipalibus[a] alligata . . . .[b 2]. Quod si haec quae diximus per sollicitudinem tuam[c] inpleta non fuerint, de propria substantia quanti interfuerit[d] utilitati ecclesiasticae[e] te[f] vel heredes tuos satisfacturum[g] esse non dubites[h]. His igitur procuratis benedictio optata[i] proveniat[k]. Nec ante dedicationis munus inpertias[l], quam[m] superius conprehensus fuerit ordo donationis inpletus[n], enuntiaturus[o] ex more nihil illic conditoris iuri ulterius[p] iam deberi, nisi processionis gratia, quae Christianis omnibus in commune debetur[3]. Sanctuaria[q 4] vero suscepta sui cum reverentia collocabis[r].

Data[s] die III.[t] nonarum Octubriarum[u] indictione X.

II, 10.

Gregorius I. papa Sabino subdiacono (Romano) mandat, ut hortum quendam parthenoni Euprepiae tradat. *591, Oct.?*

Codd. P: cap. 40 (inter epistolas Ind. X. cap. 3).
Edd. M: Lib. II. ep. 4; G: Lib. XII. ep. 19. — Iaffé Reg. 1160 (794).

q) presente *P b 1;* praesentis *P b 4.* r) anno *P a 2;* anuis *P b 4;* a praesentis anni *edd. G. M.* s) *om.* a *P a 1, P b 3, edd.* t) liberis *P a 2.* u) et *P b 1. 3.* v) carum *codd.* w) sarti *P a 2, P b 1.* x) tictis *P a 1, P b 1. 2.* y) sufficere re ipsa *P a 1, ed. M.* z) *add.* sit *edd. G. M.* a) municipallibus *P b 1.* b) *nulla hic in codd. et edd. lacuna.* c) sollicitudine tua *P a 2.* d) interfuerunt *P a 1;* interfuerint *P a 2.* e) ecclesiae *P a 2, edd. G. M.* f) *om.* te *codd. (praeter P b 3) et ed. pr.* g) satisfacturos *P a 2.* h) dubitis *P a 1.* i) operata *P b 4.* k) preveniat *P b 1.* l) impericias *P b 1.* m) quem *P a 1;* quae *P b 4. 5.* n) impletur *P a 1.* o) et nunciaturus *P b 1.* p) iure alterius *P a 2.* q) sanctuarium *codd.;* sanctuaria *edd. G. M, quas sequor.* r) conlocabis *P a 2; sic corr. ex* conlocavis *P a 3;* collocabit *P b 4.* s) Data . . . ind. X. *om. edd. (falso* Data die Non. Octob. Indictione 10 *ed. M notam ex 'coll. Pauli' i. e. ex P a 1 citat).* t) IIII. *P a 2.* u) oct. *aut* octb. *compend. codd. De forma* Octubriarum *cf. ep. II, 7. p. 106, 15.*

(cf. epp. I, 82. II, 15 cet.) in Gregorii I. registrum recepit; nobis servavit autem petitorium 'in subditis' additum epistola Symmachi papae a. 514, Ian. 11. ap. Thiel Epp. Rom. Pont. I, 729. *2) Omissa esse hic verba:* praedictam basilicam sollemniter consecres *aut similia ex ceteris huius formulae epistolis certe cognosces.* *3) Haec verba etiam in epistola Gelasii I. (Thiel. l. l. ep. 35) leguntur; recte igitur papa 'ex more' dicit.* *4) De sanctuariis cf. ep. I, 52 not. 2.*

II, 10 Ad quem mensem ponenda sit haec epistola adhuc haesito. Nam si ordinem eius in collectione Pauli conspicimus, patet, eam aut cum praecedenti epistola cohaerere (i. e. cum ep. II, 9, quae est data die 5. Octob.), aut cum epistola sequenti (quae ep. II, 31 in registro sub mense Iulio recepta est), aut eam pertinere ad mensem quemvis inter Octobrem 591 et Iulium 592. Res autem in epistola ipsa relatae, hanc quaestionem non definiunt. — Sabinus, qui in ceteris epistolis semper dicitur Savinus, subdiaconus regionarius (cf. ep. VIII, 16) fuit ecclesiae Romanae, quo titulo regionarii in epp. IX, 122. X, 2 decoratur. (In ep. III, 10 'subdiaconum nostrum' Gregorius eum appellat). Ut ex epistola nostra discimus tunc Romae fuit. Sed urbem iam mense Oct. 592 reliquisse videtur (cf. ep. III, 10). Postea, anno 599 (Ian. — Sept. Oct.), in Bruttia provincia in civitate Regiensi defensoris ecclesiae Romanae munere functus est (vide epp. IX, 88. 89. 120. 122. 124 - 127. X, 2). Igitur in ep. IX, 110 inter ceteros defensores in titulo epistolae nominatur.

GREGORIUS SABINO SUBDIACONO. DE HORTO MONASTERIO TRADENDO.

Officio pietatis inpellimur[a], monasteriis provida consideratione ferre consultum, ne[b] hii, qui Dei servitio deputati esse[c] noscuntur[d], necessitatem aliquam[e] possint quod avertat Dominus sustinere[f]. Ideoque[g] experientiae[h] tuae hac auctoritate praecipimus[i], ut[k] hortum Feliciani quondam presbiteri[l] positum[m] regione prima ante grados[n] sanctae Sabinae[o] [1] excusatione postposita monasterio Euprepiae[p], in quo[q] ancillarum Dei congregatio esse cognoscitur[r], iure proprietario possidendum tradere sine ambiguitate festinet, quatenus nostrae iutae[s] beneficio largitatis in Dei servitio ipso quoque suffragante securis[t] mentibus perseverent[u].

MENSE DECEMBRIO INDICTIONE X.

II, 11.

Gregorius I. papa Candido, episcopo de Urbe Vetere, praecipit, ut Calumnioso aegrotanti (clerico) consueta commoda exsolvat. *591, Dec.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 5.

Edd. M: Lib. II. ep. 8; G: Lib. II. Ind. X. ep. 5. — Iaffé Reg. 1161 (797).

GREGORIUS CANDIDO EPISCOPO DE URBE VETERE.

Cum percussio corporalis[a] utrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur[b], non debet a nobis addi flagellatis afflictio, ne nos culpae quod absit offensa respiciat[1]. Et quia praesentium lator Calumniosus pro hac percussione quam sustinet consueta sibi commoda ab ecclesia vestra asserit negari, ideirco fraternitatem tuam praesentibus hortamur epistolis, quatenus nihil eum ad per-

II, 10 in titulo Savino *P b 3. 7, P* 1.* — diacono *P a 3.* — monast. *abbreviant plurimi codd.:* monasterio *P a 2, P b 2, P* 1:* monasterii *in indice P a 1, P b 1. 3. 4. 5; add.* ancillarum dei *P* 1, ed. pr.* — dando *P a 2.* a) inpellamur *codd.* (*praeter P b 4. 5* impellimur). b) ut *P b 4.* c) deputasse *P a 1. 3, P b;* conputati sunt *P a 2.* d) *om. P a 2.* e) necessitate aliqua *P a 2.* f) sustineri *P a 2.* g) ideo *P a 2.* h) ex presentiae *P a 1, P b 1. 2. 4. 5* (*corr. P b 2 ex* ex presente). i) hac auctoritatem pr. *P a 1;* hanc damus auctoritatem *P a 2.* k) uti *P b.* l) *om.* quondam presbiteri *P a 2;* Feliciani quod praesbiter *P a 1, P b.* m) qui positus est *P a 2.* n) grados *codd. praeter Pb 4. 5.* o) *corr. ex* Savinae *Pb 1.* p) Euppriae *Pa 1;* Euprebriae *P a 2.* q) qua *P a 1, P b.* r) est congregatio (*om.* cognoscitur) *Pa 2.* s) iure *Pb 4; om.* iutae *edd.* t) securi *P b 3.* u) persequerent *P b 1. Adnotat ed. M: 'In Colbert. sic clauditur epist.* Die tertia Nonas Octob. Ind. X'. *Quae sunt scilicet verba epist. praecedentis.*

Mense *cet. nostri codd. et sec. ed. M. Colb. et Turon. S. Gat.*

II, 11 a) temporalis *R* 1, ed. pr.* — *add.* imminet *in marg. notans 'al. non legitur* imminet' *ed. G.* b) *add.* et ideo *in marg. adiciens 'al. non legitur* et ideo' *ed. G.*

1) In septem regiones adhuc urbs distincta fuit, quibus singulis regionarii notarii vel subdiaconi (cf. ep. VIII, 16) praefecti erant. De loco in epistola nostra citato 'regione prima ante gradus S. Sabinae' i. e. sub Aventino monte cf. Jordan Topographie der Stadt Rom II, 317.

II, 11 Transmissa per Calumniosum, clericum ecclesiae Urbis Veteris. — Candidus in ep. VI, 27 episcopus de Urbe vetere maiore *appellatur. De praedecessore eius, Iohanne episcopo, cf. ep. I, 12.*
1) Apte Alteserra epistolam IV, 13 citat, ex qua item Gregorii mens de presbyteris infirmis intellegatur.

cipienda quae consueta sunt haec egritudo debeat impedire, quia diversis in ecclesia militantibus varia sicut nosti saepe contingit infirmitas. Et si hoc fuerint exemplo deterriti, nullus de cetero qui ecclesiae militet poterit inveniri. Sed secundum loci eius ordinem quaeque ei, si sanus esset, poterant ministrari, de ipsa exiguitate, quae ecclesiae potest accedere, fraternitas tua divini contemplatione[c] iudicii egrotanti praebere non desinat, quatenus in huius rei administratione ad elemosynam[d] potius videaris, quae sunt consueta exolvendo[e], convertere.

II, 12.

Gregorius I. papa Neapolitano clero, ordini et plebi de Paulo episcopo (Nepesino) ab eis in sedem Neapolitanam electo non assentit. Ut ei interim oboediant, monet.

591, Dec.

Codd. R et r: Indictio X. cap. 6.
Edd. M: Lib. II. ep. 9; G: Lib. II. Ind. X. ep. 6. — Iaffé Reg. 1162 (798).

GREGORIUS CLERO ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI NEAPOLI.

Quale de Paulo fratre et coepiscopo [1] nostro habeat caritas vestra iudicium [2], directa a vobis delatio[a] patefecit. Quem quoniam ita estis in paucis diebus experti, ut eum cardinalem habere desideretis episcopum [3], gratulamur. Sed quia summis in rebus citum non oportet esse consilium[b], et nos quid fiendum sit matura subinde Christo adiuvante deliberatione disponimus, et vobis melius tractu[c] temporis qualem se exhibeat innotescit[d]. Ideoque, filii dilectissimi, praedicto viro, si eum vere diligitis, oboedite, devotisque ad eum mentibus occursione pacifica convenite, quatenus ita vos ad alterutrum dilectio mutuae caritatis adstringat[e], ut inimicus saeviendo circumvolans in nullo vestrum[f] viam nanciscatur ad dissociandam unanimitatem qua subrepat. Praefatum quoque episcopum dum fructum animarum, quem desideramus Deo nostro, ipso quoque suffragante facere senserimus, quicquid post hoc[g] de eius persona vestroque desiderio cordi nostro inspiratio divina ministraverit, faciamus[h] [4].

---

c) memor *ed. pr.* d) elemosinam *R 1.* e) exsolvendo *r.*

II, 12 in titulo: clero *R 1;* clero *om. r 1. 2, R* 1 et edd.; cf. titulum ep. II, 5.* — blebi *r 1. 2; corr.* plebi *ex* clero *R 1; compend.* consist. *r 1;* Neapolim *R* 1, ed. pr.* a) delatio *superscr.* vel re *R 1;* vel redilatio *r 1;* dilatio *r 2;* relatio *edd.* b) concilium *r 2.* c) *superscr.* pro *R 1.* d) innotescet *R 1.* e) astringat *R 1.* f) in nullo viam nanc. ad vestram *notatque in marg.* nulli vestrum *ed. G.* g) haec *edd.* h) *corr. in* faciaemus *r 2;* faciemus *edd.*

II, 12 De episcopo in ecclesia Neapolitana post Demetrii depositionem constituendo cf. ep. II, 5. *1) Paulus episcopus est Nepesinus, ut apparet ex ep. infra II, 26 (cf. ep. II, 14).* *2) Iudicium partis solummodo Neapolitanorum fuisse videtur; certe Paulus administrator ecclesiae constitutus, ut epp. III, 1. 2 docent, multos adversarios habuit Neapoli et saepius in ecclesiam suam Nepesinam reverti desiderabat (epp. II, 18. III, 35). Anno 593, Mai. denique Nepesinis redditus a. 595, Iul. 5. sub titulo Pauli episcopi* Nepesini *concilio subscripsit, (cf. epp. III, 35. V, 57 a). Postea nihil de eo audimus.* *3) i. e. episcopum proprium; cf. quae monui ad ep. I, 77 not. 3. Falso Alteserra ad ep. II, 6 (p. 74) de officio* episcopi cardinalis seu visitatoris *agit.* *4) Usque ad ann. 593, Mai. Paulus quamvis invitus ecclesiae Neapolitanae negotia visitatoris munere fungens administravit. Postea Fortunatus electus est episcopus proprius, quem inde ab mense Augusto a. 593 in registro nostro habemus.*

II, 13.

Gregorius I. papa Paulo episcopo (Nepesino) administrationem Neapolitanae ecclesiae delegat, concedens ei iura quaedam episcopi. *591, Dec.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 7.
Edd. M: Lib. II. ep. 10; G: Lib. II. Ind. X. ep. 7. — Iaffé Reg. 1163 (799).

GREGORIUS PAULO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Si sacerdotale quod suscipimus[a] secure ministramus officium, et divinum adiutorium et dilectio nobis spiritalium aderit sine dubio filiorum. Ea propter[b] ita se fraternitas tua in cunctis studeat exhibere, quatenus testimonium, quod de ea Neapolitanae civitatis clerus, nobilitas[1], simul habet et populus, bonitatis tuae augmento roboretur. Sic ergo te in praefati populi adhortatione adsidua[c] debes occupatione constringere, ut verbi tui fructum, quem ex eis fueris operatus, in suis horreis divinus condat agricola. Quousque vero de his, quae a nobis praedicti filii nostri fienda depostulant, revelante Domino deliberare possimus, clericos ex laicis ordinari[d], necnon et manumissiones[2] apud te in eadem ecclesia sollemniter celebrari concedimus. Consuetudines autem cleri suprascriptae ecclesiae et presbiterium[e] [3] te volumus sine cunctatione persolvere. In cuius etiam instructione ita diligenter invigila, quatenus ab incongruis vel inlicitis omnibus abstinentes in Dei nostri servitium[f] digno obsecundationis ministerio te quoque hortante consistant[g].

MENSE IANUARIO INDICTIONE X.

II, 14.

Gregorius I. papa Nepesinum clerum, ordinem et plebem Leontio viro clarissimo, cui civitatis curam demandaverit, parere iubet. *592, Ian.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 8.
Edd. M: Lib. II. ep. 11; G: Lib. II. Ind. X. ep. 8. — Iaffé Reg. 1166 (803).

II, 13 in titulo: neapoli *R 1.* a) suscepimus *edd.* b) *corr. in* propterea *r 2; ita et edd.* c) *corr. in* assidua *R 1.* d) ordinare *R 1.* e) *ita r 1 et in ras. R 1;* presbiterum *additque in marg.* presbiterorum *r 2;* presbyterorum *edd.* f) servitio *R 1, edd. pr. M.* g) *add. quod ad ep. II, 14 spectat:* data mense Iulio indictione X. *R*1;* data mense Ianuario indictione X. *ed. pr.;* Mense Ianuario Ind. X. *edd. G. M.*

Mense *cet. ita nostri codd. et teste ed. M: Colbert. vet. et Turon. S. Gat. (cf. notam f. ad ep. praecedentem II, 13).* — indictio *R 1.*

II, 13 Cf. quae supra ad ep. praecedentem de Pauli munere monuimus. Ex quibus patet, male eum in inscriptione nostra Neapolitanum episcopum appellari. Sed consentientibus omnibus codicibus titulum mutare noluimus. — Custodiam civitatis Neapolitanae in ep. II, 34 (a. 592, Iul.) Gregorius Constantio tribuno demandat. 1) *Vide titulum ep. II, 12 et nota,* nobilitatem *hoc loco idem sibi velle quod supra* ordo. *(Cf. Hegel, Gesch. der Städteverfassung von Italien I, 185).* 2) *i. e. manumissiones servorum vel ecclesiae Neapolitanae, vel aliorum dominorum, qui in ecclesia assistente episcopo absolvi solebant. Cf. in Codice Iust. I, 13 Constantini imp. rescripta.* 3) Consuetudines et presbyterium *sunt stipendia, quae clero ab episcopo persolvebantur. Cf. de presbyterio epp. II, 38. V, 27 et Du Cange s. h. v.*

II, 14 Transmissa per Leontium virum clarrissimum. — Nepe, Etruriae urbs haud procul a Roma ad montem Soractem sita, hodie Nepi.

GREGORIUS CLERO ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI NEPE.

Leontio viro clarissimo[a] [1], praesentium portitori, curam sollicitudinemque civitatis iniunximus[b] [2], ut in cunctis invigilans, quae ad utilitatem vestram, vel rei publicae pertinere cognoscit[c], ipse disponat. Ideoque dilectionem vestram scriptis praesentibus admonemus, quatenus ei in omnibus exhibere oboedientiam debeatis, nec quisquam vestrum eum pro vestra utilitate tractantem existimet contemnendum. Quia quisquis congruae[d] ordinationi eius restiterit, nostrae dispositioni resultare cognoscitur[e]. Quicumque vero eum[f] in his quae supra retulimus audierit, nos audiet. Si quis autem, quod non credimus, eum post hanc admonitionem nostram contemnendum putaverit, ad suum proculdubio sciat pertinere periculum.

II, 15.

Gregorius I. papa Castorio, episcopo Ariminensi, mandat, ut oratorium a Themotea conditum in honore S. Crucis consecret. *592, Ian.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 9.

Edd. M: Lib. II. ep. 12; G: Lib. II. Ind. X. ep. 9. — Iaffé Reg. 1167 (804).

GREGORIUS CASTORIO EPISCOPO ARIMINO.

Themotea[a] inlustris femina[b] petitorii[c] nobis insinuatione suggessit, quod habetur in subditis, intra civitatem Ariminensem in loco iuris sui oratorium se pro sua devotione fundasse, quod in honore[d] sanctae crucis[1] desiderat consecrari. Et ideo, frater karissime[e], si in tuae civitatís memorata constructio iure consistit, et nullum corpus

II, 14 in titulo: om. clero *ed. pr.;* blebi *r 1. 2;* consist. *abbreviat r 1, om. ed. pr.;* Nepesine ecclesie *ed. pr.* Nepae *edd. G. M.* a) *siglis* ūc *utuntur codd., inter quos r 2 et R 1* viro clarissimo *ad marginem add.;* huic *(ex* uc *ortum) R*1, ed. pr.* b) iniuncximus *R 1.* c) dignoscet *edd. G. M.* d) congrue *codd., ed. pr.;* congruae *ed. G;* incongrue *ed. M.* e) cognoscetur *edd. G. M.* f) quia quicunque in his eum *ed. pr.*

II, 15 in titulo: de Arimino *edd. G. M;* Aríminensi *ed. pr.* a) Timothea *edd. G. M;* Themothea *ed. pr.* b) *sigla* inl. f. *codd.; add. in marg.* illustris femina *R 1.* c) *ita r 1. 2;* petitoria *R 1 et edd.; sic corr. r 2. (Liber diurnus in formula XI:* petitorii *cum varia lectione* petitoria). d) honorem *edd. G. M.* e) carissime *r 1. 2.*

1) Alibi eius in registro mentio non fit. Leontium exconsulem virum gloriosissimum Sicilianum (epp. VIII, 33 — XI, 4 i. e. 598, Aug. — 600, Sept.) cave, ne cum eo confundas. 2) Sacerdote Nepesina civitas, ut ep. II, 13 docet, tunc caruit, et tribus demum mensibus post Gregorius visitatorem Nepesinis ordinavit (ep. II, 26). Instante autem Langobardicae invasionis periculo (cf. ep. II, 7) primum papa de salute exteriore urbis curans, Leontium magistratum quendam nobilem administrationi eius praefecit. Ita Neapoli visitatore iam constituto tribuno cuidam custodiam demandat in ep. II, 34 (anno 592. Iul.). Sed non est, quod Neapolitanam aut Nepesinam urbem ad patrimonium Romanum pertinuisse inde concludamus, ut fecerunt Alteserra p. 74 et Maurini in indice sub v. Nepa et in Vita Gregorii Lib. III. cap. 9 n. 6. (Cf. Analecta iuris pontificii II pars 2 [1860] p. 1942 sqq.). Ceterum immerito Savigny, Geschichte d. Röm. R. im MA I, 484 cum Beretta (ap. Muratori SS. Ital. X, 205) Nepesinum oppidum inter ea numerat, quae tunc a Langobardis capta fuerint. Cui iam oblocuti sunt Leo, Gesch. Italiens I, 82, Hegel l. l. I, 175 not. 1, Troya Cod. dipl. I, 249.

II, 15 Expressa est ad exemplum formulae XI. Libri diurni (ed. Rozière p. 38). Cf. quae supra ad ep. II, 9 monuimus. — De Castorio Ariminensi episcopo paullo ante instituto cf. supra ep. I, 56 et Neues Archiv VII, 588. 1) Narrat Tonini in libro suo 'Rimini' II, 174 hoc oratorium postea dictum esse 'Monastero di S. Croce e dei SS. Cosma e Damiano'. Parrochiam fuisse usque ad ann. 1806, et hodie (a. 1856) iuxta palatium viri nobilissimi Marc. Audifacis commendatoris Diotalleri situm, loco oratorii palatii exstare.

ibidem constat esse humatum, percepta primitus donatione legitima, id est, totius facultatis eius, excepta familia, mobilem vel inmobilem[f] seseque[g] moventem[h] uncias[i] octo[2], retento sibi usufructu[k] diebus vitae suae, gestisque municipalibus alligatam[l], praedictum oratorium absque missis publicis[m] sollemniter consecrabis[n], ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium construatur, nec presbiterum constituas cardinalem[3]. Et si missas ibi[o] fieri forte maluerit, a dilectione tua presbiterum noverit postulandum, quatenus nihil tale[p] a quolibet alio sacerdote ullatenus[q] praesumatur[r]. Sanctuaria[4] vero suscepta sui cum reverentia collocabis.

II, 16.

Gregorius I. papa Importunum episcopum (Atellanum?) monet, ut Dominico presbytero, ecclesiae S. Mariae quae dicitur Pisonis a sese praefectum, debita emolumenta persolvat.

592, Ian.

Codd. R et r: Indictio X. cap. 10.
Edd. M: Lib. II. ep. 13; G: Lib. II. Ind. X. ep. 10. — Iaffé Reg. 1168 (805).

GREGORIUS IMPORTUNO EPISCOPO.

Ea quae provide disponuntur fraternitatem tuam credimus libenter amplectere[a]. Et quia ecclesiam[b] sanctae Mariae, quae appellatur Pisonis[c], in tua positam parroechia[d] presbitero vacare cognovimus, praesentium portitorem Dominicum presbiterum in eadem ecclesia ut praeesse debeat, nos certum est[e] deputasse. Ideoque fraternitas tua ei emolumenta eiusdem ecclesiae[f] faciat sine cunctatione praestari[g], et fructus decimae indictionis, qui iam percepti sunt[1], praedicto viro fac sine mora restitui[h], quatenus eiusdem ecclesiae utilitates, cuius emolumenta consequitur, Deo adiutore[i] sollicite valeat procurare.

---

f) *ita r 1, R*1, ed. pr.;* movilem vel immovile *r 2;* mobil(ium *in ras.*) vel immobil(ium *in ras.*) *R 1;* mobilium vel immobilium *edd. G. M.* g) seque *edd. G. M.* h) *ita R*1, ed. pr.;* movente *r 1. 2;* movent(ium *in ras.*) *R 1;* moventium *edd. G. M.* i) *ita codd. ed. pr.;* unciis *edd. G. M.* k) *ita R 1, R*1;* usumfructum *r 1;* usumfructu *corr. in* usufructus *r 2;* usufructuario *edd.* l) *ita r 1. 2, R*1, ed. pr.;* alligata *R 1 et edd. G. M.* m) missas publicas *R 1 et Lib. diurn., sed corr. ras. in* missa publica *R 1.* n) *corr. ex* consecravis *R 1.* o) sibi *corr. in* ibi *R 1;* sibi *r 2;* sibi missas si *R*1;* sibi *edd. pr. et G;* ibi *ed. M.* (*Lib. diurn. l. l.* sibi *cum varia lectione* ibi). p) *ita R 1, ed. pr. et Lib. diurn.;* aliud *r 1. 2, ed. M;* alias *ed. G.* q) nullatenus *ed. pr.* r) *om.* sanctuaria . . . collocabis *ed. pr.*

II, 16 in titulo: Oportuno *R 1 (cf. ep. IX, 142).* — Attellano *add. ed. M, quamvis ex nota a pateat, hoc vocabulum in codd. non inveniri; hausit autem ex ep. IX, 142.* a) *corr. in* amplecti *r 2, R 1;* amplecti *r 1, edd.* b) ecclesiae *r 1. 2; corr. in* ecclesiam *r 2.* c) q̄a pisonis *r 1. 2* (quae appellatur *add. r 2 ad. marg.; cf. de his siglis supra ep. I, 48 p. 74 not. a et ep. II, 17*); Campisonis *codd. quos ed. M. inspexit;* q(uond. *in ras.*) pisonis *R 1, unde* quondam Campisonis *ed. G;* (*om.* qa) pyssanis *R*1;* piissanis *ed. pr.* d) parochia *R 1.* e) noscito (*pro* nos certum est) *edd. pr. G.* f) ecclesiae eius *r 1, ed. pr.* g) praestare *r 2.* h) *sequitur in r 1 al. m.* hd. (*id est* hic deest) *et omittuntur verba* quatenus . . . consequitur. i) auctore *R 1.*

2) i. e. duas tertias; cf. supra p. 67 not. 1. De loco nostro agit Savigny in dissertatione Die Uncialeintheilung der Römischen Fundi (Vermischte Schriften I, 100). *3) i. e. proprium; cf. ep. I, 77 not. 3. ep. II, 12 not. 3.* *4) De sanctuariis vide notam 2 ad ep. I, 52.*

II, 16 Transmissa per Dominicum presbyterum. — Importunum hunc fuisse episcopum Atellanum (Atella civitas Campaniae inter Neapolim et Capuam sita; nunc Aversa dicta) concludimus ex ep. IX, 142. Sed certum iudicium ferre non licet. *1) i. e. fructus percepti in tempore ab Sept. 591 usque ad. Ian. 592.*

MENSE FEBRUARIO INDICTIONE X.

II, 17.

Gregorius I. papa Iohannem, episcopum Veliternum, cum barbarorum periculum immineat, sedem episcopalem in locum qui dicitur Arenata ad S. Andream apostolum transferre iubet. *592, Febr.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 11.
Edd. M: Lib. II. ep. 14; G: Lib. II. Ind. X. ep. 11. — Iaffé Reg. 1169 (806).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO VELLITRANO.

Temporis qualitas admonet, episcoporum sedes antiquitus certis civitatibus constitutas ad alia, quae securiora putamus, eiusdem dioeceseos loca transponere, quo et habitatores nunc[a] dirigere[b], et barbarici[c] possit[d] periculum facilius declinari[e] [1]. Propterea te Iohannem fratrem coepiscopumque nostrum Vellitrensis[f] civitatis, sedemque tuam in locum qui appellatur Arenata[g] [2] ad sanctum Andream apostolum praecipimus[h] exinde transmigrari[i], quatenus et ab hostilitatis incursu liberior existere valeas, et illic consuetudine[k] sollemnium festa[l] [3] disponas[m].

Mense *cet. codd. r 2, R 1. R* 1 hanc temporis notam post titulum epistolae sequentis (II, 17) ponunt; tantummodo r 1 iustum praebet ordinem. Inversum tempus et Turon. S. Gat. inseruisse videtur, quo permoti Maurini* Mense Februario Ind. X. *ad calcem ep. II, 17 addiderunt.* — indict. XI *corr. in* indict. X *R 1; om. datum, ut solet, R 3.*

II, 17 in titulo: om. numerum R 1. — Vellitrano *R 1, R* 1;* Velletrano *ed. pr.;* Velitrano *ed. M;* Billitrano *r 1. 2, R 3.* a) vel tutius *suprascr. R 3; (pro* nunc *scr.* securius *Ivonis Decr. III c. 79. Pan. II c. 37;* securi valeant *Gratiani Decr. C. VII. qu. 1 c. 44 ed. Friedberg [non ita ed. Romana]). — corruptum hic videtur vocabulum et pro eo scribere velim* valeamus *(cf. Gratiani lectionem) aut* non incommodum sit *(ad quod litterae* nunc *propius accedunt).* b) *ita r 1. 2, R 3, R* 1, ed. pr.;* diri(gi *in ras.*) *R 1;* vel degere *suprascr. R 3;* degere *edd. G. M et Ioh. diac. in Vita Gregorii I. Lib. III. c. 17 atque Ivo et Grat. l. l.* c) *corr. in* barbaricum *r 2;* barbaricum *R 3, edd. et Ioh. diac., Ivo, Grat.;* barbarici hostis *Anselmi coll. can. ut Friedberg in Gratiani ed. l. l. docet;* barbarorum *R* 1.* d) possint *edd. G. M et Ioh. diac. l. l.* e) declinare *edd. G. M et Ioh. diac. l. l.* f) *corr. in* bellitrensis *R 1;* Velletrensis *ed. pr.;* Velitrensis *ed. M;* billitrensis *R 3.* g) q̄a arenata *r 2;* c̄a *(corr. in* q̄a) arenata *r 1;* qūa *(suprascr.* ond) arenati *R 1;* quondam Harenata *ed. G;* quondam Arenata *Grat. l. l.;* qui appellatur renati *R 3, et Ivo;* quam arenata (*postea add.* dicunt) *R* 1;* quem Arenata . . . dicunt *ed. pr.;* qui Harenata dicitur *ed. M;* qui appellatur Arenata *Ioh. diac. l. l. (Cf. de siglis* q̄a *notam c ad epist. quae praecedit).* h) praecepimus *r 2, R 3, R* 1.* i) transmigrare *R 3 et ed. M.* k) *ita r 1 et Ioh. diac. l. l. testibus ed. G et Gratiani ed. Romana (in ed. M enim aliter se habet lectio);* consuetudinem *r 2, R 1. 3, R* 1, ed. pr. et Ivo l. l.; corr. in* consuetudinum *r 2:* consuetudinum *edd. G. M et Ioh. diac. l. l. in ed. M.* l) *corr. in* festive *R 1* (festive *et Grat.*); festorum *R 3 et Ivonis Decr. l. l.)* m) *add. temporis notam ed. M; cf. quae supra l. 16 monuimus.*

II, 17 Vellitra (nunc Velletri) urbs Latii, a Roma paullum distans. — De Iohanne episcopo cf. epp. II, 48. V, 57a. 1) *Cf. ep. I, 50 de monasterio in securiorem locum transferendo. Res quae secutae sunt papae sollicitudinem probaverunt. Et cum Langobardorum invasione propinqua ecclesia Trium Tabernarum vastata fuerit (vide ep. II, 48 a. 592, Aug.), cum Veliterna iam securiori uniri potuit.* 2) *Borgia, Storia di Velletri (ed. a. 1723) p. 124 seq. loquitur de diversis locis, quae pro Arenata habita sunt. Opinatur ipse illum locum fuisse, ubi hodie Rocca Massima vel Rocca de Massimi.* 3) *De instanti paschali tempore (Apr. 6.) loqui videtur papa.*

II, 18.

Gregorius I. papa Paulum episcopum (Nepesinum), quem Neapolitanis visitatorem constituerat, in sedem suam reverti cupientem, incepta persequi iubet, cum de episcopo ordinando nondum decernere possit. Petrum diaconum, de quo Theodorus retulerat, a suspicione liberum reddit. *592, Febr.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 12.
Edd. M: Lib. II. ep. 15; G: Lib. II. Ind. X. ep. 12. — Iaffé Reg. 1170 (807).

GREGORIUS PAULO EPISCOPO.

Ad hoc fraternitatem tuam ad praesens Neapolitanae ecclesiae praeesse constitui, ut quosque potuisses suasoria ad Deum praedicatione converteres. Et dum tota te hoc oporteat intentione peragere, priusquam hunc Deo[a] fructum opereris[b], reverti festinas, petisque[c] me, ut celeriter eandem debeam ecclesiam ordinare, dum meus[d] non sit in hac re animus otiosus. Sed quia utilitates[e] eius summa cupio firmitate vallare, diuturna de hoc necesse habeo deliberatione tractare, ut eam digna possim ordinatione Christo revelante disponere. Interea ergo fraternitas tua ita invigilare animarum lucris studeat, ut iudicium quod de te habeo operationis tuae roboretur effectu.

De persona vero Petri diaconi[1] quae scripsisti, omnia mihi Theodorus vir clarissimus[f][2] nunc indicavit. Et ideo postquam tibi adhaerere, et ecclesiasticis eum utilitatibus tua testificatione studere cognovi, nullius debet adversitatem vel inimicitias formidare. Sed quanto sibi alios invidere perpendit, tanto vigilantius ut ei nihil nocere valeant in utilitatibus ecclesiae et Dei servitio perseveret. Fraternitas autem tua pro eius persona post hoc non debet esse suspecta, quia nulla apud me subreptio locum inveniet.

II, 19.

Gregorius I. papa Paulinum episcopum (Taurianensem) de epistola Maximiano (Syracusano) episcopo scripta (ep. II, 51 anni 592, Febr. 29.) certiorem facit eumque in Liparitana ecclesia sibi subdita residere, Taurianensis vero visitationem gerere iubet.

Codd. R et r: Indictio X. cap. 13. *592, Febr. (29.)*
Edd. M: Lib. II. ep. 17; G: Lib. II. Ind. X. ep. 13. — Iaffé Reg. 1172 (809).

II, 18 a) *ita R 1 et sic corr. ex* huc dm̄ (*aut* dn̄ī) *r 2;* (*om.* hunc) ad deum *r 1;* domini *R*1, ed. pr.* b) *add.* huc *ed. pr.* c) *add.* a *edd. G. M.* d) *corr. ex* mens *R 1.* e) *corr. ex* utilitas *R 1.* f) *sigla* ūc *codd., inter quos r 1 ad marg. add.* vir clarissimus. *Sed* n̄c *R*1;* v. c. *om. ed. pr.;* vir consularis *edd. G. M.*

II, 18 Cf. quae supra ad ep. II, 12 de Paulo Neapolitano episcopo monuimus. 1) *An hic Petrus diaconus ille sit Neapolitanus, qui aliquot annis post (a. 600, Iul.) a Neapolitanis episcopus electus a papa non confirmatur, quia et sit simplex et ad usuras solidos dederit (vide ep. X, 19), non apparet.* 2) *De Theodoro dicit Alteserra citans epp. III, 18. IX, 11: 'Fuit a consiliis Gregorii, ideo is consiliarium suum vocitat'. Sed utrum hic fuerit, quem eloquentissimum in ep. III, 18 titulat Gregorius, an Neapolitanus quidam vir magnificus dictus, qui postea (a. 598, Oct. Nov.) maior populi appellatur (cf. epp. IX, 47. 76), an denique neuter horum, non diiudico.*

II, 19 De tempore quo haec epistola scripta sit cf. subscriptionem epistolae in calce huius indictionis a librario additae (ep. II, 51). Ex qua patet, rectissime hoc caput adhuc sub mense Februario registro

GREGORIUS PAULINO EPISCOPO.

Scire te volumus, quia Maximiano fratri et coepiscopo nostro[1] scripsimus[2], ut fraternitatem tuam ecclesiae Lyparitanae[a][3] ex nostra auctoritate praeesse constituat. Cui te modis omnibus oboedire necesse est, eiusque ecclesiae utilitatibus praecipimus decenter insistere, et quaeque eius commoditatibus agnoveris oportere, te volumus sine cunctatione peragere. Ecclesiam vero Tauritanensem[b], quotiens oportunum tempus credideris, visitabis. Ita ergo fraternitas tua haec omnia implere festinet, ut et sui praesentia Lyparitanam[c] salubriter disponat ecclesiam, et visitationis studio Tauritanensem[d] ecclesiam congregare et[e] fovere non desinat[f].

MENSE MARTIO INDICTIONE X.

II, 20.

Gregorius I. papa in Natalem, episcopum Salonitanum, conviviis male indulgentem atque mandatis apostolicis repugnantem invehitur. Quem Honoratum archidiaconum restituere iterum cum excommunicationis minis iubet. Honoratum atque nuntium sibi in iudicium transmittendos postulat. *592, Mart.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 14.
Edd. M: Lib. II. ep. 18; G: Lib. II. Ind. X. ep. 14. — Iaffé Reg. 1173 (810).

GREGORIUS NATALI EPISCOPO SALONITANO.

Multis ab urbe tua venientibus, frater karissime, didici, pastorali cura derelicta solis te conviviis occupatum[1]. Quae audita non crederem, nisi haec actionum tuarum

II, 19 titulo add. Liparitano *ed. pr.* a) Liparitanae *edd. Cf. epp. III, 53. VII, 19.* b) *sic corr. ex* taurianensem *R 1;* taurianensem *ed. M. — De variis formis huius nominis cf. in ep. I, 39:* Tauri civitas, *in epp. II, 51, XIII, 21:* Taurianensis ecclesia, *in ep. IX, 134* Taurensis episcopus, *in ep. XIII, 20* Taurianis. c) liparitanam *r 1, R 1, edd.* d) *ita R 1, edd. pr. G;* taurianensem *r 1. 2, R*1, ed. M.* e) et *om. r 1. 2, R* 1. ed. pr.; add. altera m. R 1.* f) *add.* Data mense Martio ind. X *R*1, edd. (ed. M citat pro lectione sua duos Teller. et Colbert.).*

Mense *cet. ita codd. nostri; cf. notam f ad ep. praecedentem II, 19.*

insertum esse. Videtur enim eodem die 29. Febr. cum ep. II, 51 ipsa fuisse edita. — De Paulino, episcopo Taurianensi, cf. quae supra ad ep. I, 38 not. 1 disseruimus. Gussanvillaei nota 1 ad nostram ep., qua dicit, eum ante mensem Martium (ind. X) obiisse, ex lectione multis mendis corrupta fluxit.

1) De Maximiano episcopo Syracusano cf. ep. II, 8. 2) i. e. ep. II, 51 data die 29. mensis Febr. a. 592. 3) Urbs Liparitana in insula eiusdem nominis, quae ad latus septentrionale Siciliae sita est. Episcopus Liparitanus Agatho, ut ex ep. III, 53 (a. 593. Iul.) discimus, propter excessus quosdam depositus erat, et ecclesia sacerdote caruit. Erat autem sub auctoritate Syracusani archiepiscopi, cum ad Sicilianas sedes numeraretur (cf. ep. VII, 19). — Liparitana civitas locus munitus in ep. II, 51 dicitur; contra Taurianum hoc tempore adhuc ab hostibus devastatum fuisse videtur.

II, 20 Transmissa est cum iis quae proxime sequuntur epistolis tribus per Antoninum subdiaconum et rectorem patrimonii per Dalmatiam, qui tunc ut hoc munere fungatur a papa Salonam missus est. De Salonitano episcopo Natali eiusque cum Honorato diacono causa vide epp. I, 10. 19 et eas quae nostram sequuntur II, 21—23. 1) Hoc opprobrium repellere studet Natalis in epistola quadam, cui respondet Gregorius in ep. II, 50 i. e. Aug. a. 592. Infra menses Mart. et Aug. igitur nuntii ter iter Salonam fecerunt. Iam antea mores suos illum ipsum correxisse, scribit papa mense Iulio (ep. II, 45).

experimentis adprobarem. Nam quia nequaquam lectioni[a] studeas, nequaquam exhortationi invigiles, sed ipsum quoque usum ecclesiastici ordinis ignores, hoc est in testimonio, quod eis sub quibus es positus servare reverentiam nescis. Cum enim sanctae memoriae decessoris mei fueris scriptis prohibitus[2], ne contra Honoratum archidiaconem tuum dolorem tam longae ingratitudinis in corde retineres, cumque et a me[b] haec tibi summopere fuerint interdicta[3], et mandata Dei neglegens[c], et scripta nostra contemnens, praefatum Honoratum archidiaconum tuum quasi ad fortiorem honorem provehens conatus es callida arte degradare. Unde actum est, ut eo archidiaconatus[d] loco summoto alium arcesceres[e], qui tuis moribus obtemperare potuisset, cum praefatus vir pro nulla tibi ut arbitror re displicuit, nisi quod vasa sacra et velamina[4] tuis te parentibus dare prohibebat. Quam causam subtili voluimus et nunc ego et tunc sanctae memoriae decessor meus indagatione discutere. Sed tu, tuorum tibi actuum conscius, personam ad iudicium instructam[f] transmittere distulisti. Proinde fraternitas tua vel post frequentatam totiens admonitionem a culpae suae errore resipiscat et praefatum Honoratum in suo, mox[g] mea scripta susceperit, loco suscipiat. Quod si facere fortasse distuleris, usum tibi pallii[h], qui ab hac sede concessus est, noveris esse sublatum. Si vero etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia persistis[i], Dominici te scias corporis ac sanguinis participatione esse privatum. Post quae iam necesse est, ut causas tuas suptilius[k] indagantes, an in episcopatu ipso persistere debeas summa nos scias[l] cura atque inquisitione[m] tractare. Eum vero qui contra iustitiae regulam ad locum[n] alterius provehi consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponimus. Qui si ulterius in loco eodem ministrare praesumpserit, se participatione communionis sacrae noverit esse privatum. Tu igitur, frater karissime, nequaquam nos amplius provoces, ne duros valde in asperitate sentias, quos erga te positos in caritate contemnis. Restituto igitur loco suo Honorato archidiacono instructam personam sub festinatione transmitte, qui mihi hoc debere ex ratione fieri suis possit allegationibus demonstrare. Eundem namque archidiaconem ad nos venire decrevimus, ut quicquid iustum, quicquid omnipotenti Deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium decernamus. Nos enim nullum pro personali amore defendimus, sed auctore Deo normam iustitiae postposita cuiuslibet personae acceptione custodimus.

II, 21.

Gregorius I. papa universis Dalmatiae episcopis, quid Natali, episcopo Salonitano, in epistola praecedenti (II, 20) de Honorato archidiacono restituendo et de iudicio coram se ineundo praeceperit, significat. *592, Mart.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 15.
Edd. M: Lib. II. ep. 19; G: Lib. II. Ind. X. ep. 15. — Iaffé Reg. 1174 (811).

II, 20 a) dilectioni *r 1;* dilectioni *R 1.* b) saepe correptus fueris et *add. ed. G. Cf. ep. II, 21 notam g p. 118, 42.* c) neglens *corr. in* negligens *R 1.* d) archidiacon(ati *in ras.*) *R 1.* e) *corr. in* arcesseres *R 1;* arcisceris *r 1. 2, quod corr. in* asciceres *r 2;* arcessires *R*1;* accerseres *ed. M.* f) *corr. ex* instructum *r 2.* g) mox *sine* ut *etiam in epp. I, 37. 66 habes, ubi reluctantibus codicibus haud recte* ut *addidi. Suprascr.* ut *al. manu R 1;* mox ut *edd.* h) *corr. ex* pallei *r 2.* i) per(stiteris *in ras.*) *R 1.* k) *ita r 1; corr. ex* subtilius *R 1.* l) *ita R 1; om.* nos scias *r 1. 2. et edd.* m) *add. edd.* debeamus. n) (*pro* ad locum) *scr.* in archidionatum *ed. G.*

2) Haec Pelagii II. papae epistola deperdita est. Cf. Iaffé Reg. 1060 (691). *3) Loquitur, ut videtur, de ep. I, 19.* *4) Eadem in ep. I, 10* cymilia *et archidiaconi custodiae mandata appellantur.*
II, 21 Cf. epistolam praecedentem, et quae in notis ad eam monuimus.

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS DELMATIAS CONSTITUTIS.

Fraternitatem vestram licet desideremus scriptis frequenter discurrentibus[a] visitare, tum[b] praeterea cum res exigit utraque cupimus negotii[c] unius occasione persolvere, ut et fraternos de visitatione relevemus animos, et quae superveniunt, ne mentem possint ignorata confundere, subtilius[d] explicare[e]. Frater itaque noster Natalis[f], Salonitanae civitatis episcopus, cum Honoratum archidiaconem sedis suae ad ordinem presbiteratus vellet provehere, ac deinceps ille ad sublimiorem gradum crescere declinaret, a sanctae memoriae decessore meo missa supplicatione poposcerat, ne ad hunc ordinem invitus accederet. Hoc enim fieri sibi non provehendi gratia, sed causa ingratitudinis perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctae memoriae decessor noster scripta Natali fratri coepiscopoque nostro direxerat, interdicens, ne praedictum Honoratum archidiaconem invitum proveheret, neve dolorem conceptae ingratitudinis in corde retineret. Cumque et a nobis[g] haec eidem summopere fuerint interdicta, non solum mandata Dei neglegens, sed et scripta nostra contemnens, praefatum archidiaconem ut dicitur contra morem quasi ad fortiorem honorem provehens conatus est callide degradare. Unde actum est, ut eo de archidiaconatus loco summoto, alium arcesceret[h], qui in loco depositi archidiaconi ministraret. Quem scilicet Honoratum arbitramur antistiti suo displicere propterea potuisse, quod eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam et tunc sanctae memoriae decessor meus et nunc ego suptili voluimus indagatione discutere. Sed his[i] ipse sibi conscius personam ad iudicium postposuit destinare, ne actuum eius discussa potuisset veritas apparere. Nos itaque tot iam scriptis admonitum et hactenus[k] pertinaciter obstinatum, scriptis iterum directis per praesentium latorem[1] curavimus ammonendum, quatenus Honoratum archidiaconem, coniungente[2] statim praesentium latore, in priori loco susciperet. Quem si[l] obdurato adhuc corde contumaciter ad eundem gradum[m] revocare forte postponeret, usu eum pallii[n], qui ab hac sede concessus est, pro contumacia tot vicibus admissa[o] privari praecipimus. Si vero etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia perseveraverit, a Dominici quoque corporis ac[p] sanguinis eum participatione praecipimus submoveri[q]. Aequum enim est, ut asperos de iustitia sentiat, quos erga se positos in caritate contempsit. Nos itaque ne[r] nunc quidem a iustitiae, quam praefatus antistes despexit, semita deviamus. Sed restituto in loco suo eo, cuius nobis culpa minime patuit, praecipimus Natalem episcopum instructam ad nos dirigere debere personam, qui rectam eius esse intentionem suis possit nobis allegationibus[s] demonstrare. Nam et eundem archidiaconem venire fecimus, ut quicquid iustum, quicquid omnipotenti Deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium decernamus. Nullum namque pro personali amore defendimus, sed auctore Deo normam iustitiae postposita cuiuslibet acceptione personae[t] custodimus.

II, 21 in titulo: delmatias *r 1. 2; sic corr. ex* delmatitis *R 1;* dalmatias *R* 1;* per Dalmatiam *edd. G. M; per* Dalmacias *ed. pr.* — constitutis *corr. ex* constituti *R 1; om.* constitutis *ed. pr.* a) *om.* discurrentibus *R* 1.* b) tamen *edd. G. M.* c) negotia *ed. M, corrigens, ut dicit, sec. mss. lectionem vulgatam!* d) *corr.* subtilius *ex* supt. *r 2;* suptilius *ex* subt. *R 1.* e) explicemus *in recentioribus mss. ed. M invenit;* explicemus *ed. G.* f) *multos codd. omittere hoc nomen ed. M adnotat.* g) *add.* saepe correptus fuerit et *ed. G.* h) *sic R 1, sed corr. in* arcesseret; arcisceret *r 1. 2, quod r 2 corr. ex* asciseeret; accessiret *ed. pr.;* adsciseeret *ed. G;* arcesseret *ed. M.* i) *ras. corr. in* is *R 1.* k) actenus *r 1. 2.* l) *om.* si *r 1. 2, R* 1, quod supra vers. add. r 2;* quem . . . forte si *ed. pr.;* qui iam . . . si forte *edd. G. M.* m) *add.* si *r 1, edd.* n) pallei *r 1. 2.* o) amissa *r 2.* p) aut *r 2.* q) summoveri *R 1.* r) *om.* ne *et supr. vers. add.* nec *R 1.* s) alligationibus *r 1.* t) *om.* personae *r 1. 2.*

1) i. e. per Antoninum subdiaconum et rectorem patrimonii Dalmatini. Cf. epp. II, 22. 23.
2) coniungente = adveniente, *cf. ep. II, 22, p. 119, 22.*

II, 22.

Gregorius I. papa Antonino subdiacono mandat, ut cum Salonae advenerit, Natalem episcopum ad restituendum Honoratum archidiaconum hortetur et in recusantem severitatem adhibeat. Malchum episcopum quam primum ad se venire iubet. *592, Mart.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 16.

Edd. M: Lib. II. ep. 20; G: Lib. II. Ind. X. ep. 16. — Iaffé Reg. 1175 (812).

GREGORIUS ANTONINO SUBDIACONO.

Honoratus, archidiaconus ecclesiae Salonitanae, a sanctae memoriae decessore meo missa supplicatione poposcerat, ut ab antistite suo invitus provehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullo modo[a] cogeretur. Hoc enim fieri sibi non provehendi gratia, sed causa ingratitudinis perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctae memoriae decessor noster scriptis[b] Natali fratri coepiscopoque nostro interdixerat, ne[c] praedictum Honoratum archidiaconem[d] invitum proveheret, neve dolorem conceptae ingratitudinis diutius in corde retineret. Quoniam[e] et a me haec eidem summopere fuerint interdicta, non solum mandata Dei neglegens[f], sed et[g] scripta nostra contemnens[h], praefatum archidiaconem quasi ad fortiorem honorem provehens conatus est arte callida degradare. Unde actum est, ut eo de[i] archidiaconatus loco summoto, alium arcesceret[k], qui eius obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum archidiaconem arbitramur antistiti suo aliunde displicere non potuisse, nisi quod eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam suptili voluimus[l] et tunc sanctae memoriae decessor meus et nunc ego indagatione discutere. Sed his[m] ipse suorum sibi[n] actuum conscius personam ad iudicium postposuit destinare. Proinde experientiam tuam praesentis praecepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus coniungens[o] in Salonam [1] Natalem fratrem coepiscopumque nostrum saltim tot scriptis ammonitum studeat adhortari, ut supra memoratum archidiaconem in suo statim loco suscipiat. Quod si facere hoc contumaciter ut consuevit forte distulerit, usum ei pallii[p], qui ab hac sede concessus est, ex auctoritate sedis apostolicae contradicito. Quem si etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia perseverare perspexeris, Dominici quoque corporis ac sanguinis eundem antistitem[q] participatione privabis. Eum vero qui contra iustitiae regulam ad locum alterius provehi consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponi praecipimus. Qui[r] si ulterius in loco eodem ministrare praesumpserit, communionis sacrae[s] participatione privamus. Aequum enim est[t], ut asperos de iustitia sentiat, quos[u] erga se positos in caritate contemnit[v]. Restituto

II, 22 a) non *R* 1, ed. pr.;* nullatenus *R 3 et edd. G. M.* b) *add.* suis *edd. G. M.* c) neque *corr. in* neque ut *R 3.* d) archidiaconum *et sic semper R 3.* e) Et quoniam (et *supra vers.*) *R 3.* f) negligens *R 3.* g) *om.* et *R 3, ed. M.* h) contempnens *r 1.* i) ut eodem (*et add. supra vers.* ab) *R 3.* k) *sic R 1 quod corr. in* arcesseret; arcisceret *r 1. 2, R 3; corr. in* asciceret *r 2;* asciret *R* 1;* asciceret *ed. pr.;* adsciceret *ed. G;* arcesseret *ed. M.* l) volumus (*et add. supra lin.* uti) *R 3.* m) *corr. ras. in* is *R 1;* is *R 3; om.* his *r 1.* n) *om.* sibi *r 1. 2, ed. pr.* o) conveniens *R 3, edd. G. M; om. ed. pr.* p) pallei *r 1. 2.* q) *in margine addit R 3:* n(ota) subdiaconum antistiti precipere. r) quem *edd. G. M.* s) *add. supra vers.* eum *R 3.* t) est enim *R 1.* u) *add. supra vers.* lenes *R 3.* v) contempnit *r 1; corr. in* contempsit *R 3.*

II, 22 Antonino, quem ep. III, 32 (Apr. 593) subdiaconum et rectorem patrimonii ecclesiae Romanae illic *(i. e. Salonae) appellat, epistolas scripsit Gregorius: III, 9. 22, quarum III, 22* subdiacono et rectori patrimonii in Dalmatia *titulata est. Ut ex ep. nostra et sequenti patet, tunc Salonam Antoninus proficiscebatur, nimirum Romae rector patrimonii Dalmatini modo creatus. Igitur hoc decretum ei cum epp. II, 20. 21. 23 priusquam iter coepit a papa traditum est. Ceterum cf. epp. praecedentes II, 20. 21 et quae ad eas in notis disseruimus.* 1) *i. e. cum primum advenerit Salonam. Cf. not. 2 ad ep. II, 21.*

ergo[w] loco suo Honorato archidiacone[x] instructam personam supradictus antistes te compellente dirigat, qui intentionem eius esse vel fuisse iustam[y] suis mihi allegationibus[z] possit demonstrare. Sed et eundem archidiaconem ad nos venire praecipimus, ut quicquid iustum, quicquid omnipotenti Deo placitum fuerit, cognitis assertionibus partium decernamus. Nos enim nullum pro personali amore defendimus, sed auctore Deo normam iustitiae postposita cuiuslibet acceptione[a] servamus.

Malchum[2] vero fratrem coepiscopumque nostrum curabis fideiussori committere, ut ad nos quantotius veniat, quatenus omni mora ac dilatione postposita, actionum suarum expositis ratiociniis, ad propria[3] cum securitate valeat remeare.

II, 23.

Gregorius I. papa Iobino, praefecto praetorio Illyrici, sub cuius regimine provinciam a barbaris vastatam reflorescere gaudet, patrimonioli administratorem (Antoninum subdiaconum) commendat. Salonitano episcopo Natali opem ferri vetat. *592, Mart.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 17.

Edd. M: Lib. II. ep. 21; G: Lib. II. Ind. X. ep. 17. — Iaffé Reg. 1176 (813).

GREGORIUS IOBINO PRAEFECTO PRAETORIO YLLIRICI.

Licet ad reddenda paternae caritatis officia hostilitate[1] itineris[a] occupatis[b], raritas portitorum impediat, quotiens tamen occasio inciderit, excellentiam vestram non desistimus scriptis discurrentibus visitare, quatenus hos, quorum aspectum praesentium videre non possumus, eos aliquatenus scriptis valeamus alternantibus intueri. Gaudemus itaque, quod eminentiae vestrae regimine adflictae[c] Dominus voluit provinciae consulere, ut quam ex una parte flagello barbaricae vastationis ulcerat, hanc ex alia per eminentiam vestram quasi per superductam[d] salutem curet. Largitam ergo vobis dignitatem ex solo munere donantis adtendite[e], et ex ipsa concessi regiminis administratione Conditorem vestrum erga vos placabiliorem facite, quatenus cum ipse quos[f] largitus est meritis bonorum operum ad suam viderit gloriam revocari, et

w) igitur *R 1. 3.* x) archidiacono *r 1, R 3.* y) *corr. ex* iustum *r 2.* z) alligationibus *r 1.* a) *add.* personae *R 3, edd.*

II, 23 in titulo: iubino *R 1;* EPO *omnes, ut videtur, codd. antiquissimi (certe r 1. 2, R 1, R* 1) et edd. nonnullae, quae ante ed. G. sunt factae.* EPO *autem ex* PPO *ortum esse perspicuum est. Cf. ep. I, 22 (supra p. 26 lin. 25) et ep. 1, 43 (supra p. 69 lin. 25). Sed scripsit ed. G* praefecto *sequens tum 'quosdam mss. codd.', tum ep. I, 43, quamquam in ea* praeposito *invenit; ed. M in Vaticanis legit* praeposito, expraefecto, *in Norm. Anglic. Corb. etc. quos sequitur* praefecto. Iobino Illirici *hanc ep. inscribit ed. pr.* — Yllirici *R 1;* Hyllirici *r 1. 2;* Illirici *R* 1;* Illyrici *edd. G. M.* a) itineribus *edd.* b) occupati *R 1.* c) afflictae *r 1. 2.* d) supradictam *corr. in* supraductam *R 1.* e) *corr. in* attendite *R 1.* f) quod *edd. G. M.*

2) De Malcho episcopo quodam Dalmatiae et sede eius cf. supra notam ad ep. I, 36. Cum ante Antoninum, ut videtur, patrimonium Dalmatinum rexisset, rationes nimirum non bene gestas Gregorio Romae proponere recusavit: Cf. epp. II, 45. III, 22. V, 6. *3) i. e. in Siciliae partes, ut ex ep. III, 22 apparet.*

II, 23 Per Antoninum subdiaconum et rectorem patrimonii Dalmatini — Dalmatia ad Illyricum occidentale pertinebat — una cum epp. praecedentibus transmissa. Cf. ep. I, 43, ubi in notis de provincia Illyrici egimus. Ibi Iobinus eodem titulo: excellentissimus vir filius noster praefectus praetorio per Illyricum *appellatur. Alias in registro Iobini mentio non fit.* *1) De Avarum et Sclavinorum irruptionibus hoc tempore factis in not. 3 ad ep. I, 43 diximus.*

in hac vos vita clariores efficiat, et praemia vobis regni caelestis concedat. Praesentium igitur latorem[2], quem illic pro ipsa exigui patrimonioli administratione direximus, vestrae excellentiae commendamus[g]. Nos enim caritatis vestrae connexi[h] vinculo Dominum petimus, qui[i] sic actus vestros in hac vita dirigat, ut ipsorum merito ad aeterna vos regna perducat.

Natali autem fratri et coepiscopo nostro[3] in nullo vestra gloria contra iustitiam[k] opem ferat, quia tanto necesse est, ut canonicae ultionis vindictam sentiat, quanto et ipsam regulam canonicam ignorat.

II, 24.

Gregorius I. papa Maximiano, episcopo Syracusano, mandat, ut presbyterum quendam a Felice viro clarissimo chartulario commendatum, si dignum episcopatu invenerit, ad se mittat. *592, Mart.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 18.

Edd. M: Lib. II. ep. 24; G: Lib. II. Ind. X. ep. 18. — Iaffé Reg. 1177 (814).

GREGORIUS MAXIMIANO EPISCOPO SYRACUSANO.

Felix vir clarissimus[a] [1] praesentium lator edocuit[b] nos, esse quendam in illis partibus presbiterum, qui ad episcopatus ordinem provehi probatae[c] vitae merito dignus appareat. Hunc ergo fraternitas tua coram se deduci faciat, eumque sicut certus sum propter animae periculum diligenter examinet. Quem si ad hunc provehi gradum dignum esse perspexerit, ad nos studeat destinare, ut eum Domino[d] disponente[e] loco cui praeviderimus[f] possimus ordinare pastorem. Praesentium vero latorem Felicem virum clarissimum cartularium[g] salva fraternitatis[h] tuae iustitia commendamus, quatenus in[i] his, quae iuste poposcerit, fraternum[k] invenire possit affectum.

---

g) *om. in textu et add. in marg.* vestrae excellentiae commendamus *R 1.* h) conexi *r 1, R 1.* i) quo *R 1, R* 1, edd.; sed cf. supra epp. I, 46 (p. 73 lin. 6), 60 (p. 83 lin. 20), 62 (p. 84 lin. 24).* k) *om.* contra iustitiam *R* 1, ed. pr.*

II, 24 a) *siglis* u̅i̅c *utuntur r 1. 2, quibus in margine addit* vir clarissimus *r 2; in ras.* u̅c *R 1; om.* v. c. *ed. pr.;* vir consularis *edd. G. M.* b) lato(r *in ras.*) docuit *R 1.* c) *corr. ex* provatę *R 1; om.* probatae *ed. M.* d) *sic R 1;* Deo *edd.; om.* domino *r 1. 2.* e) *corr. in* disponentes *r 2.* f) praevidemus *R 1.* g) *sigla* u̅i̅c car̅t *R 1;* u̅c car̅t *r 1. 2 (add. in marg.* uirum clarissimum *r 2);* vicaria caritate *R* 1, ed. pr. et sec. ed. M Vatic. A;* vestrae caritati *sec. ed. M Vatic. B et C;* virum consularem vestrae charitati *ed. G (notans* v. ch. *abesse a quibusdam mss.);* virum consularem chartularium *edd. M sequens Norm. Corb. Vatic. D etc.* h) fraternitati *R 1, ed. M.* i) *om.* in his quae ius *R 1.* k) paternum *R 1.*

2) i. e. Antoninus, de quo iam satis egimus. Hunc latorem 'missum qui post Malchum patrimonium (scilicet Dalmatinum) regeret' Gussanvillaeus dixit. Opinio eius igitur cum nostra interpretatione consentit (cf. supra notam 2 ad ep. II, 22). Contra Grisar Rundgang cet. p. 357 putat, hic de patrimonio Illyrici orientalis agi illumque latorem Iohannem notarium fuisse, qui in catalogo rectorum patrimoniorum Iohannis diaconi (Vita Gregorii I, Lib. II, c. 53) Illyricani *rector nominatur. Quod quam levis momenti sit, si epp. praecedentes cum hac coniungimus, manifestum est.* *3) De Natali episcopo Salonitano cf. epp. praecedentes.*

II, 24 Transmissa per Felicem chartularium. — De Maximiano, episcopo Syracusano, cf. ep. II, 8. *1) Felix, qui post in hac ep.* chartularius *appellatur (cf. de insigni chartularii dignitate notam 2 ad ep. I, 3), in epp. IX, 41. 42. 90. 91 Felix Sicilianus et cum titulo* gloriae *nominatur. Ex quibus epp. discimus possessiones eius in Syracusanis partibus sitas fuisse.*

II, 25.

Gregorius I. papa Benenatum episcopum (Misenatem) visitatorem ecclesiae Cumanae Liberio episcopo mortuo constitutum esse denuntiat. Ut novum episcopum eligendum curet, mandat. *592, Mart.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 19.
Edd. M: Lib. II. ep. 25; G: Lib. II. Ind. X. ep. 19. — Iaffé Reg. 1178 (815).

GREGORIUS BENENATO EPISCOPO VISITATORI CUMAS.

Quoniam Cumanae[a] ecclesiae[b] Liberius quondam[c] antistes de hac luce migrasse cognoscitur, propterea visitationis destitutae ecclesiae fraternitati tuae operam sollemniter delegamus. Quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministerioque[d], vel quicquid illud est, a quoquam praesumatur ecclesiae. Et ideo caritas tua ad praedictam ecclesiam ire properabit[e], et adsiduis adhortationibus[f] clerum plebemque eiusdem ecclesiae admonere te volumus, ut remoto studio, uno eodemque consensu talem sibi praeficiendum expetant sacerdotem, qui et tanto ministerio dignus valeat repperiri, et a venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati et dilectionis tuae testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat. Commonentes[g] etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius civitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod evenire non credimus, potuerit inveniri. Provisurus ante[h] omnia, ne ad[i] cuiuslibet conversationis[k] meritum[l] laicae personae adspirare praesumant, et tu periculum ordinis tui quod absit incurras.

II, 26.

Gregorius I. papa quendam Iohannem episcopum visitatorem ecclesiae Nepesinae constitutum esse denuntiat. Cuius ecclesiae cum Paulus episcopus Neapoli visitationis munere fungatur, solemnia paschalia ibidem procuret. *592, Mart.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 20.
Edd. M: Lib. II. ep. 26; G: Lib. II. Ind. X. ep. 20. — Iaffé Reg: 1179 (816).

II, 25 in titulo: om. visitatori cumas *ed. pr. et ed. M cum codd. Corb. Norm. Rem. et tribus Vatic. In nostris codd. haec verba exstant.* — Cumanae ecclesiae *ed. G.* a) cumana *r 1;* cum humana *corr. in* cumanae *r 2.* b) ecclesia *r 1; corr. in* ecclesiae *r 2.* c) q (*suprascr.* uondam) *R 1.* d) *ita R 1 et corr. ex* ministeriique *r 2;* ministeriique *r 1;* ministeriisque *edd. pr. M.* e) properavit *corr. in* properet *R 1.* f) *corr. ex* ortationibus *R 1.* g) commonemus *edd. G. M.* h) ate *R 1, r 2 (corr. in* ante *R 1).* i) *add. manu altera supra vers.* hoc *R 1;* ad hoc *etiam ed. M; om.* ad *r 1.* k) *add.* vel *ed. M.* l) meriti *r 1. 2 (corr. in* meritum *r 2);* merito *R 1;* meriti *ed. M;* meritique *ed. pr.*

II, 25 Eandem fere formulam, quae in primis tantummodo verbis paullo distat, ex Holstenii editione in Libri diurni n. 109 (append. II) Rozière p. 251 recepit. Eodem modo mutatam habes infra in epp. IX, 80. 184. XIII, 16. Simili formula autem saepius Gregorius usus est in epp. IV, 39 cet. — Benenatum episcopum fuisse Misenatem ex epp. II, 44. IX, 121. 163. scimus. Criminibus inculpatum iam ante Dec. 598 Gregorius eum ab episcopatu removit (cf. ep. IX, 80). Erat autem Misenum urbs episcopalis Campaniae in promontorio eiusdem nominis sita, haud procul a Cumis, quae a promontorio Miseno paullo ad septentriones vergebant.

II, 26 Cuius episcopatus fuerit Iohannes antistes, silentio praeterit titulus. Fortasse hic ille est Iohannes episcopus (dirutae cuiusdam, ut opinor, sedis), qui in ep. II, 40 Crotoniensibus eodem modo visitator constituitur. — De Nepe cf. ep. II, 14 p. 111, 41.

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO VISITATORI NEPESINO.

Quoniam Paulo fratri et coepiscopo nostro Neapolitanae ecclesiae operam visitationis iniunximus[1], idcirco fraternitas tua ecclesiae Nepesinae visitationem non desistat adsumere, quatenus exigente paschali festivitate[2], quicquid sacrorum sollemnitas poscit[a], te operante modis omnibus impleatur. Donec igitur quid de persona praedicti fratris et coepiscopi nostri agendum sit, deliberare possimus, ita in cunctis se fraternitas tua sollertem vigilantemque studeat exhibere, ut praedictus vir absens nullo modo sentiatur[b].

MENSE APRELI INDICTIONE X.

II, 27.

Gregorius I. papa Rusticianam (patriciam) votum visitandi loca sancta abiecisse dolet. Passivi in eam calumnias ab imperatore repulsas esse misericordiae divinae reputat. Nominatim salutem diversis nuntiat. *592, Apr.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 21.
Edd. M: Lib. II. ep. 27; G: Lib. II. Ind. X. ep. 21. — Iaffé Reg. 1180 (817).

GREGORIUS RUSTICIANAE.

Epistolam excellentiae vestrae suscipiens votivo sum incolomitatis eius nuntio relevatus, optans, ut vitam actusque vestros sua misericordia Dominus et protegat et disponat. Valde autem miratus sum, cur deliberatae viae eundi ad loca sancta intentionem[1] et votum boni operis deflexistis, dum si quando bonum aliquod dono Conditoris in corde concipitur[a], celeri[b] necesse est devotione compleri, ne dum callidus insidiator animum redire[c] nititur, subinde impedimenta suggerat, quibus ad effectum minime desideria sua mens occupationibus debilitata perducat. Unde necesse est excellentiam vestram omnibus impedimentis piis causis obviantibus anteire, et ad fructum boni operis totis cordis nisibus inhiare, ut et in praesenti saeculo tranquille vivere, et in futuro caeleste regnum valeat possidere.

II, 26 in titulo: om. visitatori *sec. ed. M Vaticani; om.* visitatori nepesino *edd. pr. et M sequens Norm. Corb. Rem. etc.* a) *corr. ex* possit *r 2.* b) *add. temporis notam, quae ad epp. II, 27 cet. spectat, edd.*

Mense *cet.* Apreli *r 1; cf. etiam supra p. 55;* Aprili *r 2;* Aprilis *R 1. In Colbert. vet. et Turon. S. Gat. hanc notam vidit ed. M (vide eius notam b ad ep. II, 26).*

II, 27 titulo add. patriciae *edd.; cf. ep. IV, 44 cet.* a) recipitur *R 1.* b) *corr. ex* cleri *R 1.* c) retardare *ed. pr.;* irretire *edd. G. M.*

1) Cf. epp. II, 12. 13. 14. 18. 2) Pascha anni 592 in diem Apr. 6. incidit. Cum ep. nostra sub mense Mart. posita sit, denuo ex hac re cognoscimus, quam mire ordo epistolarum cum tempore quo revera scriptae sunt consentiat.

II, 27 Rusticiana nobilissima quaedam femina (vidua fuisse videtur), quae in aliis epistolis semper patricia appellatur, cum antea Romae vixerit tunc temporis Constantinopoli morabatur. Magnae ut videtur auctoritatis erat in aula imperiali. Amicitia ei eiusque familiae coniunctus Gregorius nonnullas caritate insignes epistolas Rusticianae scripsit. Cf. epp. IV, 44. VIII, 22. XI, 25. 26. (XIII, 26). 1) Ad montem Sinai, ut ex ep. IV, 44 discimus, ire voverat. Sed eam nimis celeriter votum explerisse in eadem ep. Aug. 594 Gregorius vituperat.

Illud autem quod scripsistis, Passivum[d] [2] contra vos aliquas molitum fuisse calumnias, piissimos vero imperatores[3] non solum libenter non audisse, sed etiam aspere suscepisse, cuius hoc fuerit donum perpendite, et ad eum qui hominibus in hoc saeculo, ne quantum appetunt nocere valeant, potenter obviat, totam spem mentis inflectite, quatenus pravas hominum voluntates brachii sui oppositione reverberet[e], conatusque eorum ut consuevit misericorditer ipse confringat.

Gloriosum domnum Appionem et domnam Eusebiam[f], domnum Eudoxium et domnam Gregoriam[4] mea per vos deprecor vice salutari.

II, 28.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Ravennati, agit gratias, quod Castorium episcopum (Ariminensem) infirmum visitaverit, Ravennaeque receperit. Quem ad sese vel per Siciliam mitti iubet. Curam delegat Iohanni episcoporum suorum, qui ab hostibus impediti Romam venire non possint. *592, Apr.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 22.

Edd. M: Lib. II. ep. 35; G: Lib. II. Ind. X. ep. 22. — Iaffé Reg. 1181 (822).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO RAVENNATI.

Dominicis mandatis praecipimur proximos sicut nosmetipsos diligere eorumque languoribus tamquam propriis infirmitatibus condolere. Quorum[a] memor vestra fraternitas competenti sibi more Castorium[1] fratrem coepiscopumque nostrum et prius compassione habita studuit visitare, et eum postmodum pro excrescenti molestia corporis in Ravennati urbe suscipere. Unde non solum nos impensae caritatis, sed et Deum vobis fecistis procul dubio debitorem[b], cui[c] in fratris infirmitate[d] condoluisse probamini, ipsumque aegrum in sui membri molestia non solum visitasse, sed etiam suscepisse. Quem quidem ipse pro simplicitate sua[e] illic ordinare omnimodo[f] renuebam[g]. Sed petentium[h] importunitas fecit, ut contradicere nullatenus potuissem. Si autem fieri potest, multum mihi et ipsi consuletis, si eum ad me vel per Siciliam[2] transmittatis, si tamen ei non grave iter[i] esse perpenditis.

d) *corr. ex* Passibum *R 1.* e) convertat (*suprascr. manu recentiore* vel reverberet) *R 1.* f) Euseviam *r 1.*

II, 28 in titulo: Iohanni *corr. ex* Iohanne *R 1.* a) quod *R 1.* b) *corr. ex* devitorem *R 1.* c) qui *edd. G. M.* d) infirmitatem *R 1.* e) *om.* sua *r.* f) omnino *R 1.* g) rennuebam *R 1.* h) potentium *sec. ed. M cod. Rem.* i) *ita r 1;* eum (*pro* ei ñ) graviter esse *R 1, r 2;* ei grave non esse *edd.*

2) De Passivo, quis fuerit, nil in registro vel in annalibus Byzantinis audimus. 3) i. e. Mauricium cf. ep. I, 6 not. 5, p. 8, 43. 4) Filios filiasque Rusticianae Gregorius, ut credo, salutat. Appioni et Eusebiae eorumque filiis in ep. IV, 44 salutem mittit, Eudoxio in ep. VIII, 22; Eusebiae epistolam XIII, 26 scribit, eandemque in ep. VIII, 22 filiam Rusticianae appellat. Eusebiae maritus igitur Appio fuit, Eudoxius Eusebiae frater et Gregoria, ut videtur, illius uxor. De Rusticianae nepote Strategio, Eusebiae filio modo nato, post legemus.

II, 28 De Iohanne, episcopo Ravennate, vide supra notam ad ep. I, 24a. 1) scilicet episcopum Ariminensem. Cf. epp. I, 55. 56 II, 15 et infra V, 48. I, 55 in nota 2 dele verba: 'nescimus an fuerit a papa commendatus', cum in ep. nostra legamus, Gregorium ordinationis eius adversarium fuisse. Optime autem papa inspexerat, qui vir et quantus sit Castorius, quippe qui, ut ex Iohanne diacono (Vita Gregorii I. Lib. III. c. 7) scimus, ex subdiacono Romano a papa episcopus creatus est. Electio et ordinatio eius post Iul. 591 demum factae sunt. 2) Maurini adnotant: 'Fortasse quod propter Langobardorum exercitus, qui omnia itinera obsidebant, Romam terra proficisci non esset tutum, ac mari liberior transitus esset et securior'. Sed mihi potius causa fuisse videtur, quod navis infirmo minores dolores parare solet quam vehiculum.

De episcopis vero ad nos pertinentibus, qui tamen huc pro interpositione hostium venire non possunt[3], curam vestra fraternitas gerat. Ita tamen, ut pro causis suis ad Ravennatem urbem nullatenus revocentur, ne eos hoc tempore vexare aut fatigare in aliquo videamur. Sed si qua sunt, quae in eis videantur iuste reprehendi[k], debent semper per fraternitatis vestrae epistolas ammoneri. Sin vero aliqua, quod absit graviora contigerint, haec ad nos subtiliter referre vos volumus, ut inquisitionis vestrae testimonio roborati, quae legibus canonibusque conveniunt, salubri iuvante Domino[l] consilio disponamus[m].

II, 29.

Gregorius I. papa Stephano chartulario Siciliae mandat, retrahat monachos duos, qui monasterium S. Georgii, in massa Maratodis situm, reliquerint. Cui monasterio a massae presbytero nova onera imponi vetat. *592, Mai. 19.*

Codd. P: cap. 45 (inter epistolas Ind. X. cap. 8).
Edd. M: Lib. II. ep. 28; G: Lib. XII. ep. 20. — Iaffé Reg. 1182 (818).

GREGORIUS AD STEPHANUM CARTARIUM SICILIAE. DE MONACHIS RESTITUENDIS.

Scientes magnitudinem caritatis vestrae toto Dominum corde[a] diligere, ob hoc ea quae in massis[b] de iure quondam[c] patriciae[d] recordationis[e] Iuli[f] contra praecepta Dominica[g] contraque canonum regulam commissa esse didicimus, ad eius necesse duximus[h] referre notitiam, quatenus haec[i] quae perpetrata sunt corrigi debeant, et alii deinceps temptare[k] non praesumant. Insinuatum igitur nobis est, in massa[l] quae nuncupatur Maratodis[m] ab[n] abbate monasterii sancti Georgii quod in eadem situm est[1] duos monachos refugisse, et unum quidem ex eis iam coniugem accepisse[o], alium autem[p] laicum effectum saeculariter vivere, cum nec ex familia massae[q] homines ipsi sed[r] esse liberi asserantur, et vel si conditionem[2] debuissent[s] contra Deum erat, ut post adeptum[t] divini officii cultum, ad saecularem vitam atque habitum[u] remearent. Unde hortor, ut habita iudicis aeterni consideratione monachos ipsos retradi[v] sine

k) iniusta deprehendi *R 1.* l) Domini *sec. ed. M Vatic. C.* m) *mensis, quem edd. add., ad epp. in R et r sequentes (II, 30 cet.) spectat.*

II, 29 in titulo: Stefanum *Pa 1 in ind. et Pb 3* — cartarium *Pa 1;* cartularium *P* 1.* — *om.* de monachis *Pa 2;* (de monachis) *add.* fugitivis *ed. pr. Inscribunt hanc ep.* Stephano chartulario *edd. G. M.* a) Deum corde *Pb 1. 4;* corde Deum *Pa 2.* b) marsis *P; corr. ex* marsi *Pb 1.* c) quod *Pa 1. 2, Pb 4.* d) patricii *codd.* e) recordatione *Pa 2.* f) uili *P;* Iulii *ed. M;* patricii viri piae recordationis *edd. pr. G.* g) domini *Pa 2.* h) diximus *Pb 1.* i) *ita Pa 2, edd. pr. G;* hee *corr. in* hę *Pa 1;* ae *Pb 1;* hae *Pb 4;* et *ed. M.* k) perpetrare *Pa 2.* l) mursa *Pa 2;* masse *Pb 1.* m) marato dis *disiunctis verbis Pb 1. 2;* marato *edd. G. M;* in aratro *ed. pr.* n) ab *om. Pa 1. 2, Pb 1. 4, ed. M;* de *edd. pr. G.* o) accipisse *Pa 1.* p) vero *Pa 2.* q) massa *corr. ex* massas *Pb 1.* r) *om.* sed *edd. G. M;* se *ed. pr.* s) secundum conditionem debuissent agere *edd. reluctantibus nostris codicibus.* t) *corr. ex* acceptum *Pb 2.* u) *om.* atque habitum *Pa 2.* v) retradi *corr. ex* retrahi *Pb 2; corr. in* retrudi *m. post. in Pb 4;* retrudi *edd.*

3) *Cf. epp. sequentes II, 32. 33.*

II, 29 Stephanus chartularius marinarum, *i. e. ut credo insularum, ep. V, 38 titulatur,* chartularius *tantum in ep. III, 3. De chartularii dignitate vide ep. I, 3 not. 2, p. 4, 32.* 1) *De hoc S. Georgii monasterio in massa Maratodis, quod, ut inferius epistola nostra docet, triginta iam annis floruit, nil aliud scimus. Ab hoc diversum in Sicilia monasterium S. Georgii in loco 'adsedem' ep. IX, 7 citat. Cf. Cod. dipl. Sic. I, 432. 437.* 2) *Cf. ep. II, 37 p. 133, 11* conditioni obnoxium, *et ep. IV, 21* conditionem loci debentes.

dilatione faciatis, ut non[w] eorum in exemplo cum vestro quod absit peccato ceterorum[x] monasteriorum districtio dissipetur, sed magis ut in[y] magnitudinis[z] vestrae solatiis aliis monachis spes gerendi talia submoveatur[a].

Adseruit etiam praedictus abba[b], presbyterum supradictae[c] massae novas[d] monasterio ipsi consuetudines velle ponere[e], quae[f] ex tempore conditi monasterii per tricennale[g] tempus hactenus non fuerunt; si quid enim[h] illic munificentiae gratia a fidelibus viris oblatum[i] fuerat[k], portionem se[l] debere percipere. Quod magnitudo vestra studeat diligenter agnoscere, et si hoc ab initio non fuit, etiam labentibus temporibus aliquid[m] noviter inponi non condeceat[n], quam[o] maxime cum exiguae substantiae et monasterium pauperum esse didicimus, et abbatem ipsum hospitalem omnino esse[p] multorum adtestatione didicimus.

Data die XIIII. kalendarum Iuniarum indictione X[q].

MENSE IULIO INDICTIONE X.

II, 30.

Gregorius I. papa Iustino praetori (Siciliae) Leonem episcopum (Catanensem) a falsis criminibus purgatum commendat. *592, Iul. 5.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 23; P: cap. 42 (inter epistolas Ind. X. cap. 5).
Edd. M: Lib. II. ep. 33; G: Lib. II. Ind. X. ep. 23. — Iaffé Reg. 1183 (821).

GREGORIUS IUSTINO PRAETORI.

Habet hoc proprium antiqui hostis invidia, ut quos in pravorum actuum perpetrationem[a], Deo sibi resistente, decipere non valet, opiniones eorum falsa[b] ad

w) non *scripsi pro* in; ut in eorum in *Pa 1, Pb 2;* ut in eorum *Pb 1. 4;* ne in eorum *Pa 2, ed. pr.;* ne eorum *edd. G. M.* x) a cęterorum *Pb 2.* y) *ita codd. praeter Pb 4; om.* in *edd. G. M.* z) magnitudini *Pa 1, Pb 1. 2. 4.* a) submobatur *Pa 1, Pb 1. 2.* b) abbas *solummodo Pa 2 et edd.* c) praedictae *edd.* d) nobas *Pa 1, Pb 1. 2.* e) imponere *edd. G. M.* f) qui *Pa 1, Pb 1. 2. 4.* g) trincennale *Pa 1;* triennale *Pb 4, edd. (Sed notat G:* tricennale *quidam mss.).* h) *ita scripsi pro* si quidem; *posuerunt repugnantibus codd.* siquidem si quid deo *edd. G. M.* i) ablatum *Pa 1, Pb 1. 2.* k) fuerit *edd. G. M.* l) portione sed *Pa 1, Pb 2;* portione se *Pb 1. 4; add.* asserat *edd. G. M.* m) aliud *edd. G. M.* n) liceat *Pa 2;* condecet *ed. pr.;* concedat *edd. G. M.* o) *ita Pb;* quia *Pa 1, ed. G;* quoniam *ed. pr.;* quia et *Pa 2; om.* quam *ed. M.* p) ex se *Pa 2, Pb.* q) *ita recte hanc ep. concludens Pa; sed praeponit Pb et P* 1 eandem temporis notam ep. in coll. P subsequenti, i. e. ep. nostrae II, 33.* — Iul. *Pb 4.* (*Notat ed. G: 'hanc ep. concludunt quidam mss.* data die 14. Iul. ind. X').

Mense *cet. ita ad calcem ep. II, 28, i. e. epistolae in R et r nostram praecedentis R*1, r 1. 2 et sec. ed. M codd. S. Gat. et Colb. vet.; legitur in titulo ante ep. II, 30 in R 1. Omittit hanc notam coll. P.*

II, 30 titulus: Iustino praetori *R et r (praeter R*1, ubi* Iustino presbytero; *cf. infra ep. III, 37);* Iustiano presbytero *ed. pr.;* ad Iustinianum de Leone episcopo suscipiendo *P* (ad Iustiano *cet. Pa 1; add.* de iuramento *Pb 3*). *P sequuntur codd. ab ed. M laudati: duo Teller. et Colb.* a) perpetratione *R 1, Pa 2, Pb 4.* b) falsas *R 1.*

II, 30 De tempore huius epistolae nota, quod in collectione R sub mense Iulio recepta, in collectione P accuratiorem diei significationem profert. Discrepant autem classes Pa et Pb, cum Pa alias maioris auctoritatis habita 3 non. Iun. *i. e. Iun. 3 adscribat, Pb* 3 non. Iul. *i. e. Iul. 5. Si autem epistolae XI, 52 rationem habemus, item sub mense Iulio in R traditae, et in P cum nota* 10. kal. Iul. *insignitae, fortasse fidem notae in Pa concedemus. Attamen hic Pb praefero, cum R vim notae ad Iulium spectantis sine*

praesens simulando dilaceret[c]. Quoniam igitur quaedam contra sacerdotale[d] propositum de Leone fratre et coepiscopo nostro[1] sinister rumor asperserat, utrum vera essent districta diutius fecimus inquisitione perquiri[e], et nullam in eo[f] de his, quae dicta fuerant, culpam invenimus. Sed ne quid videretur omissum, aut nostro potuisset cordi dubium remanere, ad beati Petri sacratissimum[g] corpus districta[h] eum ex abundanti fecimus sacramenta praebere. Quibus praestitis, magna sumus[i] exultatione gavisi, quod huiuscemodi[k] innocentia eius evidenter enituit. Pro qua re gloria vestra praedictum virum cum omni caritate suscipiat, et reverentiam ei, qualem sacerdoti decet, exhibeat; nec quaedam cordibus remaneat de his quae iam[l] sunt purgata dubietas. Sed ita suprascripto[m] vos episcopo devotissime oportet in omnibus adhaerere, ut congrue decenterque Deum in eius persona[n] videamini cuius minister est honorare[o].

Data die III. nonarum Iuliarum indictione X[p].

II, 31.

Gregorius I. papa Eusebium abbatem reprehendit, quod communionem a Maximiano episcopo (Syracusano) oblatam recusaverit. Centum solidos ei per Petrum subdiaconum transmittit. *592, Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 24; P: cap. 41 (inter epistolas Ind. X. cap. 4).
Edd. M: Lib. II. ep. 36; G: Lib. II. Ind. X. ep. 24. — Iaffé Reg. 1184 (823).

GREGORIUS EUSEBIO ABBATI.

Credat mihi caritas tua, quia valde contristatus sum de tristitia tua, ac[a] si in te iniuriam ipse[b] pertulissem. Sed cum postmodum agnovi, quia etiam reddente[c] reverentissimo viro[d] fratre et coepiscopo nostro Maximiano[e] [1] gratiam atque communionem tua dilectio[f] ab eo communicari nolebat, cognovi et illud prius iustum fuisse quod[g] factum est. Servorum Dei humilitas in afflictionis tempore debet ap-

c) delaceret *Pa 2.* d) sacerdotalem *P (praeter Pb 4) et r; erad.* m *r 2.* e) perquiret nullam *Pa 3, Pb 1. 2;* perquirere nullam *Pa 2, Pb 3 et ita corr. Pa 3; corr. in* perquiri et *Pb 2.* f) *add.* quae *P (praeter Pb 4).* g) ad beati per sacratissimum *P;* per *ex nota* P *ortum esse puto.* h) perstricta *P.* i) sum *Pa 1.* k) *add.* experimento *edd. G. M.* l) *om.* iam *r 1.* m) *om.* suprascripto *P.* n) personam *P (praeter Pa 2).* o) honorari *Pa 3, Pb.* p) *Diem om. R. r et edd., indicat P, in fine nostrae ep. Pa, in initio sequentis (II, 7) Pb. Scribit autem* Dat. die III. nonarum iul. *Pb 1. 3. 7; om. numerum* III. *Pb 2;* Dat. die III. nonarum iuniarum *Pa 1. 2 (Pa 1 mensem per abbr.* iū *exprimit).*

II, 31 titulo add. de subiectione episcopi sui *P (om.* sui *Pb 1).* a) hanc *Pa 1.* b) ipse iniuriam *P.* c) reddentem *Pa 1;* narrante *(om.* quia — reddente) *Pa 2.* d) *om.* viro *Pa 2.* e) Maximiniano *Pa 3.* f) tuam dilectione *Pa 1.* g) *add.* ut *Pb 4.*

dubio auget. — Translata esse videtur haec ep. per Leonem, episcopum Catinensem. — De Iustino praetore Siciliae cf. ep. I, 2. 70.

1) De Leone episcopo Catinensi loquitur papa. Cf. ep. I, 70 p. 90 not. 3. Ad diem natalitium b. Petri i. e. Iun. 29. 592, ut iussus erat, Leo Romam profectus est, ubi sacramenta praebuit et ep. nostram accepit.

II, 31 Missa esse videtur una cum epp. II, 35. 38 per Benenatum notarium, postea rectorem patrimonii Panormitani, sive per Romanum defensorem postea rectorem patrimonii Syracusani, aut per Cyriacum abbatem, qui omnes tunc Roma in Siciliam profecti sunt. — Eusebii abbatis Siculi quod fuerit monasterium, fortasse Syracusis situm, non traditur. Cf. epp. II, 35. 38, quae omnes eidem mensi attributae eodem tempore certe scriptae sunt. Ep. II, 38 nostram ep. adhuc praecedere videtur. *1) i. e. episcopo Syracusano.*

parere. Qui vero se contra praepositos[h] suos erigunt, profecto ostenditur, quia servi Dei esse[i] contemnunt. Et quidem ab illo hoc quod factum est fieri minime[k] debuit, a te[l] tamen debuit omnimodo[m] humiliter[n] suscipi; et rursum[o] cum gratiam[p] reddebat, ad eum cum gratiarum actione[q] debuit occurri[r]. Quod quia[s] ita a te[t] factum non est, ad hoc[u] cognosco, quia nobis omnino lacrimarum opus est. Non enim grande est his nos esse humiles[v], a quibus honoramur, quia hoc et saeculares quilibet[w] faciunt, sed illis maxime esse humiles[x] debemus, a quibus aliqua patimur. Psalmista[y] dicit:
Psal. 9.14. 'Vide humilitatem meam de inimicis meis', nos cuius vitae sumus, qui humiles[z] esse etiam patribus nolumus? Proinde dilectissime[a] fili rogo, ut omnis[b] amaritudo de corde tuo[c] transeat, ne fortasse finis vicinus sit, et antiquus hostis per iniquitatem discordiae[d] viam regni caelestis intercludat[e].

Praeterea centum solidos per Petrum subdiaconem[f] dilectioni tuae dare[g] fecimus[2], quos[h] peto, ut absque iniuria sui[i][3] suscipiat.

II, 32.

Gregorius I. papa Mauricio et Vitaliano magistris militum scribit, se timuisse, ne milites qui ad eos mitterentur in manus Ariulfi (ducis Spoletini) inciderent. Si Romam Ariulfus pergat, ut a tergo eum insequantur adhortatur. *592, (Iul.).*

Codd. P: cap. 44 (inter epistolas Ind. X. cap. 7).
Edd. M: Lib. II. ep. 29; G: Lib. XII. ep. 22. — Iaffé Reg. 1187 (792).

GREGORIUS AD MAURICIUM ET VITALIANUM MAGISTROS MILITUM.

Gloriae vestrae suscipientes epistolas[a] Deo gratias egimus, quia de salute vestra cognovimus. Et de sollicitudine vestra multum gavisi sumus, et mox ea quae scripsistis

h) postpositos *Pb 1;* propositos *Pb 4.* i) esse servi Dei *P.* k) non *Pa 2.* l) *corr. ex* ante *Pb 1;* at *Pa 2.* m) *ita scripsi, cum codd. corruptionem praeberent:* omni *r 1. 2;* omnia *ceteri;* omnino *ed. G.* n) *corr. in* humilitate *r 2;* cum omni debuit humilitate *edd. pr. M.* o) sursum *Pa 1.* p) gratia *Pb 1.* q) actionem *Pb (praeter Pb 4).* r) recurri *Pa 2.* s) que *Pa 2.* t) ante *P.* u) adhuc *Pa 2; corr.* adhoc *in* adhuc *Pb 4.* v) humilis *Pb 1.* w) quibus libet *Pa 2, Pb 4;* quibus libent *ceteri codd. P.* x) *om.* humiles *P (praeter Pa 2).* y) *add.* enim *Pa 2;* Nam psalmista *edd. G. M.* z) humilis *Pb 1.* a) karissime *Pa 2.* b) omnes *Pa 1.* c) suo *Pa 2.* d) per iniquitatis discordia *P* (discordiam *Pa 2. 3, Pb 4*). e) interducat *Pb 1.* f) subdiacunem *Pb 1.* g) dari *R 1 et edd.;* transmisimus (*pro* dare fecimus) *Pa 2.* h) quod *P.* i) sui *om. Pb 1.*

II, 32 in titulo: Maurilio *oppugnantibus omnibus nostris codd. ed. M.* (ad Maurilium *Pb 4, sed idem codex in indice:* ad Mauricium). — magister *Pa 1 in ind. et Pb 1;* magistrum *Pa 2 in ind.;* magistrorum *Pb 4 (in ind.* mag̅). a) epistulas *Pa 1, Pb 2. 3.*

2) *Ita Petro mandatur in ep. II, 38.* 3) *Cf. in ep. IX, 126:* exenium, quod non sit iniuriosum.

II, 32 De tempore epistolae nostrae adscribendo diu haesitavi. Si ordini in collectione P (quae sola eam tradit) auctoritatem concedimus omnino dubii sumus. Est enim posita inter epp. II, 7 (P cap. 43, ind. X. cap. 6) et II, 29 (P cap. 45, ind. X. cap. 8), quarum prima die 27. Sept. 591, secunda die 19. Mai. 592 datae sunt. Sed his duabus epistolis praetermissis ordo ad mensem Iulium spectat, ad quem et ep. II, 30, quae praecedit in P (cap. 42, ind. X. cap. 5) pertinet, eademque in R sub Iulio recepta est, et ep. II, 37 in P cap. 50, ind. X. cap. 13, sicut collectio R probat. (Cf. indicem epistolarum P in praefatione et in Neues Archiv III, 592.) Ordo igitur quo tradita est, hanc ep. potius ad mensem Iulium vocat. Porro quae in epistola nostra referuntur proxime cum epp. II, 7 et II, 33 cohaerent, sed de tempore, quam difficile sit certum iudicium ferre, ex eo vides, quod virorum doctorum sententiae valde inter se discrepant. Cf. Troya Cod. dipl. I, 254. Attamen negari non potest, cum epistola scriberetur diem natalitium b. Petri imminuisse. Igitur nos errare non credimus, si epistolam medio mense Iun. scriptam putamus, arguentes eam tardius librario,

parata fuerunt. Sed Aldio[b][1] vir magnificus[c] post adventum hominum vestrorum nobis scripsit, quia in proximo iam Ariulfus[d][2] esset, et timuimus, ne milites qui ad vos diriguntur in manus eius inciderent. Tamen et hic in quantum Deus adiuverit contra eum filius noster gloriosus magister militum[e] paravit se[3]. Sed et gloria vestra, si huc[f] perrexerit[g] ipsa[h] hostis, quomodo[i] consuevistis[k] cum auxilio[l] Dei a dorso eius quod[m] potestis perficite. Speramus[n] enim in omnipotentis Dei virtutem[o] et in ipsius beati Petri principis apostolorum, in cuius natale[4] sanguina[p][5] effundi desiderant, quia ipsum sibi contrarium sine mora invenient[q].

II, 33.

Gregorius I. papa Mauricio et Vitaliano magistris militum nuntiat de fide Suanensium, qui cum Ariulfo (duce Spoletino), ut die 11. m. Iunii scripserit, de deditione egerint. Iubet, ut possessiones Ariulfi si Romam attendat depraedentur. 592, (Iul.).

Codd. P: cap. 46 (inter epistolas Ind. X. cap. 9).
Edd. M: Lib. II. ep. 30; G: Lib. XII. ep. 23. — Iaffé Reg. 1188 (819).

GREGORIUS MAURICIO ET VITALIANO MAGISTRIS MILITUM. DE DEPRAEDATIONE.

Suppliciter gloriae vestrae per filium nostrum Vitalianum[1], cum quo et[a] tractaretis, et verbo et scripto mandavimus. Undecimo autem die mensis Iunii[b] Ariulfus[c]

b) Agil *Pa 2.* c) vir magnificus *siglis* ūm *in codd. expressum;* ūrm *Pb 3. 4;* vestrorum (*om.* post) *Pa 2;* vir memorandus *edd. pr. G.* d) Hariulfus *Pb 4.* e) *sigla:* gl. mag. mil.; *om.* magister *Pa 1;* agil miles *Pa 2;* gloria mag. mil. *Pb 3.* f) hucusque *Pa 2.* g) perexierit *Pa, Pb 4 et ed. M.* h) *ita codd. (Cf. Du Cange); corr. manus post. in* ipsae *Pb 4;* ipse *edd.* i) quomo *Pa 2.* k) consuistis *Pa 1.* l) per auxilium *Pa 1.* m) quae *Pb 4.* n) speramur *Pb 2.* o) virtute *Pa 2 et edd.* p) sanguinem *edd.* q) *ita Pa 2; ceteri codd.* inveniet.

II, 33 in titulo: Maurilio *ed. M reluctantibus omnibus codd. Cf. ep. II, 32.* — magister *Pb 1.* — de depraedatione *Pb 3 et plurimi in indice;* de praedatione *Pa 1. 2, Pb 2;* de depredicatione *Pb 1;* de predic̄. *Pb 4 (in ind.* de predicatione); *om.* de depr. *edd.* a) et *codd.;* ut *ed. M.* b) Ianuarii *sine causa scripserunt edd.* c) Hariulfus *et sic semper Pb 4.*

ut cum epistolis registri coniungeretur, traditam et sic mensi Iulio adscriptam fuisse. Quae argumenta quodammodo epistola quae sequitur confirmat. — De Mauricio et Vitaliano magistris militum aliunde nihil refertur. Cf. epp. II, 7. 33.

1) Aldio vir magnificus, ni fallimur, ille est qui in ep. IX, 102 magister militum *atque* gloriosus *titulatur. Ut ex eadem ep. discimus civitati i. e. urbi cuidam praepositus erat, quae ad Venantii episcopi Perusini diocesim pertinebat.* *2) Ariulfus, dux Spoletinus. Cf. ep. II, 7.* *3) i. e. Castus magister militum Romanus, quem* praeconem laudum Prisci patricii Orientis in Romanis partibus paterna dilectione *eidem Prisco papa in ep. III, 51 (593, Iul.) commendat. Cf. et epp. V, 30. 36. Perperam hoc loco Troya Cod. dipl. I, 253 de Veloce magistro militum loquitur. De magistris militum Romanis cf. Hegel, Städteverf. v. Italien I, 180.* *4) i. e. die 29. Iun. Cf. epp. I, 39a p. 54 not. 5. I, 70 p. 89 not. 1. Valde autem rem perturbat Troya l. l. I, 254, cum pro martyrio ut semper adhibetur natalem S. Petri de cathedra intellegat, et novo errore mensem Ianuarium inducat, in quo hic dies tunc celebratus sit.* *5)* sanguen *vide Forcellini s. h. v.*

II, 33 De tempore cf. quae ad ep. praecedentem monui. Sequitur autem ep. nostra in P epistolam II, 29 (P cap. 45 ind. X. cap. 8), quae est diei 19. Mai. 592 et praecedit (praetermissis epp. sine mense) epistolam II, 37 (P cap. 50 ind. X. cap. 13), quam ad mensem Iulium collectio R vocat. Post diem 11. mensis Iun. II, 33 scriptam fuisse, ep. ipsa testatur. Igitur eam huic mensi exeunti adscribo, tamen cum ep. II, 32 sub mense Iulio eam relinquens, cui paullo tardius a librario attributa est. Ceterum cf. notas ad ep. II, 32. *1) Cave, ne confundas hunc cum Vitaliano magistro militum.*

hanc epistulam[d] quam vobis direximus transmisit. Et ideo relegentes eam videte, si in fide sua Suanenses[e 2] quam rei publicae promiserunt perstiterunt. Obsides[f] dignos de quibus possitis[g] confidere ab eis percipite, et insuper denuo sacramentis obstringite[h], reddentes eis quod loco pignoris sustulistis[i] et sermonibus vestris eos sanantes. Si autem manifestissime cognoveritis, eos cum Ariulfo de sua subditione locutos[k] fuisse[l], vel certe obsides ei dedisse, sicut nos Ariulfi epistola quam vobis direximus[m] dubios reddidit[n], salubri consilio pertractantes, ne in aliquo anima vestra vel nostra de sacramentis gravetur, quicquid utile rei publicae iudicaveritis peragite. Sed ita faciat gloria vestra, ut neque sit aliquid, unde possimus ab adversariis reprehendi, neque in quo utilitas rei publicae exigit[o] quod avertat[p] Dominus neglegatur. Praeterea[q] gloriosi filii estote solliciti, quia quantum conperi hostem collectam[r] habet, et in Nardias[s 3] dicitur residere, et[t] si huc[u] cursum Deo sibi irato mittere voluerit, vos loca ipsius, quantum vos Dominus adiuvaverit[v], depraedate[w], aut certe sculcas[x 4] quos[y] mittitis[z] sollicite requirant, ne dolens factum ad vos[a] discurrat[b].

II, 34.

Gregorius I. papa universis Neapolitanis militibus praecipit, ut Constantio tribuno, cui custodiam civitatis mandaverit, oboedientiam porro exhibeant. *592, (Iul.).*

Codd. P: cap. 47 (inter epistolas Ind. X. cap. 10).

Edd. M: Lib. II. ep. 31; G: Lib. XII. ep. 24. — Iaffé Reg. 1189 (820).

GREGORIUS UNIVERSIS MILITIBUS IN NEAPOLI.

Summa militiae laus inter alia bona merita haec est, oboedientiam sanctae rei publicae utilitatibus exhibere, quoque[a] sibi utiliter imperatum fuerit, obtemperare.

d) epistulam *Pa 1, Pb 1.* e) Suamenses *Pb 1.* f) obside *Pb 1;* obsidesque *edd. G. M.* g) possetis *Pa 2, Pb 1. 2.* h) perstringite *Pa 2.* i) substolistis *Pa 1;* substulistis *Pb 2.* k) locutus *Pb 1.* l) esse (*om.* vel—dedisse) *Pa 2.* m) direxerimus *Pb 1.* n) reddedit *Pa 1, Pb 1. 2. Hoc loco addit quae prius omisit Pa 2:* et obsides eos Ariulfo dedisse cognoscitis. o) exiget *Pa 2.* p) advertat *Pa 1.* q) propterea *Pa 2.* r) collectum *Pa 2 et edd. Cf. p. 129, 5.* s) in nardias *omnes codd.* (*praeter Pb 4* in nardios); in armis *Deusdedit in coll. can. ed. Martinucci p. 386;* narmas *ed. pr.;* narina *edd. G. M.* t) ut (*pro* et) *codd.* u) hic *Pa 1, Pb 2. 4.* v) adiubaberit *Pa 1;* iuverit *edd. G. M.* w) depraedamini *edd. G. M, reluctantibus omnibus codd.* x) sdulcas *Pb 1.* y) quas *Pa 2 et sec. edd. G. M codd. Vall. Corb.* z) mittetis *Pa 1 et sec. edd. G. M Vall. et Corb.* a) vos *codd.;* nos *edd. G. M.* b) *corr. ex* discurraut *Pb 2;* recurrant *Pa 2. Temporis nota, quam Maurini in nota g ex Colb. vet. citant, ad ep. in coll. P praecedentem, i. e. ep. II, 29, pertinet.*

II, 34 in titulo: Neapolitanis (*om.* in) *edd. G. M;* Neopolis (*om.* in) *ed. pr.* — *add.* constitutis *R*1,* consistes *ed. pr.* a) quod *Pa 2;* quoque *ceteri Pa et Pb;* quodque *edd.*

2) Suana (hodie Soana) urbs Etruriae. Cf. Pizzetti Antiquità Toscane I, 12. 62. *3) Quid significet vox* Nardiae *diiudicare non valeo. Fortasse sunt campi ad Nar fluvium. (Vide etiam Plinii hist. nat. III, 14 ubi cognomine Nartes dicuntur Interamnates, qui in ripa ad Nar habitant.) Sed ne* Nardias *in* Narnias *corrigamus nil impedit, haud nescii nimirum, tunc per breve tempus Narniam in Langobardorum potestate fuisse, cum epp. II, 4 (591, Sept.) et V, 57a (595, Iul. 5.) episcopos Narnienses proferant. Cf. not. ad ep. II, 4. Huc accedit quod de fama loquitur Gregorius. Narniam denique a militibus Romanis munitam esse, in ep. V, 36 (595, Iun.) refertur. Cf. etiam Paulum diac. Hist. Lang. VI. c. 48, qui narrat, Narniam a Langobardis octavo demum saeculo captam.* *4) i. e. copias. Cf. Legem Langobard. Lib. I, 14.* Si quis in exercitu ambulare contemserit aut in sculcam *et Simocattam Hist. Lib. VI, 9* διαφρουρά, ἣν σκοῦλκαν συνηθὲς τῇ πατρίῳ φωνῇ Ῥωμαίοις ἀποκαλεῖν.

II, 34 Nota quod tunc ecclesia Neapolitana episcopo privata fuit. Vide ep. II, 26. Perperam de tempore ep. nostrae disseruerunt Di Meo Ann. I, 159, Troya Cod. dipl. I, 272.

Sicut et nunc devotionem vestram fecisse didicimus[b], quae epistolis nostris[1], quibus magnificum virum Constantium[c] tribunum[d] custodiae civitatis deputavimus praeesse[e], paruit[f], et congruam militaris devotionis[g] oboedientiam demonstravit. Unde[h] scriptis vos praesentibus[i] curavimus ammonendos, uti praedicto magnifico viro tribuno, sicut et fecistis, omnem debeatis pro serenissimorum dominorum[2] utilitate vel conservanda civitate oboedientiam exhibere, quatenus quicquid a vobis hactenus bene gestum agnoscitur, per[k] praesentis[l] temporis vigilantiam ac sollicitudinem augmentetis[m].

II, 35.

Gregorius I. papa Maximianum episcopum (Syracusanum) reprehendit, quod Eusebium abbatem aegrotantem excommunicaverit. Cui solatium praeberi iubet.

Codd. P: cap. 48 (inter epistolas Ind. X. cap. 11). 592, (Iul.).
Edd. M: Lib. II. ep. 34; G: Lib. XII. ep. 26. — Iaffé Reg. 1185 (825).

GREGORIUS MAXIMIANO EPISCOPO. DE ABBATE SUO REFOVENDO.

Frequenter me ammonuisse vos recolo, ut[a] in proferenda sententia esse praecipites nullatenus deberetis. Et nunc ecce cognovi, quia reverentissimum virum abbatem Eusebium commota furore vestra[b] fraternitas excommunicavit. Quod ego valde miratus sum, ut non antiqua eius conversatio[c], non aetas[d] longa, non egritudo diuturna ab ira vestrum animum flecteret. Quilibet[e] enim[f] in eo fuisset excessus[g], ipsa egritudinis eius[h] afflictio ei[i] debuit pro flagello sufficere. Quem enim divina disciplina conterit, ei humana flagella addi superfluum fuit. Sed fortasse ideo excedere in tali persona permissus es, ut acutior[k] in vilioribus fias[l], et diu trutines[m], cum aliquem[n] per sententiam[o] ferire disponis. Eundem tamen praefatum virum quanto[p] furore exasperasti, tanta nunc dulcedine[q] consolare, quia valde iniquum[r] est, ut qui te plus amaverunt, ipsi te sine causa atrociorem contra se sentiant[s].

---

b) dedicimus *Pb 1.* c) Constantinum *Pb 4.* d) *om.* tribunum *Pb 4.* e) precesse *Pb 1;* preces se *Pb 2. 4.* f) *ita Pb 2;* paravit *reliqui.* g) debutionis *Pa 1, Pb 1. 4.* h) inde *Pa 2.* i) *om.* praesentibus *Pa 2.* k) *om.* per *Pb 1.* l) praesenti *P (praeter Pa 2:* praesentis). m) aumentitis *Pa 1;* amentetis *Pb 1. 3.*

II, 35 in titulo: om. episcopo *Pa 2.* — abbato *Pb 1.* — *add.* Syracusano *et om.* de — refovendo *edd. G. M.* a) et (*pro* ut) *Pa 1, Pb 1. 2. 4.* b) vestrae *Pb 1. 2.* c) conversatione *Pa 1, Pb 1. 2; erad.* ne *Pb 4.* d) nam et has *Pb 1.* e) quaelibet *Pa 2.* f) etenim *Pb (praeter Pb 4).* g) in eum fuissent delicta *Pa 2;* fuerit exc. *edd.* h) *om.* eius *edd.* i) *om.* ei *Pa 2.* k) cautior *Pb 1. 4 edd.;* cautiorem te exhibeas (*om.* in vilioribus — trutines) *Pa 2.* l) fia *Pa 1.* m) diuturnis *Pb 1;* diu trutinis *Pa 1, Pb 2.* n) aliquam *Pa 2.* o) *ita cum Pa 2 et edd. G. M scribo;* presentiam *Pa 1, Pb 2. 3. 4;* presentia (*om.* ferire) *ed. pr.;* praescientiam *Pb 1.* p) quantum *Pa 1.* q) dulcidine *Pa 1, Pb 2.* r) iniustum *edd. G. M.* s) sentiunt *Pa 1, Pb.*

1) Hae epistolae deperditae sunt. 2) i. e. Mauricii imp. cf. ep. I, 6 not. 8. Ex his verbis patet, quantum erraverint, qui hac epistola probare voluerunt, tunc Neapolim inter possessiones ecclesiae Romanae fuisse. Cf. ep. II, 12 not. 2.

II, 35 Missa esse videtur per Cyriacum aut Benenatum aut Romanum, cf. epp. II, 31. 38. — Maximianus est episcopus Syracusanus. Cf. cum hac ep. epistolas II, 31. 38.

II, 36.

Gregorius I. papa Honorato diacono (responsali Constantinopolitano) mandat, ut Venantium chartas exconsulatus petentem imperatori (Mauricio) commendet.

Codd. P: cap. 49 (inter epistolas Ind. X. cap. 12). *592, (Iul.).*
Edd. M: Lib. II. ep. 53; G: Lib. XII. ep. 27. — Iaffé Reg. 1190 (856).

GREGORIUS HONORATO DIACONO. DE VENANTIO HONORANDO.

Filius meus domnus Venantius [1] nepos [a] quondam [b] Opilionis patricii ad beatum Petrum apostolum venit, hoc a me summopere [c] petiturus, ut causam eius [d] dilectioni tuae commendare debuissem. Honores etenim [e] non habet, et cartas exconsulatus [f] petit [g], pro quibus triginta [h] auri libras transmisit, ut ei debeant conparari. In qua re volo, ut dilectio tua se summopere inpendat [i], quia [k] talis vir est, cui honor etiam sine pretio debeatur. Et quia easdem cartas emere ut dixi paratus [l], nec [m] valde necesse est, ut ex me aliquid serenissimis principibus [n] dicatur, — sed magis ex se agat dilectio tua, quatenus oblatis in sacella [o] [2] consuetudinibus honores [p] mereatur accipere. Si quid tamen potueris mitius agere, maximam de eo [q] mercedem habes [r]. Sed ita fac, ut labor eius quod [s] hic ad nos fatigatus est, vacuus non sit. Si vero in eadem causa difficile aliquid esse perspexeris, etiam quia per me hoc postulet, indicare debes, et cuius bonitatis [t], cuius [u] modestiae [v] atque [w] sapientiae sit [x] serenissimis dominis [y] intimare.

II, 37.

Gregorius I. papa Iohannem, expulsum episcopum Lissitanum, vacuae ecclesiae Scyllacinae, dum Lissus ab hostibus teneatur, praeesse iubet. Quo modo ecclesiam regat praescribit. *592, Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 25; P: cap. 50 (inter epistolas Ind. X. cap. 13).
Edd. M: Lib. II. ep. 37; G: Lib. II. Ind. X. ep. 25. — Iaffé Reg. 1191 (826).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SQUILLACINO.

Pastoralis officii cura nos ammonet, destitutis [a] ecclesiis [b] proprios constituere sacerdotes, qui gregem Dominicum [c] pastorali debeant sollicitudine gubernare. Propterea

II, 36 in titulo om. de Venantio honorando *edd. G. M.* a) nepus *Pa 1, Pb.* b) quod *Pb 1. 4; om.* quondam *Pa 2.* c) *add.* est *Pa 2.* d) *om.* eius *Pb 2.* e) enim *Pb 1 et edd. G. M.* f) exconsolatus *Pa 1, Pb 1;* exconsolatu *Pa 2;* ex consultu (*corr. in* exconsultus) *Pb 4;* caritatem tuam consolatos *ed. pr.* g) petiit *Pa 2, edd.* h) trigenta *Pa 1.* i) praeparet (*om.* inpendat — ut dixi) *Pa 2.* k) qui *Pa 1, Pb 2.* l) *add.* est *edd.* m) non *edd. G. M.* n) dominis *Pa 2.* o) sacello *ed. M.* p) honoribus *Pa 1, Pb.* q) potueris de eo mitius agere maximam *ed. M.* r) habebis *Pb 1 et edd. G. M;* haberes *ed. pr.* s) quo *edd. G. M.* t) novitatis *codd. et ed. pr. quae forma positis* v *pro* b *facillime explicatur.* u) et *pro* cuius *Pa 2.* v) *add.* sit *edd.* w) autque *Pb 1.* x) *ita Pa 2; om.* sit *ceteri codd.* y) principibus *Pa 2; om.* dominis *Pa 1.*

II, 37 in titulo om. Iohanni episcopo *et add.* de ordinibus sacris *P.* — Squillarino *Pb 1;* Squillicitano *R*1; om.* Squillacino *ed. pr.* a) de statutis *Pa 2.* b) ecclesiae *r 2, Pb 1; sic corr. in* ecclesiis *Pb 2. 4.* c) domini *Pa 2.*

II, 36 Honoratus apocrisiarius ecclesiae Romanae Constantinopoli erat. Cf. ep. I, 6 not. 6 (p. 8). 1) *Fortasse hic ille Venantius est Syracusanus, de quo ad ep. I, 33 fusius egimus. Quae coniectura si vera est, inde probatur exconsulatus hononorem ei negatum esse. Numquam enim hoc titulo in epistolis ad Venantium Gregorius utitur.* 2) sacella = fiscus *seu* aerarium publicum *(Maur.).*

II, 37 Formula simili usus est librarius qualis exstat in Libro diurno n. VI, cum qua inde ab verbis praecipimus autem *usque ad* probati sunt *(p. 133 lin. 8—15) plane ep. nostra consentit. Vide ed. Rozière*

te Iohannem ab hostibus[d] captivatae[e] Lissitanae[f] civitatis[1] episcopum in Squillacina[g] ecclesia cardinalem necesse duximus constituere sacerdotem, ut et[h] susceptam[i] semel animarum curam[k] intuitu futurae retributionis impleas. Et licet a tua[l] hoste inminente depulsus sis, aliam quae a pastore vacat debeas[m] ecclesiam gubernare, ita tamen, ut si[n] civitatem illam ab hostibus[o] liberam effici, et Domino protegente ad priorem statum[p] contigerit revocari, in[q] eam in qua es[r] prius ordinatus ecclesiam revertaris[s][2]. Sin autem praedicta civitas continua captivitatis[t] calamitate premitur, in hac in qua et a[u] nobis incardinatus[3] es debeas ecclesia permanere. Praecipimus autem[v], ne umquam inlicitas ordinationes facias, ne[w] bigamum, aut[x] qui virginem non est sortitus uxorem, aut ignorantem litteras, vel in qualibet parte corporis vitiatum[y], poenitentem[z], vel curiae[4] aut[a] cuilibet conditioni[b][5] obnoxium, ad sacros ordines permittas[c] accedere[d]. Sed si quos huiusmodi reppereris, non audeas promovere. Afros passim, vel incognitos peregrinos ad ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias, quia Afri quidem[e] aliqui[f] Manichaei[g], aliqui rebaptizati, peregrini vero plurimi etiam in minoribus ordinibus constituti fortiori[h] de se praetendisse honori[i] saepe probati sunt. Ammonemus etiam fraternitatem tuam, ut in[k] commissis sibi animabus sollerter invigilet, et animarum magis lucris quam commodis[l] vitae praesentis intendat. In continendis ac[m] disponendis ecclesiae rebus diligens existat, ut omni ex parte susceptum digne te gessisse[n] pastoris officium venturus iudex, cum ad iudicandum venerit, debeat adprobare.

II, 38.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii) Siciliae varia de negotiis administrationis mandat. Praecipit, ut Iudaeis, si Christiani fieri velint, pensum minuat,

d) ostium *Pa 2.* e) captivitatae *Pa 2, Pb 3. 4.* f) Lisitanae *P* (*praeter Pa 2:* Lisathane). g) Squillacena *R 1;* Squillicina *Pa 2.* h) *om.* et *edd. G. M.* i) suscepta *r, P.* k) cura *r; om.* curam *P.* l) tue *R 1 et r;* tuo *P* (at tuo *Pb;* a tuo *corr. in* a tua *Pb 4).* m) debes *edd. G. M.* n) *om.* si *P.* o) *corr. ex* hostilibus *r.* p) statu *Pa 1, Pb 1. 2.* q) ad *edd. G. M.* r) et (*pro* es) *r 1. 2;* ordinatus es *Pa 1. 2, Pb 2. 4;* ord. est *Pb 1;* incardinatus *ed. G* (*notans in marg.* al. ordinatus). s) revertatis *Pa 1.* t) *om.* cont. capt. *Pa 2.* u) *om.* et *r 1; om. et superscr.* a *R 1, r 2.* v) *om.* autem *Pa.* w) nec *r 2, Pa 1, Pb 2.* x) et *Pa 2; om.* aut *Pb* (*superscr.* vel *Pb 4).* y) *add.* vel *edd. G. M.* z) poenitentiae (*notans in marg.* al. poenitentem) *ed. G.* a) in curiae aut *P (erad.* in *Pb 2);* vel curiae (*notans al. deesse* vel curiae) *ed. G;* vel curiae aut *legitur in Libr. diurn. ed. Rozière p. 25.* b) conditione *Pb 1, Pa 2.* c) permittas — ordines *om. Pa 2.* d) accidere *Pa 1.* e) quidam *ed. M.* f) *om.* aliqui *R, r, edd. pr. M.* g) *corr. ex* monachi *Pb 1.* h) fortioris de (*deletur* s de) *r 2;* fortioris *et Pa 1, Pb 2, ed. pr.;* fortiores *Pa 2, Pb 4;* fortioribus *Pb 1;* ad fortiorem *ed. M;* ad fortiores *ed. G.* i) honoris *Pa 1, Pb, ed. pr.;* honores *Pa 2, ed. G;* honorem *ed. M.* k) non in (*corr. in* ut in) *Pb 2.* l) magis quam lucris commodisque *Pa 2.* m) *om.* ac (*corr.* disponendisque) *R 1;* aut *pro* ac *edd. G. M.* n) egisse *R 1.*

p. 24-26 et notas ibidem. — Squillacium aut Scyllacium (cf. ep. VIII, 32; hodie Squillace, qua forma moderna et Gregorius hic usus esse videtur) urbs olim Bruttiae nunc Calabriae ulterioris ad oram maris sita haud procul a Crotone. — Iohanni episcopo praeterea Gregorius scripsit epp. II, 39. VIII, 32.

1) Lissus, urbs Illyrici ad provinciam Praevalitanam pertinens, in ora maris Adriatici sita (nunc Alessio prope Durazzo). Hostes sine dubio sunt Avares et Sclavini, de quibus supra ad epp. I, 43 not. 3 et II, 23 not. 1 egimus. *2) Mense Aug. a. 598 (ep. VIII, 32) adhuc Iohannes ecclesiae Scyllacinae praefuit. Post hoc nil de eo refertur.* 3) incardinatus *cf.* cardinalis *in nota 3 ad ep. I, 78.* 4) curiae *cum Libri diurni lectione recepimus. Cf. de significatione curiae Savigny Röm. R. im MA. I, 355 et Hegel Städteverf. von Italien I, 185 sequ.* *5) Cf. supra ep. II, 29 not.* 2. Conditio = servitus (*inde* conditionalis = servi *sive* mancipia). *Cf. Baluzium ad Libr. diurn. ed. Rozière p. 25.*

ut Eusebio abbati centum solidos exsolvat, ut pensiones nonae et decimae indictionum et rationes omnes secum Romam deferat. Quem habeat probatum in Syracusana parte et Benenatum notarium in Panormitana administratores patrimonii sibi substituat.

Codd. P: cap. 51 (inter epistolas Ind. X. cap. 14). *592, (Iul.).*
Edd. M: Lib. II. ep. 32; G: Lib. XII. ep. 30. — Iaffé Reg. 1186 (824).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO SICILIAE. DE DIVERSIS CAUSIS.

Indicante[a] Romano defensore[1] cognovi, quia monasterium ancillarum Dei, quod est in fundo Monostheo[b 2], ab ecclesia nostra de Villa-nova[c] fundo iuris sui violentiam pertulit, qui eidem monasterio dicitur dimissus[d]. Quod si ita est[e], experientia tua eis et fundum restituat, et eiusdem fundi de duabus indictionibus[3] quas egisti[f] pensiones reddat[g]. Quia[h] autem multi Iudeorum in massis ecclesiae[i] commanent volo, ut si qui de[k] eis Christiani voluerint fieri, aliquanta eis pensi[l] relaxentur[m], quatenus isto beneficio provocati, tali desiderio et alii adsurgant[n].

Vaccae[o] autem quae iam aetate steriles[p] sunt, vel boves masculi[q] qui omnino[r] esse inutiles videntur, vendi debent[s], ut saltim eorum pretium ad aliquam utilitatem crescat. Greges vero equarum quos[t] valde inutiliter habemus omnes volo distrahi, et tantummodo quadringentos[u] iuveniores[v 4] servari[w] ad foetum, ex quibus quadringentis[x]

II, 38 in titulo: de universis causis (*praeter Pb 4:* diversis) *omnes quos vidi codd. P in inscriptione epistolae; sed recte scribunt idem codd.* diversis *in indice epistolarum;* de diversis *ed. pr.; om.* de div. caus. *edd. G. M.* a) *add.* mihi *Pa 2 et edd. G. M.* b) *ita plurimi codd.* Monostereo *(fort. in* Monosdeo *corr.?) Pb 1;* Monastheo *Pb 4;* Monotheo *cum ed. G. etiam M, quae citat lectiones:* Monastheo *ex Vatic. D,* Monasterio *vel* Monotheo *ex Vatic. A;* Monocheo *ed pr.* c) *add.* de *edd. G. M.* d) demissus *Pb 1.* e) est *om. codd. praeter Pa 2, Pb 4.* f) exegisti *edd. G. M, (M sec. codd. Vatic. D et Regios).* g) restituat *edd.* h) qui *Pb 1.* i) marsis ecclesia *Pa 2.* k) ex *edd.* l) pensionis *Pa 2.* m) aliquanta . . . relaxetur *Pa, Pb 2. 4;* aliquantum . . . relaxetur *edd.* n) surgant *Pa 2;* urgantur *ed. pr.;* urgeantur *ed. G.* o) vaccas *codd., ed. pr.* p) sterele *Pa 1, Pb 1.* q) masculini *Pa 1. 2.* r) omni *Pa 1; om.* omnino *Pa 2.* s) debentur omnes *Pa 2.* t) quas *edd.* u) quadrigentos *Pa 1;* cccc *Pa 2;* quadragintos *Pb 1;* quadringentas *edd., sed* quadraginta *ed. Ven.* v) iuniores *edd. G. M;* minores *ed. pr.* w) salvari *Pa 2.* x) quadrigentis *Pa 1.*

II, 38 De mense huic ep. adscribendo ambigi potest, si solummodo ordo in collectione P (quae sola epistolam II, 38 nobis servavit) perspicitur. Nam ultimum locum inter epp. indictionis X in coll. P obtinuit et non esset cur eam cum epistola praecedenti II, 37, cuius tempus collectione R satis constat, mensi Iulio attribueremus, nisi plurimae indictionis X epp. in P ad hunc mensem pertinerent. Praeterea, si ea quae in ep. narrantur observamus, locus ubi de Eusebio abbate dicitur, proxime accedit ad epp. II, 31. 35, quarum prima in coll. R sub Iulio posita est. Epistola nostra autem aut eodem tempore scripta est, quo II, 31. 35, aut potius prius quam ep. II, 31, quae epistolae II, 38 iam meminit. Igitur parvi momenti sunt duo argumenta, quae mensem Augustum indicare videntur. Quorum primum est hoc: Duarum indictionum pensiones iam egerat Petrus cum Gregorius scriberet. Ineunte indictione IX, ut supra in ep. I, 1 vidimus, Petrus in Siciliam missus non ante exeuntem indictionem X pensiones binorum annorum reddere potuit. Sed fortasse ante indictionem expletam pensiones receperat. Altera est ratio, quod Gregorius Petrum quem videre desiderat, quique Romam ire quam maxime festinat, non ante diem 14. Sept. proficisci iubet. Itaque ut videtur dies ille iam imminebat. — Transmissa esse videtur cum epp. II, 31. 35 per Cyriacum abbatem vel Benenatum notarium vel Romanum defensorem. — De Petro subdiacono rectore patrimonii Siciliae cf. epp. I, 1. 39a et ante omnes I, 42, cum qua nostra ep. plurimis rebus coniuncta est. 1) *Romanus defensor, qui saepius in epistola nostra memoratur, tunc Romae fuerat; postea, Oct. 598, a Gregorio rector patrimonii ecclesiae Romanae in partibus Syracusanis constitutus est. Cf. epp. IX, 28-32. Deinde papa plurima ei scripsit mandata.* 2) *De eodem monasterio ancillarum* Monosteo *ep. I, 42 agit. Vide p. 68, 15.* 3) *i. e. indictionum IX et X. Vide quae supra monui.* 4) *i. e. pullos equarum.*

singuli[a] conductoribus singulae condomae[1] dari[b] debent[c], quatenus ex ipsis aliquid singulis annis reddant. quia durum valde est. ut sexaginta solidos[d] pastoribus expendamus. et sexaginta denarios[e] ex eisdem gregibus non habemus[f]. Ita ergo tua experientia faciat, ut[g] aliae[h] per conductores omnes sicut diximus partiantur. alias[i] distrahe. et in nummum[k] reduc[l]. Pastores vero[m] ipsos per possessiones ordina. ut ex[n] cultura terrae ferre aliquid utilitatis possint. Aeramenta vero omnia. quae sive in Syracusis[o]. sive[p] in Panurmo iuris ecclesiastici esse possunt. distrahenda sunt. priusquam ipsa vetustate funditus pereant.

Veniente autem fratre Cyriaco[q] servo Dei de Roma[r][2], de illo subtiliter[s] requisivi. si cum tua conscientia fuerit de accipiendo praemio in causa mulieris cuiusdam locutus. Quod isdem frater ita se dixit[t] te referente cognovisse. quia ex te inmissus est. ut quis esset ad conferendum praemium inmissor probaret. Quod ego credidi[u], moxque eum[v] in gratiam[w] familiariter recepi[x], coram[y] clero polypticum[z][3] deduxi[a], presbiterium[4] ei auxi, in loco eum[b] superiori inter defensores posui, conlaudans coram omnibus[c] fidem eius, quia ita se in obsequio tuo fideliter gesserit. Quem idcirco ad[d] te celeriter retransmisi. Quia vero[e] multum festinas, et ego quamvis egrotus te videre desidero. quem ipse in omnibus probatum habes loco tuo in Syracusana[f] parte[5] derelinque, et ipse ad me venire festina, ut si omnipotenti Deo placuerit. communi

a) *ita scripsi;* singulis *codd. et edd.* b) *sic Pa 1. Pb 4 sed in unum verba* condomedari *contrahunt quo factum est, ut ed. M notet: 'Pauli lectio est corrupta';* condomedare *Pb 1;* commendari *Pa 2, Pb 2 et sec. ed. M Vatic. D;* condonari *edd.* c) debentur *Pa 2.* d) *om.* solidos *Pa 2.* e) dinarios *Pa 1, Pb 4;* dena *Pa 2.* f) habeamus *Pa 2 et edd.* g) et (*pro* ut) *Pb 1.* h) *sic Pa 2, ed. pr.;* alia *ceteri codd. et edd.* i) et alias *Pa 2;* aliis *Pb 4;* alia *edd. G. M.* k) unum *Pa.* l) redige *edd. G. M.* m) veros *Pa 1.* n) *om.* ex *Pa.* o) Siracusis *Pa 1. 2, Pb 2. 3. 4.* p) vel — vel *edd. G. M;* vel — sive *ed. pr.* q) Ciriaco *Pa 1, Pb 2. 3.* r) *ita codd.;* Romam *edd.* s) similiter *Pa 2.* t) dicit *edd. G. M.* u) ergo credi *Pa 1, Pb 1. 2. 4.* v) *om.* eum *Pb 1.* w) gracia *Pb 1. 4.* x) recipi *Pb (praeter Pb 4).* y) *add.* populo et *edd. G. M, quarum M notat, legi in Regiis Mss. et Paulo diac.(!)* Coram populo et clero polypticum deduxi. z) *ita Pb 2. 4* polyticum *Pa 1, Pb 1;* poleticum *Pa 2;* populi eum *ed. pr.;* eum *edd. G. M.* a) perduxi *Pa 1, edd. G. M.* b) *om.* eum *edd.* c) hominibus *Pa 2.* d) a *Pb 1.* e) *om.* vero *Pa 2, Pb 2.* f) Siracusana *Pa 1, Pb 2.*

1) condoma *sive* conduma *a Papia 'domus cum curia et ceteris necessariis' explicatur (Du Cange). Vide eandem vocem in epp. IX, 71 (conduma vineolam tenet), 194 (fundi campuli cum conduma una donantur), XIII, 18 (conduma una donatur), ubi Maurini* massam *seu* praedium *ecclesiae intellegunt.* 2) Cyriacus servus Dei de Roma *i. e. monachus Romanus saepius in Gregorii epistolis occurrit. Legati munere primum in Sicilia, tum in Sardinia, denique in Gallia functus est. Promiscue cum papa anno 594, Mai. (epp. IV, 23. 26) cum iam in Sardinia fuerit vel* abbatem *vel* servum Dei *titulat. Postea semper* abbatem; *cf. epp. V, 2. IX, 1. 208. 213. 214. 218. 219.* Patrem *autem* monasterii *(cum editoribus ceteris addendum est* nostri, *nisi nomen monasterii excidit) in ep. IX, 208. Si* nostrum *legimus, abbas fuit in quodam illorum coenobiorum, quorum teste Gregorio Turon. (X, c. 1) septem papa constituerat (sex in Sicilia unum Romanum). Quo iure autem inter abbates monasterii Romani (S. Andreae ad Clivum Scauri) numeretur, nescio. Cf. ep. VIII, 12 I, 14a II, 8 et Ann. Camaldol. I, 68.* 3) polyptycha *codices appellabantur in quos praecipue ecclesiarum accepta atque expensa describebantur. (Vide Du Cange). Hic de libro expensarum loquitur Gregorius, ut ex sequenti patet. Pro administratione Siculi patrimonii polyptycha fuisse specialia ex ep. IX, 199 discimus. Cf. et Iohannis diac. verba in Vita S. Gregorii II c. 24:* Igitur incipiens tantum largior esse de collato temporali commodo, quantum certior de recipiendo praemio sempiterno, cunctorum patrimoniorum praediorumque reditus ex Gelasiano polyptyco . . adaeravit. eorumque pensionibus in auro argentoque collatis omnibus ordinibus ecclesiasticis vel palatinis. monasteriis. ecclesiis. coemeteriis. diaconiis, xenodochiis urbanis vel suburbanis, quot solidi singulis quater in anno distribuerentur. pascha scilicet. natali apostolorum, natali S. Andreae, natalitioque suo per polyptychum. quo hactenus erogatur, indixit. 4) *i. e.* stipendium *ei auxit. Cf. ep. II, 13 not. 3.* 5) *Quas Siciliae insulae partes patrimonium Syracusanum complexum sit, ex ep. IX, 29 videas.*

consilio pertractemus, utrum ipse illic[a] reverti, an alter in loco tuo illic debeat ordinari. Benenatum vero notarium[1] pariter transmisi, ut in Panurmitana parte locum tuum[b] in patrimonio, quoadusque[c] omnipotens Deus ordinet quod ei placuerit, ipse conservet[d].

Romanum de levitate sua vehementer increpavi, quia sicut nunc repperi, in xenodochio[e] quod tenuit, solis[f] magis utilitatibus quam mercedibus[2] occupatus fuit. Et ideo si fortasse tibi visum fuerit, loco tuo ipsum relinquere[g] [3], vide quemammodum eum ammonendo et terrendo praemunias[h], ut sciat se[i] circa rusticos pie et sollicite agere, et circa extraneos et urbanos se mutare[k]... in omnibus exhibere[4]. Ego tamen haec loquens personam nullam eligo, sed tuo hoc[l] iudicio derelinquo. In Panurmitana autem parte loci servatorem tuum[m] me sufficit elegisse. Videre[n] volo, quod[o] ipse[p] Syracusanae[q] parti[r] provideris[s]. Veniens autem pecunias[t] et ornamenta de Antonini[u] substantia[5] tecum defer. Pensiones quoque nonae[v] et decimae indictionum[w] quas egisti[x] et rationes omnes pariter deporta. Stude si Domino[y] placuerit[z], ut[a] mare[b] ante[c] natale beati Cypriani[d] [6] non[e] transeas, ne[f] ex signo quod diebus ipsis semper inminet quod absit aliquod periculum possit evenire.

Praeterea cognoscas[g], quia[h] pro eo quod Pretiosum servum Dei non pro gravi culpa graviter adversatus sum, eumque a me tristem amaricatumque repuli, non leviter in mea cogitatione mordear[i]. Et scripsi domno[k] episcopo[7], ut eum retransmittere debuisset, si vellet. Sed omnino noluit. Quem contristare ego nec debeo nec possum, quia in Dei causis occupatus, consolatione[l] fulciri debet[m], non amaritudine reprimi[n]. Isdem vero Pretiosus sicut audio omnimodo[o] contristatur, quia ad me non revertitur. Ego vero ut dixi domnum episcopum contristare non possum, qui[p] eum non vult[q]

a) illuc *Pa 2, edd. G. M.* b) *add.* habeat *Pa 2.* c) quodadhuchusque *Pa 2.* d) *om.* conservet *Pa 2.* e) cenodochio *Pb 1;* senodochio *Pa 2;* cenothocio *Pa 1, Pb 2. 4.* f) *ita scripsi cum Pa 1, Pb, ed. pr.;* suis *Pa 2 et edd. G. M.* g) relinque *edd.* h) praemoneas *Pa 2.* i) sciat te *Pa 1;* scia te *Pb 1;* sci āte *Pb 2;* sciat se *Pa 2, Pb 4, edd.* k) *ita, sed sine indicio lacunae Pa 1, Pb. Cf. infra not. 4;* mutua caritate *Pa 2;* mutatum *ed. pr.;* mutatum et strenuum *edd. G. M*; *add. in marg. m. post.* et probabilem *Pb 4.* l) *om.* hoc *Pa 2.* m) tui *edd. G. M.* n) Et videre *edd. G. M.* o) quomodo *Pa 2.* p) ipsae *Pa 2.* q) Siracusanae *Pa 1, Pb 2.* r) parte *Pa 1, Pb;* partes *Pa 2;* in Syracusana parte *edd. G. M.* s) provideas *Pa 2.* t) *add.* quoque *Pa 1.* u) *add.* parte vel *edd. G. M.* v) annonae *Pa 2.* w) indictiones *Pa 2;* indictionis *edd. G. M.* x) exegisti *edd. G. M.* y) *om.* domino *Pa 2, ed. pr.;* non *Pa 1;* Deo *edd. G. M.* z) placet *Pa 2.* a) aut *Pb 1.* b) ita *Pb;* maria *Pa 2;* mere(ant natale) *Pa 1;* in hac re *ed. pr.;* in hanc urbem *edd. G. M.* c) in *Pa 2.* d) Cipriani *Pa 1, Pb 2.* e) *ita Pa 2; om. ceteri codd. et edd.* f) nec *Pb 2;* et *Pa 1;* ne *Pa 2, edd.* g) propterea cognosce *Pa 2.* h) qui *Pa 1 Pb, (corr. in* quia *Pb 4).* i) mordeat *Pa 1, Pb;* mordet *Pa 2.* k) *add.* meo *Pa 2,* meo (*pro* episcopo) *Pb 4.* l) *om.* consolatione *Pa 2.* m) fulcere debeat *Pa 1, Pb* (fulcere debet *Pb 4*). n) *sic Pb 4, ed. pr.;* repremi *Pb;* deprimi *Pa 2, edd. G. M.* o) omnino *edd.* p) quia *Pb 2. 4.* q) uut *Pb 1.*

1) *Benenatum notarium statim Petrus successorem ita, ut mandatum fuerat, instituit. Cf. ep. III, 27 mense Apr. a. 593 scriptam, ubi Benenatus* notarius et rector patrimonii partis Panormitanae *titulatur.* 2) *Gregorius vituperat, quod Romanus studio maiori* utilitates *i. e.* reditus xenodochii *procuraverit, quam* mercedes *i. e. stipendia, quae pauperibus solvenda erant.* 3) *Commendat Gregorius quodammodo Romanum, ut in parte Syracusana rector patrimonii instituatur. Cf. supra p. 134 not. 1.* 4) *Cf. ep. I, 42 p. 64, 11-15. Cum rustici, ut tributa persolvant compulsi, mutua pro gravibus commodis accepissent Gregorius iam 591, Mai. mandavit:* 'ut omne quod mutuum ab extraneis (rustici) accipere poterant, (a Petro) in publico detur et a rusticis paulatim ut habuerint accipiatur'. *Ambigo, annon huc referendus sit locus, qui valde in codicibus est corruptus.* 5) *De Antonino defensore iam mortuo, et testamento eius cf. ep. I, 39a p. 53, 15 et ep. I, 42 p. 66, 26. 33. ac p. 68, 24.* 6) *i. e. diem 14. m. Septembris. Cf. de tempestatibus et procellis quae hoc tempore imminebant Evagrii Hist. eccl. Lib. IV. c. 16, ut Gussanvillaeus docte adnotat.* 7) *scilicet Maximiano Syracusano episcopo. Epistola haec deperdita est.*

dimittere, et inter[a] utrosque anceps maneo. Tu[b] ergo, si quidem parvo[c] corpusculo maiorem sapientiam[d] habes[e], eandem causam ita dispone, ut et mea voluntas fiat, et domnus episcopus non contristetur. Quem tamen si leviter contristari videris, omnino exinde nihil loquaris. Egre autem[f] tuli, quod domnum Eusebium[g] excommunicavit[1], virum tantae[h] aetatis et tantae egritudinis. Unde necesse est, ut eidem domno episcopo secrete[i] dicas, quatenus in proferendis sententiis praeceps non sit, quia vilium specierum more[k] causae, quae per sententiam decidendae[l] sunt, necesse est, ut prius studiosa et frequentissima consideratione mensurentur[2].

Venientibus scribonibus[3], qui sicut audio iam illic tyrones colligunt[4], loci servatori tuo[m] deputa, ut parum[n] aliquid exenium[o] offerant, quatenus eos sibi placabiles[p] reddant[q]. Sed et officio praetoris[r] [5] priusquam venias aliquid secundum consuetudinem antiquam tribue[s], per manus tamen illius quem dimittis, ut ei[t] gratiam eorum concilies[u]. Ne et nos omnino eis inhumani esse videamur, ea quae danda per praeceptum singulis quibusque personis vel monasteriis tuae experientiae iniunxi, loci[v] servatoribus tuis praecipe[w], ut per omnia inpleant. Trecentos vero solidos, quos per te pauperibus direxi[x], eorum arbitrio non arbitror committendos. Illa ergo de singulis locis et personis inpleant. Haec[y] vero auxiliante Domino cum veneris, qualiter deponenda[z] sint[a], pertractemus[b].

Ante hoc vero tempus[c] iam scripsisse me[d] memini, ut legata, quae ex testamento[e] Antonini defensoris[f] a nobis debentur, monasteriis vel aliis[g] solverentur[6]. Et quare nescio tua experientia hoc inplere tardaverit. Proinde volumus, ut pro portione nostra ex pecuniis ecclesiae eadem legata inpleas, ut cum ad me veneris, illic contra te gemitum pauperum non relinquas. Cautiones vero, quae in eiusdem Antonini substantia sunt inventae, pariter defer[7].

a) in *Pb 1. 4.* b) tur *Pa 1.* c) in parvo *edd. corr.* quidem *in* quidē in *Pb 4.* d) *ita Pa 2;* maiori sapientiae *ceteri codd.* (sapientiam *Pb 4*). e) habens *Pa 2.* f) tamen *edd. G. M.* g) Eusichium *Pa 2.* h) tantum *Pb 1.* i) secreta *Pb 1.* k) *om.* vilium specierum more *edd. G. M; add.* se agit *ed. pr.* l) decide *Pa 1, Pb 4;* dicendae *Pa 2.* m) locis servatoribus tuis *Pa 2;* loco tuo servatorem *ed. pr.;* loci tui servatoribus *ed. G;* loci tui servatori *ed. M.* n) patrum *Pa 1.* o) aliquod xenium *Pa 2;* xenii *edd.* p) placcaviles *Pa 1.* q) offerant . . . reddant *codd.;* offerat . . . reddat *edd. pr. M.* r) repetit *Pa 2.* s) tribuit *Pa 1;* tribuant *Pa 2.* t) eis *Pa 2.* u) conciliis *Pa 1, Pb* (consiliis *Pb 4*). v) locis *Pa.* w) percipe *Pb 1.* x) dixi *Pa 1, Pb praeter Pb 4.* y) *Sine causa hunc ordinem, quem et ed. G 'in quibusdam mss.' et ed. M in Vatic. et apud Paulum invenisse se dicunt, edd. inverterunt, transponentes:* Haec vero — pertractemus *supra in lin. 15 ante:* Trecentos vero. z) disponenda *Pa 2, edd.* a) sunt *Pb 1. 2, edd.* b) pertractabimus *Pa 2, edd. G. M.* c) *ita Pa 2;* tempore *ceteri codd.* d) scripsissem (memini) *Pa 1;* me *om. edd. G. M.* e) timore *(ex* TTMO *explicandum) codd.;* morte *Vatic. D sec. M;* tenore *edd. Cf. aliam corruptelam ex hac abbreviatione ortam in ep. IX, 143.* f) *add.* quae *Pa 2.* g) ecclesiis *Pa 2; add.* prout statutum fuit *edd. G. M.*

1) *Cf. epistolam II, 35.* 2) *De trutina figuram sumit.* 3) *De scribonibus vide Simocattam Hist. I c. 4 (ed. Bonn. p. 41):* ἄνδρα τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ὑπερφερόμενον, ὃν σκρίβωνα τῇ Λατινίδι φωνῇ Ῥωμαῖοι κατονομάζουσιν *eundemque Lib. VII. c. 3 (ed. Bonn. p. 275) et Librum pontificalem in Vigilii et Theodori Vitis ac quae Gussanvillaeus et Codex dipl. Sicil. I p. 470 de iis collegerunt. Gregorius scribones, quos titulo* magnitudinis *et* magnificorum *ornat (cf. epp. IX, 57. 63. 73. 77. 78), ut ex ep. IX, 78 patet, parum dilexit.* 4) *Scribonum erat, ut ex hoc loco apparet, tirones colligere. Tironum collatio erat onus provinciarum propter possessiones et praedia. Cf. Cod. Theodos. Lib. VII. tit. 13 et Lib. XX. de tironibus. (Cod. dipl. Sicil. I, 22. 470).* 5) *i. e. Iustinus cf. epp. I, 2. 39a (p. 54, 9). II, 30.* 6) *De ep. I, 42 (p. 66, 32 cet.) loqui videtur papa.* 7) *Quae verba optime epistola IX. 40 illustrantur, in qua Gregorius Candidum defensorem Iudaeo cuidam pro credita pecunia rebus eius venditis* chirographum obligationis *reddere iubet. Quod debiti instrumentum in eadem ep. saepius etiam* cautio *dicitur. Cf. Iaffé Reg. 951 (625), Deusdedit Coll. can. Lib. III. c. 111.*

Cognovi autem Romano referente, quia moriens uxor Redempti[a] unam concam argenteam nudis verbis dixerit venundari[b] et libertis suis dari[c]. Scutellam quoque argenteam monasterio cuidam[d] reliquerit, in quibus utrisque voluntatem eius per omnia volumus inplere[e], ne ex rebus minimis maiora peccata capiamus.

Fratre autem Martiniano[f] abbate[1] indicante cognovi, quia fabrica in Praetoritano[g] monasterio nec ad medietatem quidem adhuc perducta est. Ex qua re quid aliud quam[h] favorem[i] tuae experientiae conlaudamus[k] [2]. Sed vel nunc ammonitus excitare, et quantum potes in eiusdem monasterii constructionem[l] te exhibe. Ego nihil eis dari[m] in expensis dixi, non autem monasterium de eis fabricare prohibui. Sed ita fac, ut ei quem loco tuo Panurmo[n] dimiseris[o] iniungas, quatenus expensis et annona ecclesiastica hoc idem monasterium construat, et ad me Privati[3] abbatis querela non redeat.

Praeterea cognovi, quia quasdam res vel plures fundorum alieni iuris esse cognoscis, sed pro quorundam obtestatione vel metu dominis[p] suis restituere formides. Qui si veraciter christianus esses, plus Dei iudicium, quam voces hominum[q] timeres[r]. Adtende[s], quia ego quoque te hac de re indesinenter ammoneo. Quod si inplere neglexeris, etiam et meas voces contra te in testimonium habebis.

Si vero de laicis Deum timentes[t] inveneris, ut tonsorari[u] debeant[4] et actionarii sub rectore fieri, omnino libenter fero. Quibus necesse est, ut etiam epistulae[5] transmittantur[v].

De causa autem filii suprascripti[6], si scolasticos[w] consuluisti et non sunt legibus iusta quae repetit, utilitatem pauperum gravari[x] nolumus, sed pro eo quod se hic fatigavit quinquaginta ei solidos dare te volumus, quod[y] tuis certum est rationibus inputari. In causa vero ptochii[z] [7] quas expensas de rebus ecclesiae fecisti, aut illic[a] de pensione[b] redituum eius tibi satisfacito, aut si certe ipsi[c] reditus minime ad

a) Redemti *Pa, ed. M.* b) venundare *Pa 1.* c) dare *Pa 2, Pb 4.* d) cuiusdam *teste ed. M Vatic. A.* e) impleri *Pa 2, edd. G. M.* f) *ita scripsi;* Marciano *Pa 1;* Martiano *Pa 2;* Mariniano *Pb, edd. G. M;* Maximiano *ed. pr.* g) Praetoriano *reluctantibus mss. edd.* h) nisi *Pa 2.* i) favore *Pb* (foverem *Pb 4*), fervorem *edd. G. M.* k) conlaudemus *edd. G. M.* l) constructione *edd.* m) dare *Pa 2, Pb 1. 4.* n) Panormi *edd. G. M;* Panormio *ed. pr.* o) *add.* modis omnibus *edd. G. M.* p) *ita Pa 2 et edd. pr. G;* ad hominis *Pa 1, Pb* (ad homines suos *Pb 4*); hominibus *ed. M.* q) homines (*om.* voces) *Pa 2.* r) formides *edd. pr. G;* formidares *ed. M.* s) adte *Pa 1, Pb* (atte *Pb 4*); *om.* attende *Pa 2;* at tu *ed. pr.* t) timentibus *edd.* u) consolari *Pb 1;* consonari *Pa 2;* considerari *Pb 4.* v) epistolam transmittamus *Pa 2.* w) *locus, ut videtur corruptus:* scmi si scolasticos, *cf. supra p. 11, lin. 28 Pa 1;* sanctissimi filii scolastici *Pa 2;* ssci (*i. e.* suprascripti; *erad. autem primam litteram* s) nisi scolasticos *Pb 1;* suprascripti filii nisi scholasticos *teste ed. M Vatic. A;* ssci (suprascripti) *et Reg. eodem teste;* nisi cum scholasticos *Vatic. D ut idem notant;* sci nisi scolasticos *Pb 2. 3;* sci nisi scol. *Pb 3. 4;* vero filii sci unde scol. *ed. pr.;* Commissi scolastici *edd. G. M.* (*G hunc locum restituendum putat:* De causa vero filii Comissi scholastici, de quo consuluisti). x) gravare *edd. G. M.* y) quos *edd. G. M.* z) *sic scribo;* ptochisi *codd. plurimi;* pothisi *Pa 2;* ptothisi (*corr. in* ptochisi) *Pb 3;* Prothisi *ed. pr.;* Prochisi *edd. G. M, quarum M citat* Prochiti *ex cod. Reg. Iam G adnotat: ego* ptochii *legendum crederem.* a) ille *Pa 2.* b) pensionem *Pb 1. 2. 4.* c) ipse *Pa 2.*

1) *Martinianus abbas idem est, qui* Martinianus abbas de Panormo *in ep. III, 27 nominatur. Fortasse et ab illo haud diversus, quem in ep. IX, 7* Marinianum abbatem, monasterii cum ecclesia S. Georgii in loco qui ad Sedem dicitur coniuncti *reperimus. De quo monasterio cf. not. 2 ep. I, 54.* 2) *ironice dictum cf. ep. I, 42 p. 66, 23.* 3) *Privatus abbas fuit Praetoritani monasterii, non procul a Panormo siti. Cf. Alteserra p. 331.* 4) *Tonsura igitur non signum cleri fuit, sed eorum etiam qui ad ecclesiae administrationem saecularem pertinebant.* 5) *epistolas manumissionis, quia servi fuerint laici, Gussanvillaeus intellegit. Sed cur non de brevibus accepti muneris agat Gregorius?* 6) *De Romano defensore, ut conicio, agitur. Fortasse autem* sanctissimus *cum plurimis codd. legi et pro nomine haberi debet.* 7) ptochium, *πτωχεῖον est domus pauperum hospitio deputata (Du Cange). Cf. ep. IX, 123.*

reconpensandum sufficiunt[a], hic necesse est ut hoc a diacono recipiatur. De Gelasio[b] autem subdiacono loqui aliquid non praesumas, quia scelus illius usque ad finem vitae gravissimam poenitentiam[c] indiget.

Praeterea unum nobis caballum[d] miserum et quinque bonos asinos transmisisti. Caballum illum sedere non possum, quia miser est, illos autem bonos[e] sedere non possum, quia asini sunt. Sed petimus, ut si nos continere[1] disponitis, aliquid vobiscum[f] dignum[g] deferatis. Eusebio autem abbati dare te volumus auri solidos centum[2], quos tuis certum est rationibus inputari. Cognovimus autem, Sisinnium qui iudex Samnii fuit gravi inopia in Sicilia laborare, cui volumus xx[h] decimatos[3] vini[i] et quattuor solidos annuos debeas[k] ministrare. Anastasius autem[l] religiosus[m] iuxta Panurmitana[n] civitate dicitur habitare in oratorio[o] sanctae Agnae[p], cui dari[q] volumus auri solidos sex. Matri autem Urbici[4] praepositi dari[r] volumus solidos sex, qui tuis rationibus inputantur[s]. De Honoratae[5] vero ancillae[t] Dei causa hoc mihi videtur, ut omnem substantiam, quae constat quia ante episcopatus tempus Iohannis episcopi Laurinensis[u][6] fuit, veniens tecum deferas. Eadem vero ancilla Dei cum filio suo veniat, ut nos cum ea loqui et quod Deo placitum fuerit[v] facere debeamus. Codicem autem Eptatici[7] de substantia Antonini dari[w] volumus in monasterio Praetoritano[x], reliquos tecum deferri.

II, 39.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Scyllacino, mandat, ut visitationem ecclesiae Crotoniensis suscipiat (et episcopum eligendum curet). 592, *Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 26.
Edd. M: Lib. II. ep. 38. — Iaffé Reg. 1192 (827).

a) sufficiat *Pa 2;* sufficerent *ed. pr.;* sufficiant *edd. G. M.* b) gelasia *Pb 2.* c) *ita Pa 1, Pb;* ad gravissimum vitae finem poenitentiam *Pa 2;* ad gravissimum finem vitae poenitentia *ed. pr.* (*ubi add.* non) *atque Reg. et duo Vatic. ut notat ed. M;* ad finem vitae gravissima poenitentia *edd. G. M.* d) cavallum *Pa 1, Pb 3 et sic saepius.* e) *add.* asinos *Pa 2.* f) *ita Pb 4, ed. pr. et Vatic. A et D ut ed. M notat; om.* vobis *Pa 1. 2;* nobiscum *ceteri Pb;* cum dignum *in* condignum *mutavit Pa 2;* nobis condignum *edd. G. M.* g) digne *teste ed. M Vatic. A;* dignem *ed. pr.* h) *in Pb 1. 2. 4 hoc loco, lacuna relicta* XX *repetitur sic:* volumus XX XX decimatos *cet. fortasse aliud donum excidit;* quatuor decim batos *sec. ed. M Vatic. D.* i) vinum *Pa 1, Pb et Regii sec. M; addit* dare *Pa 2.* k) *om.* debeas *Pa 2.* l) *ita scripsi cum edd. G. M;* enim *codd. et ed. pr.* m) relegiosus *Pb 1.* n) Panurmitanae *Pb* (praeter *Pb 4*); iuxta Panormitanam civitatem *Pa 2, edd.* o) oraturio *Pb 1.* p) agnen *Pa 1.* q) dare *Pa 2, Pb 1.* r) dare *Pa 2.* s) imputabuntur *edd. G. M.* t) ancilla *Pb 1.* u) ita *Pb, ed. pr. et teste ed. G. Teller. Vall. Voss. Thuan.; teste ed. M: Vatic. Reg. Teller. Thuan.;* Laurenissis *Pa 1;* Laurensis *Pa 2;* Larinensis *ed. G.* v) fuerat *Pb 1.* w) dare *Pa 2.* x) Praetermiano *Pa 2;* Praetoriano *edd.*

1) *Cf. ep. III, 28 et I, 18 not. 2.* 2) *Vide ep. II, 31. Haec verba iam prius quam ep. II, 31 scripta esse videntur.* 3) *Cf. ep. I, 44 (p. 71, 4) et not. ibidem n. 1.* 4) *Urbicus praepositus in ep. V, 4 (Panormitano episcopo directa)* praepositus monasterii mei *dictus (quare S. Hermae coenobium unum ex sex a Gregorio conditis habetur cf. supra p. 135 not. 2), idem esse videtur, qui in ep. VI, 39* abbas monasterii S. Hermae in Panormo *vocatur. Epp. IX, 20. 21 ei inscriptae sunt. In ep. XIII, 14 de electione eius in episcopum Panormitanum agitur.* 5) *De Honorata monacha vide ep. IV, 34. Vidua fuerat Speciosi subdiaconi et marito mortuo denuo matrimonium cum clerico, ut videtur, iniit. Quam ob rem Leo, episcopus Catinensis, eam in monasterium retrusit.* 6) *Laurinensis sedes ignota. Ad Siciliam pertinere videtur.* 7) Heptaticum = heptateuchum, *scilicet codex septem priores sacrae scripturae libros continens, ut recte Maurini adnotant.*

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SQUILLACINO.

Obitum Cotronae [1] civitatis antistitis [a] directa relatio [b] nobis [c] patefecit. Quapropter visitationis destitutae ecclesiae fraternitati tuae operam sollemniter delegamus. Quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum [d], ornatu, ministeriisque [e], et cetera [f] [2].

II, 40.

Gregorius I. papa Crotoniensi clero, ordini et plebi nuntiat, se Iohannem episcopum (Scyllacinum) iis visitatorem instituisse, (cui in creando episcopo oboediant).

Codd. R et r: Indictio X. cap. 27. *592, Iul.*
Edd. M: Lib. II. ep. 39; G: Lib. II. Ind. X. ep. 27. — Iaffé Reg. 1193 (828).

GREGORIUS CLERO ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI COTRONAE.

Vestri antistitis obitum cognoscentes, curae nobis fuit destitutae ecclesiae visitationem fratri et coepiscopo nostro Iohanni [1] sollemniter delegare. Cui dedimus

II, 39 Epistolam hanc, quam ed. G omittit, Baluzius inter Miscellanea V, 468 (ed. Mansi II, 11) recepit. Ex quo codice eam hauserit, non indicat. Sed in elencho dicit in S. Gregorii epistolis se usum esse codd. Colbertinis, 40. 135. 726. 1052. 1065. Horum codicum n. 726 (nunc Paris. 2280 ϱ + P continens huc non spectat; ceteri 135 (nunc Paris. 2281) codicis R 1 apographum, 40. 1052. 1065 (Paris. 2285. 2286. 2283) collectionem auctam R offerunt, in his quatuor igitur et ep. nostra II, 39 extat. Variam Baluzii lectionem cum littera B notamus.* a) *codd.* obitum antistitis, *omittentes nomen ac civitatem eius; solum r 2 in margine veteri manu post* obitum *addit* cotrone civitatis. *Sec. ed. M* antistitis Crotoniensis *tres Vatic. Quod utrum ex archetypo haustum sit, an ex epistola sequenti concludatur nescimus. Addunt* illius *ed. M et B, pro qua lectione M citat Vatic. D, Turon. S. Gat. Norman. Corb. etc. et mss. Iohannis diac. III, 22.* b) *corr. ex* delatio *R 1.* c) *ita r 1, in ras. R 1, B; om.* nobis *edd. pr. M.* d) *add. cum formula epp. VII, 16 cet.* reditu *edd. M. B; add. in margine* presumas *manus antiqua in r 2.* e) *add. cum formula epp. VII, 16 cet.* vel quidquid — incurras *ed. B;* vel quidquid — respondeat *ed. M, quibus edd. docemur posteriores codices vario modo quasdam partes illius formulae adiecisse.* f) *om.* et cetera *edd. B M.*

II, 40 in titulo om. clero *ed. pr.* — blebi *r 1. 2.* — *om.* consistenti *ed. pr.* — cothronae *r 1. 2;* co(t *nigro atramento add.*)rona *R 1;* Cotronae *etiam sec. ed. M in pluribus mss.;* Ortoriae *ut ibidem notatur in Reg. 3800;* Crotoni *ed. pr.;* Crotonae *edd. G. M.*

II, 39 Hanc formulam habes in Libro diurno ed. Rozière append. 2 n. 109, ubi ex Holstenii editione hausta est. Eodem exemplo usus est Gregorius in epp. VII, 16, XIII, 16, ubi epistolam nostram completam invenies. Sed etiam epistolae II, 25. IV, 39. V, 22. IX, 81. 100. 185. XIII, 17. 20 simili forma conceptae sunt, de qua cf. epistolam quae sequitur II, 40. — De Iohanne episcopo Scyllacino cf. ep. II, 37. 1) *Cotronae sive Crotonae, cum codicis praecellentissimi correctore esse supplendum et ep. quae sequitur II, 40, demonstrat et urbs Crotona ipsa iuxta Scyllacium sita. Est enim Croton (vulgo Crotone) in occidentali Bruttiae ora, ad mare Ionium urbs illa iam antiquissimis temporibus notissima. Qui fuerit ibi episcopus mortuus hoc tempore ignoramus.* 2) *Quomodo epistola finiverit, vide in aliis eiusdem formulae exemplaribus supra citatis. Non miramur reliquam epistolam librarium omisisse, cum in formulario eam habuerit, et in registro non formulae, sed potius res gestae servari debuerint. Igitur perperam editores supra pro civitatis nomine* illius *scripserunt, verbis quae restituimus sine dubio iniuria tantum temporum perditis. Neque eos sequor, qui cum manuscriptis levioris auctoritatis ad exemplum reliquarum epistolarum huius formulae epistolam nostram suppleverunt.*

II, 40 Eandem formulam praebet Liber diurnus ed. Rozière in append. 2 n. 110 ex Holestenii editione haustam. Saepissime eam habes inter epp. Gregorii. Vide epp. XIII, 17. IV, 39, nec non V, 22. IX, 81. 100. 185. XIII, 20. — De Cotrone iam dictum est in nota 1 ad ep. praecedentem II, 39, quae summa affinitate cum nostra coniuncta est. 1) *i. e. Iohanni, episcopo Scyllacino, ut ep. II, 39 docet.*

in mandatis, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque[a] et cetera[b] [2].

II, 41.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Ravennati, causam Wilandi contra Gavinianum diaconum diiudicandam demandat. *592, Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 28.
Edd. M: Lib. II. ep. 40; G: Lib. II. Ind. X. ep. 28. — Iaffé Reg. 1194 (829).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO RAVENNAE.

Iurgantium controversias celeri sententia terminare, et aequitati proculdubio convenit et vigori. Quia ergo Wilandus[a] [1] lator praesentium fraternitatis tuae cognitionem implorat, diaconem Gavinianum[b] [2], contra quem se habere causam commemorat, fraternitas tua ad suum faciat accersire iudicium. Et amota dilatione causae veritatem subtili inquisitione discutiat, et quaecumque iustitiae ordo dictaverit, ac tua fuerit sententia definitum[c], et observare et implere partes modis omnibus compellantur.

II, 42.

Gregorius I. papa Felici, episcopo Acropolitano, visitatori provinciae Lucaniae, ecclesiarum ab episcopis destitutarum Velinae, Buxentinae, Blandanae curam iniungit.

Codd. R et r: Indictio X. cap. 29. *592, Iul.*
Edd. M: Lib. II. ep. 43; G: Lib. II. Ind. X. ep. 29. — Iaffé Reg. 1195 (830).

GREGORIUS FELICI EPISCOPO DE ACROPOLI VISITATORI PROVINCIAE LUCANIAE.

Quoniam Velina[a], Buxentina[b], et Blandana[c] ecclesiae[d] [1], quae tibi in vicino sunt constitutae, sacerdotis noscuntur vacare regimine, propterea fraternitati tuae earum

a) ministeriis *r 1. 2; superscr.* presumat *r 2; add.* a quoquam — noveritis *cum codd. posterioribus (secundum formulam epp. IV, 39 cet.) edd. G. M.* b) *ita R 1, r 1, R* 1, ed. pr.;* et ceterum *delet r 2; om.* et cetera *edd. G. M.*

II, 41 in titulo: Ravenna *corr. in* Ravennae *r 2;* Ravenna *R 1;* Ravennati *R* 1, edd. G pr.* a) uuilandus *r 1. 2;* uilinandus *R 1;* willandus *R* 1;* Mulandus *ed. pr.;* Viulandus *edd. G. M.* b) Gravinianum *ed. M;* Gabiniarium *ed. pr.* c) fuerit — definitum *codd.;* fuerint — definita *ed. M.*

II, 42 in titulo de acropolim *R 1;* visitatori provinciae *per sigla* uist pu *exprimunt R 1, r 1. 2; om.* visitatori — Lucaniae *edd., quarum M tamen notat haec verba ex Vatic. A et B,* presbytero visitatori *cet. ex Corb.* a) velsua *R 1.* b) uuxentina *r 2.* c) blandam *R* 1.* d) ecclesia *r 2;* ecclesic *in ras. R 1.*

2) De abbreviata hac ep. cf. quae ad ep. II, 39 not. 2 monuimus. Nam eam quoque editores suppleverunt.

II, 41 Transmissa per Wilandum. — De Iohanne cf. epp. I, 24a II, 35. 1) nomen sine dubio Gothicum. 2) Ad nomen Gaviniani cf. sanctum Gavinum et abbatissam Gaviniam in ep. IX, 197.

II, 42 Formula huius ep., quod miramur, nec in reliquo registro nec in Libro diurno occurrit. — Acropolis ad sinum Salernitanum in Lucania sita (nunc Agropoli). De Felice aliunde nihil scimus. Titulus eius, ut credo, ex epistola nostra haustus est. Nam visitatores provinciarum Gregorium instituisse, nusquam refertur. 1) Velia inter Paestum et Buxentum in ora maris Tyrrheni, fortasse ubi nunc Castellammare della Bruca. Buxentum haud procul ab urbe Salernitana, hodie aut Capo della Foresta prope Policastro, aut Pisciotta nella Valle di Novi. Blanda hodie Porto di Sapri esse videtur.

sollemniter operam visitationis iniungimus, illud prae omnibus commonentes, ut ubi praefatarum ecclesiarum sive dioceseos earum vel diacones sive[e] religiosae personae inventae fuerint, districte ac[f] canonice ut vivant modis omnibus[g] studebis. Nec passim eis in qualibet re sit excedendi licentia. Sed tuo moderamine atque provisione inculpabiliter in qua sunt conversatione vel habitu perseverent, sciturus[h], si quid secus accesserit, tuo[i] neglectui modis omnibus imputari[k]. Presbiteros quoque vel diacones, si in aliquibus ecclesiis praevideris[l] ordinandos, si tales personae fuerint, qui canonicis regulis morum[m] vel vitae qualitate nullo modo reprobentur[n], habebis per omnia ordinandi licentiam. Ministeria[2] vero earundem ecclesiarum ubi sint recondita, sollicita indagatione perquire. Quibus repertis ad nostram notionem perducere festinato, ut cognoscentes quid fiendum sit adiutore Domino disponamus.

II, 43.

Gregorius I. papa Lucillo, episcopo Melitensi, mandat, cogat clericos suos possessiones ecclesiae Africanae tenentes, ut earum pensionem solvant. *592, Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 30.
Edd. M: Lib. II. ep. 44; G: Lib. II. Ind. X. ep. 30. — Iaffé Reg. 1196 (831).

GREGORIUS LUCILLO EPISCOPO DE MELITA.

Officii nostri decet[a] valde praepositum[b], subiectis magnopere suadere, ut rebus debeant[c] servare fidem in placitis[d][1], ne dum inconsiderate[e] lucrandi rapiuntur studio, pacificam vertant conventionem in iurgium. Pervenit itaque ad nos, fraternitatis tuae clericos terras Africanae tenentes ecclesiae, quod pensionem earundem[f] possessionum dare contemnant. Quod si verum est et ad fraternitatis tuae haec sunt perlata notitiam, tua in hoc desidia eorum culpa nutrita est. Ob quam rem scriptis te praesentibus ammonemus, quatenus ad persolvendam pensionem nulla mora nullave excusatione eosdem clericos uti permittas. Sed si fidem honestatis contemplatione servare postponunt, tua districtione compulsi, quae rationi conveniunt cogantur implere. Nam si huius rei ad nos denuo querella recurrerit, et de te aliam habere aestimationem incipimus et in illos ut dignum est vindicamus[g].

---

e) diacone si sive *r 2.* f) *om.* ac *r 2, edd.* g) *add.* admonere *edd. pr. et G.* h) *add.* quia *codd. et ed. pr.* i) *corr. ex* tui *r 2.* k) *corr. in* imputabitur *r 2.* l) provideris *sec. ed. M codd. Norm. et alii.* m) *om.* morum *r; om.* morum vel vitae *ed. pr.* n) reproventur (*corr.* v *in* b) *R 1;* repravetur (*corr. in* repraventur) *r 2;* respuantur *R* 1, ed. pr.*

II, 43 in titulo: Lucido, *ut ed. G notat, in omnibus eius mss., cui nullus nostrorum consentit.* — Meliza *R* 1, ed. pr.* a) *corr. ex* debet *R 1.* b) ita *R 1, r 2; quod corr. in* propositum *R 1 in margine adiecto* vel; *quo ortum est* valde vel propositum *in r 1.* c) debeat *r 1.* d) implacitis *R 1.* e) inconsideratę *r 1;* inconsiderati *R 1, r 2.* f) eorundem *r 1.* g) incipiamus — vindicabimus *r 1, edd. G. M.*

2) De ministeriis cf. ep. I, 66 (p. 87) not. 2.

II, 43 Lucillus episcopus mense Octobri a. 598 administratione ecclesiae ob crimina sua submoretur, (ep. IX, 25). Successor eius est Traianus, quem m. Sept. vel Oct. a. 599 in ep. X, 1 invenimus. — Melita est insula maris Mediterranei, quae hodie Malta nuncupatur. 1) placitum = pactum *vel potius* conductio.

II, 44.

Gregorius I. papa Benenatum episcopum (Misenatem), Cumanae ecclesiae episcopo mortuo, unitarum ecclesiarum Cumanae atque Misenatis episcopum constituit.

Codd. R et r: Indictio X. cap. 31. 592, *Iul.*
Edd. M: Lib. II. ep. 45; G: Lib. II. Ind. X. ep. 31. — Iaffé Reg. 1197 (832).

GREGORIUS BENENATO EPISCOPO.

Et temporis qualitas et vicinitas nos locorum invitat, ut Cumanam atque Misenatium[a] unire debeamus ecclesias[b], quoniam nec[c] longo[d] a se itineris intervallo[e] seiunctae sunt, nec peccatis facientibus tanta populi multitudo est, ut singulos sicut olim fuit habere debeant[f] sacerdotes. Quia igitur Cumani castri sacerdos[1] cursum vitae huius explevit, utramque nos ecclesiam[g] praesentis auctoritatis pagina unisse tibique commisisse cognosce, propriumque te utrarumque ecclesiarum scito esse pontificem. Et quaeque tibi de earum patrimonio, vel cleri[h] ordinatione sive promotione, iuxta canonum statuta visa fuerint ordinare atque disponere, habebis ut proprius revera sacerdos liberam ex nostrae auctoritatis consensu atque permissione licentiam. Ubi vero commodius ac utilius esse prospexeris[i] habitato, ita sane, ut alteram ecclesiam, a qua corporaliter ad praesens es[k] absens, sollicita providentique cura disponas, quatenus divina illic mysteria[l] sollemniter auxiliante Domino peragantur. Fraternitas ergo tua tanto in adhortatione[m] lucrandisque animabus sollicitiori cura semper[n] invigilet, quanto se unitarum ecclesiarum gubernationis onera suscepisse cognoscit.

II, 45.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Ravennati, scribit de pace cum Ariulfo (duce Spoletino) ineunda, de urbibus Romana et Neapolitana ab Ariulfo et Arichi (duce Beneventano) in periculum adductis, de causa episcoporum Histriae, de Romani patricii iniquitate, de quaestionibus ecclesiastici regiminis, cet. Elemosynam incensae Severi urbi denegat, Fanensi per Claudium abbatem transmittere iubet. Addit de Natali episcopo (Salonitano) in melius mutato et de Malcho episcopo, a quo rationes (patrimonii Dalmatini) postulat.

Codd. R et r: Indictio X. cap. 32. 592, *Iul.*
Edd. M: Lib. II. ep. 46; G: Lib. II. Ind. X. ep. 32. — Iaffé Reg. 1198 (833).

II, 44 a) Misinatium *r;* Misimatium *R 3;* Mesmacium *ed. pr.;* Misenatem *edd. G. M.* b) ecclesiam *R 3; corr.* ecclesias *ex* ecclesiae *r 2.* c) hae *r 1;* hae *ex* haec *r 2; om.* nec *R* 1;* non *ed. pr;* eae non *edd. G. M.* d) longe *r et R 3.* e) spatio *edd. G. M.* f) debeat *r 2.* g) utrasque nos ecclesias *r 1;* utramque (*erad.* nos) eccl. (*add. postea* nos [unisse]) *R 1.* h) clero *r 1,* cleri *corr. ex* clero *R 3, r 2.* i) perspexeris *R 3, edd. G. M.* k) corp. es absens *in ras. R 3;* corp. ad praesens abfueris *ed. pr.;* corp. praesens non es *ed. G.* l) ministeria *teste ed. M Vatic. A, Norm. et nonnulli.* m) *add.* populi *R 1.* n) nuper *R 3, r 2; corr. in* nunc (pervigilet *ex* invigilet) *R 3; superscr.* caute semper *r 2.*

II, 44 A Libri diurni formula IX (De adunandis ecclesiis) diversa; cf. etiam ep. I, 8. — De Benenato, episcopo Misenati, iam egimus ad ep. II, 25 cum qua nostram conferas. 1) *i. e. Liberius; cf. ep. II, 25.*

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO RAVENNAE.

Quod multis scriptis[a] vestrae beatitudinis minime respondi, non hoc torpori[b] meo sed languori deputate. Quia peccatis meis facientibus eo tempore, quo[c] Ariulfus[d] [1] ad Romanam[e] urbem veniens[2] alios occidit, alios detruncavit, tanta mestitia affectus sum, ut in coli[f] [3] molestiam caderem. Valde autem mirabar, quid esset quod illa mihi notissima sollicitudo vestrae sanctitatis huic urbi meisque necessitatibus minime prodesset[g]. Sed scriptis vestris discurrentibus agnovi[h], vos quidem sollicite agere, sed tamen apud quem agere[i] non habere[k]. Peccatis ergo hoc meis deputo[l], quia iste[m], qui nunc interest, et pugnare contra inimicos nostros dissimulat[4] et nos facere pacem vetat[5], quamvis iam modo, etiamsi[n] velit[o] [6], facere omnino non possumus[p], quia Ariulfus[q] exercitum Auctarit[r] et Nordulfi[s] habens[7] eorum sibi dari precaria[t] desiderat[8], ut nobiscum loqui aliquid de pace dignetur[u].

De causa vero episcoporum Histriae[9] omnia quae mihi vestra fraternitas scripsit ita esse iam ante[v] deprehendi in his iussionibus, quae ad me a piissimis principibus venerunt, quatenus me interim ab eorum compulsione suspenderem[10]. Ego quidem pro his quae scripsistis[w] zelo atque ardori[x] vestro valde congaudeo, debitoremque me vobis multipliciter factum[y] profiteor. Scitote tamen, quia de eadem re serenissimis dominis cum summo zelo et libertate rescribere[z] non cessabo[11]. Movere autem vos non debet praefati excellentissimi[a] viri Romani patricii animositas, quia nos

II 45 in titulo: Ravenna *R 1;* Ravennati *R 3.* a) scriptis *om. codd. Hoc verbum R 1 posteriori manu add.; superscr.* consultis *post* minime *R 3; pro* multis *scr.* scriptis *R* 1 et ed. pr.;* multis scriptis *edd. G. M.* b) corpori *r 1.* c) quo *alia m. superscr. R 1.* d) Hariulphus *R 1;* Auriulfus *R 3;* Agilulfus *R* 1, Vatic. A (ed. M);* Agilolfus *ed. pr.;* Arnulphus *sec. G in pluribus mss.;* Arinulfus *Norm. (ed. M);* Ariulphus *edd. G. M.* e) Romani *R 3.* f) *ita nostri codd. et sec. M tres Vatic.;* cholicam *edd. G. M.* g) *add.* dirigeret *quod postea delet R 1.* h) agnovimus (*suprascr.* vos) *R 3.* i) *ita r 1. 2 (corr. in* ageret *r 2);* ageret *R 1;* agerem (*corr. in* ageretis) *R 3;* ageretis, ageret *vel* ageres *Vatic. (ed. M);* agere culpamque *Vatic. D (ed. M);* agere possitis *edd. sec. Norm.* k) haberet *R 1;* haberem *R 3; om.* Sed tamen — habere *Norm. (ed. M).* l) reputo *R 3, R* 1, ed. pr.* m) *om.* iste *R 1. 3 (suprascr. R 1).* n) etiam (*suprascr.* si) *R 1. 3.* o) *add. et postea delet* sed *R 1.* p) *corr. in* possimus *R 3.* q) Ariulphus *R 1, r 1;* Agilulfus *R* 1;* Agilolfus *ed. pr.* r) Autarit *r 1; ita corr. in* Auctarit *R 1;* Auctarit *corr. in* Auctarith *R 3;* Autharit *R* 1;* Antharith *ed. pr.;* Autharis *ed. G;* Authari *ed. M.* s) *corr. ex* Nordiulfi *R 3;* Nordulphi *edd. G. M.* t) *suprascr.* vel precia cara, *quod postea delet, R 3.* u) *corr. in* dignentur *R 3.* v) *corr. ex* tamante *R 1;* amanter *R 3.* w) scriptis *corr. in* scripsisti *R 1:* scribisti *r 1. 2, R 3, quod in* scripsisti *corr. r 2, in* scripsistis *R 3.* x) ex ardori *R 1. 3.* y) cautum *R 3.* z) scribere *R 1. 3, (corr. in* rescr. *R 1).* a) excellentis *R 3.*

II, 45 Fortasse per Claudium abbatem Classitanum transmissa. — De Iohanne cf. epp. I, 24a, II, 41. *1) i. e. dux Spoletinus; cf. ep. II, 7 not.* *2) Exeunte mense Iunio vel ineunte Iulio revera, ut minatus erat (cf. ep. II, 32), Ariulfus 'ante portas' fuisse et Romam obsedisse videtur.* 3) colon *sive* colum = crassum intestinum *(Forcellini).* *4) De Romano* patricio et exarcho Italiae *(cf. ep. I, 32) loquitur papa. Cf. ep. V, 36, ex cuius silentio plurima colligere possumus.* *5) In ep. V, 36 Gregorius narrat, ut videtur, de hoc tempore dicens:* pax subducta est quam cum Langobardis in Tuscia positis feceram. *6) scilicet Ariulfus.* *7) Auctarit et Nordulfus, duces Langobardorum fuisse videntur. Auctarit falso Alteserra p. 87 regem Langobardorum (iam mortuum 5. Sept. 590 cf. ep. I, 17 not. 2) credit. Nordulfus, qui et in ep. V, 36 sub nomine Norduulfus occurrit, in Codice dipl. Langob. a Troya patricius titulatur. Non video quo iure.* *8) Sic haec verba intellego, ut Ariulfus tributa, quae pro stipendiis militum Auctarit et Nordulfus prius a papa acceperant nunc a Gregorio posceret.* Precarium — tributum *in ep. X, 81;* = stipendium *IX, 131. 133. Maurini hanc vocem* = rogam militarem *explicant de qua vide infra not. p. 145 not. 3.* *9) Propter schisma trium capitulorum Gregorius episcopos quosdam Histriae cum Severo Aquileiensi episcopo, Romam vocaverat. Cf. epp. I, 16. 16a.* *10) Vide ep. I, 16b.* *11) Haec epistola an scripta sit, non liquet. Certe non exstat in nostro registro.*

quantum cum loco et ordine praeimus, tantum[a] si qua sunt eius levia tolerare mature et graviter debemus.

Si quando tamen est aliquis[b] locus optinendi, agat apud eum fraternitas vestra, ut pacem cum Ariulfo[c], si ad aliquid parum[d] possumus, faciamus, quia miles de Romana urbe tultus[e] est[1], sicut ipse novit. Theodosiaci[f][2] vero, qui hic remanserunt, rogam[g][3] non accipientes vix ad murorum quidem custodiam se accommodant[4], et destituta ab omnibus civitas, si pacem non habet, quomodo subsistet?

Praeterea de puella, de qua scripsistis nobis, quae de captivitate redempta est, ut requiri qualiter orta sit debuisset, sciat[h] sanctitas vestra, quia ignota[i] persona non facile investigari potest. Illud autem quod dicitis, ut is qui ordinatus est[k] iterum ordinetur, valde ridiculum est et ab[k*] ingenii vestri consideratione extraneum, nisi forte quod exemplum ad medium deducitur[l], de quo et ille iudicandus est, qui tale aliquid fecisse perhibetur. Absit enim[m] a fraternitate vestra sic sapere. Sicut enim baptizatus semel baptizari iterum non debet, ita qui[n] consecratus est[o] semel in eodem ordine iterum non valet consecrari. Sed si quis cum levi forsitan culpa ad sacerdotium venit, pro culpa poenitentia indici debet et tamen ordo servari.

De Neapolitana vero urbe excellentissimo[p] exarcho[q][5] instanter inminete[r]. Quia Aregis[s][6], ut cognovimus, cum Ariulfo[t] se fecit[u], et reipublicae contra fidem venit[7], et valde insidiatur eidem civitati, in qua si celeriter dux non mittitur omnino iam inter perditas habeatur[v].

De hoc vero quod dicitis incensae civitati Severi[w] scismatici[x][8] elemosynam esse mittendam, idcirco ita[y] vestra fraternitas sentit, quia quae contra nos praemia in

a) tanto *r 2; quanto — tanto edd. G. M.* b) *ita R 3;* aliquando *ceteri codd.;* aliquam cum eo *ed. pr.;* aliquis cum eo *edd. G. M.* c) Ariulpho *R 1 et edd. G. M;* Agilulfo *R* 1;* Agilolfo *ed. pr.* d) *ex* patrum *R 3.* e) ablatus *ed. G et sec. ed. M Aud. et nonnulli alii mss.* f) *corr. ex* Theodesiaci *R 3, ad quod verbum in marg. notatur:* a Thodosio quondam legio sic vocata, quasi ceteris robustior. g) *notat R 3 ad* rogam *in marg.:* roga erat que militibus super stipendia dari solebat. Unde Erogo. h) *om.* debuisset sciat *r;* debuissemus sciat *edd. G. M; corr.* sciat *ex* scit *R 1;* scit *R 3;* volo ut requirat sanct. v. quia *R*1, ed. pr.* i) ignorata *R 3; add.* est *r 2.* k) *suprascr. R 3* scilicet per impositionem manuum. k*) *om. R 3.* l) reducitur *R 1.* m) autem (*pro* enim) *suprascr. R 3;* autem *edd. G. M.* n) *om.* qui *R 1. 3.* o) *om.* est *R 1. 3.* p) *siglo* excell. utuntur *r 1. 2* (*in r 2 in marg.* excellentissimo); excellentissimi *corr. in* excellentissimo *R 1;* excellenti *R 3;* excellentissimo viro *edd. pr. G.* q) exarco *R 1. 3.* r) *add.* indici *r 1;* imminente vobis indicamus *edd. G. M.* s) Arogis *R 1. 3;* Arigis *r 1, edd. G. M;* aregus *R*1, ed. pr.* t) Ariufo *R 1.* u) refecit *R 3;* ut cog. ariulfus eum fefellit *R*1, ed. pr.* v) habetur *r 1, ed. M; ita corr. ex* habeatur *R 3;* habebitur *edd. pr. G.* w) civitatisaveri *R 1. 3, r 1. 2;* civitati a veris (scismaticis) *R*1, ed. pr. Scribo* Severi *cum edd. G. M.* x) scismaticis *R 3. R*1, ed. pr.* y) *om.* ita *r 1. 2 et edd.*

1) *Cf. ep. V, 36, ubi Gregorius dicit:* Deinde corrupta pace de Romana civitate milites ablati sunt. Et quidem alii ab hostibus occisi, alii vero Narniis et Perusiae positi, et ut Perusia teneretur Roma relicta est. 2) *Theodosiacorum legio, ut iuste interpretantur Alteserra p. 89 et Maurini, a Theodosio Mauricii filio cognomen duxit. Cf. Marini I Papiri pp. 139. 297.* 3) roga = donativum *aut* stipendium *(cf. Du Cange et notam 3 in ed. G). Hic ut saepius a Gregorio pro stipendiis militum dicitur.* 4) *Qua in re multum adiuverunt Gregorius praefectus praetorio et Castus magister militum, quos papa in ep. V, 36 laudibus tollit sic dicens:* omnia quae potuerunt fieri nullo modo neglexerunt et labores vigiliarum et custodiae civitatis in eadem obsessione vehementissimos pertulerunt. 5) *i. e. Romanus, de quo vide supra p. 144 not. 4.* 6) Aregis (*vulgo* Arichis), *quem Paulus diaconus IV, c. 18* Arigis *nominat, mortuo Zottone duce dux Beneventanorum successit. Aliis locis Gregorius forma* Arogis *utitur; vide epp. IX, 44. 124. 126, quarum ultima duci ipsi est directa.* 7) *i. e. cum Arichis aut praedecessor eius antea imperio pacis fidem servaverit, nunc foedus cum Ariulfo iniit.* 8) *Quae sit* Severi schismatici civitas, *grave doctis negotium dedit. (Vide Troya Cod. dipl. I, 270, qui Muratori Ann. 592 et Assemani Ital. SS. I, 548 pro Ancona profert.) Ego cum Baronio et Alteserra p. 90 Severum Aquileiensem intellego. Cf. p. 144 not. 9 huius ep.*

palatio[a] mittat, ignorat[b]. Quae etsi non transmitteret nobis considerandum fuit, quia misericordia prius fidelibus ac post[c] est ecclesiae[d] hostibus facienda. Iuxta quippe est civitas Fanum[e] [1], in qua multi captivati sunt, ad quam ego iam transacto anno transmittere[f] volui, sed inter hostes medios non praesumpsi. Videtur ergo mihi, ut Claudium abbatem[2] cum aliquanta pecunia ibi[g] transmittere debeatis, ut[h] liberos, quos illic pro pretio suo[i] in servitio teneri invenerit[k], vel[l] si qui adhuc captivi sunt, redimat. De summa vero eiusdem pecuniae transmittenda vobis certum sit, quia quicquid vos decernitis, mihi placet. Sin autem cum excellentissimo[m] viro Romano patricio agitis, ut pacem facere cum Ariulfo debeamus, ego ad vos personam aliam transmittere paratus sum[3], cum qua mercedis causae melius fiant. De fratre autem et coepiscopo nostro Natale[n] [4] valde contristabar, quod de illo quaedam superba cognoveram. Sed quia mores suos ipse correxit[5], meam tristitiam simul meipsum vincendo consolatus est. Pro qua re fratrem et coepiscopum nostrum Malchum ammone[6], ut prius[o] ad nos veniat, rationes suas ponat, et tunc demum alibi, ubi necesse est, proficiscatur[7], et si eius actus bonos cognoscimus, ei fortasse[p] hoc ipsum patrimonium quod tenuit[8] restituamus.

II, 46.

Gregorius I. papa Columbo episcopo (Numidiae) mandat, ut in episcoporum concilio una cum Hilaro chartulario de diaconis Pudentianae ecclesiae et Maximiano a Donatistis corrupto iudicium faciat. Maximianum removere iubet. De Donatistarum haeresi repellenda addit. *592, Iul. (23.).*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 33.
Edd. M: Lib. II. ep. 48; G: Lib. II. Ind. X. ep. 33. — Iaffé Reg. 1200 (835).

GREGORIUS COLUMBO EPISCOPO.

Notum est, karissime in Christo frater, quod antiquus hostis, qui primum hominem de paradysi deliciis[a] in hanc aerumnosam vitam callida persuasione deposuit, et in eo

a) palatium *r 1 et edd.* b) *superscr. R 3:* vel ipsa civitas c) postea *superscr. R 3:* postea *etiam edd. G. M.* d) ecclesia *r 1;* ecclesiarum *in ras. R 1; om.* ecclesiae *R 3.* e) Phanum *edd. G. M.* f) mittere *R 1. 3.* g) illuc *edd. G. M.* h) et (*pro* ut) *r 2, R*1, ed. pr.* i) *om.* suo *ed. M.* k) invenet *R 1;* invenit *R 3, r 2, omnes corr. in* invenerit. l) ut *R 1. 3, corr. in* vel *R 1, in* aut *R 3.* m) excellenti *R 3.* n) *corr. in* Natali *R 1.* o) *ita codd.;* priusquam *edd. G. M.* p) *add. repetentes verba modo scripta:* ubi necesse est ut *R 1, r 2 (delet* ut *r 2);* necesse est ut *R 3, r 1;* ei ubi n. est (*om.* ut) *R*1, ed. pr. Quae verba non recipienda duximus.*

II, 46 in titulo add. Numidiae *ed. G.* a) paradyso deliciarum *R 1 et Vatic. B (ed. M).*

1) Dubium est, de qua urbe Fanensi papa loquatur (tot sunt in Italia urbes huius nominis, ut recte Maurini adnotant, ut difficile sit, statuere, de qua agatur; praecipua est Fanum fortunae, Fanum simpliciter dicta, urbs in Umbria episcopalis). *2) Claudius abbas, qui a Iohanne Ravennati episcopo iniuriam pertulerat cuiusque causa Romae iudicabatur (cf. ep. VI, 24) saepius a papa, cum quo amicitia et studiis litterariis intime fuit coniunctus (cf. ep. XII, 6), Romam vocabatur (cf. ep. VIII, 18. IX, 179). In ep. VIII, 17* abbas monasterii SS. Iohannis et Stephani in Classitana civitate *nominatur. Mense Ian. 602 eum paullo ante mortuum fuisse, ex ep. XII, 6 colligimus.* *3) Videtur igitur Claudius cum hac epistola Roma Ravennam profectus esse.* *4) Vide not. ad ep. II, 20.* *5) De conviviorum studio et iniuria in Honoratum archidiaconum agit papa.* *6) Vide not. ad ep. I, 36 et ep. II, 22, p. 120, 7.* *7) In Siciliam transire voluit, ut videtur. Cf. ep. III, 22.* *8) i. e. Dalmatinum cf. not. 2 ad ep. II, 22.*

II, 46 De die huic epistolae addito cf. ep. II, 52. Dubium autem esse non potest, quin utraque epistola, quarum altera forte fortuna die 23. Iul. insignita est, altera ultimum locum inter epp. sub mense

iam tunc humano generi poenam mortalitatis inflixit[a], eadem nunc calliditate ovium Dominicarum pastores, quo facilius gregem capiat, transfusis conatur[b] venenis inficere et iure iam[c] potestati propriae vindicare. Sed nos, qui licet inmeriti sedem apostolicam vice Petri apostolorum principis suscepimus gubernandam, ipso pontificatus officio cogimur, generali hosti quibus valemus nisibus obviare. Porrecta igitur petitione insinuaverunt nobis praesentium latores Constantius et Mustelus[d] et[e] asserunt, ecclesiae Pudentianae[1] diacones Numidia provincia constitutae Maximianum ecclesiae eiusdem antistitem in loco, quo[f] deget[g], corruptum premio[h] Donatistarum episcopum nova[i] licentia fieri permisisse, cum etsi hoc anterior usus permitteret, manere atque persistere fides catholica prohiberet[2]. Ob hoc ergo fraternitatem tuam scriptis praesentibus necessario duximus adhortandam, ut veniente ad te[k] Hilaro[l] chartulario[m] nostro[3], adunato episcoporum universali concilio, habito[n] prae oculis terrore venturi iudicii, causa eadem[o] subtili ac sollerti debeat indagatione perquiri[p]. Et si capitulum hoc a praesentium latoribus praedicto episcopo documentis idoneis fuerit adprobatum, a dignitate officioque quo fungitur modis omnibus degradetur, ut et ille ad poenitentiae lucra per agnitionem delicti redeat, et ceteri temptare talia non praesumant. Aequum enim est, ut qui Iesum Christum, dominum nostrum[q], heretico accepta pecunia ut fertur vendidit[r], ab eius videlicet sacrosancti corporis ac sanguinis tractandis mysteriis submoveatur[s]. Si qua autem inter eos extra crimen hoc damnorum quorundam vel privatorum negotiorum, sicut et petitio diaconorum ipsorum continet, versatur intentio, hanc tua fraternitas cum praedicto chartulario nostro probata[t] cognitione perquirat, et inter utramque partem iustitia procedente[u] definiat.

Porro autem praesentium latorum insinuatione didicimus, Donatistarum[4] heresim[v] pro peccatis cotidie dilatari[w], et valde plures data per venalitatem licentia post catholicum baptisma a Donatistis[x] denuo baptizari. Quod quam grave sit, frater, oportet nos[y] tota mentis intentione perpendere. Ecce lupus Dominicum gregem non iam in nocte latenter, sed in aperta luce dilaniat, et nos eum[z] grassari[a] in ovium nece[b] cernimus, et nulla ei sollicitudine, nullis verborum iaculis obviamus. Quos ergo fructus Domino multiplicati gregis ostendemus[c], si et ipsum quem pascendum[d] suscepimus otiosa mente cernimus a bestia devorari? Studeamus igitur cor nostrum[e] terrenorum pastorum imitatione succendere[f], qui hiemales noctes imbribus geluque constricti

a) inflexit *R 3; corr.* inflixit *ex* inflexit *R 1, r 2.* b) *ita R 1 et sic corr. ex* conetur *R 3;* conetur *r et edd.* c) miserum (*pro* iam) *R 3.* d) Mustellus *edd. G. M.* e) ut *R 1.* f) *corr. ex* que *R 1.* g) *corr. in* degit *r 2;* degit *edd. Cf.* degui (?) *ap. Ausonium ep. 17 (Forcellini).* h) postmodum *R 3.* i) non bona *Vatic. A (ed. M).* k) se *R 1, r 2, ed. pr.* l) Hylaro *r 1;* Hilario *ed. G.* m) carthulario *r 2;* cartulario *R 3.* n) *corr. ex* habeto *R 1.* o) causam eandem *R 1.* p) *add. in marg.* perquirere *R 1.* q) quem *add. R 1, r 2, ed. pr. (delet* quem *R 1).* r) venumdedit *r 2, edd.* s) *corr. ex* submobatur *R 1.* t) pribata (*superscr.* vel probata) *R 1;* privata *edd. pr. G.* u) precedente *ed. pr.* v) *corr. ex* heresem *r 2, R 1;* heresem *r 1.* w) *corr. ex* latari *R 1.* x) *corr. ex* Donatistas *R 1.* y) *corr. in* vos *R 1.* z) cum *R 1.* a) *corr. in* crassari *r 2.* b) necem *R 1.* c) ostendimus *r 1.* d) *corr. ex* parcendum *r 2.* e) nostrorum (*pro* cor nostrum) *corr. superscribens* vel nos horum *R 3.* f) *corr. in* imitationi succedere *R 3.*

Iulio obtinuit, quaeque pari modo in Africam destinatae sunt, ab iisdem sint delatae nuntiis, eodemque tempore scriptae. — Tramissa est per Constantium et Mustelum, Pudentianos diaconos. — Columbi, episcopi Numidiae, quamvis plurimas ei scripsit papa epistolas, sedes nusquam indicatur. Cf. epp. III, 47. IV, 35. VI, 34 cet. Primas autem provinciae Numidiae tunc Adeodatus episcopus (cf. ep. III, 48), postea Victor episcopus (cf. ep. XII, 8) erat. 1) *Sedes episcopalis Numidiae, ubi fuerit ignoramus.* Cresconium, episcopum Pudentianensem, *Donatistam quendam, ex Collat. Carthag. cap. 201 afferunt Maurini. De Maximiano aliunde nil audimus.* 2) *Cf. ep. I, 75.* 3) *De Hilaro cf. ep. I, 73 not. 2 et ep. I, 75.* 4) *De Donatistis cf. epp. I, 72. 75. IV, 35 cet.*

ducunt saepe pervigiles, ne vel una ovis et non forte utilis pereat. Quam etsi insidiator ore voraci momorderit, quomodo satagunt, quibus cordis anhelant aestibus, in quibus vocibus[a] ut eruant captum pecus angustia stimulante prosiliunt, ne a gregis domino[b] quicquid per incuriam perdiderint exigatur? Vigilemus ergo, ne quid pereat, et si captum forte quid fuerit, vocibus divinorum eloquiorum ad gregem Dominicum reducamus, ut ille qui pastor pastorum est, vigilasse nos circa ovile suum suo dignetur misericors iudicio comprobare[c]. Hoc quoque vos necesse est sollerter adtendere, ut si qua contra latores praesentium eiusdem episcopi fuerit recta petitio, suptili debeat indagatione perquiri, et si fortasse ipsi quoque pro sua culpa iure feriendi sunt, eis pro eo quod ad nos fatigati sunt nequaquam censemus esse parcendum.

MENSE AUGUSTO INDICTIONE X.

II, 47.

Gregorius I. papa Ianuario archiepiscopo (Caralitano), ut multas querelas de eo delatas diiudicet, Iohannem notarium suum mittit. Reprehendit, quod Isidorum virum excellentissimum excommunicaverit. *592, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 34.
Edd. M: Lib. II. ep. 49; G: Lib. II. Ind. X. ep. 34. — Iaffé Reg. 1201 (836).

GREGORIUS IANUARIO ARCHIEPISCOPO.

Si sacerdotale quod administramus officium mentis integritate pensemus, sic nos cum filiis nostris individuae caritatis debet unire concordia, ut sicut patres in nomine, ita affectu probemur in opere. Dum ergo tales nos esse quales praefati sumus oporteat, miramur, cur[a] adversus fraternitatem tuam tanta querimoniarum moles exorta sit. Quod quidem nos adhuc credere dubitamus. Sed ut veritatem valeamus agnoscere, Iohannem[1], sedis nostrae notarium, nostra illic praeceptione suffultum direximus, qui partes in electorum compellat adesse iudicio[b], et sua ad effectum executione quae fuerint iudicata perducat. Quocirca fraternitatem tuam scriptis praesentibus adhortamur, ut causarum apud se ante debeat merita pertractare. Et si qua se iniuste tulisse vel habere cognoscit, ante iudicium sacerdotii contemplatione restituat. Inter querelas autem multiplices Ysidorus[c] vir excellentissimus[d] [2]

a) in quas voces *edd. G. M.* b) domini *r 1.* c) *corr. ex* conprovare *R 1.*

Mense *cet.* ag̅. *R 3,* agustus *R 1. Hanc temporis notam, quam praebent omnes nostri mss. modo in fine ep. II, 46, modo in initio ep. II, 47 Maurini invenerunt in codd. Turon. S. Gat. et Romanis.*

II, 47 in titulo: Iohanni episcopo *teste ed. M Vatic. A et B; item* episcopo *edd. pr. G; add.* Caralitano *teste M codd. Anglic. Norm. et nonnulli Vatic., edd. G. M. Iohannes diac. Vita S. Gregorii Lib. III. c. 31, fragmentum ep. nostrae quod recepit ita protulit:* Ianuario quoque Caralitano episcopo post aliqua scribit dicens. *Add. sec. ed. M Vatic. A et B argumentum:* Hic praecipit, ut episcopus excommunicare clericum pro iniuriis nullatenus audeat. a) quur *r 1; corr.* cur *ex* quur *R 1, r 2.* b) iudicium *r 2; ex* iudicium *corr. R 1.* c) Hysidorus *R 1;* Isidorus *edd.* d) *siglo* ū ē *utuntur r 1. 2, quod in margine r 2 explicat* vir excellentissimus; veniens *R 1 et teste M Vatic. B;* vir clarissimus *Ioh. diac. l. l. et edd. G. M; om.* v. e. *R* 1, ed. pr.*

II, 47 De Ianuario, Caralitano archiepiscopo, cf. epp. I, 60-62. 81. De causa, quam nostra ep. tractat, praecipue ep. III, 36. 1) *Iohannes, Romanae ecclesiae notarius, etiam in ep. III, 36 occurrit. Fortasse idem est, quem postea Gregorius legatum in Hispaniam misit. Vide epp. XIII, 47. 48. 50.* 2) *De Isidoro, qui causam contra Caralitanam ecclesiam habuit, cf. ep. III, 36, ubi titulo* eloquentissimi *ornatur.*

a fraternitate tua frustra se excommunicatum anathematizatumque conquestus est. Quod quam ob rem factum fuerit dum a clerico tuo, qui praesens erat, voluissemus addiscere, pro nulla alia causa nisi pro eo, quod te iniuriaverat, factum innotuit. Quae res nos vehementer adflixit[e], quia si ita est, nihil te ostendis de caelestibus cogitare, sed terrenam te conversationem habere significas, dum pro vindicta propriae iniuriae, quod sacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis invexisti. Unde de cetero omnino esto circumspectus atque sollicitus, et talia cuiquam pro defensione iniuriae tuae inferre denuo non praesumas. Nam si tale aliquid feceris, in te scias postea vindicandum.

II, 48.

Gregorius I. papa Iohannem episcopum quendam ecclesiae Trium-Tabernarum, cum eius ecclesia vicina iunctae, episcopum esse constituit. *592, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 35.

Edd. M: Lib. II. ep. 50; G: Lib. II. Ind. X. ep. 35. — Iaffé Reg. 1202 (837).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO.

Postquam hostilis impietas [1] diversarum civitatum ita peccatis facientibus desolavit ecclesias, ut reparandi eas spes nulla populo deficiente remanserit, maiori valde cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus reliquiae plebis nullo pastoris moderamine gubernatae[a] per invia fidei hostis callidi rapiantur, quod absit, insidia[b]. Huius ergo rei sollicitudine saepe commoniti[c] hoc nostro sedit cordi consilium, ut vicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuae[d] curam gubernationemque Trium-Tavernensium[e] [2] ecclesiae praevidimus[f] committendam, quam tuae ecclesiae adgregari unirique necesse est, quatenus utrarumque ecclesiarum sacerdos recte, Christo adiutore, possis existere. Quaeque[g] tibi de eius patrimonio, vel cleri ordinatione, seu promotione, vigilanti ac canonica visa fuerint cura disponere, quippe ut pontifex proprius liberam habebis[h] ex nostra praesenti permissione licentiam. Quapropter, frater karissime, Dominicorum reminiscens salubriter mandatorum ita in commissae plebis regimine lucrandisque animabus invigila, ut ante tribunal aeterni iudicis constitutus fructum bonae operationis, quod ad mercedem tuam pertineat, eidem redemtori nostro, in quo laetari possit[i], exhibeas.

---

e) affligit *edd. G. M.*

II, 48 in titulo: add. Velitrano *cum Iohanne diac. (Vita S. Gregorii Lib. III. c. 15) edd. G. M,* Veliterno, *ut ed. M notat, Remensis.* Episcopo Squellacino *inscribit ep. nostram Vatic. A (ed. M), quod unde fluxerit Iohannes diac. l. l. demonstrat. Hic enim ante ep. II, 48 aliam II, 37, Iohanni Squillacino inscriptam, profert.* a) *ex* guvernatae *corr. R 1; sic saepius* guvernare guvernatio. b) *corr. in* insidiis *R 3;* insidiis *edd.* c) commoti *ed. G.* d) *superscr.* mandandam *R 3.* e) *corr. in* trium tabernensium *R 1, r 2;* trium travernensium *R* 1:* cum travennensium *ed. pr.;* trium Tabernarum *edd. G. M (quamquam 'omnes fere mss.' ut testatur ed. M* trium Tabernensium). f) providimus *edd. G. M.* g) *corr. in* et quaeque *r 2, R 3.* h) habeas *edd. G. M.* i) *corr. in* possis *R 3.*

II, 48 Eandem formulam servavit Liber diurnus n. IX ed. Rozière p. 34. 35. Ea usus est Gregorius praeterea in epp. III, 20. VI, 9. — Iohannes cum Iohanne diacono episcopus Velitranus intellegendus est. Nam cum ex ep. II, 17 pateat, Velitris tunc Iohannem sedisse, et episcopatus ecclesiae Trium Tabernarum vicinus dicatur, omnia optime consentiunt. De Iohanne autem Velitrano cf. quae supra ad ep. II, 17 monuimus. 1) *Sine dubio de Langobardis dicta. Cf.* 'barbaricae feritatis necessitatem' *in ep. I, 48 (p. 74, 19).* 2) *Tres-Tabernae, urbs Latii (nunc diruta) paullo tantum a Velitris distans.*

II, 49.

Gregorius I. papa universos Hiberiae episcopos hortatur, ut dubietate de tribus capitulis ablata ad catholicam ecclesiam revertantur. Librum, quem Pelagius (II.) papa de hac re scripserat, iis transmittit. *592, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 36.

Edd. M: Lib. II. ep. 51; G: Lib. II. Ind. X. ep. 36. — Iaffé Reg. 1203 (838).

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS PER HIBERIAM. DE TRIUM CAPITULORUM CAUSA.

Scripta vestra summa cum gratulatione suscepi. Sed erit in me uberior valde laetitia, si mihi de vestra contigerit reversione gaudere. Prima itaque epistolae vestrae frons gravem vos pati persecutionem innotuit. Quae quidem persecutio dum non rationabiliter sustinetur, nequaquam proficit ad salutem. Nam nulli fas est retributionem praemiorum expectare pro culpa[a]. Debetis enim scire, sicut beatus Cyprianus[1] ait, quia: 'Martyrem non facit poena, sed causa'. Dum igitur ita sit, incongruum

II, 49 in titulo addidi episcopis per Hiberiam *(cf. ep. XI, 52 et notam infra in initio huius ep. adlatam). Nam verba huiusmodi excidisse, ipsa epistola clare docet (cf. etiam epp. I, 1. 43. V, 10 cet.), quamquam optimi codd. R 1, r 1. 2 itemque mss. teste G duodecim, teste M Vaticani A. B. C. D, omnes Normanni, duo Teller. Colbert. Turon. et pene omnes ea non habeant. Add. autem* per Hyberiam episcopis *R*1;* per Hyberniam (*om.* de causa trium capitulorum) *ed. pr. atque eodem modo* (Hiberniam *scribens*) *ed. G, qui hanc lectionem 'in pluribus mss.' invenit. Similiter* Universis episcopis Hystriae *Deusdedit I c. 158, ed. Martinucci p. 110, qui sub hoc titulo fragmentum ep. nostrae profert.* Universis de trium capitulorum causa episcopis *ed. M, quae notat* universalis de tr. *cet. ex Vatic. C,* universis defensoribus trium capitulorum *ex Turon.* Defensatio trium capitulorum *G in duobus mss. legit.* a) per culpam *r 1. 2, R*1, ed. pr.*

II, 49 Titulum, quem optimi plurimique manuscripti exhibent, ad exemplum epistolarum: universis per N. episcopis *directarum (cf. epp. I, 1. 17. 43. 68. 75. II, 21 cet.) esse supplendum, nemo est qui non videat. Igitur cum codice R*1, alias quidem levioris momenti,* episcopis per Hiberiam *recepi. Quid autem summa rerum confusione viri docti ante nos et legerint et interpretati sint, vide in notis editionum G et M, et in annalibus Baronii ann. 592 cum critice Pagii et additamento, quod Mansi adiecit (ed. Luc. 1741 Tom. X. p. 528). Ita factum est, ut de Hibernia, de Istria, de Hispania fabularentur. Denique cum Ballerinis (vide Norisii Opp. ed. Baller. IV, 976 seq.) Hefele in Conciliengeschichte II, 896 (ed. 2 p. 920) coniecit, epistolam, de qua agimus, fuisse* epistolam encyclicam. *Quod quam sit perversum, quae in epistola ipsa dicuntur docent. Nam certis schismaticis quibusdam (episcopis sine dubio) Gregorium respondere (cf. verba:* scripta vestra. de vestra reversione gaudere. epistolae vestrae frons. quod autem scribitis*) et librum quendam transmittere, in epistola encyclica satis inepte esset! Sed iam ad lectionem nostram redeamus, ut eam argumentis ex ep. XI, 52 haustis confirmemus. Epistola enim XI, 52 in titulo habet:* Gregorius Quirico episcopo et ceteris in Hiberia episcopis catholicis. *In epistola ipsa de schismaticis, quomodo in ecclesiam catholicam recipiendi sint Gregorius disserit. Quo iam ex titulo videmus, in Hiberia tunc fuisse plures episcopos, et schismaticos et orthodoxos, cum quibus epistolarum vicissitudinem observavit papa. Praeterea ep. XI, 52 nos docet Hiberiam terram fuisse longissimo intervallo ab Italia distantem (cf. verba quae incipiunt epistolam:* Quia caritati nihil longe est, quos dividunt loca, iungat epistola). *Quod illustratur itinere nuntii, qui epistolam Quirici ceterorumque Hiberiensium episcoporum Romam deferre debuit. Nam Gregorius dolet, latorem Romam venientem, epistolas quas acceperat, ut sibi redderet, Hierosolymis cum rebus aliis perdidisse. Perspicuum igitur est, venisse latorem ex terra ab Hierosolymis adhuc ad Orientem spectante. Hiberiam ad Caucasum indicat. Eodem modo Hiberiensibus scribit Gregorius in ep. II, 49. Sed qua significatione utatur hoc nomine, utrum ad parvam illam provinciam (hodie Gurgistan, Georgien, Armeniae maiori vicina), an ad terram amplioris extensionis referat, non diiudico. — De trium capitulorum causa cf. supra ep. I, 16. 16a.* 1) *Similibus verbis utitur Cyprianus in libro De unitate ecclesiae. Fortasse autem Gregorius calami lapsu de Augustino dicit, qui pluribus*

nimis est, de ea vos quam dicitis persecutione gloriari, per quam vos constat ad aeterna praemia minime[b] provehi. Reducat ergo caritatem vestram tandem integritas fidei ad matrem quae vos generavit ecclesiam. Nulla vos animorum intentio a concordiae unitate dissociet, nulla persuasio repetendo[c] vos a recto itinere defatiget. Nam in synodo, in qua de tribus capitulis actum est[2], aperto[d] liquet, nihil de fide convulsum esse, vel aliquatenus inmutatum, sed sicut scitis de quibusdam illic solummodo personis est actitatum, quarum una, cuius scripta evidenter a rectitudine catholicae fidei deviabant, non iniuste damnata est[3].

Quod autem scribitis, quia ex illo tempore inter alias provincias maxime flagellatur[e] Italia, non hoc ad eius intorquere debetis obprobrium, quoniam scriptum est: 'Quem diligit Dominus castigat, flagellat omnem filium quem recipit'. Si igitur ut Hebr. 12 6. dicitis ita est, ex eo tempore magis dilecta est apud Deum et modis omnibus adprobata, ex quo Domini sui meruit sustinere flagella. Quia vero non ita sit, quemadmodum vos in eius insultatione[f] affirmare conamini, rationem[g] adtendite.

Postquam recordandae memoriae Vigilius papa[4] in urbe regia constitutus contra Theodoram, tunc augustam, vel Acephalos[h] damnationis promulgavit sententiam[5], tunc Romana urbs ab hostibus adita[i] et captivata est[6]. Ergo bonam causam habuerunt Acephali et iniuste damnati sunt, post quorum damnationem talia contigerunt? Absit. Hoc enim nec vestrum quempiam, nec alios, qui catholicae fidei mysteriis instituti sunt, dicere, vel aliquo modo confiteri conveniet[k]. His denique cognitis, ab hac quandoque iam deliberatione recedite. Ut igitur de tribus capitulis animis vestris ablata dubietate possit satisfactio abundanter infundi, librum, quem ex hac re sanctae memoriae decessor meus Pelagius papa scripserat[7], vobis utile iudicavi transmittere. Quem si deposito voluntariae defensionis studio puro vigilantique corde saepius volueritis relegere, cum vos per omnia secuturos et ad unitatem nostram reversuros nihilominus esse confido. Porro autem[l] si post huius libri lectionem in ea qua estis volueritis deliberatione persistere, sine dubio non rationi operam, sed obstinationi vos dare monstratis. Unde iterum habita compassione[m] caritatem vestram ammoneo, ut quoniam Deo suffragante fidei nostrae integritas in causa trium capitulorum inviolata permansit, mentis tumore deposito tanto citius[n] ad matrem vestram, quae filios suos expectat et invitat, ecclesiam redeatis, quanto vos ab ea[o] cotidie pro vobis expectari cognoscitis[p].

---

b) per q. constat (ad *superscr.*) ęterna pr. (vos *superscr.*) minime *R 1;* p. q. c. ad aet. pr. minime vos *r 1.* c) rependo *ed. G et sec. M codd. quidam.* d) aperte *r 2, ed. M;* a parte *ed. pr.* e) flagelletur *edd. G. M.* f) insultationem *r 2, edd. G. M.* g) orationem *r 2.* h) acefali *(et sic semper) r 1. 2.* i) addicta *Vatic. B (ed. M).* k) convenit *edd G. M.* l) *om.* autem *r 1.* m) passione *ed. pr.;* locutione *ed. G.* n) *corr. ex* tantocius *r 2.* o) *corr. ex* habeat *r 2.* p) *corr. ex* cognoscatis *R 1.*

locis hanc sententiam iisdem verbis profert. Vide S. Augustini ep. III, 47 et eiusdem Comment. in Psalm. 34 et 68. (Alteserra p. 92). 2) *De Chalcedonensi synodo universali a. 451 dicit Gregorius.* 3) *Theodorum Mopsvestenum indicat. (Gussanvill.)* 4) *537-555.* 5) *Anno 547, Mart. cum Constantinopoli esset. Cf. Iaffé Reg. ed. 2 p. 120. Alibi non traditur, inter ceteros etiam Theodoram damnatam esse.* 6) *Tunc inter Belisarium et Totilam regem Ostrogothorum de Romana urbe pugnatum est, sed Roma capta esse a Totila iam anno 546 Dec. 17. videtur. Cf. de annis 546 et 547, quibus hoc factum attribuitur, Gregorovius Gesch. der Stadt Rom I, 407 et Ranke Weltgesch. IV, II, 87.* 7) *Pelagium II. papam respicit Gregorius. Citant hoc loco editores (G et M) et Hefele l. c. epistolam, quam Pelagius II.* Eliae Aquileiensi aliisque Istriae episcopis, *ut pro tribus capitulis argumenta refelleret, scripsit (Iaffé Reg. 1056 [688]). Hanc autem epistolam valde prolixam (in praefatione nostra sub Vita Gregorii eam habes), quam teste Paulo diac. III, c. 20 Gregorius ipse, cum esset adhuc diaconus Romanus, composuerat, non immerito librum vocare potuit. Sed observandum est, recepta in titulo epistolae nostrae lectione* per Istriam, *quam mirum fuisset, si Gregorius hanc ep. episcopis Istriae iterum transmisisset.*

II. 50.

Gregorius I. papa Natali, episcopo Salonitano, convivia excusanti reconciliatum se praebet. Litem eius cum Honorato archidiacono, cum legati advenerint, se iuste iudicaturum spondet. *592, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 37.
Edd. M: Lib. II. ep. 52; G: Lib. II. Ind. X. ep. 37. — Iaffé Reg. 1204 (839).

GREGORIUS NATALI EPISCOPO SALONITANO.

Quasi oblita praecedentium scriptorum serie sola[a] vestrae[b] beatitudini quae ad dulcedinem pertinent[c] loqui decreveram. Sed dum[d] vestra epistola ad priora scripta ratiocinando revocat, iterum forsitan quaedam quae minus libeant narrare compellor.

In conviviorum etenim defensione[e] vestra fraternitas Abrahae[f] convivium memo-
Gen. 18,2 cet. rat, in quo, teste sacro eloquio, tres angelos suscepisse perhibetur. Sed hoc exemplo neque nos beatitudinem vestram de convivio reprehendimus, si hanc suscipere angelos
Gen. 27. in hospitalitate[g] cognoscimus. Rursum narrat Isaac satiatum filio benedictionem dedisse. Quae utraque veteris testamenti, quia ita sunt gesta per historiam, ut tamen signarent aliquid per allegoriam, utinam valeamus sic res gestas legendo percurrere, ut possimus etiam gerendas providendo sentire. Ille quippe in tribus angelis unum salutans Trinitatis subsistentias unius substantiae esse declaravit. Iste vero satiatus benedicit[h] filium, quia qui divinis epulis repletur, illius sensus in prophetiae virtutem tenditur. Divinae autem epulae sacri eloquii verba sunt. Si igitur adsidue legitis, si exemplum ab exterioribus trahentes interna penetratis, quasi de agri venatione satiati mentis ventrem repletis, ut ante posito filio, suscepto videlicet populo, possitis[i] ventura nuntiare. Sed iam in hoc saeculo caligat, qui de Deo aliquid prophetat, quia profecto dignum est, ut hic iam per concupiscentiam minus videat, cuius sensus per intellegentiam[k] intus coruscat. Haec ergo ad vosmetipsos trahite, et si vos tales cognoscitis[l], nihil est quod de nostra[m] aestimatione dubitetis. Gaudere quoque beatitudinem vestram invenio, si voracis nomen cum rerum auctore sustineat. Quod ego breviter expono, quia si de vobis falsum dicitur, nomen hoc veraciter cum rerum auctore sustinetis. Si[n] vero de vobis[o] verum est, hoc[p] de illo falsum fuisse quis dubitet? Absolvere vos[q] non valet par nomen, quorum dispar est causa. Nam cum eo crucem etiam periturus latro suscepit. Sed quem reatus proprius tenuit, par crucifixio non absolvit. Ego tamen[r] quantis valeo precibus deposco, ut sanctissimam fraternitatem vestram auctori nostro non solum nomen, sed etiam causa[s] coniungat.

Convivia autem[t], quae ex intentione impendendae caritatis fiunt, recte vestra sanctitas in suis epistolis laudat. Sed tamen sciendum est, quia tunc veraciter ex caritate prodeunt, cum in eis nulla absentium vita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur, et non[u] in eis inanes saecularium negotiorum fabulae, sed verba sacrae lectionis audiuntur, cum non plus, quam necesse est, servitur corpori, sed sola eius

II, 50 a) *corr. in* soli *r 2.* b) vestra *r 1.* c) pertinerent *edd. G. M.* d) cum *R 3; corr.* cum *in* dum *R 1.* e) defensionem *r 1, edd. G. M.* f) habrahe *R 1.* g) hospitalitatem *r 1.* h) benedixit *edd.* i) *corr. ex* possetis *r 2.* k) allegoriam (*add. in marg. al.* intelligentiam) *ed. G.* l) agnoscitis *r 2.* m) *corr. ex* vestra *R 1;* vestra *ed. G.* n) sin *R 1, ed. pr.* o) *corr. ex* nobis *r 2.* p) quod *r 1. 2.* q) nos *R 1; corr.* vos *ex* nos *r 2.* r) autem *edd. G. M.* s) causam *R 1, ed. G.* t) *add.* communia *ed. G* (*notans in marg.* aliter deest communia). u) nec *edd. G. M.*

II, 50 De Natali episcopo et causa eius cum Honorato vide epp. I, 10. 19. II, 20 — 23.

infirmitas reficitur, ut ad usus[a] exercendae virtutis[b] habeatur. Haec itaque si vos in vestris conviviis agitis, abstinentium fateor magistri estis.

Quod ergo Pauli apostoli ad me testimonium posuistis, quo[c] ait: 'Qui non man- (Rom. 14,3.) ducat, manducantem non iudicet', omnino existimo incongruum fuisse. Quia neque ego non comedo, neque ad hoc a Paulo dictum est, ut membra Christi, quae in eius corpore, id est[d] ecclesia, invicem sibi caritatis compage connexa sunt, nullam de se ullo modo curam gerant[e]. Sed si neque ego ad te, neque tu aliquid pertineres[f] ad me, iure tacere compellerer, ut eum non reprehenderem, qui emendari non posset[g]. Haec ergo sententia propter eos solummodo dicta est, qui illos iudicare student, quorum cura sibi commissa non est. At postquam nos auctore Domino unum sumus, si nobis[h] ea quae corrigenda sunt tacemus, valde delinquimus. Ecce fraternitas tua aegre tulit[i], se a me de conviviis esse reprehensam, cum ego qui etsi hanc[k] non vita tamen loco transgredior, ab omnibus corripi, ab omnibus emendari paratus sim[l]. Et hunc[m] solum mihi amicum aestimo, per cuius linguam ante apparitionem districti iudicis meae maculas mentis tergo.

Illud autem[n], frater dulcissime, quod tribulationibus pressum legere posse te abnegas, minus ad excusationem idoneum puto, cum Paulus dicat: 'Quaecumque (Rom. 15,4.) scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus'. Si igitur ad consolationem nostram sacra scriptura praeparata est, tanto magis debemus legere, quanto[o] nos conspicimus sub tribulationum fasce lassari. Si vero in ea solummodo est sententia fidendum, quam in epistola vestra posuistis, qua Dominus dicit[p]: 'Cum tradent vos, nolite cogitare quomodo aut (Matth. 10,19.) quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis'. Sacra ergo ad nos eloquia frustra mandata sunt, quia[q] repleti spiritu verbis exterioribus non egemus. Sed aliud est, frater karissime, quod angustati persecutionis tempore absque dubitatione confidere, aliud quod in tranquillitate ecclesiae agere debemus. Oportet nos enim[r] hunc spiritum modo legendo percipere, quem[s] possimus, si contigerit causa, in nobis esse[t] etiam patiendo monstrare[u].

Valde vero in epistola vestra gavisus sum, quod vos exhortationi[v] studium dare fatemini. In hoc etenim[w] scio, quia curam vestri ordinis sollerter agitis, si ad auctorem vestrum et alios trahere curatis. Quod autem in eodem loco dicitis, vos mei similes non esse, post obortam laetitiam me ilico contristatis[x]. Quia laudes meas per inrisionem dici existimo, quas per veritatem minime recognosco. Ago autem omnipotenti Deo gratias, quia per vos quidem[y] heretici ad sanctam ecclesiam revocantur. Sed curae vobis esse[z] necesse est, ut ipsi quoque, qui[a] intra sanctae ecclesiae gremium continentur[b], ita vivant, quatenus eius adversarii pravis moribus non existant. Nam si non divino desiderio, sed terrenis cupiditatibus voluptatibusque deserviunt, intra eius gremium filii alieni nutriuntur.

Quod autem vos fatemini ecclesiasticos ordines ignorare non posse, ego quoque hoc de vobis per omnia scio, atque idcirco[c] valde contristor. Quia cum rerum ordinem

a) usum *edd. G. M.* b) *superscr.* validior *R 3.* c) quod *r 2.* d) *add.* in *edd. G. M.* e) gerat *r 1; corr. in* gerant *r 2, R 1.* f) *corr. ex* pertimescis *R 3.* g) quem emendare non posset (*corr. in* possem) *R 1;* quem emendare non possem *ed. G.* h) *om.* nobis *R 1.* i) ait (*pro* aegre tulit) *R 3.* k) *superscr. R 3:* scilicet fraternitatem. l) sum *r 2.* m) hunc *om. r 1. 2.* n) tamen *R 1.* o) *add.* magis *edd. G. M.* p) dicit Dominus *R 1.* q) qui *edd. G. M.* r) *add.* per *r 1, edd. G. M.* s) quae *r 1, edd. G. M.* t) *om.* esse *r 1, ed. M.* u) demonstrare *edd. G. M.* v) exhortationis *r 2; corr. ex* exhortationis *R 1.* w) enim *R 1.* x) *corr. in* contristastis *R 1.* y) quidam *R 1.* z) esse *postea add. R 1;* curare vobis *ed. G.* a) *om.* quoque *R 1, ed. pr.;* quique *r 1; om.* qui *teste ed. M Vatic. D et Norm.* b) continenter *R 1;* contineantur *r 2, Vatic. D et Norm. (ed. M), qui add.* et. c) *corr. in* iccirco *R 1.*

scitis, in me quod peius est sciendo deliquistis. Postquam enim ad beatitudinem vestram et decessoris mei et mea in causa Honorati archidiaconi scripta directa sunt[1], tunc contempta utriusque sententia, praefatus Honoratus proprio gradu privatus est. Quod si quislibet ex quattuor patriarchis[2] fecisset, sine gravissimo scandalo tanta contumacia transire nullo modo potuisset. Tamen postquam fraternitas vestra ad suum ordinem rediit, nec ego meae vel[a] decessoris mei iniuriae memor sum.

Quod vero dicitis vestris[b] temporibus debere servari, quae a decessoribus[c] quoque tradita atque custodita sunt, absit hoc[d] a me, ut[e] statuta maiorum consacerdotibus meis in qualibet ecclesia infringam, quia mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo[3]. Sed cum responsales vestri[4] advenerint, quae inter vos et praefatum Honoratum archidiaconum[f] sint iusta[g], cognosco[h] et ex ipso meo examine perpendetis[i], quia si[k] pars vestra per iustitiam fulta est, adversum me[l] nec ante pertulistis[m]. Sin vero saepefato Honorato archidiacono[n] in assertione sua iustitia suffragatur[o], ex eius absolutione monstrabo, quia personas etiam quas novi in iudicio non agnosco.

De excommunicationis vero articulo, quae tamen interposita conditione gradu[p] secundo vel tertio iam, ut ita dicam, ex necessitate subiuncta est, beatitudo vestra
2. Cor. 10,6. inmerito queritur, cum Paulus apostolus dicat: 'In promtu habentes ulcisci omnem inoboedientiam'. Sed ista iam transeant, ad nostra redeamus. Si enim recte agit, ego domno Natali non possum[q] coniunctus non esse[r], cuius me affectui valde esse debitorem[s] novi.

II, 51.

Gregorius I. papa Maximiano, episcopo Syracusano, praecipit, ut Paulinum episcopum Taurianensem vacanti ecclesiae Liparitanae praeficiat. *592, Febr. 29.*

Codd. R et r: Indictio X. cap. 38.
Edd M: Lib. II. ep. 16; G: Lib. II. Ind. X. ep. 26. — Iaffé Reg. 1171 (808).

a) *om.* vel (*scr.* decessorisque) *R 1;* nec *edd. G. M.* b) nostris *edd. G. M.* c) a meis praedecessoribus *edd. G. M.* d) *om.* hoc *r 2.* e) ne *r 1.* f) archidiac *R 1;* archidiaconem *R 3.* g) gesta *edd. pr. G.* h) cognoscam *edd. G. M.* i) perpenditis *r 2, R 3.* k) *om.* si *codd.* l) *add. post* me 'si' *R 3;* nihil adversi a me perferitis sicut *ed. pr.; similiter* nihil adversum a me perferetis sicut *edd. G. M.* m) *corr. in* perpendistis *R 3.* n) *corr. ex* archidiaconi *r 2.* o) fragatur *R 3.* p) *om.* gradu *ut ed. M testatur codd. Rem. Corb. Norm. ac plerique, cum quibus et ed. M;* gradus *ed. G.* q) *om.* non *R 1;* cōpossum *r 1.* r) *om.* non esse *r 1. 2.* s) *ex* devitorem *R 1.*

1) Pelagii II. ep. deperdita est; cf. Iaffé Reg. 1060 (691). Gregorii epistolae sunt I, 19. II, 18. 2) i. e. episcopus Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolimitanus. Cf. ep. I, 24. 3) Verba similia habes in ep. II, 52; sententiam simillimam in ep. XI, 24. 4) De responsalibus cf. ep. II, 52.

II, 51 Epistolam hanc et illam quae sequitur aut qui registrum in scrinio Lateranensi composuit, aut qui collectionem R ex illo excerpsit, suis locis omisit, et cum eas in calce indictionis ad quam pertinent poneret, temporis notam accuratiorem addere curavit, ne locus epistolarum falsum tempus indicaret. Qua re perspicuum est, et summae auctoritatis habitum esse epistolarum ordinem, et librarium cum epistolas colligeret aut ex originali collectione exscriberet, pleniores temporum notas nosse, quam eas quas cum ceteris epistolis coniunxit. Quae diei significatio nos et hoc docet, si recte coniecimus ep. II, 19 eodem die cum nostra datam esse, librarium sub iusto mense adhuc epistolas locasse, etiamsi ultimo mensis die scriptae fuerint. Praecedere debuit in registro ep. nostra epistolam II, 19, quae eius mentionem facit. — De Maximiano et quae ei committuntur cf. ep. II, 19.

GREGORIUS MAXIMIANO EPISCOPO SYRACUSANO.

Locis munitis[a] [1] ecclesia constituta pastoris vacare non debet officio. Quia igitur ecclesia Lyparitana sacerdote privata dinoscitur, ideoque Paulinum Taurianensis[b] ecclesiae episcopum in praedicta ecclesia Lyparitana fraternitas tua sine mora praeesse constituat, ut officii sui amministrationem in eadem ecclesia vigilanter exhibeat, et quaeque eius utilitatibus convenire didicerit, ordinare non desinat. Cunctumque clerum[c] ut[d] in omnibus canonice ei oboedire debeat ammoneas[e], quatenus praefatae ecclesiae in cunctis utilitas, praedicto fratre et coepiscopo nostro disponente, Christo adiuvante valeat procurari.

Data[f] pridie kalendas Martias[g] indictione X.

II, 52.

Gregorius I. papa Dominico, episcopo Carthaginiensi, initum pontificatum quamvis sero admodum gratulanti gratias agit. De ecclesiasticis privilegiis servandis addit.

592, Iul. 23.

Codd. R et r: Indictio X. cap. 39.

Edd. M: Lib. II. ep. 47; G: Lib. II. Ind. X. ep. 39. — Iaffé Reg. 1199 (834).

GREGORIUS DOMINICO EPISCOPO CARTAGINENSI.

Perlatas ad nos serius[1] per Donatum atque Quodvultdeum[a] reverentissimos fratres et coepiscopos nostros, necnon et Victorem diaconum, vel Agilegium[b] notarium[2] vestrae fraternitatis epistolas, summa cum gratulatione suscepimus. In quarum etsi nos sustinuisse dispendium[c] tarditate putavimus, tamen de uberiori repperimus cari-

II, 51 a) inimicis *ed. G.* b) Tauritanensis *ed. pr.* c) *corr. in* cunctusque clerus *r 2.* d) ut *om. r 2.* e) *ita r 1;* ammonitus *r 2; corr.* admonet *in* admoneat *R 1.* f) Dat. pridie *cet. r 1. 2; om. haec verba R 1;* data pridie *cet. teste ed. M Turon. S. Gat.;* data II. kl. *cet. R*1, ed. pr.* g) *breviatione* kl. mart. *utuntur codd.;* kl. marcii *tantum R*1, ed. pr.*

II, 52 in titulo: Cartaginense *R 1;* Kartaginensi *R*1;* Carthaginensi *ed. M;* Carthaginiensi *ed. G; om.* Cartaginensi *ed. pr.* a) quovultdeum *R 1;* Quocypldeum *ed. pr.* b) Agileum *R*1;* Agilium *ed. pr.;* Angelum (*in marg. add.* aliter Agilegium) *ed. G.* c) *add.* de *r 1, edd. pr. G;* te *r 2; eras. hoc loco duas litteras R 1.*

1) *Cf. epp. I, 50. II, 17.*

II, 52 De temporis nota, qua hanc epistolam insignitam esse gaudemus, cf. quae supra ad ep. II, 51 monuimus. — Translata esse videtur per eosdem nuntios, qui ep. II, 46 in Numidiam detulerunt, Constantium et Mustelum Pudentianos diaconos. Nam nuntii, quos Dominicus Romam cum epistola, cui Gregorius modo respondet, miserat, i. e. Donatus et Quodvultdeus episcopi atque Victor diaconus et Agilegius notarius responsalium munere fungentes Romae manserunt. — De Dominico, episcopo Carthaginiensi, pastorali studio contra Donatistas exarso (cf. ep. V, 3) et intima amicitia cum Gregorio coniuncto (cf. epp. VI, 19. 60. VIII, 31. XII, 1), videas epp. modo citatas et VII, 32. X, 20. Erat autem sedes eius praestantissima inter Africanas. Cf. ep. I, 72 p. 92 not. 2. 1) *Quamquam Gregorius queritur,* serius *Dominici epistolas se recepisse, tamen non credas, mense Iulio id demum factum esse. Nam nuntii, qui Dominici gratulationem detulerunt iam tantum tempus Romae morabantur, cum Gregorius responderet, ut in fine epistolae papa de eorum moribus valde congaudeat.* 2) *Omnes hi ex nostra tantum epistola noti. Observandum est, nomina cum voce* Deus *composita, Africanis valde usata fuisse. Cum nomine* Quodvultdeus *cf. in ep. VII, 32* Cumquodeus *et plurima similia in notitia prov. Afric. (MG. SS. antiq. III. pars 1).*

tate compendium, ut hac dilatione temporis non interrupta videatur, sed nutrita dilectio, quam miserante Domino contemplatione sacerdotii, lectionis usu, aetatisque in vobis cognoscimus iam maturitate fundatam. Non enim tam large de te flueret, si in tuis plurimas venas mentibus atque uberrimas non haberet. Hanc ergo matrem custodemque virtutum, frater sanctissime, inconcussa stabilitate teneamus. Nullae in nobis eam subdolorum linguae inminuant, nullae antiqui hostis insidiae corrumpant. Haec namque divisa[d] iungit, et coniuncta custodit. Haec humilia sine tumore subrigit. Haec erecta sine deiectione summittit. Per hanc universalis ecclesiae unitas, quae est compago corporis Christi, exaequatione mentis gaudet in singulis, cum sit ei disparilitas in diversitate membrorum. Per hanc eadem membra et alieno gaudio in suis afflicta exiliunt, et alienis meroribus etiam in suis laeta contabescunt. Teste
1. Cor. 12,26. enim magistro gentium, dum 'si quid patitur unum membrum[e], compatiuntur cetera[f] membra, et si gloriatur unum membrum[g], congaudent[h] omnia membra', vos non ambigo de nostra perturbatione[i] ingemiscere, cum nos[k] omnino certum sit de vestra pace gaudere.

Quod vero ordinationi nostrae fraternitas vestra congaudet, affectum mihi integerrimae caritatis exhibet. Sed ex consideratione huius ordinis mentem meam fateor transverberat vis doloris. Grave namque est pondus sacerdotii; prius quippe est necesse sacerdoti, ut ceteris ad exemplum vivat, ac deinde servandum, ut mentem per extensa[l] exempla non elevet. De praedicationis[m] semper ministerio[n] cogitet, intentissimo timore considerans, quod recessurus[o] ad percipiendum regnum Dominus
Luc. 19,13. et talenta servis tribuens dicat: 'Negotiamini dum venio'. Quod profecto negotium tunc vere nos agimus, si vivendo et loquendo proximorum animas lucramur, si infirmos quosque caelestis regni gaudia praedicando in superno amore roboramus, si protervos ac tumidos gehennae supplicia terribiliter insonando flectimus, si nulli[p] contra veritatem parcimus, si supernis amicitiis dediti humanas inimicitias non timemus. Quod nimirum exhibens[q], quasi quoddam[r] se sacrificium obtulisse Deo psalmista
Ps. 139,21.22. noverat, cum dicebat: 'Nonne qui te oderant, Deus, oderam illos et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos et[s] inimici facti sunt mihi'. Sed ad haec[t] ego pondus meae infirmitatis expavesco, et quod accepto regno paterfamilias redeat rationem nobiscum positurus aspicio. Sed qua[u] eum mente sustineo, cui de suscepto negotio animarum lucrum aut nullum, aut pene nullum reporto? Tua ergo, frater karissime, oratione me adiuva, et quae de me formidare me conspicis in temetipso cotidie timore providae sollicitudinis pensa. Per caritatis quippe compagem et tua sunt quae de me eloquor, et mea quae te agere concupisco.

De ecclesiasticis vero privilegiis[3] quod vestra fraternitas scribit, hoc postposita dubitatione teneat. Quia sicut nostra defendimus, ita singulis quibusque ecclesiis sua iura servamus. Nec cuilibet favente gratia ultra quam meretur impertior, nec ulli hoc quod sui iuris est ambitu stimulante derogabo. Sed fratres meos honorare per omnia cupio, sicque studeo honore singulos[v] subvehi, dummodo non sit quod alteri iure ab altero possit opponi. Responsalium[4] vero vestrorum moribus valde congaudeo,

d) indivisa *codd.* e) membrorum *R 1.* f) omnia *R 1, ed. pr.* g) membrorum *R 1.* h) congaudebunt *R 1.* i) persecutione *Vatic. C (ed. M).* k) vos *R 1.* l) *ita r 2, ed. pr.; super* exteusa *add.* vel ostensa *R 1;* ostensa *r 1, edd. G. M.* m) precationis *r 2.* n) *ex* mysterio *corr. R 1.* o) regressurus (*in marg.* vel recessurus) *R 1.* p) nulla *r 2.* q) *add.* et *R 1.* r) *corr. ex* quondam *R 1.* s) *om.* et *r 2.* t) hoc *edd. pr. M.* u) quam *R 1.* v) honores in oculos *r 2*; honores in alios *ed. pr.*

3) *De privilegiis primatus agere videtur papa. Cf. epp. I, 72. 75.* 4) *De responsalibus vide ep. I, 42 p. 61 not. 1. Plurimi episcopi aut ad causam certam gerendam, aut ut videtur qui diutius res ecclesiae suae gererent Romae responsales habuerunt.*

in quibus mihi ostensum est, quantum me diligitis, qui ad me electos fratres et filios transmisistis.

Data die X. kalendas Augustas indictione X.[w]

[w]) *abbreviant codd.* dat. d. X. kl. aug. ind. X. (augustus *R 1*). *Notat ed. M legi in Turon. S. Gat.* data XII. kal. aug. ind. X. *et vitiose in nonnullis* pridie kal. Mart. *(quae verba ad praecedentem ep. pertinent).*

MENSE SEPTEMBRIO INDICTIONE XI.

III, 1.

Gregorius I. papa Petro, subdiacono (rectori patrimonii) Campaniae, nuntiat, se Scolasticum Campaniae iudicem admonuisse, ut vindicet seditionem in castello Lucullano contra Paulum episcopum (Nepesinum et administratorem ecclesiae Neapolitanae) motam. Ad eandem rem disquirendam Epiphanium diaconum mittit. Petro mandat, ut illos adiuvet. Addit de Clementina (patricia) eiusque mancipiis, seditionis reis, iubetque ut mancipia, quae in castelli Lucullani ecclesias refugerint, Neapolim revocentur.

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 40 (Ind. XI. cap. 1). — *592, Sept.*
Edd. M: Lib. III. ep. 1; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 1. — Iaffé Reg. 1205 (840).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Quale in castello Lucullano[a] [1] sit scelus in Paulo[2] fratre et coepiscopo nostro[b] commissum, directa nobis fecit relatio manifestum. Et quia his[c] diebus Scolasticus[d] vir magnificus[e] Campaniae iudex[3] hic praesens inventus est, specialiter ei[f] iniunximus[g], ut tantae perversitatis insaniam districta debuisset emendatione corrigere. Sed quia nunc praedictae relationis portitor[4] nobis ut personam dirigeremus imminuit[h],

Mense *cet. Ita omissa invocatione novam indictionem incipiunt R 1, r 1. 2. Praemittit* Incipiunt epistolae Gregorii *cet.* ind. XI. *et om. mensem R*1. Similiter* Incipit Registrum Gregorii. Ind. XI. *ed. pr.* — septembrio *lego, ut supra p. 1. 101; compendiis utuntur* septemb. *r 1. 2;* sebt. *R 1.*

III, 1 a) inculano *R*1;* Viculano *ed. pr.;* Luculano *ed. G.* b) Paulum fratrem et coepiscopum nostrum *r 2 et edd. G. M.* c) *post* his *medium versum liberum relinquit r 2.* d) Scholasticus *edd. G. M.* e) *Notas adhibent* $\overline{\text{um}}$ *r 1. 2;* $\overline{\text{urm}}$ *R 1. Ad marg. add.* vir memorabilis *r 2; ita in textu R*1, edd. pr. G.* f) ei *om. R 1.* g) iiniuncximus *R 1.* h) *ita R 1. r 2; hanc lectionem in Norm. invenit ed. M et in marg. notat ed. G; corr. in* innuit *r 2;* innuit *R*1 et teste M cod. Corb.;* innotuit *ed. pr.;* ammonuit *r 1;* nos . . . admonuit *edd. G. M.*

III, 1 Transmissa esse videtur una cum sequenti epistola per Epiphanium, subdiaconum Romanum. — Petrus subdiaconus currentibus indictionibus IX. et X. in Sicilia patrimonium ecclesiae Romanae rexit, ubi etiam per indictionem IX. vicariatus apostolici munus explevit (cf. epp. I, 1. 9. 18 cet. usque ad ep. II, 38); deinde Romam exeunte indictione X. reversus pristinae sedi non restitutus a papa per indictionem XI. patrimoniis Campanis rector praeficitur. Quo anno Anthemius subdiaconus, quem antea certe indictionis IX. tempore, eodem munere in Campania ornatum invenimus (cf. epp. I, 23. 37. 40 cet.) ex ea provincia revocatus est. Denuo autem Anthemius post Petrum rector Campaniae in indictione XII. reordinatur (cf. ep. IV, 31). *1) De castello Lucullano, cf. epp. I, 23. 28. 31 sqq.* *2) De Paulo, episcopo Nepesino, cui papa administrationem ecclesiae delegaverat usque dum novum sibi elegerint episcopum Neapolitani, vide epp. II, 12. 18.* *3) Eidem scribit papa epistolam III, 15. Ex qua patet, quantum in eum fiduciae collocaverit. Cf. etiam ep. III, 2. — Iudex, qui non diversus est a praeside, rebus civilibus provinciae administrandis ac diiudicandis praefectus erat. Cf. Hegel, Städteverf. von Italien I, 178. 179.* *4) Homines Pauli episcopi fuerunt, qui relationem detulerunt; cf. ep. III, 2.*

ideoque[a] Epiphanium subdiaconum[b] illic[c] direximus, qui una cum praefato iudice a quibus excitata sit vel commissa seditio investigare ac possit agnoscere[d] et digna ultione vindicare. Experientia ergo tua ita tota virtute in hac causa solatiari festinet, quatenus et cognosci veritas et in delinquentes valeat vindicta procedere. Quoniam igitur mancipia gloriosae Clementinae[e] [1] in eodem scelere interfuisse et voces, quae seditionem commoverent[f], iactitasse dicuntur, si ita est, districtae ea imminete[g] ultioni substerni[h], nec pro persona illius sit severitas vestra remissior, quia tanto amplius ferienda[i] sunt, quanto utpote nobilis[k] feminae pueri[2] ex sola superbia deliquerunt. Sed et illud subtili[l] vos oportet indagatione perquirere, utrumne praedicta femina in tanta habuerit sceleris immanitate consilium, aut si cum eius est scientia[m] perpetratum, ut quam sit periculosum non solum manibus, sed etiam in sacerdotem verbis excedere, ex nostra cuncti possint defensione cognoscere. Si quid enim in hac causa lentatum fuerit vel omissum, ad tuam culpam ac[n] potius cognoscas[o] pertinere periculum, nec aliquem apud nos excusationis locum invenies. Nam quanto te apud nos res ista, si districtissime fuerit perscrutata et emendata, commendat, tanto, si levigata[p] fuerit, nostram contra te scito indignationem exacui.

Mancipia autem si qua de cetero in monasterium[q] sancti Severini[3] vel in alia ecclesia eiusdem castelli de civitate refugerint, mox[r] ad notitiam tuam pervenerit nullo modo illic ea immorari permittas, sed intra civitatem in ecclesiam revocentur. Et si iustam contra dominos suos querellam[s] habuerint, cum congrua ordinatione de ecclesiis exire necesse est. Si vero venialem culpam commiserint, dominis suis accepto de venia sacramento sine mora reddantur[4].

---

a) ideo *edd. G. M.* b) Epyphanium diac. (*corr. in* subdiac.) *R 1.* c) illuc *r 1. 2, edd.* d) cognoscere *edd. G. M.* e) Clementiae (*in marg.: al.* Clementinae) *ed. G.* f) commoverant *r 1. 2, R* 1;* commonerant *ed. pr.* g) imminente *corr. in* imminete *R 1;* districte eam (ea *M*) imminenti *edd. G. M;* districte ea iniuncte ultione *ed. pr.* h) substernere *ed. pr.;* substerne *edd. G. M.* i) feriendi *ed. pr.* k) novili *corr. in* nobilis *R 1.* l) suptili *r 1.* m) sententia sit *R*1.* n) *add.* tuum *ed. M.* o) scias *ed. pr.* p) lentata *ed. G.* q) monte (*in marg.* l. monasterio) *R 1.* r) *add.* ut *edd.;* mox ut (*om.* ad *quod postea add.*) *R* 1.* s) *corr. in* querelam *R 1.*

1) De Clementina, quae patricia fuit Neapolitana cf. ep. I, 11 et praecipue epp. IX, 85. X, 6. *2)* pueri = servi; *cf. ep. I, 18 p. 24, 6. Pelagius I. papa anno 555-560 (Iaffé Reg. 956 [656]):* 'Nec enim eiusdem aestimationis est artifex et ministerialis puer contra rusticum vel colonum' *(Baluze Misc. ed. Mansi III, 2).* *3) Cf. Eugippii Vitam S. Severini c. 46 (MG. SS. Antiq. I, p. 30). Nam cum Noricorum apostolus obiisset et corpus eius in Italiam perductum esset,* tunc S. Gelasii *(I. annis 492-496),* sedis Romanae pontificis, auctoritate et Neapolitano populo exsequiis reverentibus occurrente in castello Lucullano per manus S. Victoris episcopi in mausoleo, quod praedicta femina (Barbaria illustris) condidit, collocatum est. *4) Cf. Gelasii I. papae decretum anni 496, Iaffé Reg. 711 (454) ap. Thiel. Epp. Rom. Pontif. I, 505, in quo iubet episcopum (Veliternum, ut videtur,) servum, qui in ecclesiam S. Clementis confugerat, inde protrahere scribens:* 'quum de impunitate eius sacramenta praebuerint (i. e. homo Petri spectabilis viri, domini servi, et alter ab episcopo delegatus), eum statim facies ad dominum suum modis omnibus remeare; aut si in hac pervicacia forte perstiterit post sacramentum sibi praestitum, reddatur invitus'. *Alteserra Pelagii (immo Gelasii) constituta citat:* si servi ad aedem sacram confugerint ob culpam, dominis reddantur, accepto sacramento de venia culpae. *(Gelasii I. epp. ap. Iaffé Regg. 711. 732.) Augetius autem, quem Maurini laudant, plurima ex iurisconsultis profert: servos iuste adversus dominos suos conqueri et ea de causa ad ecclesiam confugere posse; eosque multis ex causis dominis invitis ad libertatem proclamare.*

III, 2.

Gregorius I. papa Paulum episcopum (Nepesinum atque visitatorem ecclesiae Neapolitanae) iniurias perpessum consolatur. Scolastico iudici Campaniae et Epiphanio subdiacono mandasse se nuntiat, ut violata iura exsequantur. *592, Sept.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 41 (Ind. XI. cap. 2).
Edd. M: Lib. III. ep. 2; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 2. — Iaffé Reg. 1206 (841).

GREGORIUS PAULO EPISCOPO.

Licet non mediocriter nos contristaverit cognita quam es perpessus iniuria, habemus aliquam tamen consolationis materiam, quod laudem tuam huic rei[a] inesse cognovimus, ob id quod pro aequitatis rectitudine hoc, quantum directa nobis patefecit relatio, pertulisti. Ut ergo ad maiorem fraternitatis tuae gloriam applicetur[b], haec res constantiam tuam nec frangere, nec a via debet[c] veritatis avertere. Nam maior in sacerdotibus merces est in veritatis tramite etiam post iniurias permanere. Ac ne tantae impietatis insania inulta remaneat, et in peius indisciplinatio perniciosa prorumpat, Scolastico viro magnifico[d] Campaniae iudici, quia hic praesens inventus est, ut haec digna coercitione[e] vindicare debuisset, iniunximus[f]. Sed quia homines tui[1] a nobis, ut personam debuissemus dirigere[g], petiverunt, propterea Epiphanium subdiaconum[h] illic[i] nos transmisisse cognosce, qui una cum suprascripto iudice investigare valeat ac cognoscere veritatem, quatenus in eos, a quibus tantum facinus immissum vel constiterit perpetratum, sua instantia dignam faciat exerceri vindictam.

III, 3.

Gregorius I. papa Iohanni abbati (S. Luciae Syracusano) scribit de Bonifatio praeposito ordinando, de tunica S. Iohannis transmittenda, de causa Floriani finienda. Addit de disciplina monachorum et de negotio quodam. *592, Sept.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 42 (Ind. XI. cap. 3).
Edd. M: Lib. III. ep. 3; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 3. — Iaffé Reg. 1207 (842).

GREGORIUS IOHANNI ABBATI.

Petiit dilectio tua, ut frater Bonifatius[a] in monasterio tuo a te debeat praepositus ordinari[1], quod ego valde miratus sum, quare non ante factum est. Nam ex quo[b] illum tibi dari feci iam eum ordinare debuisti.

III, 2 a) hinc (*pro* huic rei) *ed. pr.* b) amplicetur *r 1.* c) devet (*corr. in* debet) *R 1.* d) ūm *R 1, r 1. 2; margini adscribunt* viro magnifico *R 1, r 2;* uiro memorabili *legunt R* 1, edd. pr. G.* e) coerctione *edd. pr. G; (G. in marg.: al.* coercitione). f) iniuncximus *R 1.* g) dirigeremus (*om.* debuissemus) *ed. G.* h) Epyphanium diac. (*corr. in* subdiac.) *R 1.* i) illuc *edd.*

III, 3 in titulo corr. Iohanne *in* Iohanni *R 1.* a) Bonifacius *r 1. 2, edd.* b) ex eo quo *R 1.*

III, 2 Transmissa sine dubio per Epiphanium subdiaconum; cf. ep. praecedentem. — De Paulo, episcopo Nepesino, et Scolastico, iudice Campaniae, cf. quae p. 158 in notis ad ep. III, 1 monuimus. 1) De uno tantum loquitur papa supra in ep. III, 1.

III, 3 De Iohanne abbate cf. ep. I, 67 not. 1 et ep. VII, 36, ex qua discimus, eum rexisse monasterium S. Luciae Syracusanum. 1) Bonifatium, de quo alias nihil refertur, praepositum mea sententia poscebat abbas, ut a negotiis saecularibus paullo liberior fieret. Cf. ep. I, 67 not. 1. 2. Ita etiam Gussanvillaeus explicat praepositum: 'cuius secundum abbatem cura erat domus et servandae pecuniae'. His inmerito oblocuti sunt Maurini, citantes Regulae S. Benedicti c. 65 de Praeposito monasterii.

De tunica vero sancti Iohannis[1] omnino grate suscepi, quia sollicitus fuisti mihi indicare. Sed studeat dilectio tua, mihi ipsam tunicam, aut quod est melius, eundem episcopum qui eam habet cum clericis suis[a], cum ipsa ad me trasmittere, quatenus et benedictione tunicae perfruamur, et de eodem episcopo vel clericis mercedem habere valeamus.

Causam[b] vero, quae cum Floriano vertitur, incidere volui, et iam[c] ei vel octoginta solidos mutuos[d] dedi[2]. Quos ille credo disponit sibi pro monasterii debito recompensari, et omnino volo eandem causam decidi. Quia Stephanus chartularius[e 3] dicitur imminere, ut eam praedictus Florianus in publico[f] transferat, et grave nobis est cum publico litigare. Unde necesse nobis est aliquid cedere, ut possimus eandem causam ad compositionem perducere. Quod dum factum fuerit dilectioni tuae Deo auxiliante nuntiabimus[g].

De fratrum vero animabus omnino esto sollicitus. Sufficit[h] iam[i] quod opinio monasterii per vestram neglegentiam inquinata est. Non frequenter foras[k] egrediaris. In causis istis procuratorem[4] institue et tu ad lectionem atque orationem vaca.

De hospitalitate esto sollicitus. Quantum potes pauperibus largire, ita tamen ut serves, quod Floriano restitui debeat.

In ipsis autem fratribus monasterii tui quos video non invenio, eos ad lectionem vacare. Unde considerare necesse est, quantum peccatum est, ut ex aliena oblatione Deus vobis alimoniam[l 5] transmiserit[m], et vos discere[n] Dei mandata neglegatis.

De sex vero unciis domus[6], si authenticam[o] chartulam non videmus, ad[p] exemplaria nil possumus facere. Sed Florentino Dei famulo[q] praeceptum transmisi, ut si

a) *add.* et *edd. G. M.* b) causa *R 1, r 2.* c) etiam *R 1.* d) mutuo *ed. pr.* e) Stephanum chartularium *codd. (corr. ex* cartularium *r 2). Sequor edd. G. M.* f) publicum *ed. M.* g) nuntiamus *r 2*, (*R 1 corr. in* nuntiabimus), *ed. pr.* h) sufficiat *edd. G. M.* i) etiam *R 1.* k) foris *R 1.* l) alimonia *r 1.* m) transmiserat *r 1.* n) dicere *corr. in* discere *R 1; om.* discere *ed. pr.* o) uthenticam *r 1.* p) aut *edd. G. M.* q) *Sequor lectionem vulgatam edd. G. M. Sed ambigo, annon in registro authentico sigla* de fa *vel* de fam (de familia?) *scripta fuerint. Nam codd. praebent:* de fam *r 2; super* Flor. *superscr.* de fa *R 1;* Florentino depraeceptum *r 1;* defensori *sec. M Vatic. B (i. e. apographon codicis R 1!); om. haec sigla R*1 et sec. M Vatic. A et C;* de Fano *ed. pr.*

1) *De hac tunica fusius Iohannes diac. in Vita Gregorii I. lib. III, c. 57. 58. 59 agit. Qui narrat, duas fuisse vestes sub altari S. Iohannis in basilica Constantiniana servatas, de quibus particulas pro sacris reliquiis tempore posteriori concedebant papae. Relatis miraculis, quibus, ut ait, vestes usque hactenus coruscare probantur, ita prosequitur:* 'harum quidem vestium, sicut opinor, altera quae strictioribus manicis constat, veraciter b. Iohannis est tunica, quam b. Gregorius suo tempore quodam episcopo deferente suscepit'. *Alteram vero largioribus manicis et potius dalmaticam dicendam, S. Paschasii esse credit, commune nomen autem ex eo fluxisse, quod sub S. Iohannis altari consuetudinaliter recondantur.* 'Nam quod earum altera Iohannis evangelistae non autem baptistae sit, nemo est, qui dubitet: praesertim cum omnis sapiens noverit, baptistam camelorum pilis pro vestibus usum fuisse. Evangelistam vero . . . sine sacerdotalibus esse nequaquam vestibus potuisse. Si autem dicitur, quod tunica et dalmatica, quia pontificalia sunt indumenta, utraque S. Iohannis credi debeant, considerandum est, quia Gregorius Iohanni abbati non dalmaticam sed tunicam nominavit: qui si dalmaticam quoque S. Iohannis fuisse sentiret eius tunicam quaerens, consequenter habere se ipsius dalmaticam non taceret. Haec de S. Iohannis vestibus, de quibus a quamplurimis dubitatur'. 2) solidos mutuos dedi = *solidos mutuos acceptos reddidi. Econtra dictionem* mutuum accipere, facere = *mutuari. habes in epp. I, 42 p. 64, 10-15, VII, 13. IX, 108. 240;* mutuas pecunias exigere *in ep. IX, 103.* 3) *De Stephano* chartulario marinarum, *ut dicitur, cf. epp. II, 29. V, 38.* 4) *Cf. ep. I, 67 not. 1. 2.* 5) *De voce alimonia generis feminini et neutrius, cf. Rozière Lib. diurn. p. 36 et Recueil génér. des Formules n. 671. Infra in registro vide epp. VI, 4. 48. IX, 183.* 6) *Cf. ep. I, 42 p. 67 n. 1 et ep. II, 23 not. 2, p. 113; sex igitur unciae domus mediam domum significant. Vide Marini I papiri passim pp. 125. 168. 139. 198.*

ei veritas constiterit, easdem sex uncias vobis restituat. Quibus restitutis reliquas vobis[a] sex uncias[1] aut in emphyteosin[b] damus, aut[c] reditus commutamus[d].

III, 4.

Gregorius I. papa Bonifatium, episcopum Rhegiensem, misericordiae operibus bene meritum laudat. *592, Sept.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 43 (Ind. XI. cap. 4).
Edd. M: Lib. III. ep. 4; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 4. — Iaffé Reg. 1208 (843).

GREGORIUS BONIFATIO EPISCOPO REGIO.

Quibusdam venientibus agnovi, fraternitatem tuam misericordiae operibus vehementer insistere. Atque omnipotenti Deo gratias retuli, quia iuxta egregii praedica-
1. Thess. 3,8. toris vocem 'nunc[a] vivimus, si vos statis in Domino'. Sed illud mentem meam fateor non leviter momordit, quod eadem[b] opera[c] multis vosipsi nuntiastis[d]. Ex qua re collegi, quod mens vestra non studeat Dei oculis, sed humano iudicio placere. Unde necesse est frater karissime, ut cum bona exterius agis, haec interius cum magna cautela custodias, ne appetitus placendi hominibus subrepat, et omnis labor boni operis incassum fiat. Nos enim qui[e] sumus, quibus placeri ab hominibus quaeritur? Quid namque aliud quam pulvis et cinis sumus? Sed illi tua fraternitas placere desideret, qui et non longe est ut appareat, et omne quod retribuerit finem nullo modo habebit.

MENSE OCTUBRIO INDICTIONE XI.

III, 5.

Gregorius I. papa Petro, subdiacono (rectori patrimonii) Campaniae, de vidua quadam contra Deusdedit, generum Felicis de Orticello, tuenda mandat. *592, Oct.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 44 (Ind. XI. cap. 5).
Edd. M: Lib. III. ep. 5; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 5. — Iaffé Reg. 1209 (844).

a) *om.* vobis *edd.* b) emfyteusin *r 1. 2 (corr. in* emfyteosin *r 2)*; amphyteosin *in ras. R 1;* menfiteosin *R*1;* anfiteos *ed. pr.;* emphyteosim *edd. G. M.* c) *add.* in *edd. pr. G.* d) *corr. ex* commutemus *r 2.*

III, 4 in titulo: Bonifacio *r 1. 2, edd.* — presbytero (*pro* episcopo) *sec. M Vatic. B.* — Regino *(teste ed. M) Vatic. A;* Regitano *Norm. Corb. et Vatic. D (ed. M);* Regionis *ed. pr.;* Regiensi *edd. G. M.* a) *corr. in* tunc *R 1;* tunc *ed. Venet.* b) eandem *R 1, r 2 (delet* n *R 1);* tantam *ed. pr.* c) operam *r 2, ed. pr.* d) nuntiatis *ed. M.* e) quid *ed. pr.*

Mense *cet. om. hanc temporis notam R 1; add. eam in fine ep. III, 4 r 1. 2 (et sec. M Colb. et Turon. S. Gat.), ubi legitur* octb. *De forma quam recepimus cf. supra pp. 4, 16. 90, 8 cet. Item ad calcem ep. praecedentis* Data mense octobrio ind. XI. *R*1, ed. pr.;* Mense Octobri ind. XI. *edd. G. M.*

1) i. e. alteram mediam partem.

III, 4 De praedecessore Bonifatii, Lucio Rhegiensi episcopo, in ep. III, 43 refertur; de Bonifatio praeterea in epp. IV, 5. VI, 10. IX, 129. 134. Mense Septembri a. 595 ei papa ecclesiam Carinensem cum Rhegiensi coniunctam subicit (ep. VI, 10); mense Aprili a. 599 propter cleri Rhegiensis querelas episcopos quosdam Bruttiorum, ut de Bonifatio cleroque suo iudicent, delegat (epp. IX, 129. 134). — Rhegium (nunc Reggio in ora freti Siculi, ex adverso Messanae) quamvis ad urbes Bruttiorum pertinebat (cf. epp. IX, 129. 134), tamen interdum Siculis adnumerabatur. Cf. ep. VII, 19.

III, 5 De Petro vide ep. III, 1.

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Sicut in iudiciis laicorum privilegia turbare non cupimus, ita eis praeiudicantibus moderata te volumus auctoritate resistere. Violentos namque laicos coercere[a] non contra leges est agere, sed legi ferre subsidium. Quia igitur Deusdedit, gener Felicis de Orticello[1], praesentium latrici[b] violentiam dicitur inrogasse, praefatamque rem inlicite detinere, ita ut viduitatis eius deiectio non misericordiam provocare, sed eius inveniatur roborare[c] malitiam, praecipimus experientiae tuae, ut tam contra praefatum virum, quam in ceteris causis, in quibus se asserit praefata femina praeiudicium sustinere, nostrae[d] ei solatium tuitionis impendas. Nec a quolibet eam praegravari permittas, ne vel ea quae tibi salva tamen aequitate mandantur, in aliqua inveniaris parte neglegere, vel viduis aliisque pauperibus, dum illic auxilium non inveniunt, ex huius itineris profligentur[e] longinquitate dispendia[f].

III, 6.

Gregorius I. papa Iohannem, Primae-Iustinianae episcopum, in dies triginta excommunicat, quod Adrianum, episcopum Thebanum, ab Iohanne, Larissaeo episcopo, iniuste condemnatum ideoque provocantem, obiectorumque criminum non convictum, sacerdotio orbaverit. Ut Adrianum suo loco restituat iubet. *592, Oct.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 45 (Ind. XI. cap. 6).
Edd. M: Lib. III. ep. 6; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 6. — Iaffé Reg. 1210 (845).

III, 5 a) cohercere *R 1.* b) *corr. in* latori *R 1.* c) probare *R 1.* d) tuae *ed. pr. M;* tuae *in marg. ed. G.* e) *corr. ex* profligetur *R 1;* profligetur *R*1, ed. pr.* f) dispendium *R*1, ed. pr.*

1) *Orticellum locus ignotus.*

III, 6 Una cum ep. III, 7 transmissa. Quam ep. III, 7 de eadem causa conscriptam cum nostra conferas. — Iohannes, episcopus Primae-Iustinianae, Illyrici ut ex epp. V, 10. 16 patet primas et vicarius papae ibidem constitutus, plures praeter nostram accepit a Gregorio epistolas: V, 16. VIII, 10. IX, 156. XII, 10. In ep. V, 8 (Oct. a. 594) Sardicensem episcopum eius ordinationi subiectum esse videmus. Ep. XI, 29 (Febr. 601) aegrotum eum ostendit. De tempore quo Iohannes sedem suam regere coeperit, cf. epp. I, 43 et V, 10. 16. — Prima-Iustiniana (alias Achridas, nunc vero Locrida in Albania, olim urbs Macedoniae ad Lichnidum lacum inter Dyrrachium et Thessalonicam sita), ab Iustiniano imperatore nomen et sedem metropolitanam accepit. Vide Novell. 11 (ed. Lingenthal 19): 'De privilegiis archiepiscopi Primae-Iustinianae et sede praefecti praetorio Illyrici in Pannoniam secundam id est Primam-Iustinianam transferenda: antistes Primae-Iustinianae metropolita et archiepiscopus fiat et certae provinciae sub eius auctoritate sint, Daciae (mediterranea et ripensis), Moesia secunda (superior), Dardania, Praevalitana, secunda Macedonia et pars secundae Pannoniae, quae est in Bacensi civitate'. Cf. Novell. 131 (Lingenthal 151) in qua tota Pannonia nominatur ad diocesim eius pertinens et secundum constitutionem Vigilii papae (deest in utraque Regestorum Rom. pontif. editione Iafféi) episcopi Prima-Iustinianei vicarii apostolici denuntiantur. Sed cf. quae supra de Illyrici ecclesiastica administratione ad ep. I, 43 in nota disseruimus. Leo I. papa sex metropolitanos per Illyrici provinciam distinguit (ep. XIII), et Gregorii I. tempore nunquam provincia illa praetoriana uni primati subiecta erat, ut epp. VIII, 10 et IX, 156 satis probant. Igitur diocesis metropolitana Iohannis Illyricum proprie dicta i. e. pars Illyrici occidentalis fuit. Cf. quae nuper fusius de Illyrici rebus ecclesiasticis disseruit Wisbaum in commentariolo Die wichtigsten Richtungen und Ziele der Thätigkeit Gregors des Grossen, Köln, 1884, p. 29 seq.

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO PRIMAE IUSTINIANAE.

Post longas tribulationes, quas Adrianus[a] Thebanae[b] civitatis episcopus[1] a consacerdotibus suis velut ab hostibus pertulit, in Romanam civitatem[c] confugit. Et licet adversus Iohannem Larisseum[d] episcopum[2] eius fuisset prima suggestio, non ab eo in causis pecuniariis reservatis legibus iudicatum[3], tamen post haec magis contra personam fraternitatis tuae, a qua non iuste se[e] sacerdotii gradu flagitabat esse deiectum, gravissime querebatur. Sed nos indiscussis petitionibus non credentes eadem, quae apud Iohannem fratrem et coepiscopum nostrum, vel quae apud fraternitatem tuam sunt acta, relegimus. Et quidem de memorati Iohannis episcopi Larissei[f] iudicio, quod fuerat appellatione suspensum, satis et piissimi rerum domini[4] ad Corinthi[g] episcopum[5] missis iussionibus decreverunt, et nos quoque per praesentium latores epistolis nostris ad praefatum[h] Iohannem Larisseum[i] directis Christo auxiliante decrevimus[6]. Cum diversi disceptatione iudicii, cuius examinationem[k] tibi imperialia iussa tradiderant, et inspecta gestorum apud Iohannem episcopum de criminalibus[l] habitorum serie[m] ventilaris[n], repperimus, prope nil te quod ante[o] nominatas indictasque tibi causas adtinuit[p] exquisisse[q] [7], sed machinationibus quibusdam testes adversus Demetrium diaconem[r] in damnatione[s] eius[t] episcopi produxisse, qui eum de illo, quod nec audiri fas est dicentem se audisse[u] testimonium perhiberent. Quod dum[v] praesens Demetrius contradiceret se dixisse, adversus sacerdotalem morem disciplinamque canonicam deiectum

III, 6 a) Hadrianus *r 2, edd. G. M.* b) Thebaide *R* 1. ed. pr.* c) in Romana civitate *R 1; al.* urbem (*pro* Romana civ.) *in marg. ed. G.* d) Lariseum *R* 1;* Larissaeum *edd. G. M.* e) *add.* a *edd. G. M.* f) Larissae *edd. G. M.* g) Corinthii *ed. pr.* h) prephatum *R 1.* i) Larissaeum *edd. G. M.* k) examen *ed. M ad fidem codd. Norm. Rem. Vatic.* l) criminibus *ed. pr.* m) seriem *R 1;* serieque *ed. pr.;* scite *ed. G.* n) *Hunc locum ed. M ex codd. Norm. Rem. Vatic. sic profert:* Cum vero diversi disceptationem iudicii, *cet.* ... et inspectam gestorum *cet.* ... seriem ventilavimus *quod etiam ed. G in quibusdam mss. se legisse* (... seriem ventilaremus) *in nota 5 ait.* — ventilares *r 1;* ventilari *R 1;* ventilata *R*1, ed. pr.;* ventilatis *ed. G.* o) ad (*pro* ante) *edd. G. M.* (ad denominatas *ed. G ex quibusdam mss. in not. 5 citat*); vel a te (*pro* quod ante) *ed. pr.* p) annituit *R*1.* q) exquisiisse *ed. pr.* r) metrium diac̄. (*corr. in* demetr.) *R 1.* s) dampnatione *r 2;* damnationem *edd. pr. M.* t) eiusdem *edd. G. M.* u) audiisse *ed. pr.;* audivisse *edd. G. M.* v) cum *R 1.*

1) De Adriano episcopo Thebano cf. epp. III, 7. 38. Causa eius cum metropolitano episcopo Larissaeo mandata esset, re ab illo haud bene gesta, iam a Pelagio II. papa (578-590) de iurisdictione Larissaea exemptus est. — Thebae, urbs in Thessalia aut potius Phthiotide ad sinum Pelasgicum, ubi nunc Armiro. *2) De Iohanne, episcopo Larissaeo, metropolitano Adriani, vide epp. III, 7. V, 62. VIII, 10. IX, 156. Larissa, urbs Thessala (ne confundas eam cum illa in Phthiotide haud procul a sinu Maliaco sita, quae nunquam sedem habuit episcopalem. Maurini: in Pelasgiotide ad Peneum fluvium) nunc etiam urbs magna et florens eiusdem nominis (turcice Ienischehr Fanar).* *3) Nescimus de qua reservatione agatur, cum quae lex Iustiniani Novell. 123 (Lingenthal 155) cap. 8 praescribit:* Ἀλλ' οὐδὲ ὑπέρ τινος χρηματικῆς ἢ ἐγκληματικῆς αἰτίας ἐπίσκοπον πρὸς ἄρχοντα πολιτικὸν ἢ στρατιωτικὸν ἄκοντα ἢ ἄγεσθαι ἢ παρίστασθαι δίχα βασιλικῆς κελεύσεως συγχωροῦμεν *cet. in hac causa observata esse videantur.* *4) i. e. imperator Mauricius; cf. p. 8, 43.* *5) i. e. Anastasium; cf. ep. I, 26. p. 39, 46.* *6) Videas ep. III, 7.* *7) De causis pecuniariis atque criminalibus diacones quidam Adrianum episcopum suum ad Mauricium imperatorem deferunt. A quo Larissaeo episcopo iudicium delegatur, ita ut sententiam in re pecuniaria ferat, et de criminibus eidem suggerat. Sed iniuste in criminalibus causis diudicatum est et privilegio ordinis non observato in pecuniariis. Itaque ab imperatore suspensionem iudicii et absolutionem in rebus pecuniariis Adrianus impetravit. Sed non patet, qua ratione denuo Iohanni Primae-Iustinianeo episcopo eadem res non solum criminalis sed et pecuniaria diiudicanda commissa fuerit. Itaque 'gesta (ut nos dicimus 'protocollum') apud Iohannem Larissaeum habita' iterum ventilata sunt. Cf. Wisbaum in dissertatione supra laudata p. 31.*

honore suo diaconem proconsuli provinciae tradidisti[a]. Qui cum multis laniatus verberibus[1] adversus episcopum suum forsan aliqua potuisset tormentorum necessitate mentiri, usque ad finem negotii nihil eum de his[b] de quibus interrogabatur penitus invenimus fuisse confessum. Sed nec[c] alia in gestis ipsis, sive per depositionem testium, sive per Adriani[d] professionem, quod ei potuisset obesse repperimus. Sed tantum fraternitas tua, nescio quo mentis motu, divino humanoque iure contemto abruptam protulit in eius damnatione sententiam, quae licet non esset appellatione suspensa, contra leges[e] canonesque prolata ipsa[f] non poterat iure[g] subsistere. Postquam tamen[h], ex abundanti[i] et[k] appellationem[2] tibi constat esse porrectam, mirati sumus, quur[l] nec homines tuos secundum cautionem[3] Honorato diacono nostro[4] per responsales ecclesiae tuae[5] expositam, qui tui iudicii rationem potuissent reddere, transmisisti. Quod factum te vel de contumacia vel de conscientiae trepidatione redarguit. Sic[m] igitur haec quae nobis oblata[n] sunt veritate vallantur[o], quoniam occasionem[p] vicium nostrarum[q] consideramus, vos[r] iniusta praesumere. De his alias[s] secundum id quod a nobis deliberatum fuerit Christo auxiliante decernimus[t].

Quod vero ad praesens adtinet, cassatis prius atque ad nihilum redactis praedictae sententiae tuae decretis, ex beati Petri apostolorum principis auctoritate decernimus, triginta dierum spatio sacra te communione privatum ab omnipotenti[u] Deo nostro tanti excessus veniam cum summa poenitentia ac lacrimis exorare. Quod si hanc sententiam nostram te cognoverimus implesse remissius, non iam tantum iniustitiam, sed et contumaciam fraternitatis tuae cognoscas[v] adiuvante Domino severius puniendam[w]. Praefatum vero Adrianum[x] fratrem et coepiscopum nostrum ex tua sententia ut diximus nequaquam canonibus neque legibus subsistente[y] damnatum, in suo loco atque ordine[z] reverti Christo comitante disponimus, ut nec illi fraternitatis tuae noceat contra iustitiae tramitem prolata sententia, nec caritas tua pro placanda futuri indignatione iudicis incorrecta remaneat.

III, 7.

Gregorius I. papa Iohannem, Larissaeum episcopum, reprehendit, quod iniuste Adrianum, episcopum Thebanum, condemnaverit, e iurisdictione eius a decessore suo exemptum.

a) *ed. M adnotat: tres Vatic.* tradidisti *vel* tradidistis, *sed ipsa cum ed. G recipit* tradidisse. b) de his *om. edd. G. M.* c) ne *R 1.* d) Hadriani *r 2, edd. G. M.* e) *add.* tamen *edd. G. M.* f) ipso *r 2, ed. G;* ipso tamen *ed. pr.* g) in re *codd. (corr. autem in* iure *R 1, r 2). Scribo* iure *cum edd.* h) autem *edd.* i) habundanti *R 1.* k) et *om. edd.* l) *sic R 1, r 2;* cur *r 1, edd.* m) sic *r 1. 2, (sec. ed. M) Norm., ed. pr.;* si *R 1, edd. G. M.* n) ablata *r 1;* aperta *ed. G.* o) *corr. ex* bellantur *R 1;* fallantur *ed. pr.* p) *corr. in* occasione *R 1;* occasione *edd.* q) vitium nostrorum *r 1; corr.* vitium nostrarum *in* vitiorum nostrorum *r 2;* virium vestrarum *ed. pr.* r) nos *r 2, Norm. (sec. ed. M), ed. pr.;* nos iniusta non *r 1 et (sec. ed. M) tres Vatic. Ed. G binas lectiones varias in marg. notat:* nos iniusta ita non *et* vos in nos iniusta praesumere. s) alia *ed. pr.* t) decrevimus *ed. pr.;* decernemus *edd. G. M.* u) omnipotente *R 1.* v) *add. ed. pr.* vindicandam. Sin autem. w) puniendum *R 1; corr. in* puniendam *r 2.* x) Hadrianum *r 2, edd. G. M.* y) subsistentibus *ed. pr.;* exsistente *edd. G. M.* z) in suum locum atque ordinem *edd. G. M.*

1) Cf. quas Augetius citat leges in Codic. libr. 9, tit. 41, ubi inter alios clerici a tortura excipiuntur, et Novell. 123. c. 19. 2) Ut antea contra Larissaeum episcopum Adrianus appellaverat contendens sine ordinis sui privilegio se iudicatum esse (quod et imperator et papa rectum esse confirmaverunt), ita post contra Iohannem Primae-Iustinianae episcopum de iniusta ratione, qua crimen suum probaretur. 3) De cautione cf. II, 38 p. 137. not. 7. et ep. IV, 2 cet. 4) De Honorato diacono cf. ep. I, 6. p. 8. not. 6. I, 47 cet. 5) Cf. ep. II, 52. p. 156. not. 4.

Sub excommunicationis poena decernit, ut causae contra Adrianum aut a responsalibus Romanis Constantinopoli residentibus, aut ab ipsa apostolica sede decidantur. Adriano in integrum restituto ecclesiae Thebanae bona reddat. *592, Oct.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 46 (Ind. XI. cap. 7).
Edd. M: Lib. III. ep. 7; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 7. — Iaffé Reg. 1211 (846).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO LARISSEO.

Frater noster Adrianus[a], Thebanae[b] civitatis[c] episcopus, ad Romanam urbem veniens lacrimabiliter est conquestus, de quisbusdam se capitulis a fraternitate tua necnon[d] Iohanne, primae Iustinianae episcopo, non legitime neque canonice condemnatum. Cumque per diuturnum tempus nullam diversae partis videremus[e] hic[f] advenire personam, qui[g] eius debuisset obiectionibus respondere, necessario cognoscendae veritatis intuitu, ea quae penes vos acta sunt relegenda tradidimus. Ex quibus cognovimus Iohannem atque Cosmam diacones, unum pro lubrico corporis, alterum pro fraudibus ecclesiasticarum rerum proprio depulsos[h] officio, de pecuniariis criminalibusque capitulis adversus eum piissimis nostris imperatoribus suggessisse. Qui[i] per iussiones[k] suas te voluerunt, servata videlicet iuris canonumque districtione, cognoscere, ita ut de peculiariis[l] quidem ferres firmam iure sententiam; de criminalibus vero eorum clementiae habita subtilius[m] examinatione suggereres[n]. Quod si tam rectas iussiones tua fraternitas rectis[o] quoque mentibus accepisset, nunquam viros pro suis excessibus proprio remotos[p] officio atque iam inimicantis[q] animi ad accusationem passim sui suscepisset episcopi, maxime cum ex[r] suggestione piissimis oblata dominis, eorum sit detecta fallacia, quia[s] cum consensu omnium clericorum[t] contra suum pontificem se suggessisse professi sunt.

Post haec tamen, ut breviter quaedam strictimque quae apud te sunt acta percurram[u], primum capitulum penes fraternitatem tuam motum est Stephani Thebani diaconi, cuius vitam quasi sciens turpissimam Adrianus[v] episcopus non eum sui ordinis honore privaverat. Quod capitulum nullus deductorum testium ad Adriani episcopi dicit pervenisse notitiam, nisi quod solus Stephanus turpis vitae suaque professione damnabilis dicitur esse confessus. Secundum capitulum adversus eum videtur esse propositum de infantibus eius iussu a sacri baptismatis susceptione[w] prohibitis, atque ita inabluta[x] sorde peccati defunctis[y] in tenebris. Sed nullus adversus eum deductorum testium professus est, nosse[z] se tale aliquid ad Adriani episcopi pervenisse notitiam. Sed a matribus infantum, quarum viri remoti pro culpis ut dicitur ab ecclesia fuerant, se cognovisse[a] dixerunt. Sed nec inbaptizatos[b] eos mortis tempus professi sunt occupasse, sicut accusatorum continebat invidiosa suggestio, cum in Demetriade[c 1] civitate baptizatos eos esse constiterit. Et haec quidem de criminalibus causis.

III, 7 in titulo Iohanne *corr. in* Iohanni *R 1.* — Larissaeo *edd. G. M.* a) Hadrianus *r 1. 2, edd. G. M.* b) Thebaidae *R*1;* Thebaide *ed. pr.* c) civitati *R 1.* d) *add.* a *edd.* e) viderimus *r 1. 2, ed. pr.* f) huc *edd. G. M.* g) *ita r 1. 2, R 1 (corr. R 1 in* quae); *edd.* quae. h) *corr. ex* depulsus *r 2.* i) quae *R 1, r 1.* k) missiones *ed. pr.* l) pecuniariis *(fort. rectius) edd.* m) suptili *R 1;* suptilius *r 2.* n) suggerere *r 1.* o) rectus *corr. in* rectis *R 1.* p) semotos *r 2;* amotos *edd. G. M.* q) immutabilis *ed. G, ubi in marg.: al.* inimicantis. r) et *r 2, ed. pr.* s) quae *R 1.* t) *add.* haec *edd. G. M.* u) percurramus *R 1.* v) Hadrianus *r 2, edd. G. M, et sic semper.* w) succeptione *R 1.* x) in ablutos *R 1.* y) defunctos *codd. et ed. G.* z) nosce *R 1.* a) recognovisse (*pro* se cogn.) *R 1.* b) inablutos *sec. ed. M 4 Vatic.* c) Demeditriade *R 1.*

III, 7 Una cum ep. III, 6 transmissa. Cf. de causa et iis, qui hac lite implicati sunt, ep. praecedentem, ubi fusius de iisdem rebus atque personis egimus. 1) Demetrias, urbs Thessaliae ad sinum Pelasgicum.

De pecuniariis vero qualiter a te fuerit iudicatum, inquisitio deputatorum a principe virorum et[a] piissima iussio serenissimi principis[b] adtestatur. Nam cum tuam saepefatus Adrianus suspendisset appellatione sententiam, quantum ex quattuor testium depositionibus apud Iohannem primae Iustinianae episcopum prolatis agnovimus, artissima[c] detrusus[d] custodia libellum, in quo obiecta sibi confiteretur capitula, tua coactus est fraternitate porrigere. Qui quidem in porrecto a se libello de pecuniariis invenitur tuae consensisse sententiae. Criminalia vero medio quodam dubioque verborum calle transcurrit, ut et tua subiectis quibusdam nebulis frustraretur intentio, et ipse porro nimis a confessione, in perplexae[e] locutionis obscuritate refugeret. Cumque porrecta appellatio per homines eius ceteraque quae penes te gesta sunt[f] piissimis fuissent deportata principibus, deputatis ut diximus Honorato, diacono sedis nostrae[g] [1], et Sebastiano glorioso milite[h] antegrafeo[i] [2], cunctisque examinatis subtiliter[k], serenissimis est[l] ab omnibus iussionibus absolutus. Sed nescio, quibus machinationibus exquisitis alia rursus est iussio principalis elicita, ut de cunctis antefatis capitulis Iohannes[m] primae Iustinianae episcopus requirens subtiliter iudicaret. In cuius iudicio omnes clerici Adriani episcopi et Demetrius diaconus inter tormenta professus est, omnem hanc contra Adrianum episcopum calumniam fraternitatis tuae machinatione confectam. Nec aliqua de capitulis ipsis, quae in tua audientia criminaliter obiecta fuerant, Adriano episcopo sunt probata. Sed provenit alia contra canones ac[n] leges in Demetrio diacono eius aliisque personis[o] crudelis atque dolosa discussio, in qua nihil penitus[p] repertum est, ex quo saepe memoratus Adrianus damnari legitime debuisset, sed magis ex quo potuisset absolvi. Sed de Iohanne primae Iustinianae urbis antistite ac de nequissimo eius damnandoque iudicio alias sumus iuvante Domino tractaturi [3]. Adrianum vero episcopum repperimus et tuo contra sacerdotales mores odio laborasse, et nullo iure pecuniariis in causis eum fraternitatis tuae condemnatum fuisse sententia.

Quia igitur et ab antefato Iohanne primae Iustinianae episcopo contra ius canonesque depositus honoris sui gradu[q] carere non potuit, in sua eum reformari ecclesia atque in propriae[r] dignitatis ordine decrevimus revocari. Et cum oportuisset, te ex eo Dominici corporis communione privari, quod ammonitione[s] sanctae memoriae decessoris mei contempta[t], per quam eum ecclesiamque eius de tuae iurisdictione[u] potestatis exemit [4], rursus in eis aliquid tibi iurisdictionis[u] servare praesumpseris, tamen nos humanius decernentes communionisque tibi sacramentum interim conservantes decernimus, ut fraternitas tua ab eo ecclesiaque eius omnem ante habitae suae potestatem iurisdictionis[u] abstineat sed secundum scripta decessoris nostri, si qua causa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria adversus praefatum Adrianum consacerdotem nostrum potuerit evenire, vel per eos qui nostri sunt vel fuerint in urbe regia responsales, si mediocris est quaestio cognoscatur; vel huc ad apostolicam sedem, si est ardua dedu-

a) *addo* et — *mox* iussione *edd. G. M.* b) serenissimis principibus *edd. G. M.* c) arctissima *edd. G. M.* d) detrusum *R 1.* e) interplexae *ed. pr.;* imperplexae *ed. G; om* in *ed. M sec. Vatic. A.* f) *om.* sunt *R 1.* g) *om.* nostrae *R 1, r 1, ed. pr.* h) *compendia* glm *adhibent r 1. 2* (*r 2 in marg.* glorioso milite), glu (*i. e.* glorioso viro) *R 1* (*quod autem corr. in* gloso); glorioso *R*1, edd.* i) antegrafeo *R 1* (*corr. in* antegrapheo); ategrafeo *r 1. 2;* artigrafo *R*1;* artographo *ed. pr.;* antigrapho *edd. G. M et teste ed. M codd. Norm.:* antigrapheo *sec. ed. M Vatic. A et C.* k) *add.* a *edd.* l) *add.* dominis *edd.* m) iohannis *R 1, ed. pr.* n) hac *r 2.* o) in Demetrium diaconum aliasque personas *edd. G. M.* p) pene *edd. G. M, sed etiam M invenit* penitus *in Norm. et Reg.* q) gradus *R 1.* r) proprio *R 1.* s) ad monitionem *ed. pr.* t) *ita edd. et, si recte contuli, r 2; om.* contemta *R 1, r 1, ed. pr.; corr. R 1* admonitione *in* post admonitionem. u) iurisditione . . . iurisditionis *r 1. 2.*

1) *Cf. supra not. 11 ad ep. III, 6.* 2) *Cf. de antigrapho ep. I, 28.* 3) *i. e. ep. III, 6.* 4) *Cf. notam 1 ad ep. III, 6 et Iaffé Reg. 1061 (692).*

catur, quatenus nostrae audientiae sententia decidatur. Quod si contra haec quae statuimus quolibet tempore, qualibet occasione, vel subreptione venire temptaveris, sacra[a] te communione privatum, nec eam te excepto ultimo vitae tuae tempore nisi cum[b] concessa Romani pontificis decernimus iussione recipere[c]. Haec enim consona sanctis patribus definitione sancimus, ut qui sacris nescit oboedire canonibus, nec sacris administrare, vel communionem capere sit dignus altaribus[d]. Res autem sive[e] sacras sive alias mobiles immobilesque[f] eius ecclesiae, quas hactenus dicitur[g] retinere, quarum notitiam nobis oblatam praesentibus adnectimus litteris[1], sine aliqua ei fraternitas tua dilatione restituat. De quibus si qua inter vos quaestio vertitur volumus, ut apud responsalem nostrum in urbe regia ventiletur[h] [2].

III, 8.

Gregorius I. papa Natalem, archiepiscopum Salonitanum, hortatur, ut Florentium episcopum (Epidauritanum) iniuste depositum ex exsilio revocet et causam eius synodo episcopali convocata disquirat. Cuius negotii actionem Antonino subdiacono (rectori patrimonii Dalmatini) mandat. *592, Oct.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 47 (Ind. XI. cap. 8).
Edd. M: Lib. III. ep. 8; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 8. — Iaffé Reg. 1212 (847).

GREGORIUS NATALI ARCHIEPISCOPO SALONITANO. UT NON DEPONATUR EPISCOPUS.

Dum[a] cuncta negotia indagandae sollicitudine veritatis indigeant, tum quae ad deiectionem sacerdotalium graduum pertinent[b] sunt districtius trutinanda, in quibus non tam de humilibus[c] constitutis, quam de[d] divinae quodammodo benedictionis refragatione tractatur. Quae res quoque nos in Florentii[e] episcopi[1] persona ad exhortationem vestrae fraternitatis ammonuit. Nuntiatum siquidem nobis est, a quibusdam fuisse[f] in causis criminalibus accusatum, et nullis canonicis probationibus exquisitis, nec sacerdotalis concilii proveniente[g] iudicio a sui[h] eum honoris officio non iure sed auctoritate depositum. Quia ergo non potest quemquam episcopatus gradu nisi iustis ex causis concors sacerdotum submovere sententia, hortamur fraternitatem vestram, ut praefatum virum ex eodem, in quo detrusus est, eici faciatis exilio, causamque eius episcopali disceptatione perquiri. Et si in his, in quibus accusatus est, canonica fuerit probatione convictus, canonica proculdubio est ultione plectendus. Quod si alias, quam

a) *add.* scias *edd. G. M.* b) *om.* cum *edd. G. M (sec. M* cum *legitur etiam in Vatic. A et C)*; concessam *sec. M Norm.* c) percipere *edd. G. M.* d) *Hunc locum rectius ita disponendum censet G*: nec communionem capere nec sacris administrare sit dignus altaribus. e) *om.* sive *edd. G. M.* f) mobilesque (*om.* immobilesque) *R 1.* g) diceris *edd. pr. G.* h) determinetur *R* 1, ed. pr.*

III, 8 in titulo episcopo *edd. pr. et G (G in marg.: al.* archiep.) — *verba* ut non deponatur episcopus *titulo adiiciunt R 1, r 1. 2. Cf. supra epp. collectionis P (II, 6. 7. 9. 10 cet.) Om. hanc notam edd.* a) cum *R*1.* b) pertinent *scribo cum edd. G. M; om. hoc vocabulum codd. et ed. pr.* c) humanis *R 1, ed. G.* d) de *om. edd. G. M.* e) florenti *corr. in* florentis *R 1; add.* Epidauritanae civitatis *edd. G. M.* f) eum *add. r 2, edd.* g) praeveniente *ed. G.* h) *ita R 1; om.* a sui *r 1. 2, ed. pr.*; eum ab honoris (*om.* sui) *edd. G. M.*

1) *Non in registrum recepta esse videtur; cf. notam 1 ad ep. II, 9.* 2) *i. e. Honoratum diaconum.*

III, 8 Una cum ep. III, 9 Dalmatiam transmissa. — De Natali archiepiscopo cf. epp. I, 19. II, 20 cet. 1) *Florentium Epidauritanae sedis episcopum fuisse et ex epp. III, 9. VIII, 11 patet. Epidaurus, urbs Dalmatiae maritima, ubi nunc est Ragusa vecchia, ut creditur.*

de eo aestimatum est, synodali fuerit inquisitione compertum, necesse est, ut et criminatores iusti districtionem iuris exhorreant, et[i] in[k] criminatis[l] innocentiae suae serventur inlibata suffragia. Executionem vero antefati negotii Antonino subdiacono nostro ex nostra praeceptione[2] mandavimus, quatenus eius instantia et quae sunt legibus canonibusque placita decernantur, et decreta iuvante Domino mancipentur effectui[3].

III, 9.

Gregorius I. papa Antonino subdiacono (rectori patrimonii Dalmatini) praecipit, ut Florentio, Epidauritano episcopo, ex exsilio a Natali episcopo (Salonitano) revocando (ep. III, 8), si in episcoporum concilio absolutus fuerit res suas restituat. *592, Oct.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 48 (Ind. XI. cap. 9).
Edd. M: Lib. III. ep. 9; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 9. — Iaffé Reg. 1213 (848).

GREGORIUS ANTONINO SUBDIACONO.

Pervenit ad nos, Florentium Epitauritanae[a] civitatis episcopum, praereptis prius rebus eius, pro quibusdam non abprobatis criminibus sine sacerdotali concilio fuisse damnatum. Et quia non debet is[b] poenam sustinere canonicam, in cuius damnatione non est canonice[c] prolata sententia, praecipimus experientiae tuae, ut Natali fratri et coepiscopo nostro debeas imminere, quatenus supradictum virum de eodem eici faciat, quo nunc dicitur detrusus exilio. Convocatoque episcoporum concilio, si haec in quibus accusatus est, ei[d] canonice fuerint abprobata, praefati Natalis fratris et coepiscopi nostri volumus in eum proprium robur obtinere sententiam. Sin autem generali iudicio fuerit absolutus, nec eum deinceps cuiuslibet praeiudicio subiacere permittas, et praefatae res districta[e] tuae sollicitudinis restituantur instantia. Necesse est ergo, ut quanto graviora talium negotiorum perpendis pondera, tanto ea maturiori vigilantiorique studeas executione complere.

III, 10.

Gregorius I. papa Savinum subdiaconum suum (regionarium) docet, statuta synodi Chalcedonensis Iustiniani imperatoris temporibus non esse laesa. Eiusdem synodi fidem confirmat. Savinum ad catholicam ecclesiam revocat. *592, Oct.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 49 (Ind. XI. cap. 10).
Edd. M: Lib. III. ep. 10; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 10. — Iaffé Reg. 1214 (849).

i) *om.* et *r 1; add.* et *m. post. r 2;* ut (*pro* et) *ed. pr.* k) *om.* in *R 1, ed. pr.* l) incriminato *ed. G;* in criminato *ed. M.*

III, 9 in titulo Antonio *R 1;* Anthemio *R*1;* Anthonino *ed. pr.* a) Epytauritanę *r 1. 2;* Tauritane *ed. pr.;* Epidauritanae *edd. G. M.* b) his *R 1;* debetis *ed. pr.* c) canonicae *r 1;* canonica *edd. G. M.* d) *om.* ei *edd. G. M.* e) districtę *R 1.*

2) Vide praeceptum, quod laudat Gregorius, in ep. III, 9. 3) Haec causa iterum contra Florentium diiudicata esse videtur. Nescimus an convocato concilio. Sed adhuc a. 597, Dec., ut ex ep. VIII, 11 noscimus, 'habitatores Epidaurenses Florentium restituendum sibi poscunt, asserentes frustra eum ad solam voluntatem Natalis episcopi detrusum exilio'.

III, 9 Una cum ep. III, 8 in Dalmatiam translata. — Cf. de Antonino notam ad ep. II, 22. Eandem causam papa et in praecedenti ep. III, 8 tractat, ubi iam in notis de Natali atque Florentio egimus.

GREGORIUS SAVINO SUBDIACONO NOSTRO.

Exeuntes maligni homines turbaverunt animos vestros, non intellegentes neque quae loquuntur, neque de quibus adfirmant, astruentes, quod aliquid de sancta Chalcedonensi[a] synodo[1] piae memoriae Iustiniani[2] temporibus sit inminutum, quam omni fide omnique devotione veneramur. Et sic quattuor synodos sanctae universalis ecclesiae sicut quattuor libros sacri[b] evangelii recipimus[3]. De personis vero, de quibus post terminum synodi aliquid actum fuerat, eiusdem piae memoriae Iustiniani temporibus est ventilatum: ita tamen, ut nec fides in aliquo violaretur, nec de eisdem personis aliquid aliud ageretur, quam apud eandem sanctam Chalcedonensem synodum fuerat constitutum. Anathematizamus autem, si quis ex definitione fidei, quae in eadem synodo prolata est, aliquid inminuere praesumit, vel quasi corrigendo eius sensum mutare. Sed sicut illic prolata est per omnia custodimus.

Te ergo, fili karissime, decet ad unitatem sanctae ecclesiae remeare, ut finem tuum valeas in pace concludere, ne malignus spiritus, qui contra te per alia opera praevalere non potest, ex hac causa inveniat, unde tibi in die exitus tui in aditum regni caelestis obsistat.

III, 11.

Gregorius I. papa clero, ordini et plebi Albanensi enuntiat, se Hominembonum iis episcopum ordinasse. *592, Oct.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 50 (Ind. XI. cap. 11).

Edd. M: Lib. III. ep. 11; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 11. — Iaffé Reg. 1215 (850).

GREGORIUS CLERO ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI ALBANO.

Probabilibus desideriis nihil attulimus tarditatis. Fratrem iam[a] et coepiscopum nostrum Hominembonum[1] vobis ordinavimus sacerdotem.

III, 10 in titulo Sabino *R 1;* Sabino dyacono *ed. pr. — om.* nostro *edd.* a) Calcedonensi *R 1:* Calcidonensi *et ita etiam infra ed. pr.* b) sancti *edd.*

III, 11 in titulo om. clero *r 1. 2, edd. G. M. —* blebi *r 1. 2; om.* plebi (*scribens* ordini et clero) *R* 1. — compendium adhibent:* c̄stit. (*i. e.* constituto *vel* constitutis) *R 1, quod in* c̄sistit. *corr.;* consisten̄ *r 1. 2;* consistenti *ed. G;* consistentibus *ed. M; om.* consist. *R* 1, ed. pr. —* in Albano *edd. G. M; om.* Albano *R*1;* Terracine *(cf. ep. III, 14) ed. pr.* a) namque *edd. G. M.*

III, 10 De Savino cf. quae ad ep. II, 10 monuimus. Videtur autem inter nostram ep. et epp. IV, 4. 33. 37 quaedam vicissitudo esse, ideoque me non falli credo, si Savinum tunc Theodelindae reginae Langobardorum domui adscriptum fuisse opinor. 1) *i. e. quarta synodus universalis anni 451; cf. II, 49 p. 151, 5.* 2) *527-565. Respiciunt haec verba ad quintam universalem synodum, i. e. Constantinopolitanam anni 553; cf. ep. I, 16a p. 18, 9. et ep. IV, 4.* 3) *Vide eadem verba supra in ep. synodica (I, 24 p. 36, 19).*

III, 11 Eandem formulam praebet Liber diurnus (n. VI, ed. Rozière p. 22) sub titulo: Synodale quod accipit episcopus. *Eam autem iam prius i. e. Gelasii papae tempore (saec. exeunte quinto) viguisse, docet in collectione epistolarum eiusdem papae Thiel (Epistolae Romanorum pontificum genuinae I. p. 379: Gelasii papae ep. 15; cf. Iaffé ed. 2 reg. 675). Et adhuc Nicolaus II. papa (saec. XI.) iisdem verbis in ordinando episcopo usus est. Cum hac formula conferas Iustiniani Novell. 123, cap. 1. Inter Gregorii*

MENSE NOVEMBRIO INDICTIONE XI.

III, 12.

Gregorius I. papa Maximiano, Syracusano episcopo, iterum mandat, ut Gregorii, episcopi Agrigentini, accusatores ut Romae sententia dicatur cum causae documentis sine mora transmittat. *592, Nov.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 51 (Ind. XI. cap. 12).
Edd. M: Lib. III. ep. 12; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 12. — Iaffé Reg. 1216 (851).

GREGORIUS MAXIMIANO EPISCOPO SYRACUSANO.

Pridem quidem fraternitati vestrae scripseram, ut eos, qui adversus Gregorium, episcopum Agrigentinae[a] civitatis, aliqua dixerant, ad Romanam civitatem[b] transmittere deberetis[1]. Quod et nunc, ut instantius fieri debeat, praesentibus adhortamur epistolis. Unde personas ipsas ceteraque documenta, id est gesta et petitiones quae data sunt, festinate cum celeritate transmittere. Nec moram aliquam excusationemque perquiri penitus permittimus[c], quatenus eis in[d] Romana sicut diximus civitate[e] sub celeritate transmissis sciamus, quid auxiliante Domino de persona eius salubrius disponere debeamus.

III, 13.

Gregorius I. papa Agnellum, pervastatae ab hostibus ecclesiae Fundensis episcopum, Terracinensis ecclesiae cardinalem sacerdotem, Petro episcopo defuncto, ita constituit, ut etiam Fundensi ecclesiae praeesse non cesset. *592, Nov.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 52 (Ind. XI. cap. 13).
Edd. M: Lib. III. ep. 13; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 13. — Iaffé Reg. 1217 (852).

Mense *cet.* noub. *r 1. 2:* nobr. *R 1:* novembro *ed. pr.:* Novembri *edd. G. M. Cum r 1. 2 ad ep. praecedentem adiciunt hanc notam edd., inter quas M adnotat: 'Ita Turon. S. Gat. et Colb. vet.'*

III, 12 a) Adgregentinę *R 1.* b) *sequitur in R 1 rasura 10 circiter litterarum.* c) permittamus *R 1, r 2.* d) in *om. r 1. 2, ed. pr.* e) Romanam . . civitatem *edd.*

epistolas iterum in ep. IX, 210 apparet. Quantopere autem tunc vulgata fuerit ex eo videmus, quod utroque loco initium formulae tantummodo librarius in registrum receperit. Epistola IX, 210 igitur finitur verbis: et cetera secundum morem, *verba quae hic desiderantur. Cf. quae de hac ep. IX, 210, antea in editionibus omissa, et formula nostra exposui in Neues Archiv VII, 587 sqq. — Albanum civitas notissima Latii, haud procul ab Ostia, hodie eiusdem nominis. 'Unum 'e sex episcopatibus cardinalibus antiquioribus tribui solitis' Albanum Gussanvillaeus nominat, et quanti momenti fuerit episcopus Albanensis in pontificis Romani ordinatione iam antiquissimis temporibus, apparet ex formula 57 Libri diurni (ed. Rozière p. 101). Hanc autem civitatem nunquam in Langobardorum manus incidisse, monet Troya I, 281.* *1) E clericis ecclesiae Romanae Homobonus promotus esse non videtur. Saltem omittitur in catalogo Iohannis diaconi (Vita Gregorii Lib. III. c. 7), ubi episcopi a Gregorio e clero suo aut e monachis monasterii sui creati enumerantur.*

III, 12 De Maximiano episcopo cf. quae adtulimus ad epp. I, 14a et II, 8. *1) Epistolam certe nobis deperditam citat Gregorius. Nam etiam si lectionem editionis M in ep. I, 70 (supra p. 90, 2) reciperemus, illa epistola, quam papa non Maximiano sed Petro praedecessori illius in vicariatu Siciliae direxerat, Gregorius Agrigentinus episcopus, non adversarii ipsius Romam ire iussi essent. Mandatum autem, cuius papa meminit, post ep. II, 8 demum datum esse potest. Vide autem quae supra ad eandem ep. I, 70 p. 90 not. 2 de episcopo nostro et causae eius ordine adtulimus. Quae si recte adhibita sunt, Gregorius Agrigentinus tunc argumentis accusatorum vel documentis convictus episcopatum suum ad tempus saltem perdidit.*

GREGORIUS AGNELLO EPISCOPO DE FUNDIS, QUI NUNC INCARDINATUS EST TERRACINA.

Relatio cleri simul et populi Terracinae degentis nos valde laetificat ob hoc, quod de tua fraternitate bona testatur. Et quia defuncto Petro [1] pontifice suo te[a] sibi cardinalem postulant constitui sacerdotem, eorum petita[b] necessario complenda[c] praevidimus[d], quatenus et illi se gaudeant impetrasse quod postulant, et nos concessisse quod expedit videamur. Quia igitur ob cladem hostilitatis nec in civitate nec in ecclesia tua est cuiquam habitandi licentia, ideoque hac te[e] auctoritate[f] Terracinensi[g] ecclesiae cardinalem constituimus sacerdotem. Ammonentes, ut ita de animabus populorum illic consistentium, Deo protegente, debeas esse sollicitus, quatenus callidi perversique hostis insidiae commisso tibi gregi qualibet arte[h] nocere non valeant, sed sollicitudinis tuae grex circumseptus custodia digni[i] se pastoris gaudeat meruisse tutamina[k]. In tuis actibus plebi exempla bene vivendi consistant[l], avaritia in te vires non habeat. Tua praedicatione qui litteras nesciunt, quid divinitus praecipiatur, agnoscant. In Dei timore populum, quemadmodum vivere possit, tui mores instituant. Operibus exerce[m] quod subiectos doces et praedicas. Actus tui in aliorum correctione[n] proficiant, in adiutorium sibi vitae tuae imitationem adsumant. Sicque te in cunctis operibus exhibere festina, ut scripturam constrictionemque[o] [2] te habeant[p], quicumque aut neglegit aut non potest lectione formari. Tota igitur mentis intentione ita lucrum animarum[q] Deo[r] nostro facere festinato, ut digna te merces ante eius conspectum in die retributionis inveniat.

Quicquid vero de praedictae rebus ecclesiae, vel eius patrimonio, seu cleri ordinatione promotioneve et omnibus generaliter ad eam pertinentibus sollerter atque canonice ordinare facereque provideris, liberam habebis quippe ut sacerdos proprius modis omnibus facultatem [3].

Illud quoque fraternitatem tuam scire necesse est, quoniam sic te praedictae Terracinensis[s] ecclesiae cardinalem[t] esse constituimus sacerdotem, ut et Fundensis

III, 13 in titulo Anguello *ed. pr.* — Fundensi *R* 1, ed. pr.* — *om.* qui *cet. ed. pr. et teste ed. M codd. Norm. Rem. duo Teller.* — incardinatus est *r 1;* incordinatus est *r 2,* (*ubi corr. in* in civitate ordinatus est); hic ordinatus *R 1;* in civitate ordinatus est *R* 1;* in civitate incardinatus est *edd. G. M (M, ut videtur, ad normam trium Vatic.).* — Taracina *ed. G;* Terracinensi *ed. M (ut videtur, sequens 3 Vatic.).* a) *ita r 2; om.* te *R 1, r 1.* b) petita *om. R 1, r 1. 2, sed add. supra lin.* petita *r 2; add.* vota (*pro* petita) *edd.* c) complendam (*fort.* petitionem) *R 1; add.* esse *edd. G. M.* d) pervidimus *r 1. 2.* e) ideo te (*om.* que hac) *edd. G. M.* f) *add.* nostra *edd. G. M.* g) Taracinensi *ed. G.* h) qua libertate *corr. in* aliqua libertate *r 2;* aliqua libertate *R* 1, ed. pr.* i) *ante* digni *in ras.* c̄ (*i. e.* condigni) *R 1.* k) iuvamina *R 1,* (*ubi* iu *in ras.*). l) exsistant *edd. G. M.* m) exercere *r 2.* n) correctionem *r 2;* correptionem *edd. G. M.* o) constructionemque *r 1 et edd. (quarum M citat pro hac lectione Norm. Turon. etc.);* conscriptionemque *ed. M in nota profert ex Vatic. A.* — *add.* in (te) *edd.* p) habeant *corr. in* habeat *R 1;* habeat *edd. G. M.* q) *om.* animarum *R 1.* r) Domino *edd. G. M.* s) Terracinensi *R 1;* Taracinensis *ed. G.* t) cardinalem *usque ad finem epistolae m. alia in ras. addit R 1.*

III, 13 De Agnello episcopo Fundensi cf. ep. II, 6. Iam tunc ut in Terracina mandatum quoddam exsequeretur iussus est. — Fundi, ad Garilianum flumen, urbs Latina prope Terracinam hodie Fondi. Terracina autem, quamvis urbes Fundi et Beneventum ab Langobardis captae essent, semper ab hostibus libera mansit. Cf. Troya ad Gregorii ep. I, 35 (nunc I, 34) et ad ep. nostram (Troya I, 283). Igitur ordo Terracinensis *in ep. sequenti nominatur. — Vocem* incardinare *exposui ad epp. II, 37 (supra p. 133, 11. 44) et I, 78 (not. 3).* 1) *Petrum episcopum Terracinensem habes in epp. I, 34. II, 6. Anno 591, Sept. Oct. adhuc inter vivos fuit.* 2) *i. e. ut qui scripturam non legunt vitam tuam quasi scripturam vel scripturae summam prae oculis habeant* (constrictio = *constricta scriptura*). 3) *Verba quae praecedunt inde ab* 'quicquid vero' *multam affinitatem praebent cum quodam loco formulae 9 Libri diurni, quae 'Praeceptum de adunandis ecclesiis' tradit. (Vide ed. Rozière p. 35).*

ecclesiae pontifex esse non desinas, nec curam gubernationemque eius praetereas, quia ita fraternitatem tuam saepe dictae Terracinensi[u] ecclesiae, sicut praefati sumus, praeesse[v] praecipimus, ut ante dictae Fundensis ecclesiae tibi iura potestatemve nullo modo subtrahamus[4].

III, 14.

Gregorius I. papa clero, ordini et plebi Terracinensi nuntiat, se Agnellum episcopum (Fundensem) ab iis electum cardinalem sacerdotem Terracinensem constituisse. Ut ei obediant, hortatur. *592, Nov.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 53 (Ind. XI. cap. 14).
Edd. M: Lib. III. ep. 14: G: Lib. II. Ind. XI. ep. 14. — Jaffé Reg. 1218 (853).

GREGORIUS CLERO ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI TERRACINA.

Dilectionis vestrae desideria insinuata nobis quam optulistis petitio reseravit, electionemque vestram valde laudavimus, quia Agnellum, fratrem et coepiscopum nostrum probatum iam meritis, cardinalem vobis constitui deprecamini sacerdotem. Et quoniam gratae laudandaeque petitioni nec effectum[a] negari, nec moram oportebat innecti, secundum desideria postulationemque vestram suprascriptum[b] Agnellum directa praeceptione ecclesiae vestrae cardinalem esse statuimus sacerdotem. Pro qua re dilectionem vestram paterna adhortatione commoneo, ut ei oboedientiam praebere in omnibus debeatis, quatenus caritatis vestrae solatio roboratus curam gubernationemque ecclesiae quam vobis[c] probatur petentibus suscepisse, adiuvante Domino, salubriter valeat adimplere.

MENSE DECEMBRIO INDICTIONE XI.

III, 15.

Gregorius I. papa Scolasticum, iudicem Campaniae, cum Florentius subdiaconus suus, a Neapolitanis episcopus electus fuga ordinationem evitaverit, hortatur, ut alterum eligere curet, aut mittantur, qui Romae episcopum eligant. *592, Dec.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 54 (Ind. XI. cap. 15).
Edd. M: Lib. III. ep. 15; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 15. — Jaffé Reg. 1219 (854).

u) Taracinensi *ed. G.* v) esse (*pro* praeesse) *R 1, r 2.*

III, 14 titulum rubro scriptum, cum finem ep. praecedentis in ras. adderet, delevit, atramento nigro autem postea adiecit R 1. — blebi *r 1. 2.* — consistenti *r 1, R 1, R* 1:* consist. *r 2: om.* consist. *ed. pr.* — *abbreviat* Terrac. *R 1:* Terracinę *R* 1:* Terracinensi *ed. pr.:* in Taracina *ed. G:* in Terracina *ed. M.* a) affectum *R 1.* b) supradictum *edd.* c) nobis *r 2, ed. pr.*

Mense *cet. ita ad calcem ep. III, 14 r et edd.; add.* data *R* 1, ed. pr.* — *Compendium adhibet* dēc. *R 1:* decemb. *r 1. 2. Cf. supra p. 109.*

4) Gregorius ita adiungit ecclesiae Fundensi Terracinensem, ut idem episcopus utramque administret. Cf. in ep. I, 8 ecclesiam Minturnensem cum Formensi unitam.

III, 14 Cf. ep. praecedentem. — De ordine *vide quae monui ad ep. I, 56.*

GREGORIUS SCOLASTICO IUDICI CAMPANIAE.

Dum de Neapolitanae civitatis cura destitutae sacerdotis solatio vehementius angeremur[a] [1], supervenientes praesentium latores cum decreto in Florentium subdiaconum nostrum confecto aliquid nobis in tanto cogitationum pondere relevationis innuerant[b]. Sed dum praefatus subdiaconus noster refugiens civitatem ipsam ordinationem suam lacrimabiliter evitasset[c], quasi ex maiori quadam desperatione[d] nostram cognoscite crevisse tristitiam[e]. Atque ideo salutantes hortamur magnitudinem vestram, ut convocantes priores vel populum civitatis [2] de electione alterius cogitetis, qui dignus possit cum Christi solatio ad sacerdotium promoveri. In quo decreto sollemniter facto atque ad hanc urbem transmisso ordinatio illic tandem Christo auxiliante proveniat. Sin autem aptam non invenitis, in qua[f] possitis consentire personam, saltim tres viros rectos ac sapientes eligite, quos ad hanc urbem generalitatis vice mittatis, quorum et iudicio plebs tota consentiat. Forsitan hic[g] venientes praestante Dei misericordia talem repperiunt[h], qui vobis antistes inreprehensibiliter ordinetur, quatenus destitutae civitati vestrae nec intrinsecus actorum[i] suorum desit inspector, nec extrinsecus adhibita sollicitudine sacerdotis hostilibus aditus praestetur[k] insidiis [3].

III, 16.

Gregorius I. papa Petro, episcopo Bariciano, Valerianum presbyterum ut captivos redimeret missum, commendat. *592, Dec.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 55 (Ind. XI. cap. 16).
Edd. M: Lib. III. ep. 16; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 16. — Iaffé Reg. 1220 (855).

GREGORIUS PETRO EPISCOPO BARICIS.

Licet fraternitatem tuam piis se causis sponte non dubitemus impendere, verumtamen quia proniorem eam nostra fieri arbitramur epistola, idcirco praesentibus tibi

III, 15 in titulo Scholastico *r 1. 2, edd. G. M.* — iudice *R 1;* duci (*pro* iudice) *ed. pr.* a) *corr. ex* ageremur *r 2;* augeremur *ed. pr.* b) invenerant *in marg. ed. G et in textu ed. M.* c) evasisset *ed. G* (*notans in marg.: al.* evitasset). d) disperatione *r 1, ed. pr.;* disperationem *corr. in* desperatione *r 2; in marg. add.* dispensatione *ed. G;* dispensatione *ed. M.* e) iustitiam *r 1. 2;* moestitiam *edd.* f) quam *edd. G. M;* quo *ed. pr.* g) huc *edd.* h) *corr. in* repperient *r 2;* repperient *edd.* i) ac tutorum *r 2;* actuum *edd. G. M.* k) praesentetur *R* 1.*

III, 16 in titulo haricis (*sed ita scriptum, ut litterae* ri *ligatae simillimae sint litterae* n) *R 1;* bauricis *teste ed. M Vatic. A;* de Baricis *edd. G. M, quarum G adnotat: 'sic lego ex codd. mss. Moissiac.*

III, 15 Missa per Neapolitanorum legatos, qui electionis decretum Romam adtulerant. — De Scolastico iudice Campaniae eiusque officio cf. epp. III, 1 (not. 3) et III, 2. *1) Cum Demetrius Neapolitanae civitatis episcopus iam ante ann. 591, Sept. sacerdotio privatus esset (cf. ep. II, 5), clerus et plebs primum Paulum Nepesinum episcopum loco eius sibi elegit, cuius electioni papa 591, Dec. non assensit. Sed eundem iis interim visitatorem constituit (ep. II, 12). Falso Baronius (Annal. eccl. ad a. 592 n. XIII) Paulum nostrae epistolae tempore iam mortuum fuisse opinatur. In ecclesiam suam Nepesinam saepius reverti voluit (cf. epp. II, 12 not. 2. II, 18. III, 35).* *2) Omisso clero episcopus sub auspiciis iudicis per* priores vel populum *eligendus videtur. Et cum Paulus et Florentius, a Neapolitanis electi, inutiles se praebuissent, forsitan electio cleri postposita fuit. Sed non ita res se habet. Gregorium hic de vicariis laicorum agere et postea clericos ad se vocare, ex ep. III, 35 patet.* *3) Ne urbs Neapolitana, adhuc libera, furto a Langobardis occupetur, providet papa.*

III, 16 Transmissa per Valerianum presbyterum. — Petrus episcopus, cuius nusquam in aliis monumentis litterariis mentio fit, civitati Africanae Barcae praeerat. Fuit autem Barce aut, ut formam

indicamus apicibus, harum latorem Valerianum presbyterum pro redemtione captivorum in illis partibus[a] advenisse[1]. Cui tanto enixius in omnibus debetis ferre solatium, quanto eum mercedis[2] intentione[b] longinqui itineris laborem adsumpsisse cognoscis[c]. Sic enim et hic quod intendit te adiuvante perficiet, et fraternitas tua pro impenso solamine magnam apud Deum sicut desiderat retributionem inveniet.

MENSE IANUARIO INDICTIONE XI.

III, 17.

Gregorius I. papa Gratioso subdiacono (Romano) praecipit, ut domum quandam Romae positam et hortum iuris ecclesiae Romanae Florae abbatissae ad monasterium construendum tradat. *593, Ian.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 56 (Ind. XI. cap. 17).
Edd. M: Lib. III. ep. 17; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 17. — Iaffé Reg. 1221 (857).

GREGORIUS GRATIOSO SUBDIACONO.

Religiosam vitam eligentibus congrua nos oportet consideratione prospicere, ne cuiusdam[a] necessitatis occasio aut desides faciat, aut robur[b] quod absit conversationis infringat. Idcirco praesenti tibi auctoritate praecipimus, quatenus domum positam in hac urbe, regione quarta, iuxta locum qui appellatur Gallinas albas[c 1], vel hortum[d]

Cluniac. Cisterc. Sorbon. Victorino et 'aliis, ex quibus aliqui legunt de Barcis. *Concordant edd. antiquae, Veneta 1504, Parisiensis 1508, 1518, 1586, Lugdunensis 1539 et aliae';* de barcis *in marg. R*1, ubi haec ep. deest, sed adnotatur* hic deest epistola ad Petrum de barcis; bancis *r 1. 2 et sec. M codd. Colb. Vatic. B. C;* de Bancis *sec. M cod. Andegav.;* de Vibicis *ed. Rom. et aliae; om. hoc nomen ed. pr. et teste ed. M codd. Norm. Rem. et cet. antiq.*

a) in illas partes *edd. G. M.* b) *adnotat ed. G: Suspicantur aliqui legendum* sine mercedis intentione *aut* alternae mercedis intentione, *ut sit sensus in verbis.* c) cognoscitis *edd.*

Mense *cet. ita in fine ep. III, 16 r 1. 2, edd.* — ind. XII *R 1.*

III, 17 a) *corr. in* cuiusquam *(quod fort. recipiendum est) R 1, r 2.* b) *corr. ex* robor *R 1.* c) ad Gallinas albas *ed. G.* d) ortum *codd., ed. pr.*

Gregoriani aevi adhibeamus, Baricis (ita quoque S. Hieronymus in epistola 129 ad Dardanum: 'Barcaei populi ab Barce oppido, quod in solitudine situm est, quos nunc corrupto sermone Afri Baricianos vocant') civitas Cyrenaicae, postea Libyae, metropolis, ad Syrtim maiorem posita.

1) Adnotat Alteserra ad hanc ep.: 'Captivi commercii causa deportabantur in Africam, ut venundarentur pro servis; et maxime venum exponebantur apud Baricis urbem.' *2) Maurini docte his verbis addunt notam:* mercedem *hic pro* misericordia *sumi, gallice:* mercy, *et qui redimendis captivis operam dent religiosi, eos potissimum* de mercede *(gallice:* de la mercy) *dici.*

III, 17 Cf. ep. II, 10, in qua Gregorius alii suorum subdiaconorum simile quoddam mandatum impertit. Gratiosus autem subdiaconus Romanus (qui non confundendus videtur cum Gratioso notario Romano in ep. X, 3) iterum nominatur in Honorii I. papae ep. anni 625, Dec. 13 (Deusdedit, coll. canonum III c. 117 ed. Martinucci p. 294; Iaffé ed. 2: 2011 olim 1558). Et mirum sane, tunc papam Gratioso, domum cum horto positam in urbe Roma iuxta Thermas Diocletianas, regione quarta, possidendam concessisse. De Rossi (Bullettino di archeol. crist. S. II. T. I, 111) exinde conicit, Gratiosum forsitan rectorem patrimonii Urbani fuisse. Sed prae oculis habens ep II, 10 Savino subdiacono datam, Gratioso tantummodo regionis quartae administrationem concedere velim. *1) Multum de hac loci significatione a topographis Romanis disputatum est. Cf. eundem modum, quo domus Romana aut hortus describitur, in*

iuris sanctae Romanae cui Deo auctore praesidemus ecclesiae, in qua[e] Campana[2] quondam[f] patricia[g] mansisse dinoscitur, simul et hortum[h] atque hospitia[i], quae intra eandem domum ianua concludit[k]. Florae abbatissae tradere debeas proprietatis iure proculdubio possidendam. In qua domo monasterium, ubi cum congregatione sua habitare[l] possit, Christo queat iuvante[m] construere[n], ut tam ipsa, quam etiam quae[o] in eius honore locoque successerit, praedictam domum et hortum[p] cum omnibus ad se pertinentibus sicut diximus quieto et inconcusso iure a nobis pietatis consideratione concessa valeat possidere.

III, 18.

Gregorius I. papa Theodoro, consiliario suo, Acosimum Siculum puerum mancipium donat. 593, *Ian.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 57 (Ind. XI. cap. 18).
Edd. M: Lib. III. ep. 18; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 18. — Iaffé Reg. 1222 (858).

GREGORIUS THEODORO CONSILIARIO.

Ecclesiasticis utilitatibus desudantes ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere, ut[a] qui se voluntariis obsequiorum necessitatibus sponte subiciunt, digne nostris provisionibus consolentur. Quia igitur te[b] Theodorum virum eloquentissimum, consiliarium nostrum, mancipiorum cognovimus ministerio destitutum, ideoque puerum[1] nomine Acosimum natione Sicula[c] iuri dominioque tuo dari tradique praecipimus. Quem quoniam traditum ex nostra voluntate iam possides, huius[d] te necesse fuit[e] pro futuri temporis testimonio ac robore largitatis auctoritate fulciri, quatenus Domino protegente secure eum semper et sine ullius[f] retractationis[g] suspicione, quippe ut

e) *corr. in* quo *R 1.* f) qd. (*superscr.* quondam) *R 1;* quod *r 2.* g) *sic corr. ex* patrici *R 1;* patricia *teste ed. M in Vatic. B. D, Rem. et vet. ed.; teste ed. G in quibusdam mss., in ed. Veneta a. 1504, et in vetusto cod. Vaticano, ut asserant Correctores Romani ad Gratianum C. XII. q. 2 c. 75;* patricii *r 1 et Gratiani codd. (cf. ed. Friedberg);* uxor Patritii *ed. G;* patrie *r 2.* h) ortum *codd. (sed R 1* hortum *in* ortum *corr.) et ed. pr.* i) ospitia *R 1.* k) conclusit *R 1.* l) habitet *R 1.* m) christoque adiuvante *r 2;* christo (*erad.* que) adiuvante *R 1;* christo adiuvante *r 1, ed. pr.;* Chr. queat adiuv. *edd. G. M.* n) construeret *r 1. 2;* construe *ed. pr.* o) qui *r 2.* p) ortum *r 2.*

III, 18 in titulo Theodorus *R 1.* a) et (*pro* ut) *R 1;* ut scilicet *ed. pr.* b) *ita r 1; om.* te *R 1, r 2, ed. pr.* c) *ita r 1. 2, R 1, R* 1; corr. in* siculum *R 1;* Siculum *edd.* d) huiusmodi *ed. pr* e) *add.* scripti *edd. G. M.* f) illius *r 1. 2 (corr. in* ullius *r 2).* g) tractationis *R 1.*

epp. II, 10 et infra III, 19. VI, 42. 'Gallinas albas' *in antiquis descriptionibus quattuordecim regionum Romae prope locum 'Alta semita' dictum (i. e. prope palatium Quirinale) nominatur (Preller, die Regionen der Stadt Rom p. 10. 11). Eundem urbis locum indicant auctores, quicunque regionem quartam citant (Gregorovius, Gesch. der Stadt Rom I, 80). Cf. Sergii I. bullam (Iaffé ed. 2: 2135) ap. de Rossi, Bull. di arch. crist. S. II. T. I. 93. Denique Iordan, Topographie der Stadt Rom im Alterthum I, 72. II, 122. 123. 318. 319. fusius de 'Gallina alba' egit.*

2) Domna Campana in ep. I, 42 (p. 68, 28).

III, 18 Cf. praecepta 'de donando aut concedendo puero' in Libro diurno n. XXXVIII. LXXII. Sed propius ad nostram donationem accedit formula, qua usus est librarius in ep. IX, 98 conficienda. Singulari modo autem prima et ultima epistolae nostrae verba cohaerent cum ep. VIII, 16. — Quale fuerit consiliarii officium et quem ordinem habuerit inter sedis apostolicae magistratus nescio. Laicus cuiusdam altae dignitatis certe habendus est, ut etiam 'virum eloquentissimum' cum papa nominat. Cf. consiliarium praefecti per Italiam eodem titulo ornatum ep. I, 36. Eiusdem Theodori consiliarii sui, quem tunc autem 'virum magnificum' dicit, mentionem facit papa in ep. XI, 4. 1) puer = servus; *vide ep. III, 1 not. 5.*

dominus valeas possidere. Neque enim quenquam[h] fore credimus, qui tam parvam largitatem pro tua tibi devotione concessam[i] desideret, vel tentet ullo modo revocare, cum uno eodemque tempore et verecundum sit a decessoribus bene gesta resolvere, et verendum[k] sit docere ceteros in sua quandoque resolutoriam proferre largitate sententiam[2].

III, 19.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii) Campaniae mandat, mittat reliquias S. Severini, cuius nomini ecclesiam Arrianam (Romae) iuxta domum Merulanam regione tertia positam consecrare in animo habeat. *593, Ian.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 58 (Ind. XI. cap. 19).
Edd. M: Lib. III. ep. 19; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 19. — Iaffé Reg. 1223 (859).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Cor nostrum pia divinitatis inspiratione conpungitur, loca quondam execrandis erroribus deputata in catholicae religionis reverentia[a] dedicare. Quia ergo ecclesiam positam iuxta domum Merulanam regione tertia[1], quam superstitio diu Arriana[2] detinuit, in honore[b] sancti Severini cupimus consecrare, experientia tua reliquias beati Severini[3] summopere debita cum veneratione[c] transmittat, quatenus quae nostris animis perficienda decrevimus implere Omnipotentis gratia suffragante possimus.

---

h) quicquam *R 1, r 2 (sed corr. R 1 in* quenquam). i) concessa *r 1. 2.* k) verecundum *edd., quarum M notat:* verendum *duo Vatic.*

III. 19 a) reverentiam *edd. G. M.* b) honorem *edd. G. M.* c) *corr. ex* beneratione *R 1.*

2) Documentum, cum in formis sollemnibus donationem componeret, certe exivit ut ep. IX, 98 in verba: 'Actum Romae'. Quae, nescio qua ratione, hic desunt.

III, 19 Cf. ep. IV, 19, quae eandem rem, formulam autem valde ab nostra abhorrentem praebet. — Petrus subdiaconus hoc tempore rector patrimonii Campaniae institutus erat, ut in nota ad ep. III, 1 demonstravi. 1) Domus Merulana, regione tertia, Caesaris palatium in via Merulana aut Merolanensi esse videtur, quod citat Anonymus Magl. p. 16 (Iordan, Topographie der Stadt Rom im Alterthum II, 131). Certe Merulana extra murum Servianum posita, non longe a palatio Lateranensi aberat. (Iordan ibidem I, 223. II, 128.) Cf. Librum pontificalem in vita Hadriani I. c. 11. (ed. Migne Patr. lat. t. 128. p. 1169) et Gregorium in Dial. III, c. 11 'Merulis'. Discimus autem ex topographia v. cl. M. Iordan (II, 318) medio aevo regionem tertiam eadem loca complexam esse, ut Roma antiqua. 2) Iam ante Gregorium pontificibus Romanis curae erat Gothorum ecclesias, scilicet Arrianorum haeresi pollutas, fidei catholicae reddere. Cf. Iohannem papam primum huius nominis (a. 523-526), de quo Lib. pontificalis refert: 'summo fervore Christianitatis hoc consilio usus est, ut ecclesias Arrianorum catholicas consecraret'. Vide Paulum diac. in Historia Langob. Lib. IV. c. 44, Libri diurni formulam 24 et Gregorii ep. infra IV, 19. Ecclesias autem ex haereticis in orthodoxas conversas denuo consecrandas esse, ut Maurini adnotant, Gregorius ipse in Dial. L. III. c. 30 docet. 3) S. Severinum nimirum eundem apostolum Noricorum, ut cum Alteserra opinamur, et Neapolim vel potius in castellum Lucullanum post obitum translatum nominat, de quo vide Eugippium in vita eius (cf. supra ep. III, 1 not. 6) et Paulum diac. in Historia Langob. L. I. c. 7. 19. Reliquiarum S. Severini partes item et in ep. IX, 181 et in ep. XI, 19 papa concedere iubet. Ecclesiam autem tituli S. Severini inter Romanas ecclesias neque prioribus neque modernis temporibus invenit Gregorovius (Gesch. d. Stadt Rom II, 79).

III, 20.

Gregorius I. papa Gratioso, episcopo Nomentano, ecclesiam S. Anthemi Curium-Savinorum territorio constitutam, quam cum Nomentana coniunxerit, delegat gubernandam.

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 59 (Ind. XI. cap. 20). *593, Ian.*
Edd. M: Lib. III. ep. 20; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 20. — Iaffé Reg. 1224 (860).

GREGORIUS GRATIOSO EPISCOPO NOMENTANO.

Postquam hostilis impietas[a][1] diversarum civitatum ita peccatis facientibus desolavit ecclesias, ut reparandi eas spes nulla populo deficiente remanserit, maiori valde cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus reliquiae plebis, nullo pastoris moderamine gubernante, per invia[b] fidei hostis callidi rapiantur quod absit insidiis. Huius ergo rei sollicitudine saepe commoniti[c] hoc nostro sedit cordi consilium, ut vicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuae curam gubernationemque sancti Anthemi[d] ecclesiae, Curium[e] Savinorum[f] territorio[2] constitutae, praevidimus committendam, quam tuae ecclesiae adgregari[g] unirique necesse est, quatenus utrarumque ecclesiarum sacerdos recte Christo adiuvante possis existere, et quaeque tibi de eius patrimonio, vel de cleri ordinatione seu promotione vigilanti ac canonica visa fuerint cura disponere, quippe ut pontifex proprius, liberam habebis ex praesenti nostra permissione licentiam. Quapropter, fratrum[h] karissime, Dominicorum reminiscens salubriter mandatorum, ita in commissae plebis regimine lucrandisque animabus invigila, ut ante tribunal aeterni iudicis constitutus fructum bonae operationis, qui[i] ad mercedem tuam pertineat, eidem redemptori nostro, in quo laetari possit[k], exhibeas.

MENSE FEBRUARIO INDICTIONE XI.

III, 21.

Gregorius I. papa Paschali, Dometiano atque Castorio, Urbici quondam defensoris Tiburtinensis filiis, ab eorum patre cum curam patrimonii Savinensis et Cartiolani gereret, magnam ecclesiae debitam pecuniam remittit. ***593, Febr.***

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 60 (Ind. XI. cap. 21).
Edd. M: Lib. III. ep. 21; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 21. — Iaffé Reg. 1225 (861).

III, 20 in titulo compend. Noment. *R 1;* Nument. *r 1. 2;* Numene̜ *R*1;* Numeno *ed. pr.;* Numentano *edd. G. M.* a) *cum his verbis iam finit epistolam R* addens:* 'ut supra Iohanni episcopo' *(cf. II, 48).* b) invidia *r 2;* invidiam *R 1. Utramque lectionem praebet Lib. diurnus.* c) commoti *ed. G, ubi in marg.: al.* commoniti. d) Anthemii *r 1, edd. Sed citat etiam ed. M* Anthemi *ex codd. Normannis.* e) in Curium *edd. G. M.* f) *ita r 1. 2 (cf. ep. III, 21 et Iordanis Rom. Hist. MG. SS. antiq. V. I, 11);* sabinorum *R 1, edd.* g) adgregare *codd.* h) *ita R 1, r 2;* frater *r 1, edd.* i) quod *R 1.* k) possis *edd. G. M.*

Mense *cet. ita in fine ep. III, 20 r 1. 2 (ubi abbreviatur* feb.) *et edd. G. M (M citat codd. Turon. S. Gat. et Colb.);* Data mense *cet. ed. pr.;* meñ. sept. ind. XI. *R 1.*

III, 20 Verbotenus fere formulam Libri diurni n. IX (ed. Rozière p. 34) exprimit. Cf. epistolas II, 48 et VI, 9 eiusdem argumenti et iisdem verbis redditas. — De Gratioso hic tantum agitur. Nomentum erat civitas Latina in territorio Sabinorum, ubi nunc parvum oppidum Mentana. 1) *Ad Langobardos respicere haec verba, monui not. 1 ad ep. II, 48.* 2) *Territorium Curium Savinorum nihil aliud est, quam Cures aut Cures Sabinae, oppidum in Sabina, haud procul a Tibri fluvio, inter Fidenas et Reatem positum. Ambigunt autem Geographi, utrum hodie sit pagus Torre vel Turres, an pagus Correze*

GREGORIUS PASCHALI DOMETIANO ATQUE CASTORIO FILIIS URBICI DEFENSORIS DE TIBUR.

Officii nostri est orbatis ita parentibus ferre consultum, quatenus aliquid de his, quae iuste debentur[a] ecclesiae, relaxantes, eorum possimus subvenire miseriis. Quia igitur facta subtilius ratione patrem vestrum Urbicum, quondam defensorem de patrimonio Savinensi atque Cartiolano[b], quod eius fuerat curae commissum[1], constat in non modicam summam debitorem fuisse defunctum, et quamvis tota eius substantia pro hoc sit ecclesiae obligata, nec tamen ad satisfactionem eorum quae consumpserat possit sufficere, nos tamen pietatis intuitu eiusdem patris vestri substantiam vos habere ac possidere permittimus atque concedimus vestris proculdubio utilitatibus profuturam. Securi, quod nullus vos denuo de his, quae vobis relaxantes concessimus, aliqua ratione concutiat.

MENSE MARTIO INDICTIONE XI.

III, 22.

Gregorius I. papa Antonino subdiacono, rectori patrimonii Dalmatiae, mandat, ut si Natalis episcopus obierit, successorem a clero populoque eligendum curet electumque, ut consecretur, Romam mittat. Vetat, ne Malchus episcopus electioni intersit. Quem pro reddendis patrimonii Romani rationibus ex Sicilia venire iubet. Marcelli haec omnia consilio agantur. *593, Mart.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 61 (Ind. XI. cap. 22).
Edd. M: Lib. III. ep. 22; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 22. — Iaffé Reg. 1226 (862).

III, 21 in titulo demetiano *r 2 et edd.* — fili *R 1:* fil *abbrev. r 1. 2.* — tibur *r 1. 2;* tybur *R* 1;* tibūr (*fort.* tiburtina) *R 1;* Tiburtina *edd. G. M.* — *om.* filiis *cet. ed. pr.* a) *ex* deventur *R 1.* b) *ita codd. nostri;* Curlitano *ed. pr.;* Carsiolano *ed. G (quae notat: 'sic emendavi ex 16 mss. codd., cum antea legeretur* Cardolano. Cartiolanum *legit Holstenius in mss. Vatic. Contendit autem debere legi* Carseolano') *et ed. M (quae notae Gussanvillaei add.: in Vatic. A. legitur* Cardiolano, *in And.* Harciolano').

Mense *cet. om R*1; add.* Data *ed. pr.; adscribunt epistolae III, 21 r 1. 2, edd. (et teste ed. M codd. Turon. S. Gat. et Colb. vet.).*

vel Cureze. S. Anthemi (vel potius Anthimi) ecclesia autem sedes episcopalis fuit Curium Sabinorum. Vide inter subscriptiones synodorum sub Symmacho papa a. 499. 501: Dulcitium episcopum Sabinensem *vel* ecclesiae Sabinensium *et eundem* Dulcitium episcopum ecclesiae sancti Antimi. *(Thiel: Epistolae Rom. pontif. genuinae I. 643, 649; 670).*

III, 21 in titulo 'Dometianus' pro 'Domitiano', ut postea ep. IX, 82 'Dometius'. Utrum Paschalis, Dometianus atque Castorius pro matre habuerint Palatinam, quae 'domna' et 'inlustris femina' et eadem 'Urbici vidua' dicitur, annon, in dubio relinquo. Cf. epp. I. 37 (not. 4) et I. 57. Sed miro modo conveniunt et subsidia ubique a papa familiae patre orbatae concessa, et Tiburtina urbe ad Campaniam pertinente, mandata illa supradicta rectori eiusdem provinciae missa. — Tibur nunc Tivoli, urbs episcopalis. Nescio, cur Urbicus defensor de Tibur nuncupetur. Fortasse ibi sedem administrationis patrimoniorum Savinensis atque Carseolani habuit. Postea autem patrimonium Carseolanum sub nomine Tiburtini institutum esse videtur. Nam Tiburtinum nominatur saeculo VIII. in donationibus Gregorii II. et Zachariae paparum (Iaffé ed. 2 n. 2201. 2220. 2226. 2302) et eodem tempore Grisar (Rundgang durch die Patrimonien p. 341) Sabinense in Libro pontificum Rom. citari docet. 1) *'Urbicum defensorem Sabini' invenimus in rectorum catalogo, non satis diligenter quidem composito ab Iohanne diac. (Vita Gregorii Lib. II. c. 53).*

GREGORIUS ANTONINO SUBDIACONO RECTORI PATRIMONII IN DALMATIA.

Natalem[1], Salonitanae ecclesiae fratrem et coepiscopum nostrum, obisse[a] discurrens in partibus istis fama[2] vulgavit. Quod si verum est, experientia tua omni instantia omnique sollicitudine clerum et populum eiusdem civitatis ammonere festinet[b], quatenus uno consensu ordinandum sibi debeant eligere sacerdotem: factoque in persona[c] quae fuerit electa decreto, ad nos transmittere studebis, ut cum nostro consensu, sicut priscis fuit temporibus, ordinetur. Illud quidem prae omnibus curae tibi sit, ut in hac electione nec datio quibusque[d] modis interveniat praemiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia convalescant. Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum cum fuerit ordinatus oboedire reverentia exigente compellitur, sicque fit, ut et res illius minuantur ecclesiae, et ordo ecclesiasticus non servetur. Talem ergo te inminente debent[e] personam[f] eligere, quae nullius incongruae voluntati deserviat, sed vita et moribus decorata tanto ordine[g] digna valeat inveniri. De rebus vero vel ornamento[h] eiusdem ecclesiae fideliter rerum inventarium[i] [3] facito praesente te[k] conscribi. Et ne[l] rebus ipsis possit aliquid deperire Respectum diaconem atque Stephanum primicerium notariorum[m] [4], ut ipsarum rerum omnino gerant custodiam, ammonito[n], interminans eis de propria eos satisfacturos esse substantia[o], si quicquam exinde eorum neglegentia fuerit imminutum.

Malchum[5] autem fratrem et coepiscopum nostrum contestari[p] te volumus, ut se penitus in hac causa non misceat. Nam si per eum aliquid contra voluntatem nostram factum vel temptatum potuerimus addiscere, non modicam ad se culpam et periculum pertinere cognoscat. Sed et hoc eum ammonere curato, ut ad ponendas explendasque rationes patrimonii nostri[6] quod gessit debeat esse sollicitus, pro quibus etiam faciendis ex Siciliae partibus ad nos postposita excusatione venire[q] festinet. In rebus igitur Salonitanae ecclesiae nullo modo se miscere[r] praesumat, ne amplius ei aut obnoxius, aut possit esse culpabilis. Nam multa habere[s] de rebus praedictae fertur ecclesiae, eumque opinio pene auctorem extitisse in venditione rerum eius vel aliis inlicitis asseverat. Quod si ita esse sicut dicitur manifesta veritate patuerit, certus sit inultum hoc nullatenus remanere.

III, 22 in titulo Anthemio *ed. pr.* — *om.* rectori *cet. ed. pr.* — *abbreviant* dalm̄. *R 1, r 2;* dalmā *r 1;* dalmatias *R*1.* a) *corr. ex* obiisse *r 2;* obiisse *edd.* b) *add.* et *R 1.* c) personam *edd. G. M.* d) quibuscumque *edd.* e) *corr. ex* debet *R 1.* f) *add.* sibi *edd. G. M.* g) ordini *codd.* h) *ex* ornamentu *corr. R 1.* i) *ita cum edd. scribo;* inventaneum *R 1, r 1. 2.* k) praesentem *R 1* (*pro* praesente te); praesentem cartam *ed. pr.;* te praesente *r 2, edd. G. M.* l) *add.* de *r 1, ed. pr.* m) notarium *ed. pr. et teste ed. M omnes Norm. et Vatic. D*; *add.* in praesentia (notariorum), *ut ibidem notatur, Vatic. A.* n) *corr. in* ammoneto *r 2;* admoneto *edd.* o) substantiam *R 1.* p) contestare *R 1.* q) pervenire *R 1.* r) *corr. ex* reminiscere *R 1.* s) *om.* habere *et superscr.* deperierunt *R 1.*

Idem 'Benedictum notarium defensorem Carseolani' citat. Carseoli autem in trifinio, ut Gussanvillaeus interpretatur, territorii Tiburtini, Reatini et Marsicani siti erant. Nunc Carsoli prope Tivoli.

III, 22 De Antonino cf. quae in nota ad ep. II, 22 disserui. Vide etiam epp. III, 9. 32. 1) De Natali, episcopo Salonitano, vide epp. I, 19. II, 20-23. 45. 50. 2) Famam veraciter dixisse discimus ex ep. III, 32. 3) Generaliter papa ep. IV, 11 mandat Sicilianis, ut si episcopus quisquam mortuus sit, in praesentia clericorum superiorum inventarium ecclesiae rerum faciatur, et omnia quae reperta fuerint subtiliter describantur, ne quid de rebus ecclesiae quasi pro faciendi inventarii labore tollatur. 4) Clerici sunt Salonitani. Primicerius notariorum est primus inter notarios. 5) De Malcho, episcopo quodam Dalmatiae, et sede eius cf. epp. I, 36. II, 22. 45. V, 6. Videtur autem ex episcopatu suo (Delmitia?) expulsus (cf. ep. I, 43) in Sicilia insula vixisse. 6) i. e. Dalmatini, quod ante Antoninum Malchus rexerat (epp. II, 22. 45. V, 6).

Expensa vero quae necessaria fuerit[t] per oeconomum[u], qui tempore mortis praedicti episcopi inventus est, erogetur[v], quatenus rationes suas futuro episcopo ipse ut novit exponat.

Cuncta siquidem, quae tibi agenda mandavimus, cum consilio magnifici atque eloquentissimi Marcelli[7] filii nostri te agere profecto necesse est, quatenus ita omnia, quae huius praecepti pagina continet, sollicite strenueque possis implere, ut nulla te neglectus culpa respiciat.

III, 23.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii) Campaniae praecipit, ut in locum Secundini monasterii S. Martini abbatis lapsi Theodosium a congregatione expetitum ordinare faciat. Possessiones monasterii defendat. *593, Mart.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 62 (Ind. XI. cap. 23).
Edd. M: Lib. III. ep. 23: G: Lib. II. Ind. XI. ep. 23. — Jaffé Reg. 1227 (863).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Quamvis horrenda[a] execrandaque nimis Secundinum[1] ad aures nostras pervenerit crimina commisisse, hoc tamen solum ad eius dampnationem[b] potest sufficere, quod etiam ipse de se dicitur fuisse confessus. Cognovimus autem ab eo dictum, eo[c] quod dum tertius a loco esset abbatis[d] a[e] statu[f] habitus sui lapsu[g] corporis[2] cecidisse[h]. Et licet ad abbatis ordinem tanto coinquinatus facinore nulla debuerit ratione proficere, tamen quia temerario post ausu ac tanta pollutione detentus hoc indignus arripuit, experientiae tuae huius auctoritatis tenore praecipimus, ut suprascripto[i] Secundino remoto abbatis[k] officio, Theodosium, quem congregatio ipsa sibi petiit ordinari[l], in monasterio[m] sancti Martini abbatem sollemniter per eum cuius[n] interest facias ordinari, quatenus in cura congregationis subiectae adiuvante Deo cauta possit sollicitudine vigilare. Possessiones vero vel hortos[o] eiusdem monasterii ecclesiastica, in quantum ratio patitur, tuitione defende[p].

---

t) fuerint *R 1.* u) econonum *R 1.* v) *corr. in* erogentur *R 1.*

III, 23 in titulo campanę *R 1.* — *add.:* de lapsu Secundini et ordinatione Theodosii *ed. pr.* a) orrenda *R 1.* b) mandationem *R 1.* c) *om.* eo *edd. G. M.* d) *corr. ex* abbas *R 1;* abbas *ed. pr.* e) *om.* a *codd. ed. pr.; supra vers.* a *add. R 1.* f) statum *r 2, ed. pr.* g) lapsus *corr. in* lapsu *R 1;* in lapsum *edd. G. M.* h) *ita r 1. 2. ed. pr. (cf. ep. I, 9 p. 11, 4):* cecidisset *R 1:* ceciderit *edd. G. M.* i) ssto *compend. utuntur r 1. 2;* sup(radicto *in ras.*) *R 1;* praefato *edd. pr. G.* k) ab *add. supr. vers. m. posteriori R 1;* ab abbatis *edd.* l) ordinari *om. teste ed. M codd. Norm. et Vatic. D.* m) monte *R 1.* n) *add.* provisio *m. post. R 1; ita etiam legunt edd., quarum M notat, deesse hoc verbum in Norm., Vatic. D, Corb.* o) ortus *R 1:* ortos *r 1. 2. ed. pr.* p) defendas *R* 1.*

7) Marcellus sine dubio proconsul est Dalmatiae, quamvis ep. IX, 158 'Marcellinus' nominetur. Sed eum non diversum esse ab illo, et ea quae in ep. IX, 158 tractantur demonstrant. Titulus Marcelli 'vir magnificus atque eloquentissimus' et Iohanni, consiliario Georgii praefecti praetorio per Italiam, datur (ep. I, 36).

III, 23 De Petro cf. notam ad ep. III, 1. *1) De Secundino abbate S. Martini hic tantummodo agitur; de successore eius Theodosio cf. epp. V, 33. 50. IX, 162. Campano, aut potius Neapolitano monasterio praefuerunt.* *2) Cf. in ep. XII, 10 episcopum quendam 'inter alia mala in corporale crimen lapsum'.*

III, 24.

Gregorius I. papa Leontium episcopum (Urbinatem), cum Castorius episcopus infirmitate Romae retineatur, Ariminensis ecclesiae visitatorem constituit. *593, Mart.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 63 (Ind. XI. cap. 24).
Edd. M: Lib. III. ep. 24; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 24. — Iaffé Reg. 1228 (864).

GREGORIUS LEONTIO EPISCOPO.

Castorium fratrem et coepiscopum nostrum hic pro corporis sui molestia retinemus[1]. Et quia nunc ad suam non valet ecclesiam remeare, propterea eo absente ecclesiae ipsius fraternitati tuae visitationis[a] operam pervidimus[b] delegandam, ammonentes caritatem tuam, ut ita se[c] efficaciter in[d] omnes utilitates eius exerceat, quatenus tui praesentia proprium se absentem habere non sentiat sacerdotem. Quicquid autem tibi pro utilitatibus eiusdem ecclesiae visum fuerit ordinare, habebis modis omnibus ex nostra permissione licentiam. Reditus vero vel ornamenta, ministeriaque[2] ipsius sollicitudinis tuae in tutum[e] cura[f] conservet. Et praeter ordinationes clericorum cetera omnia in praedicta ecclesia tamquam cardinalem[3] et proprium te volumus agere sacerdotem.

III, 25.

Gregorius I. papa universos habitatores Arimini accusat, quod Castorio episcopo infirmitatem attulerint. Leontio episcopo (Urbinati) visitatori, cui curam ecclesiae eorum mandaverit, obedire eos iubet. *593, Mart.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 64 (Ind. XI. cap. 25).
Edd. M: Lib. III. ep. 25; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 25. — Iaffé Reg. 1229 (865).

GREGORIUS UNIVERSIS HABITATORIBUS ARIMINO.

Si culpam vestram, filii dilectissimi, intentius velitis adtendere, adsidua vos apud Deum debetis oratione[a] purgare, quod episcopum vestrum[1] non devota mente nec

III, 24 in titulo add. Urbinati *(cf. Ioh. diac. in Vita Gregorii Lib. IV. c. 52) edd. G. M (M dicens, in omnibus Norm. Colbert. et in 3 Vatic. abesse hoc nomen). Add.* de infirmitate Castorii et visitatione eius ecclesiae *ed. pr.* a) *om.* visitationis *r 2, R*1 (post additur in R*1).* b) previdimus *ed. pr.;* providimus *edd. G. M.* c) *sic supra vers. R 1; om.* se *r 1. 2, edd.* d) *om.* in *edd.* e) *ita r 1:* (cura) in tutum*(?) sec. ed. M Reg.:* in tuto Vatic. A. B *(ed. M);* intuitum *r 2;* intuitu *(corr. in* intuitus *et suprascr.* et) *R 1;* intuitus *ed. pr. et sec. ed. M Vatic. D et Norm.;* intuitus et *edd. G. M.* f) cura *om. ed. pr.*

III, 25 in titulo avitatoribus *(ubi* avi *eraditur et alio atramento add.* habi) *R 1.* — Arimini *edd. Add. ed. pr.* de infirmitate castorii et visitatione Leontii. a) *corr. ex* honoratione *R 1.*

III, 24 Abhorret haec formula paullo ab reliquis quae visitatorem ecclesiae instituunt. Cf. epp. I, 15. 51 cet. — De Leontio episcopo et Ariminensis ecclesiae visitatore cf. epp. III, 25. V, 48. VI, 43. Nusquam autem nominatim proprium episcopatum eius expressum habemus. Sed cum optime conveniat cum mandatis eius, Urbinatem sedem Ariminensi vicinam recipimus, quam Iohannes diac. in Vita Gregorii Lib. IV, 52 tradit, nominans Leontium 'Urbinatem'. Est autem Urbinum (nunc Urbino) urbs Umbriae notissima. 1) De Castorii episcopi Ariminensis infirmitate iam audivimus in ep. II, 28. Cf. etiam quae de Castorii vita et ordine epistolarum ad eundem respicientium scripsi in Neues Archiv VII, 588. (Vide et epp. I, 55. 56. II, 15. V, 48). 2) De ministeriis cf. epp. I, 66. II, 42 alias. 3) Cf. notam 3 ad ep. I, 77 (p. 97, 34).

III, 25 'universis habitatoribus' pro 'clero, ordini et plebi' scribitur. Cf. titulos epistolarum I, 58. 78. 79. II, 5. 14. 40. III, 11. 14 et IX, 139 et praecipue I, 56, ubi 'clero, ordini et plebi Ariminensi' etiam dux eiusdem civitatis Arsicinus in simili mandato adicitur. — Quae opus sunt, si episcopus in infirmitatem cadat et officio suo fungi non valeat, generaliter exponit Gregorius infra in epp. XIII, 7. 8. 1) Castorium; cf. notam 1 ad ep. praecedentem.

ut filii suscepistis. Quem inquietudo et tribulatio a vobis inlata ad hoc usque perduxit, ut molestiam corporalem incurreret[b], quamvis in eo nihil de his quae nobis sunt scripta cognovimus, sed solam inesse debilitatem vidimus, pro qua eum hic retinere curavimus. Et quia illic modo ad praesens non valet remeare, ecclesiae vestrae necessario pervidimus[c] Leontium fratrem et coepiscopum nostrum[2] visitatorem per omnia deputare. Cui etiam nostris scriptis[3] iniunximus[d], ut omnia quae ad curam utilitatemque ecclesiae pertinent, tamquam proprius episcopus debeat ordinare. Vos ergo ita ei in omnibus oboedite, quatenus operam sibi visitationis iniunctam vestra iutus[e] salubriter in omnibus possit devotione complere.

III, 26.

Gregorius I. papa Magnum, presbyterum ecclesiae Mediolanensis, a Laurentio quondam episcopo excommunicatum absolvit. Mandat, hortetur clerum et populum, ut unanimiter episcopum sibi eligant. *593, Mart.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 65 (Ind. XI. cap. 26).
Edd. M: Lib. III. ep. 26; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 26. — Iaffé Reg. 1230 (866).

GREGORIUS MAGNO PRESBYTERO ECCLESIAE MEDIOLANENSIS.

Sicut exigente culpa digne quis a sacramento communionis abigitur[a], ita insontibus nullo modo talis debet inrogari vindicta. Comperimus siquidem, quod Laurentius quondam frater et coepiscopus noster[1] nullis te culpis extantibus[b] communione privaverit, ideoque huius praecepti nostri auctoritate munitus officium tuum[2] securus perage, et communionem sine aliqua sume formidine.

Illud te praeterea necessario duximus adhortandum, ut ita te in cunctis utilitatibus ecclesiae tuae pure ac diligenter exhibeas, quatenus nec offensa te aliqua de neglecto[c] respiciat, et culpam, si qua in te[d] propter quam Dominici corporis et sanguinis[e] communione fueras privatus vel latens inventa est, fidei tuae puritate

b) incurrerit *ed. M.* c) previdimus *ed. pr.*: providimus *edd. G. M.* d) *corr. ex* iniunceximus *R 1.* e) (*pro* vestra iutus) nostra intus *ed. pr.*; (*pro* iutus) virtute *ed. G.*

III, 26 in titulo corr. Gregorius *ex* Gregorio *r 2.* — *post* Magno *ras. 2 litterarum R 1.* — mediola. *R 1;* Mediolanensi *ed. pr.* a) *ita scribo cum r 1, R 4 et ed. M (quae 4 Vatic. Norm. etc. citat);* erigitur *R 1, r 2:* suspenditur *R* 1, edd. pr. G.* b) exigentibus *ed. G;* exsistentibus, *ut ed. M monet, in edd. recentioribus.* c) neglectu *edd.* d) se *R 4.* e) *om.* et sanguinis *R 1.*

2) Urbinatem: cf. notam ad ep. praecedentem. *3) ad ep. III, 24 respicit.*

III, 26 Magnus, presbyter ecclesiae Mediolanensis, tempore quodam, ut ex ep. XI, 6 scripta a. 600, Sept. apparet, 'possessiunculas ecclesiae Romanae' (scilicet patrimonium Liguriae) commissas habuit. Sed epistola nostra docet, Magnum tunc (a. 593, Mart.) non officio ecclesiae Romanae restitum fuisse, quae res infra ep. III, 30 ad Iohannem, rectorem patrimonii Liguriae, scripta confirmatur (vide ibidem). Genuam, ubi Magnus cum Mediolanensi clero degeret, epistolam nostram missam esse, contendunt Troya (Codice diplom. Longob. I, 286) et Grisar (Rundgang durch die Patrimonien p. 350). Sed non satis opinionem suam munierunt. Econtra ep. III, 30 probat, magnam partem Mediolanensis cleri hoc tempore adhuc in propria metropoli sedisse, inter quos verba infra in nota 3 explicata Magnum fuisse ostendunt. Vide et de Mediolanensibus Genuae degentibus notam ad ep. I, 80. 1) De Laurentio, episcopo Mediolanensi, a. 592 Aug. 21. mortuo, iam supra ad ep. I, 80 in notis egimus. Cf. etiam ep. II, 4. 2) id est officium presbyteri Mediolanensis. Nam si de regimine patrimonii papa ageret, certe hanc rem verbis perspicuis expressisset.

detergas[f]. Ammone igitur clerum et populum[3], ut ad eligendum nullatenus dissentiant sacerdotem[4], sed uno consensu talem sibi eligant consecrandum episcopum, cuius et actus laudabiles et grata Deo et hominibus possit esse persona[g], ne[h] si aliter actum fuerit in diversis quod absit studiis, damnum ecclesiasticis rebus eveniat[i].

MENSE APRELI INDICTIONE XI.

III, 27.

Gregorius I. papa Martiniano, abbati Panormitano, et Benenato notario, rectori patrimonii Panormitani, mandat, ut de Bonifatio viro clarissimo disquirant, an a Victore episcopo recte excommunicatus sit. Bonifatium si sontem invenerint in monasterium includant. *593, Apr.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 66 (Ind. XI. cap. 27).
Edd. M: Lib. III. ep. 27; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 27. — Iaffé Reg. 1231 (867).

GREGORIUS MARTINIANO ABBATI DE PANORMO ET BENENATO NOTARIO RECTORI PATRIMONII PARTIS PANORMITANAE.

Si ea de quibus vehementer Deus offenditur insequi vel ulcisci differimus, ad irascendum utique divinitatis patientiam provocamus. Multa etenim ad nos mala de quibusdam in Panormitana civitate degentibus pervenerunt, quae quoniam maiorem coercitionem expectant nec temere credenda, nec desidiose quaerenda sunt. Pro qua re Victori[1] fratri et coepiscopo nostro iniunximus[a 2], ut si vera essent ea et insequi et debuisset ulcisci. Nunc itaque veniens hic[b] praesentium lator Bonifatius[c 3], vir clarissimus[d], frustra se et communione privatum, et alia se gravia a praedicto epi-

f) detergeas *R 1.* g) *corr. ex* gratam . . . personam *r 2.* h) nec *codd.; corr. in* ne *R 1.* i) *in r 2 in margine additur:* Nota quod Romanus presul ab altero excommunicatum absolverit.

Mense *cet. abbrev.* apr. *R 1, r 1 (sed cf. supra p. 55); add. hanc temporis notam epistolae III, 26 r 1. 2 et teste ed. M 2 Turon. Teller. Colb. ac Turon. S. Gat.; sed scribit r 2* m̄e nōn april. ind. XI. — Data nōn april. ind. XI. *R*1;* Data mense aprili ind. XI. *ed. pr.*

III, 27 in titulo Mariniano *edd. G. M. — om.* patrimonii partis *R* 1; om.* partis *edd.; abbreviant* part. panorm̄ā *R 1;* part. panormit. *r 1. 2 (supplet r 2* partium panormitarum); panormitani *R* 1, ed. pr.;* Panormitanensis *ed. G;* Panormi *ed. M.* a) iuneximus *corr. in* iniuneximus *R 1.* b) huc *edd. G. M; om.* hic *ed. pr.* c) Bonifacius *r 1. 2, edd.* d) *siglis utuntur* uc *R 1, r 1:* victor *perperam ea dissolvit r 2, (teste ed. M: Norm. et Corb.), ed. pr.*

3) Haec verba manifeste epistolam nostram Mediolanum missam probant. Nam inter Mediolanenses Genuae degentes nusquam populus, quippe qui Mediolani remanserat, memoratur. 4) Cf. infra epp. III, 29. 30.

III, 27 Transmissa Panormum per Bonifatium virum clarissimum. — De Martiniano, abbate Panormitano, cuius monasterium non satis manifeste indicatur, cf. ep. II, 38 p. 138 not. 1 et ep. I, 54; de Benenato, Panormitani patrimonii rectore nuper instituto (i. e. 592, Iul.) cf. ep. II, 38 p. 136 not. 1. 1) De Victore episcopo Panormitano iam ad ep. I, 70 p. 90 in nota 4 monuimus. Etiam a. 591, Aug. ut ex illa ep. videmus, scrupuli quidam contra eum exorsi erant. 2) Hanc quam papa memorat epistolam librarii non in nostra registri excerpta receperunt. 3) Bonifatii, viri clarissimi, titulo omisso et in ep. III, 49 mentio fit. Scelera eius nondum a Martiniano et Benenato Panormitanis diiudicata hac posteriori epistola (a. 593, Iul.) iterum Lilybitano episcopo examinanda demandantur. Nescimus Bonifatii officium.

scopo queritur fuisse perpessum. Quia ergo nullus sine cognitione damnandus est, eidem fratri et coepiscopo nostro scripsimus, ut si persona, quae de ipso quaedam dicere possit, inventa fuerit, eam ad vestram debeat cognitionem dirigere. Ideoque huius praecepti vos pagina necessario duximus adhortandos, quatenus nullius personam adtendentes, sed Dei timorem habentes prae oculis[e], cum omni aequitate, si qua de eo apud vos[f] dicta fuerint, memores futuri iudicii subtili debeatis indagatione perquirere. Et si in vestra cognitione cuiusquam eum facinorosi criminis reum esse patuerit, tunc ex nostra auctoritate non solum Dominici corporis et sanguinis communione privatus sit, verum etiam in monasterio[g], ubi poenitentiam agere debeat, retrudatur, ut criminis sui maculas convenienti valeat apud aeternum iudicem lamentatione purgare. Si vero aut nihil adversus eum in cognitione vestra dictum fuerit, aut si quid dici contigerit et verum non esse constiterit nec aliquibus illum indiciis in hoc quod dicitur incidisse potueritis agnoscere, nobis modis omnibus renuntiare curabitis. Praedictum enim Bonifatium[h] nullam a quolibet volumus molestiam sustinere, quoniam sicut iustum est, ut in delinquentibus[i] digna debeat vindicta procedere, ita iniquum est, quibusdam adflictionibus quemquam inrationabiliter subiacere.

III, 28.

Gregorius I. papa Georgio, praefecto praetorio per Italiam, Armenium magnificum commendat, filium quondam Aptonii illustrissimi viri, quem orbum et egestate affectum muneri praeficiat. *593, Apr.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 67 (Ind. XI. cap. 28).
Edd. M: Lib. III. ep. 28; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 28. — Iaffé Reg. 1232 (868).

GREGORIUS GEORGIO PRAEFECTO PRAETORIO PER ITALIAM.

Quicquid misericorditer ac respectu pietatis impenditur, et hic auctorem suum adiuvat, et optatum ei proemium in die retributionis adportat. Quod cum ita sit, quia excellentiam vestram valde diligo, mercedis vobis causas insinuo. Armenius itaque magnificus, filius quondam Aptonii[a] illustrissimi viri[1], ex ipsa[b] me[c] egestate compulit, ut pro eo vobis debuissem scribere. Qui quoniam sicut nostis utroque parente orbatus

e) *add.* ibi *edd. G. M.* f) (*om.* apud) vobis *edd. G. M.* g) monte *R 1:* monasterium *r 2, edd. G. M.* h) Bonifacium *r 1. 2, edd.* i) delinquentes *edd. G. M.*

III, 28 in titulo scripsi Georgio, *quod et codd. et edd. omittunt, coniciens similitudine tantummodo duorum nominum* Gregorius *et* Georgio *librarios errasse. —* PPO *r 1 (sine dubio* praefecto praetorio *legendum cf. supra ep. I, 22 not.), quibus ex siglis, ut facile intelligitur, omnes reliquae lectiones ortae sunt:* populo *R 1 et teste ed. M codd. Audoen. Lyr. Pratell. Vatic. A. D. Rem. Corb. Andegav.;* episcopis *r 2, R* 1, (teste ed. M Colbert.), ed. pr. (quaedam edd., ut ed. G notat,* universis episcopis); universis (*om.* episcopis) *teste M Vatic. B. Sed plurimi codd. et edd. legunt* Romano patricio *ubi* patricio *ex* p̄p̄o *originem duxisse,* Romano *autem docta interpretatione additum esse patet. Ita edd. G. M, et G quidem invenit hanc lectionem 'in quibusdam probatis codd. quibus consonarent 4 Anglicani', M autem in Norm. Michael. Genet. Becc. Anglic. Corruptione crescente* Romano patricio ac populo *G in aliis codd. quibusdam legit. —* per italia *R 1.*
a) Antonini *ed. G;* Antonii *ed. M.* b) sua (*pro* ex ipsa) *edd. G. M.* c) *corr. ex* mea *R 1. r 2.*

III, 28 Cf. ep. I, 22, ubi fusius de Georgio praefecto praetorio per Italiam egimus. Titulus ei conveniens 'excellentia' et hic adhibetur. 1) *Neque Armenius neque pater eius, certe et magistratura et nobilitate uterque praecipuus, aliunde noti sunt. 'Aptonium illustrem virum' reperis in Gregorii Dial. II, 26.*

est, eminentiae[d] vestrae tuitionem et continentiam[2] praestolatur. Unde christianitas[e] vestra piae considerationis ut consuevit intuitu, in quantum utile perspicit, ei locum vel actionem provideat, ex qua cotidianis stipendiis valeat contineri[2], quoniam haec maxima laus et merces[f] est, si illa orphanis[g] impendantur, quae eorum pro suis obsequiis poterant[h] genitoribus exhiberi.

III, 29.

Gregorius I. papa presbyteris, diaconibus et clero Mediolanensis ecclesiae cum Constantium, Mediolanensem diaconum, episcopum sibi communi consensu eligere velint, exponit de virtutibus in episcopo requirendis. Iohannem subdiaconum suum mittit, ut electum eorum faciat episcopum consecrari. *593, Apr.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 68. (Ind. XI. cap. 29).
Edd M: Lib. III. ep. 29; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 29. — Iaffé Reg. 1233 (869).

GREGORIUS PRESBITERIS DIACONIBUS ET CLERO MEDIOLANENSIS ECCLESIAE.

Epistolam dilectionis vestrae suscepimus, cui tamen nullius erat inserta subscriptio[a] [1]; sed fidem Magni presbyteri[2] et Yppoliti[b] clerici[3] portitorum personae faciebant. Qua relecta comperimus omnium vestrum in Constantio filio nostro[4], ecclesiae vestrae diacone, convenire consensum, qui dudum mihi bene cognitus fuit. Et cum in urbe regia responsa sedis apostolicae facerem[5], longo mihi tempore adhaesit, sed nihil in illo umquam, quod reprehendi passim[c] potuisset, inveni[d]. Verumtamen

d) *Baluze (vide Librum diurn. ed. Rozière p. 8)* an excellentiae *legendum* sic dubitat. e) *in Norm. et plerisque* pietas *legi ed. M notat.* f) *corr. ex* mercis *r 2.* g) orfanis *r 1. 2.* h) *corr. ex* poterat *R 1.*

III, 29 a) suscriptio *r 1. 2.* b) Hippolyti *edd. G. M; (cf. epp. IV, 2. 4).* c) *om.* passim *sec. ed. M codd. Vatic. 4.* d) *notat in marg. r 2:* Relatio cleri mediolanensis ad papam romano (*l.* romanum) pro eligendo pontifice et eius dispositio.

2) Continentia = sustentatio, cf. ep. I, 18 not. 2; item contineri = sustentari, cf. ep. II, 38 p. 139, 6.

III, 29 Transmissa una cum ep. III, 30 Mediolanum (fortasse per redeuntes Mediolanenses clericos Magnum et Hippolytum) et Iohanni subdiacono cum altera epistola tradita, ut eam Genuam deferret. Quam ob rem in titulo nec ordo nec populus nominantur. Nam ita quae post mortem Laurentii episcopi gesta sunt ordinamus: Mediolani Constantio electo, cum in electionis relatione clerici Mediolanenses non subscripserint, Gregorius papa interim Constantium non confirmat, sed vota Mediolanensis cleri, Genuae degentis, exposcit. Quae si in eundem Constantium inciderint, tunc demum eum consecrandum commendat (vide ep. III, 30). Itaque epistola nostra, sine dubio uno eodemque tempore cum III, 30. 31 scripta, iam electionis Genuensis unanimitatem praesumit, id quod in epistolis duabus quae sequuntur adhuc incertum relinquitur. Sed nec hac interpretatione confiteor omnes difficultates tolli. Et non video, quomodo Genuensibus tunc scribi possit de relatione, quae consensum eorum exprimeret subscriptione autem careret, cum haec argumenta ad clerum proprie Mediolanensem respiciant. Igitur opinor in ep. III, 29 duas epistolas in unam contractas distinguendas esse, quarum altera usque ad verba puniuntur *(p. 187, 31) Mediolanum, altera, mutato tantummodo initio epistolae, Genuam missa erat. Titulus autem epistolae Genuensi conveniebat. (Cf. Troya Cod. dipl. Long. I, 288, qui non satis subtiliter epistolam Genuam missam esse dicit).* *1) Electionis Mediolanensis relationem dicit papa, ut ex ep. III, 30 apparet.* *2) De Magno presbytero Mediolanensi Mediolani adhuc residenti cf. notam ad ep. III, 26.* *3) Hippolytum notarium (scilicet ecclesiae Mediolanensis) nuncupant epp. IV, 2. 4.* *4) De Constantio cf. ep. I, 80 not. 3; amicissimum sibi eum designat Gregorius in ep. III, 31.* *5) i. e. tempore, quo Gregorius legatione apostolica Constantinopoli fungebatur, annis circiter 578-585.*

quia antiquae meae deliberationis intentio est, ad suscipienda pastoralis curae onera[e] pro nullius umquam me[f] misceri persona. orationibus prosequor electionem vestram, ut omnipotens Deus, qui futurorum actuum nostrorum semper est praescius, talem vobis pastorem praebeat, in cuius lingua et moribus exhortationis[g] divinae pascua valeatis invenire. In cuius mente et humilitas cum rectitudine fulgeat et severitas cum pietate; qui vobis[h] vitae viam non solum[i] loquendo sed etiam vivendo possit ostendere, quatenus exemplo illius discat vestra dilectio ad aeternae patriae desiderium suspirare. Itaque nos[k], filii dilectissimi[l], officii nostri censura commoniti suademus, ut in hac suscipiendi antistitis causa nullus vestrum neglecta utilitate communi suo lucro prospiciat, ne si quisquam propria commoda appetit frivola[m] aestimatione fallatur, quia nec libero iudicio praeferendam sibi personam examinat mens quam cupiditas ligat. Pensantes ergo quae cunctis expediunt, ei quem vobis gratia divina praetulerit, integerrimam semper in omnibus oboedientiam praebete. Iudicari namque a vobis ultra non debet semel praelatus, sed tanto nunc subtiliter indagandus[n] est, quanto postmodum iudicandus non est[o]. Consecrato autem vobis Deo auctore pastori tota vos mente committite, atque in illo omnipotenti Domino, qui vobis hunc praetulerit[p], deservite.

Sed quia iuxta meritum plebium solent superno iudicio personae provideri pastorum, vos spiritalia quaerite, caelestia amate, temporalia et fugitiva despicite, et certissimum tenete, quia placentem Deo pastorem habebitis, si vos in vestris actibus Domino placetis. Ecce iam mundi huius omnia perdita conspicimus, quae in sacris paginis[q] audiebamus peritura: Eversae urbes, castra eruta, ecclesiae destructae, nullus in terra nostra[r] cultor inhabitat. In nobisipsis paucissimis, qui ad modicum derelicti sumus, cum supernae percussionis cladibus humanus[s] gladius incessanter saevit[6]. Mundi igitur mala, quae dudum ventura audiebamus, aspicimus; quasi paginae nobis codicum factae sunt ipsae iam plagae terrarum. In interitum[t] ergo rerum omnium pensare debemus, nil fuisse quod amavimus. Adpropinquantem itaque aeterni iudicis diem sollicita mente conspicite et terrorem illius paenitendo praevenite. Delictorum omnium maculas fletibus lavate[u]. Iram quae aeterna inminet temporali lamento compescite[v]. Pius enim conditor noster, cum ad iudicium venerit, tanto nos maiore gratia consolabitur, quanto nunc conspicit, quod a nobis nostra delicta puniuntur.

Latorem vero praesentium Iohannem subdiaconum nostrum[7] ad hoc Deo favente transmisimus, ut electum vestrum sua inminentia cum Dei omnipotentis solatio secundum modum[w] decessoris eius faciat episcopum[x] consecrari[y] [8]. Nam sicut ab aliis nostra exigimus, ita singulis sua iura servamus.

---

e) honera *R 1.* f) *ita R 1; om.* me *r 1. 2, edd.* g) exortationis *R 1.* h) *om.* qui vobis *R 1.* i) *add.* legendo vel *ed. G.* k) vos *edd.* l) carissimi *edd. G. M.* m) fribola *R 1, r 2, (corr.* b *in* v *R 1).* n) *ita R 1;* indicandus *r 1, edd.;* indicandus *r 2.* o) *add. in marg. r 2:* Nota quod iudicari a subditis semel praelatus non debet. p) praetulit *r 2, edd.* q) paginibus *R 1.* r) *ita R 1; om.* in *rel. codd. et edd.;* terre nostrae *r 1;* terra nostra *corr. in* terrā nostrā *r 2;* terram nostram *edd.* s) humani *R 1.* t) interitu *r 1, edd.* u) *ex* labate *corr. R 1.* v) conspicite *R 1.* w) morem *edd. G. M.* x) ab episcopis *R 1.* y) *add. in marg. r 2:* Nota quod missi apostolicae sedis imminentia consecrandus est mediolanensis antistes.

6) *Cf. Gregorii Moralia (Lib. 25 n. 40 seq.) et eiusdem Homilias in Ezechielem (Lib. 2, n. 6, c. 22. 24), ubi papa similiter Italiae cladem saevitia Langobardorum illatam deplorat. Quae homiliae diversis temporibus dictae sunt (Iaffé Reg. ed. 2, n. 1401).* 7) *De Iohanne subdiacono Romano, qui hoc tempore ut Gregorii vices in novo episcopo consecrando gereret, Mediolano Genuam profectus est, et tunc Liguriae patrimonium rexisse videtur. cf. ep. III. 30.* 8) *Secundum modum Laurentii, qui episco-*

III, 30.

Gregorius I. papa Iohanni subdiacono mandat, Genuam proficiscatur et si in Constantium diaconum a Mediolanensi clero Laurentio episcopo defuncto electum, etiam Mediolanenses metu hostium profugi et Genuae degentes consentiant, a propriis episcopis eum episcopum consecrari faciat. *593, Apr.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 69 (Ind. XI. cap. 30).
Edd. M: Lib. III. ep. 30; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 30. — Iaffé Reg. 1234 (870).

GREGORIUS IOHANNI SUBDIACONO.

Quanto apostolica sedes[a] Deo auctore[b] cunctis praelata constat ecclesiis, tanto inter multiplices curas et illa nos valde sollicitat, ubi ad consecrandum antistitem nostrum expectatur arbitrium[c]. Defuncto igitur Laurentio ecclesiae Mediolanensis episcopo[1], sua nobis relatione clerus innotuit, in electione se filii nostri Constantii, diaconis[d] sui, unanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, ne quid[e], quod ad cautelam pertinet, omittamus, idcirco huius praecepti auctoritate suffultum[f] Genuam te proficisci necesse est[2]. Et quia multi illic Mediolanensium coacti barbarica feritate consistunt[3], eorum te voluntates oportet convocatis eis in communi[g] perscrutari. Et si nulla eos diversitas ab electionis unitate disterminat, siquidem in praedicto filio nostro Constantio omnium voluntates atque consensum perdurare cognoscis, tunc eum a propriis episcopis, sicut antiquitatis mos exigit[4], cum nostrae auctoritatis adsensu, solatiante Domino, facias consecrari, quatenus huiusmodi

III, 30 in titulo Iohanni *ex* Iohanne *R 1.* — *praemittit huic ep. Iohannes diac. (Vita Gregorii I. Lib. IV. c. 24) haec verba:* Iohanni subdiacono, rectori patrimonii Liguriae, scribit dicens: Quanto *cet. Cf. infra notam.* a) *corr. ex* sedis *r 2.* b) auctoritate *pro* deo auctore *R 1.* c) *add. in marg. r 2:* Nota quod ad consecrandum antistitem apostolice sedis expectatur arbitrium. d) *corr. in* diaconi *R 1.* e) in quid (*pro* ne quid) *r 1.* f) suffultus *r 2.* g) commune *R 1, edd.*; communis *corr. in* commune *r 2.*

pus Mediolanensis Genuae creatus ibidemque mortuus erat (cf. Troya Cod. dipl. Longob. I, 225. 285), episcopum electum consecrare eos iubet, ex quo videmus, angustiarum tempore in consecratione Laurentii novos quosdam usus adhibitos esse. In epistola sequenti papa Iohanni praecipit, ut electus a propriis episcopis 'sicut antiquitatis mos exigit' consecretur. Sed audiamus Pelagii I. papae rescriptum (Iaffé Reg. ed. 2, n. 983): 'Mos antiquus fuit, ut quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab apostolica sede hoc onerosum illis fuerat ordinari, ipsi se invicem Mediolanensis et Aquileiensis ordinare episcopi debuissent, ita ut in ea civitate, in qua erat ordinandus episcopus, alterius civitatis pontifex occurrere debuisset'. De quo more a Gregorio nihil refertur.

III, 30 De latoris huius epistolae et Iohannis subdiaconi Romani persona cf. notas ad ep. III, 29. Non alio, ut opinor, Iohannes officio fungebatur, quam post obitum Constantii episcopi Pantaleo notarius Romanus; cf. epp. XI, 6. 14. Cum igitur Pantaleo eodem tempore, quo a. 600, Sept. novi episcopi Mediolanensis consecrandi causa Genuam missus est et patrimonii Liguriae rector constitueretur, et Iohannem eidem patrimonio praefectum suspicamur. Itaque non repugnanter Iohannis auctoris Gregorianae vitae lectionem recipimus, qui in titulo, epistolae nostrae praemisso, Iohannem 'rectorem patrimonii Liguriae' dicit. Et cum praeceptum, quo papa Iohannem (ut ep. XI, 14 Pantaleonem) institueret, nostrae epistolae deesset, coniciendum est, tunc eum iam patrimonium rexisse. Ordo autem rectorum Liguriae sic componendus est: 'Iohannes Magnus Pantaleo', quorum quidem idem Iohannes biographus ultimum tantummodo in catalogo suo (Lib. II. c. 53) enumerat. 1) Cf. epp. I, 80. III, 26. 2) Cum subscriptiones relationis deessent nescit papa, an clerici Mediolanenses, qui Genuam fugerant, item electioni consentiant. 3) Genua, ut adnotat Alteserra, urbs Liguriae ad provinciam Mediolanensem pertinuit; ut liquet ex ep. IX, 235. 4) Cf. notam 8 ad ep. praecedentem.

servata consuetudine et apostolica sedes proprium vigorem retineat et a se concessa aliis sua iura non minuat.

III, 31.

Gregorius I. papa Romano, patricio et exarcho Italiae, commendat Constantium, Laurentio episcopo mortuo, a Mediolanensibus electum episcopum. 593, *Apr.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 70 (Ind. XI. cap. 31).
Edd. M: Lib. III. ep. 31; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 31. — Iaffé Reg. 1235 (871).

GREGORIUS ROMANO PATRICIO ET EXARCHO ITALIAE.

Obitum Laurentii, ecclesiae Mediolanensis episcopi, excellentiam vestram iam credimus cognovisse. Et quia quantum ex cleri relatione didicimus in Constantio filio nostro, diacono eiusdem ecclesiae, omnium consistit electio, necesse fuit, pro servanda consuetudine militem ecclesiae nostrae dirigere [1], qui eum in quo omnium voluntates atque consensum concorditer convenire cognoverit, a suis episcopis, sicut vetus mos exigit [2], cum nostro tamen adsensu faciat consecrari.

Proinde paterna dilectione persolventes debitum salutationis officium quaesumus [a], ut praedicto Constantio, seu fuerit consecratus episcopus necne [3], excellentia vestra ubi necesse fuerit suum dignetur impendere iustitia favente solatium, quatenus haec vos merces et hic apud inimicos vestros exaltet, et in futura vos vita apud Deum praevenienter [b] commendet. Meus enim est proprius olimque mihi magna fuit familiaritate coniunctus. Et vos quos nostros cognoscitis [c] habere ut vestros peculiariter [d] debetis.

III, 32.

Gregorius I. papa Honoratum, archidiaconum Salonitanum, de obiectis criminibus absolutum esse post Natalis episcopi mortem iterum testatur. Querimonias eius ad Antoninum subdiaconum et rectorem patrimonii Romani Salonae delegat. 593, *Apr.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 71 (Ind. XI. cap. 32).
Edd. M: Lib. III. ep. 32; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 32. — Iaffé Reg. 1236 (872).

III, 31 a) *compendium adhibet* qs *r 2.* b) *ita r 1 et edd. G. M;* praeveniendo *R 1: fort. rectius* in futuro vos vita apud Deum praeveniente *r 2;* in futuro .... praeveniens *ed. pr.* c) agnoscere *r 1.* d) *Add.* diligere *manu post. r 2: ita legit etiam ed. pr.: add.* et (peculiariter) diligere *edd. G. M.*

III, 31 Sine dubio Ravennam transmissa. Cf. ep. V, 19: 'Romano exarcho per Italiam residenti Ravennae' *inscriptam. De Romano autem patricio et exarcho vide quae ad ep. I, 32 monui. Ceterum cf. notas ad epp. praecedentes, quae ad nostram eodem modo spectant.* 1) *i. e. Iohannem subdiaconum Romanum. Falso haec verba interpretatur Troya Cod. dipl. Longob. I, 290. Cf.* 'ecclesiae militare' *a clerico dictum in ep. IV, 17.* 2) *Cf. not. 8 ad ep. III, 29.* 3) *Nota, quod Gregorius adhuc in dubio relinquit, utrum Constantius episcopus consecrandus sit annon, cum iam in ep. III, 29 consecrationem praeceperit.*

GREGORIUS HONORATO ARCHIDIACONO SALONITANAE ECCLESIAE.

Dudum quidem decessoris nostri[1] nostraque praeceptio[2] ad dilectionem tuam concurrerat[a], in qua et de[b] obiectis tibi calumniose capitulis fueras absolutus, et in tui gradus ordine[c] sine aliqua te[d] instituimus altercatione restitui. Sed quia rursus ante non multum temporis spatium ad Romanam civitatem veniens[3] de quibusdam[e] illic actis incongrue, de sacrorum es conquestus alienatione vasorum[4], atque dum pro hac re, quae tuis obiectionibus respondere potuissent, sustineremus[f] in hac civitate personas, Natalis episcopus tuus de hac luce migravit[5], necessarium iudicamus[g], easdem praeceptiones tam decessoris nostri quam nostras, quas[h] dudum ut dictum est pro tua absolutione transmisimus, praesentibus deinceps apicibus confirmare. Quamobrem a cunctis tibi obiectis capitulis te plenius absolventes in tui te ordinis gradu sine aliqua volumus altercatione[i] permanere, ut nihil tibi penitus mota a praefato viro quaestio qualibet occasione praeiudicet. De his autem capitulis, de quibus conquestus es, Antonino subdiacono et rectori illic patrimonii sanctae, cui Deo auctore praesidemus ecclesiae[6], instanter iniunximus[k][7], ut si quidem in his ecclesiasticas invenerit inmixtas esse personas, cum summa causas ipsas districtione atque auctoritate definiat. Sin autem cum talibus res agitur, in[l] quos ecclesiasticae vigor non possit iurisdictionis extendi[m], de singulis quibusque capitulis probationes inter publica gesta depositas ad nos absque ulla dilatione transmittat, ut instructi subtiliter sciamus, quid[n] de his debeamus Christo auxiliante disponere.

III, 33.

Gregorius I. papa Dinamio, patricio Galliarum, nuntiat, se per Hylarium de ecclesiae Romanae reditu Gallicanos solidos quadringentos accepisse. Laudans industriam eius mittit ei crucem cum reliquiis. *593, Apr.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 72 (Ind. XI. cap. 33).
Edd. M: Lib. III. ep. 33; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 33. — Iaffé Reg. 1237 (873).

III, 32 in titulo Salonitano (*om.* ecclesiae) *edd.* a) cucurrerat *R 1, edd. G. M.* b) ob (*pro* de) *corr. in* ab *R 1.* c) ordinem *r 1.* d) *addo* te (*reluctantibus codicibus*) *cum edd. G. M.* e) quibus *codd.; corr. in* quibusdam *r 2;* aliquibus *edd.* f) sustinemus *codd.* g) iudicavimus *edd. G. M.* h) quam *R 1.* i) *om.* altercatione *et post* aliqua *add.* cunctatione *R 1.* k) iniunceximus *R 1.* l) ad *R 1.* m) *add. in marg. r 2:* Nota. ad sedem apostolicam referendum. n) quod *r 1. 2; (corr. in* quid *r 2).*

III, 32 De Honorato cf. epp. I, 10. 19, II, 20-22. 50, in quibus de causa eius cum Natali episcopo atque de criminibus ei obiectis fusius tractatur. *1) Pelagii II (578-590) epistola, ultimis vitae eius diebus, ut apparet, scripta, deperdita est. Quae autem ap. Iaffé indicatur inter deperditas sub n. 1060 (olim 691), cum nostra quidem affinitate quadam cohaeret, sed non eadem est.* *2) Ut videtur ep. I, 10 dicit Gregorius.* *3) Ut ei in epp. I, 10. 19. II, 20 cet. praeceptum erat.* *4) Cf. ep. I, 10, ubi ut rationem reddat de cymiliis diversarum ecclesiarum ab eo collectis exposcitur, et epp. II, 20. cet.* *5) Mense Octobri a. 592 Natalis episcopus Salonitanus adhuc inter vivos fuisse videtur, certe mortem illius Gregorius usque ad id tempus ignorabat (cf. epp. III, 8. 9). Sed fama mortis iam mense Martio a. 593 Romam venerat (cf. epp. III, 22).* *6) Cf. de Antonino notam ad ep. II, 22 et epp. III, 9. 22.* *7) Nihil de hoc quod sequitur in epistola II, 22 invenimus. Ergo praeceptum Antonino datum deperditum esse deploramus.*

GREGORIUS DINAMIO PATRICIO GALLIARUM.

Monstrat quam bene dispenset propria, qui fideliter amministrat aliena. Quod vestra nobis gloria ostendit, quae perenni muneri intenta, beato Petro apostolorum principi suorum redituum fructus intulit. Cui dum sua fideliter impenditis, haec apud eum sua[a] munera fecistis. Sic quippe agere huius terrae gloriosos de aeterna gloria cogitantes decet, ut in eo, quod temporaliter praevalent, mercedem sibi non temporalem parent.

Proinde debitum salutationis alloquium persolventes omnipotentem Dominum deprecamur, ut vitam vestram et bonis praesentibus repleat, et ad sublimia gaudia aeternitatis extendat. Suscepimus namque per Hylarium[b] filium nostrum[1] de praefatis ecclesiae nostrae reditibus Gallicanos solidos quadringentos[2].

III, 33 titulum ita praebent r 1. 2, R 1 (cf. epp. VI, 6. VII, 39, ubi eodem modo* dinamius *scribitur);* Dynamio *edd. G. M (ut M notat, cum codd. Vatic. D. Corb. etc.);* Dinomio *teste ed. G Vatic. B;* Dominio *ed. pr.;* Damiano *R 1 et sec. ed. M Vatic. A;* Damio *sec. M Colb.* — galla *abbrev. R 1;* etc. *add. edd. G. M.* a) vestra *edd.* b) Hilarium *edd. pr. G;* Hilarum (*in marg. notans: al.* Hilarium) *ed. M.*

III, 33 Dinamius patricius (ita et in ep. VI, 6 nominatur, cum ep. VII, 33 titulum omissa patriciatus indicatione praeferat), cuius uxorem Aureliam ex ep. VII, 33 novimus, rector patrimonii Galliarum (quod ut Grisar Rundgang p. 353 monuit in Gallia meridionali praecipue in territorio Arelatensi et Massiliensi positum erat) ante Candidum (cf. ep. VI, 10) fuit. Nam Gregorius ipse a. 595, Sept. Childeberto Francorum regi (ep. VI, 6) scribit 'Sed quoniam Dinamius patricius, qui ex nostra commendatione rebus (S. Petri) sollicitudinem impendebat, eas modo gubernare ut cognovimus non potest', *cet. Neque miramur, nobilem quemdam laicum ecclesiae Romanae curam gessisse, cum iam Pelagii I. tempore (a. 556. 557) patricium quendam Francorum, nomine Placidum, patrimonio Romano Gallicanae provinciae (vel potius territorii Arelatensis) praefectum inveniamus (cf. Iaffé ed. 2 n. 943. 947). Cum autem Gregorius in ep. VI, 51 Virgilio, Arelatensi episcopo, scribat, se patrimonium, 'quod per plurimos annos praedecessor eius tenuerit' Candido dedisse, exinde ostenditur, Arelatense patrimonium ante Candidum Licerium episcopum rexisse. Quod si perpendimus, Dinamio nostro Massiliense tantum relinquitur. Cum nostra autem opinione optime convenit, quod Dinamius, ut ex Gregorio Turonensi discimus, a rege Francorum Austrasiorum rector provinciae Massiliensis institutus fuerat. (Cui muneri titulus patriciatus competebat). Cf. de Dinamio Gregorium Turon. in Hist. Franc. VI c. 7. 11 et Ven. Fortunatum Carm. VI, 9. 10 (ed. MG. SS. ant. IV, 149. 150). Scripsit et nonnullas sanctorum vitas.* 1) *Fortasse idem est cum illo notario Hilaro, quem in epp. I, 73-75. 82. IX, 132 invenimus. Quod si recte suspicamur, cum rector esset Hilarus patrimonii per Africam, Romam rediens Massiliam navi accessit.* 2) *De solido Gallico inferioris pretii, quam solidus Romanus cf. ep. VI, 10, ubi de 'Galliarum solidis, qui in terra nostra expendi non possunt' papa loquitur. Novella Maioriani haec constituit:* 'Nullus solidum integri ponderis calumniosae approbationis obtentu recuset exactor, excepto eo Gallico, cuius aurum minore aestimatione taxatur'. *Quod certe nihil aliud indicat, nisi solidum Gallicum iam tunc levioris ponderis fuisse. (Cf. de pecuniae pondere non satis stabili, quae ad ep. I, 42 p. 62 in nota 5 attuli et infra ep. IX, 108.) De solidi Gallici pretio multum viri docti scripserunt. Cf. Duchalais in Revue numism. (ed. Cartiêts et Saussayes) a. 1840 p. 261, Soetbeer in Forschungen zur deutschen Geschichte I, 287, Waitz Deutsche Verfassungsgeschichte ed. 2 II, 2 p. 307. Sed hoc loco liceat illa referre, quae Mommsen in Zeitschrift für Rechtsgeschichte (ed. Becker et Muther) III. p. 455 sagaciter exposuit:* 'Die fränkischen Solidi sind unter den Namen der römischen Kaiser geschlagen, aber schlechteren Korns. Das fränkische Goldstück folgt anfänglich dem Gewicht des byzantinischen Solidus. Allein bald ändert sich dies; alle seit Mauricius (582-602) geprägten Solidi sind um $\frac{1}{8}$ leichter und offenbar auf das Gewicht von $\frac{1}{84}$ Pfund geschlagen, deshalb dieser neue Solidus anfänglich mit dem Werthzeichen XXI und der entsprechende Tremis mit VII versehen, insofern der byzantinische Solidus 24, der fränkische $20\frac{4}{7}$ oder circa 21, der byzantinische Tremis 8, der fränkische $6\frac{6}{7}$ oder circa 7 siliquae auri galt'.

Transmisimus vero beati Petri apostoli benedictionem, crucem parvulam, cui de catenis eius beneficia sunt inserta[3], quae illius quidem ad tempus ligaverant[c], sed vestra colla in perpetuum a peccatis solvant. Per quattuor vero in circuitu partes de beati Laurentii craticula[d], in qua perustus est, beneficia continentur, ut hoc, ubi corpus illius pro veritate crematum est, vestram mentem ad amorem Domini accendat.

III, 34.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii) Campaniae mandat, ut Festum episcopum (Capuanum) clericis civibusque eius conciliet. *593, Apr.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 73 (Ind. XI. cap. 34).
Edd. M: Lib. III. ep. 34; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 34. — Iaffé Reg. 1238 (874).

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Queritur Festus, frater et coepiscopus noster[1], a suis se clericis ac civibus despici atque contemni[2]. Pro qua re experientiae tuae praecipimus, ut tranquilla eos adhortatione convenias, quatenus sedatis si quae forte odiorum causae sunt mutua eos et Deo placita caritate concilies, ut et ille quod filiis decet impendat, et illi quod patri oportet exhibeant. Si quae vero aliae causae sunt[3], praedicto episcopo te impendere praecipimus salva tamen iustitia et aequitate solatium.

MENSE MAIO INDICTIONE XI.

III, 35.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii) Campaniae mandat, compellat clerum Neapolitanum, ut mittant qui episcopum eligant, deferentes secum vestiarium episcopii et argenti copiam. Paulo episcopo (Nepesino, visitatori Neapolitanae ecclesiae), ad ecclesiam suam redire desideranti solidos centum et puerum mancipium dari iubeat.

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 74 (Ind. XI. cap. 35). *593, Mai.*
Edd. M: Lib. III. ep. 35; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 35. — Iaffé Reg. 1240 (875).

c) *corr. ex* legaverant *r 2;* ligaverunt *edd. G. M:* ligaverint *ed. pr.* d) *ita r 1. 2 (corr. r 2 ex* graticulam); graticula *R 1.*

Mense *cet. Ita codd. r 1. 2; abbrev.* mad. *R 1 (cf. supra pag. 61); R* 1:* data mense *cet. quod item in ed. pr. Addunt hanc notam in fine ep. III, 34 r 1. 2, edd. G. M, (quarum M citat pro lectione sua Norm. Vatic. 2 Teller. Turon. S. Gat.).*

3) *Cf. notam 5 ad ep. I, 25. De voce* beneficia (= reliquiae) *egit Baluze ad Librum diurnum form. n. XIV ed. Rozière p. 42.*

III, 34 1) *Festus* 'episcopus Capuanus' *in epp. V, 13. 14 et 27 dicitur. Mortuus est ante annum 594, Nov., quo tempore epp. V, 13. 14 scriptae sunt. Transmissa autem esse videtur haec epistola Neapolim, ubi et Petrus residebat, et multi clericorum Capuanae ecclesiae tunc degebant (cf. epp. V, 14. 27) Itaque non cum Troya (Codice dipl. Long. I, 291) ponere velim, Capuam Gregorii tempore nondum in Langobardorum manus venisse.* 2) *Causam contemptus, quem etiam epistola nostra satis ostendit, Maurini in avaritia Festi reperiunt, de qua ep. V, 27 agat. Ex ea patet, episcopum Capuanum cuidam archidiaconorum suorum decem solidos abstulisse.* 3) *Fortasse alia ex causa Romae iudicandus erat. Nam ibi postea diem supremum obiit.*

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Saepius a nobis Paulus frater et coepiscopus noster[1] expetiit, ut eum ad propriam reverti faceremus ecclesiam[a] [2]. Quod quia rationabile esse perspeximus, eius petitionem necessario duximus adimplere. Proinde experientia tua clerum ecclesiae Neapolitanae conveniat, quatenus duos vel tres de suis eligere[3] et huc ad eligendum episcopum transmittere non omittant. Sed et sua nobis relatione insinuent, quoniam hi[b] quos transmiserint omnium in hac electione vice fungantur[c], ut[d] ecclesiae illi Deo auctore suus antistes valeat ordinari. Nam amplius eam sine proprio non patimur esse rectore. Qui si fortasse et[e] ammonitionem tuam differre quolibet modo temtaverint, ecclesiasticum in eis vigorem exerce. Nam pravitatis de se dabit indicium quisquis in hoc non sponte consenserit.

Praedicto autem Paulo fratri et coepiscopo nostro centum solidos et unum puerulum[4] orphanum[f], quem ipse elegerit, pro labore suo de eadem facias[g] ecclesia dari[5].

Illos autem qui cunctorum vice hic[h] venerint ad eligendum episcopum ammone, ut vestarium[i] omne episcopii[k] [6] et[l] quantum praeviderint secum argentum adducant, quod in usu suo habere possit, qui fuerit episcopus ordinatus. Haec vero omnia vivaciter districteque implere festina et sub omni huc celeritate electos sicut diximus de clero transmitte, ut quia diversi huc[m] nobiles civitatis Neapolitanae praesentes sunt[7], una cum eis de episcopali ordinatione[n] et tractare et adiutore Domino deliberare possimus.

III, 36.

Gregorius I. papa Savino, defensori Sardiniae, praecipit, ut una cum Iohanne notario Ianuarium, episcopum Caralitanum necnon Epiphanium presbyterum, utrumque criminum accusatum, Romam perducat. Pompeianam et Theodosiam, religiosas feminas, et Ysidorum eloquentissimum, si venire velint, secum ducat. *593, Mai.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 75 (Ind. XI. cap. 36).
Edd. M: Lib. III. ep. 36; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 36. — Iaffé Reg. 1241 (876).

III, 35 a) *add. in marg. r 2:* hic reverti iubetur visitator ad ecclesiam suam et de eligendo pontifice. b) hii *R 1;* ii *edd. G. M.* c) funguntur *codd. nostri; scribo* fungantur *cum edd.* d) et (*pro* ut) *r 1. 2.* e) *ita R 1; om.* et *r 1. 2, edd.* f) orfanum *codd.* g) facies *R 1, r 2.* h) huc *r 1, edd.* i) vestiarium *edd. G. M (M citat hanc lectionem ex Vatic. B et nonnullis);* vestimentum *ed. pr.* k) *ita R 1 (ubi sequitur rasura; fort.* sci [*i. e.* sancti] *eras. est) et teste ed. M Vatic. B. et nonnulli;* episcopi sci (*i. e.* sancti) *r 1. 2, quod r 2 m. recenti corr. in* episcopi sciant; episcopi sui sciant deferendum *edd. G. M;* episcopo faciat deferendum *ed. pr.* l) et *om. et add. m. moderna r 2.* m) ita *R 1, r 1;* huic *r 2:* hic *edd.* n) cum eisdem episcopalem ordinationem *R 1.*

III, 35 1) *De Paulo episcopo Nepesino, quem papa visitatorem ecclesiae Neapolitanae instituerat, usque dum novum sibi elegerint episcopum Neapolitani, vide epp. II, 12. 18.* 2) *Iniurias enim perpessus erat Paulus, cum Neapolitanae ecclesiae curam gereret; epp. III, 1. 2.* 3) *Cf. ep. III, 15, et praecipue ibidem notam 2.* 4) puerulum = mancipium *cf. epp. I, 18. III, 18;* famulum *papa donat in ep. IX, 98.* 5) *Alteserra recte hic citat Gregorii ep. IV, 11, ubi constituit:* 'Visitatores ecclesiarum clericique eorum, qui cum ipsis per non suae civitatis parroechias fatigantur, aliquod laboris sui capiant subsidium'. 6) *Vestarium (aut potius vestiarium) episcopii, vestimenta scilicet cum omni apparatu ornatuque, quae in sollemnitatibus exhibenda in palatio episcopali conservantur.* 7) *Opinor hos Neapolitanos nobiles esse legatos populi, quos in ep. III, 15 papa Romam vocaverat.*

GREGORIUS SAVINO DEFENSORI SARDINIAE.

Quaedam ad aures nostras gravia pervenerunt, quae quoniam canonicam emendationem expectant, idcirco experientiae tuae praecipimus, quatenus una cum Iohanne notario[1] omni excusatione postposita Ianuarium fratrem et coepiscopum nostrum[2] summa hic[a] exhibere instantia non omittas[b], ut eo coram posito, ea quae ad nos perlata sunt subtili valeant indagatione perquiri. Pompeiana[3] vero atque Theodosia religiosae[c] feminae iuxta postulationem suam si huc venire voluerint, vestra eis in omnibus praebete solatia, ut desideria sua vobis queant concurrentibus[d] adimplere. Praecipue autem Ysidorum[e] eloquentissimum[4] sicut petiit studii vestri sit per omnia vobiscum[f] adducere, ut causae eius qualitas, quam contra ecclesiam Caralitanam habere dinoscitur, interius trutinata legalem valeat finem accipere.

Praeterea quoniam aliqua nobis de persona Epiphanii[g] presbyteri[5] facinora nuntiata sunt, necesse est, ut cuncta diligentius perscruteris, et seu mulieres cum quibus perisse dicitur, seu alios quos de causa eadem scire aliquid[h] senseris, hic[i] pariter festines adducere, quatenus ecclesiasticae districtioni liquide possint[k] aperiri quae vera sunt. Haec vero omnia ita efficaciter utrique[l] curabitis adimplere, ut nulla te[m] de neglecto[n] culpa respiciat, scientes ad vestrum omnimodo[o] pertinere periculum, si haec nostra[p] quoquo modo fuerit lentata praeceptio.

III, 37.

Gregorius I. papa Libertinum, praetorem Siciliae, hortatur, ut Nasam Iudaeum sacrilega seductione Christianos decipientem et Christiana mancipia ementem, id quod Iustinus (praetor) pecunia corruptus concesserit, districtissime puniat. Mancipiis autem Christianis libertatem restituat. *593, Mai.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 76 (Ind. XI. cap. 37).
Edd. M: Lib. III. ep. 38; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 37. — Iaffé Reg. 1242 (878).

III, 36 In titulo Sabino *R 1, edd. G. M. — siglo* DEF *utitur r 1;* defi. *R•1;* defuncto *corr. in* defensori *r 2. Pro hoc titulo* Anthemio subdiacono Campaniae *R*1 et (om.* Campaniae) *ed. pr. Quo factum est, ut addat ed. G titulo nostro* et Anthemio subdiacono. a) *om.* hic *ed. pr.;* huc *edd. G. M.* b) *add. in marg. r 2:* nota hic iubetur archiepiscopus sedi apostolicae praesentari. c) *compend.* rl *praebent r 1. 2 (sed add. in marg. r 2* religiosae). d) *ita R 1 et teste ed. M duo Vatic. Norm. et plerique;* incurrentibus *r 1. 2;* succurrentibus *edd.* e) *ita R 1;* hysidorum *r 1;* hisidorum *r 2;* Isidorum *edd.* f) vobis eum (*pro* vobiscum) *R 1.* g) epyphanii *R 1.* h) *abbrev.* aliqd *r 1;* aliquod *r 2.* i) huc *r 1, edd. G. M.* k) possit *r 2.* l) *corr. in* utriusque *r 2.* m) vos *edd. G. M.* n) *ita r 1 (cf. epp. III, 26. 41 pp. 183, 23. 198, 21);* neglectu *R 1, r 2, edd.* o) omnino *r 2, edd.* p) vestra *R 1.*

III, 36 Savinus defensor Sardiniae recte a Grisar (Rundgang p. 355) inter rectores patrimonii in Sardinia insula positi enumeratur, quamvis in catalogo rectorum ab Iohanne diac. in Vita Gregorii (Lib. II, c. 53) composito desit, et Symmachus tantum nuncupetur. 1) *De Iohanne notario Romano, quem papa in Sardiniam direxerat, ut de Ianuario archiepiscopo Caralitano iudicium exerceat, vide ep. II, 47.* 2) *i. e. Caralitanum, de quo iam saepius legimus. Cf. epp. I, 47. 60-62. 81. II, 47. et ep. XIV, 2, in qua 'senectus ac simplicitas eius' memoratur.* 3) *De Pompeiana cf. epp. I, 46. 61.* 4) *De Ysidoro cf. ep. II, 47 not. 2.* 5) *Non confundatur cum genero Pompeianae eiusdem Epiphanii nominis in ep. XIV, 2 (cf. ep. I, 46 not. 1). Sed fortasse non diversus st ab illo Epiphanio, qui in ep. XIV, 2 'archipresbyter ecclesiae Caralitanae' appellatur.*

GREGORIUS LIBERTINO PRAETORI SICILIAE.

Ab ipso amministrationis exordio Deus vos in causae suae voluit vindicta procedere et hanc vobis mercedem propitius cum laude servavit[a]. Fertur siquidem[b] quod Nasas, quidam sceleratissimus Iudeorum, sub nomine beati Heliae altare punienda temeritate construxerit multosque illic Christianorum ad adorandum[c] sacrilega seductione deceperit. Sed et Christiana ut dicitur mancipia comparavit et suis ea obsequiis ac utilitatibus deputavit. Dum igitur severissime in eum pro tantis facinoribus debuisset ulcisci, gloriosus Iustinus[1], medicamento avaritiae[2] ut nobis scriptum est delinitus, Dei distulit iniuriam vindicare. Gloria autem vestra haec omnia districta examinatione perquirat, et si huiuscemodi manifestum esse reppererit, ita districtissime ac corporaliter in eundem sceleratum festinet vindicare Iudeum, quatenus hac ex causa et gratiam sibi Dei nostri conciliet et his se posteris pro sua mercede imitandum monstret exemplis. /Mancipia autem Christiana, quaecumque eum comparasse patuerit, ad libertatem iuxta legum praecepta[3] sine ambiguitate perducite, ne quod absit Christiana religio Iudeis subdita polluatur. // Ita ergo omnia districtissime et[d] sub omni festinatione corrigite, ut non solum pro hac vobis disciplina gratias referamus, sed et testimonium de bonitate vestra ubi necesse fuerit praebeamus[4].

III, 38.

Gregorius I. papa universis episcopis sub Corinthiensi metropoli constitutis se diaconum sedis Romanae mittere nuntiat, qui de crimine Adriano (Thebano) episcopo obiecto, quamquam accusatores in gratiam cum eo redierunt, quaerat. *593, Mai.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 77 (Ind. XI. cap. 38).
Edd. M: Lib. III. ep. 39; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 38. — Iaffé Reg. 1243 (879).

III, 37 in titulo: (*pro* praetori) praeter *r 1;* prbo (*i. e.* presbytero) *r 2, R*1;* prefec *R 1. Lectioni nostrae favent praeter r 1, teste ed. M Corb. Pratell. Michaelinus et Iohannes diac. in Vita Gregorii I. Lib. IV. c. 43;* expraetori *sec. ed. M Rem. et Vatic. D (cf. supra ep. I, 70 p. 89 not. 3);* praefecto *sicut R 1 edd. G. M (quarum M ita in Vatic. 3, Norm. 5 et plerisque legit);* episcopo *ed. pr.* a) *corr. in* servabit *R 1.* b) igitur *R*1.* c) orandum *R 1.* d) *om.* et *edd. G. M.*

III, 37 Libertinus, Siciliae praetor, successit Iustino, de quo supra vide epp. I, 2. 70. II, 30. Et quamvis a. 591, Aug. ep. I, 70 Iustinum iam 'expraetorem' dicat, attamen idem in ep. II, 30 a. 592, Iul. 5. adhuc sub 'praetoris' titulo affertur. Libertinus noster hoc loco, certe mox post magistratum inchoatum, primum apparet. Post autem eadem dignitas eius etiam in ep. V, 32 (a. 595, Apr. 20) habetur. Expraetorem eum appellant epp. IX, 28 (si recte titulum emendamus) et X, 12; id est inde ab a. 598, Oct. Cf. etiam ep. XI, 4. 1) *Praedecessor nempe Libertini, de quo supra.* 2) *De Iustini avaritia cf. not. 1 ad ep. I, 2.* 3) *De Iudaeorum mancipiis Christianis vide Iustiniani rescriptum ad ep. II, 6 (in not. 3) citatum. Ne autem Iudaei Christiana mancipia haberent interdixit iam Constantinus imperator. (Vita Constantini auctore Eusebio Lib. IV c. 27.) Cf. de eadem re infra epp. IV, 21. VII, 21. VIII, 21. IX, 213. 214.* 4) *Relationem ad imperatorem Constantinopolim (ut in ep. IV, 25 manifestius habetur) sine dubio intelligit papa. (Cf. Wisbaum, die wichtigsten Richtungen etc. Gregors des Grossen, Köln 1884 p. 12.)*

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS DE CORINTHIIS.

Desiderii nostri est, ad concordiam redire[a] discordes, et unitos esse in gratia eos, quos divisos ab alterutra dilectione voluntatis facit esse diversitas. Scripta igitur fraternitatis vestrae relegentes agnovimus, quod hi, qui contra Adrianum[b] fratrem et coepiscopum nostrum[1] aliqua dixerant, modo cum eodem episcopo in amicitiam convenissent, et magna nobis ad praesens facta est de eorum unitate laetitia. Sed quoniam ea quae dicta sunt indiscussa remanere non patimur, sedis nostrae diaconem[2] ad ea investiganda dirigimus, quia nuntiati nos facinoris qualitas vehementer impellit, ut ea quae audivimus dissimulare nullatenus debeamus. Praesertim cum accusatores et accusatum inter se[c] fecisse gratiam indicastis, hoc nobis necesse est subtilius perscrutari, ne fortasse eorum sit[d] comparata concordia. Quae si quod absit non ex caritate sed ex proemio facta constiterit, maiori hoc[e] emendatione plectendum est[f]. Nam nos qui canonice revelante Deo mala, si quidem vera sunt, resecare praecedentia festinamus, commissam postmodum culpam sine vindicta nulla ratione dimittimus.

MENSE IUNIO INDICTIONE XI.

III, 39.

Gregorius I. papa Petro subdiacono (rectori patrimonii) Campaniae mandat, ut Numerium, diaconum Nucerinum, si sacerdotio dignus esse videatur, Romam consecrandum mittat, Catellamque servam in monasterium recipi cupientem a Felice defensore redimat.

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 78 (Ind. XI. cap. 39). 593, *Iun.*
Edd. M: Lib. III. ep. 40; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 39. — Iaffé Reg. 1244 (880).

III, 38 in titulo cum edd. om. de *omnes codd. (praeter r 1, ubi* D *et R 3, ubi* de *legitur).* — corinthiis *R 1. 3, edd. G. M;* chorinthiis *R*1;* Corinthis *r 1. 2;* Corinthi *Iohannes diac. in Vita Gregorii I. Lib. IV c. 32;* Corinthie *ed. pr.* a) redigere *ed. G.* b) Hadrianum *r 2, edd. G. M. — add. in marg. r 2:* de Hadriano episcopo deposito, de quo supra lectum est. c) *om.* se *r 1.* d) *om.* sit *R 1, r 2.* e) *corr. in* post hoc *R 1.* f) *in ras.* plectenda sit *R 1.*

Mense *cet. in fine ep. III, 38 r 1. 2 et teste ed. M Turon. S. Gat., cum quo concinat ed. Paris. anni 1518. Add.* Data *R*1, ed. pr. Omittit temporis notam R 1.*

III, 38 Titulus epistolae interpretationi difficultatem quandam praebet. Nam cum ep. I, 26 recte 'Anastasio archiepiscopo Corinthiensi' inscripta sit, haec 'universos episcopos de Corinthiis' (populi nomen certe pro civitate, ut e. g. in ep. V, 63 'Corinthiorum episcopus') profert. Suffraganeos Corinthiensis metropolitani episcopos intelligere oportet. (Cf. titulum ep. V, 63 'universis episcopis per Helladiam provinciam constitutis'). Fortasse autem Anastasii archiepiscopi nomen reticet epistola nostra, quia iam tunc criminum suspectus accusatusque erat. Vide epp. V, 57. 62. 63. 1) *Scilicet episcopum Thebanum, de quo supra ad epp. III, 6. 7. iam satis egimus. Inepte autem Wisbaum in dissertatione sua: Die wichtigsten Richtungen etc. Gregors), thesim proposuit, loco Adriani legendum esse Anastasium (metropolitam Corinthiensem).* 2) *Nescimus, quem diaconum miserit. Honoratum Constantinopolitanum aut Antoninum Salonitanum missum, esse suspicari possumus.*

GREGORIUS PETRO SUBDIACONO CAMPANIAE.

Ante aliquot tibi dies scripsimus[1], ut Numerium diaconem Nucerinae ecclesiae[2] interrogare subtiliter debuisses. Et si nihil esset, quod ei ad sacerdotii gradum potuisset obsistere, hic[a] eum consecrandum Deo auctore transmitteres. Et ideo si facta interrogatione quam diximus suprascriptum[b] ad nos diaconem[c] transmissurus es, clerum et populum civitatis ipsius ammonere curabis, ut cum eo quanticumque potuerint venire non differant, quatenus[d] eis praesentibus, si Deo placuerit et ordinandus fuerit, consecretur.

Praeterea[e] quia Felix defensor puellam[3] nomine Catellam habere dicitur, quae cum magnis lacrimis et vehementi desiderio habitum conversionis[f] appetit, sed eam praefatus dominus suus converti minime permittit, proinde volumus, ut experientia tua praefatum Felicem videat[g], atque puellae eiusdem animum sollicite requirat. Et si ita[h] cognoverit, pretium eiusdem puellae suo domino praebeat, et eam hic[i] in monasterio dandam cum personis gravibus Domino auxiliante transmittat[k]. Ita vero haec age, ut non per lentam actionem tuam praefatae puellae anima detrimentum aliquod[l] in desiderio suo sustineat.

III, 40.

Gregorius I. papa Pantaleoni notario mandat, Sipontum proficiscatur, Felicemque quendam, si stupraverit Evangeli diaconi filiam, in matrimonium eam ducere cogat. Nolentem in monasterium excommunicatum tradat. Felicem (Sipontinum) episcopum moneri iubet, ut Evangelo diacono pecuniam, qua ab hostibus se redemerat, restituat.

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 79 (Ind. XI. cap. 40). *593, Iun.*
Edd. M: Lib. III. ep. 41; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 40. — Jaffé Reg. 1245 (881).

GREGORIUS PANTALEONI NOTARIO.

Questus nobis est Evangelus, Sipontinae[a] ecclesiae diaconus[1], filiam suam a Felice[2] fuisse, quod dici nefas est, stupratam[b]. Pro qua re huius praecepti auctori-

III, 39 a) huic *corr. in* huc *R 1;* huc *edd. G. M.* b) *abbreviat* ssm *R 1: ex hoc compendio corruperunt* scissimum (*i. e.* sanctissimum) *r 1,* scissimus (*corr. in* scimum) *r 2;* sanctissimum *ed. pr. (cf. supra ep. I, 9 not. c).* c) diaconum *r 1, ita corr. ex* diaconus *r 2;* diaconum *edd.* d) *add.* et *r 1. 2.* e) *add. in marg. r 2:* puellam iubet emi et in mon (*i. e.* monasterio) mitti. f) conversationis *codd. et edd.* g) *ita codd. nostri et 3 Vatic. (ut ed. M adnotat). Sed melius fort.* adeat *in edd. G. M.* h) *add.* esse *edd.* i) huc *r 1, edd.* k) transmittas *R 1.* l) aliquid *R 1.*

III, 40 a) sepontinae *r 1. 2:* Sepontine *ed. pr.* b) strupatam *R 1.*

III, 39 1) Epistola, cuius meminit papa, nobis deperdita est. 2) Nuceria (hodie Nocera), urbs Campaniae. 3) Cf. supra notam 4 ad ep. III, 35.

III, 40 Certe una cum epp. III, 41. 42 in Apuliam transmissa. — Pantaleo notarius diversus esse videtur ab eo, cui post patrimonium Liguriae commissum est (cf. notam ad ep. III, 30). Hoc tempore ut negotia Romanae ecclesiae curaret, in Apuliam missus erat. Mox inde Romam reversus est. Compone cum ep. nostra duas eam sequentes. Romanum notarium, nescio quo iure, Iohannes diac. (Vita Gregorii Lib. II, c. 53) rectorem patrimonii Apuli vocat. Cf. Grisar Rundgang p. 339. In epistola IX, 112 exponitur, tunc iterum Pantaleonem utilitatibus ecclesiasticis occupatum Romae fuisse, quam ob rem, usque dum redeat, Sergio defensori Hydruntino et Bonifatio notario (Romano) vices eius papa committit. Eodem modo res Romanae ecclesiae Siponti in ep. IX, 174 Bonifatius notarius gerebat (de quo et ep. III, 41 agit). 1) De ecclesia Sipontina cf. epp. I, 51. III, 41. 42 Felici episcopo directas. Nondum haec civitas Langobardis se dederat (cf. Troya Codice diplom. Longob. I, 292). 2) Qui Felicis episcopi nepos fuit, ut patet ex ep. III, 42.

tate suffultus[c] ad Sipontinam[d] civitatem te proficisci necesse est[3] et adhibitis tibi sapientibus illic viris cum omni subtilitate veritatem curabis addiscere. Et si ita reppereris[e], eam quam stupravit aut uxorem factis nuptialibus instrumentis accipiat, aut corporaliter castigatum in monasterio[f] eum privatum communione, ubi poenitentiam peragat, dare[g] festinabis, ita ut nulla exinde ei sit quoquomodo egrediendi licentia, nisi hoc nostra permiserit fortasse praeceptio.

Praeterea quia suprascriptus[h] diaconus de hostibus[4] se redemptum ac propterea debitum habere commemorat, ideoque si talem eius substantiam non esse cognoveris, quae ad reddendum ipsum debitum possit sufficere, Felici fratri et coepiscopo nostro[5] te inminere praecipimus, ut eius pretium de ecclesia dare non differat, quatenus suprascriptus Evangelus[i] sine tarditate aliqua a debiti[k] possit necessitate cui est suppositus liberari.

III, 41.

Gregorius I. papa Felicem, episcopum Sipontinum, iubet inventarium supellectilis argentique ecclesiae suae una cum Pantaleone et Bonifatio, notariis sedis apostolicae, describere et per Pantaleonem transmittere. *593, Iun.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 80 (Ind. XI. cap. 41).
Edd. M: Lib. III. ep. 42; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 41. — Iaffé Reg. 1247 (883).

GREGORIUS FELICI EPISCOPO SIPONTINO.

Propositi[a] nostri nos sollicitudo vehementer adstringit, ut ita rerum ecclesiasticarum Deo auxiliante debeamus providere cautelam[b], quatenus nulla in eis possit evenire de[c] neglecto[d] iactura. Proinde fraternitas tua una cum Bonifatio[e] necnon et Pantaleone[1] latore praesentium, sedis nostrae notariis, res ecclesiarum, quae apud Sipontinam[f] esse noscuntur ecclesiam[2], curet subtiliter singulas quasque describere, ut tam ministeria[g] ecclesiarum, quam etiam usuale argentum, vel quicquid aliud est, isdem brevis[3] a vobis conscriptus veraciter rerum facta inspectione contineat. Nec quandam ad hoc moram vel excusationem fraternitas tua temptet adducere, sed omni excusatione cessante haec, quae a nobis iniuncta sunt, modis omnibus implere festina, eundemque nobis brevem manu tua subscriptum per ante dictum Pantaleonem transmitte, quatenus quid de hoc fieri debeat salubriter divina possimus gratia suffragante disponere.

c) suffultum *edd. G. M.* d) sepontinam *r 1. 2;* Sopontinam *ed. pr.* e) *corr. ex* repperis *r 1. 2.* f) monasterium *edd. G. M.* g) tradere *edd. G. M.* h) *siglo* ss̄ *utuntur hic et infra omnes nostri codd.* (*add. in marg. r 2* suprascriptus); supradictus *edd. G. M;* suis *ed. pr.* i) *add.* diaconus *edd. G. M.* k) *post* debiti *sequitur ras. unius versus in R 1.*

III, 41 in titulo corr. Felice *in* Felici *R 1.* — episcopi *r 1. 2* (*quod corr. r 2 in* episcopo). — sepontinae *r 1;* sipontinae *corr. in* sepontinae *r 2 (fort.* ecclesiae *excisum est);* Sepontino *ed. pr.* a) praepositi *codd., quorum R 1, r 2 corr. in* propositi. b) cautela *r 1.* c) ex *edd. G. M.* d) neglectu *edd.* e) Bonifacio *r 1. 2. edd.* f) sepontinam *r 1. 2;* Sepontoniam *ed. pr.* g) monasteria *R 1;* misteria *ed. pr.*

3) Nescimus, ubi residere solitus fuerit Pantaleo. 4) Scilicet e Langobardorum manu. 5) Episcopo Sipontino.

III, 41 Una cum epistola praecedenti et sequenti Pantaleoni transmissa et ab hoc Felici reddita. Igitur Pantaleo 'lator praesentium' dicitur. De Felice cf. notas ad ep. I, 51. III, 40. 1) De Bonifatio et Pantaleone notariis Romanae ecclesiae iam in nota ad ep. III, 40 egimus. 2) Sipontum clerici periculi Langobardici causa res ecclesiarum suarum deportaverant. 3) Brevis = brevis chartula seu libellus rerum notitiam et memoriam continens, ut Alteserra explicat. Idem est ac inventarium.

III, 42.

Gregorius I. papa Felici, episcopo Sipontino, de Felice nepote eius, qui Evangeli diaconi filiam stupraverit, mandat, ut aut eam in matrimonium ducat, aut excommunicatus in monasterio poenitentiam agat. 593, *Iun.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 81 (Ind. XI. cap. 42).
Edd. M: Lib. III. ep. 43; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 42. — Iaffé Reg. 1246 (882).

GREGORIUS FELICI EPISCOPO SIPONTINO.

Expectabamus[a] fraternitatem tuam sua aliquos ad Deum praedicatione convertere et male agentes ad rectitudinem revocare. Qua de re[b] nimis contristamur, quia e diverso in nepotis tui Felicis pravitate tua evidenter qui talem nutristi[c] culpa monstrata est. Pervenit itaque ad nos, quod suprascriptus[d] Felix Evangeli diaconis[e] tui filiam[f] stupro deceperit. Quod si verum est, quamvis gravi esset de lege poena plectendus[1], nos tamen aliquatenus legis duritiam mollientes huiuscemodi disponendo[g] indulgemus[h], ut aut[i] quam stupravit uxorem habeat, aut certe si rennuendum putaverit districtius[k] ac corporaliter castigatus excommunicatusque in monasterio, ubi poenitentiam peragat, retrudatur, de quo ei nulla sit egrediendi sine nostra praeceptione licentia. Ita ergo fraternitas tua ut haec compleantur studeat, quatenus nihil de his aliquo modo possit omitti. Nam si quid quod non credimus lentatum[l] fuerit, et illi grave postea periculum inminebit, et te non levis incipiet culpa respicere.

III, 43.

Gregorius I. papa Bonifatio, episcopo Rhegiensi, praecipit, ut Stephaniae res a Lucii decessoris eius actoribus inique ablatas restitui faciat. 593, *Iun.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 82 (Ind. XI. cap. 43).
Edd. M: Lib. III. ep. 44; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 43. — Iaffé Reg. 1248 (884).

GREGORIUS BONIFATIO EPISCOPO REGITANO.

Sicut ecclesia proprias res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore alienas invadere non oportet. Stephania siquidem latrix praesentium quasdam res suas temporibus decessoris tui Lucii[a], quondam[b] episcopi, ab actoribus[c] eius vi queritur

III, 42 in titulo sipont *r 1;* sipontinae *corr. in* sepontinae *r 2;* Sepontino *ed. pr. Om. hunc titulum inscribens ep.* cui supra *R* 1.* a) *corr. ex* expectamus *r 2.* b) *om.* qua de re *R 1.* c) enutristi *R 1.* d) s̅s̅ *ut reliqui codd. r 2, ubi in marg.* suprascriptus; *ed. pr.* supra dictus. e) *corr. in* diaconi *R 1;* diaconi *edd.* f) *add. edd.:* quod dici nefas est. g) *ita r 1 et edd. G. M;* disponendum *R 1, r 2, ed. pr.* h) *ita restituo ex* id est *ut scribunt R 1, r 1. 2;* indulgeo *enim simili modo ac* id est (id) *siglis* ind *expressum fuit. Addit supra vers.* duximus *ante* disponendum *R 1;* statuimus *ed. pr.;* praecipimus *edd. G. M.* i) *add.* eam *R 1.* k) districtus *R 1.* l) lentum *r 1.*

III, 43 in titulo Bonifacio *codd. (praeter R 1) et edd.* a) luci *R 1, r 2 (corr. r 2 in* lucii). b) quondam *erad. et add. in marg. R 1.* c) auctoribus *R 1.*

III, 42 Sine dubio a Pantaleone una cum ep. III, 41 Felici data. — De Felice episcopo et crimine nepotis eius cf. ep. III, 40. 1) *Quam intelligat papa poenam, quaerit Gussanvillaeus, concluditque commentationem suam verbis: 'mortem videtur intelligere', atque Cod. l. 9 tit. 12. 13 et Novell. 143 pro sua opinione citat.*

III, 43 Translata per Stephaniam feminam quandam Rhegiensem. — De Bonifatio episcopo, cf. notam ad ep. III, 4.

occupatas. Et quia sibi eas petiit iustitia favente[d] debere restitui[e], propterea fraternitas tua cum Dei timore haec quae asserit subtiliter curet addiscere. Et si ita quemammodum suprascripta[f] femina ait esse repperit, quaeque[g] male tulta[h] sunt faciat sine aliquo damno vel dilatione restitui[e]. Nam valde durum est, res alienas contra rationem ecclesiam detinere. Ita ergo querimoniam praefatae mulieris salubriter finire festina, ut nec nos exinde denuo molestiam patiamur, nec te avarum[i] vel desidiosum haec causa demonstret.

III, 44.

Gregorius I. papa Andream, episcopum Tarentinum, si iam sacro ordine constitutus concubina usus sit, abdicare iubet, atque ob mulierem de matriculis crudeliter verberatam sacris per menses duos abstinere. *593, Iun.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 83 (Ind. XI. cap. 44).
Edd. M: Lib. III. ep. 45; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 44. — Iaffé Reg. 1249 (885).

GREGORIUS ANDREAE EPISCOPO TARENTINO.

Tribunal iudicis aeterni securus aspiciet quisquis reatus sui conscius digna eum modo poenitentia placare contendit. Habuisse te siquidem[a] concubinam manifesta veritate comperimus[b], de qua etiam contraria est quibusdam[c] nata suspicio[1]. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tuae[d] conscientiae elegimus[e] committendum. Qua de re si[f] in sacro ordine constitutus eius[g] te permixtione esse[h] recolis maculatum, sacerdotii honore deposito ad amministrandum nullo modo praesumas accedere. Sciturus in animae tuae periculo[i] ministrare[k] et Deo nostro te sine dubio reddere rationem, si huius sceleris conscius, in eo quo es ordine celans veritatem permanere volueris. Unde[l] iterum adhortamur, ut si te deceptum hostis antiqui calliditate cognoscis, conpetenti eum dum licet poenitentia superare festines, ne cum eo particeps, quod non optamus, in die iudicii deputeris. Si vero huius reatus tibi conscius non es, in eo te necesse est quo es ordine permanere.

Praeterea quoniam mulierem[m] de matriculis[2] contra ordinem sacerdotii caedi[n] crudeliter fustibus deputasti[o], quam licet post octo menses exinde minime arbitremur[p]

d) *ex* fabente *R 1.* e) *om. periodum* propterea — restitui *(l. 1—4) ed. pr.* f) ssa *ut reliqui codd. r 2, ubi in marg.* suprascripta. g) quaecumque *edd. G. M.* h) *ita R 1;* multa *r 1;* stulta (*corr. in* tulta) *r 2;* ablata *edd. G. M.* i) *ex* abarum *R 1.*

III, 44 in titulo abbrev. Tarenti *R 1.* a) *om.* siquidem *R 6.* b) *add. cum quibusdam edd. ed. G:* et te illius criminis participationem habere *quae verba in 11 codd. non extare adnotat. Ed. M, quae haec verba non admittit, ea deesse dicit in 7 Norm. 4 Rom. Corb. Rem. Turon. Andeg. etc. Cf. Gratiani Decr. D. 33 c. 7 in ed., quam Friedberg curavit.* c) a quibusdam est *R 6.* d) *om.* tuae *R 1. 6, r 1.* e) eligimus *R 1. 6.* f) (*om.* qua de re) ut si postquam *R 6;* si *postea add. R 1.* g) es (*pro* eius) *R 6.* h) *om.* esse *R 6.* i) *add.* te *edd.* k) *hic ep. exit in R 6.* l) *add.* te *edd.* m) *corr. ex* mulierum *r 2.* n) cedi *codd., ed. pr.; corr. ex* credi *r 2.* o) deportasti *R 1, r 2; suprascr.* deputasti *R 1.* p) arbitramur *edd. G. M.*

III, 44 Tarentum, urbs Apuliae notissima, nondum a Langobardis capta. (Cf. Troya Codice dip. Long. I, 294.) — De Andrea episcopo praeter ep. nostram et ep. III, 45, quae item causam eius tractat, cf. ep. V, 62. Epistola XIII, 24, a. 603, Febr. scripta alium episcopum Tarentinum, i. e. Honorium, profert. 1) *Ex ep. III, 45 manifeste apparet, ante consecrationem Andream habuisse concubinam, sed in dubio esse, utrum eam in sacro ordine constitutus adhuc contigerit, annon.* 2) *Proferre liceat notas Gussanvillaei et Alteserrae. 'Matricula', ait Gussanvillaeus, 'dicebatur canon seu liber, in quo descripti erant, qui ecclesiae sumptibus alebantur. Inde matricularii dicti. Erant autem pauperes, orphani, viduae,*

fuisse defunctam[q], tamen quia ordinis tui habere noluisti respectum propterea duobus te mensibus ab[r] amministratione missarum statuimus abstinere. In quibus ab officio tuo suspensus fiere te convenit quod fecisti. Nam valde[s] dignum est, ut postquam te ad vitae istius tranquillam[t] rectitudinem laudabilium sacerdotum exempla non provocant, saltim correptionis medicina compellat[u].

III, 45.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Callipolitano, mandat, ut Andream episcopum (Tarentinum) si concubina usus sit sacro iam ordine constitutus, abdicare iubeat. Propter matriculam fustibus castigatam eum per duos menses a sacris abstinere cogat. Clericis eius ab eodem male tractatis opem ferat. *593, Iun.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 84 (Ind. XI. cap. 45).
Edd. M: Lib. III. ep. 46; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 45. — Iaffé Reg. 1250 (886).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO CALLIOPOLITANO.

Ex gestis, quae ad nos fraternitas tua direxit, inventum est, Andream fratrem et coepiscopum nostrum[1] habuisse sine dubio concubinam. Sed quia incertum est, si eam in sacro ordine constitutus contigerit, necesse est, ut eum sollicita adhortatione commoneas, ut[a] si positus in sacro ordine cum ea se novit inmixtum, ab[b] eo quo est officio quiescat et nullatenus amministrare praesumat. Qui[c] si forte conscius sibi huius rei peccatum suum supprimens amministrare praesumserit, animae[d] suae periculum divino iudicio inminere cognoscat.

Matriculam[2] vero, quam fecit fustibus castigari, quamvis exinde post octo menses obisse non credimus, tamen quia eam contra propositi sui ordinem huiusmodi fecit affligi, duobus hunc mensibus a missarum sollemnitate suspende, ut vel haec eum verecundia, qualem se de cetero exhibere possit, instituat.

Praeterea oblata nobis petitione, quae tenetur in subditis[3], clerici praedicti episcopi multa se ab eo mala sustinere commemorant. Ob quam rem fraternitas tua

q) *corr. ex* defunctum *r 2.* r) in (*pro* ab) *r 1. 2, ed. pr.* s) sic namque (*pro* nam valde) *R 1.* t) tranquilla *r 1.* u) *sequitur in r 2 litt. uncialibus expressum nomen* ROTBERTUS. *Est sine dubio librarius, qui hanc cod. partem absolvit. Cf. quae monui in Neues Archiv III, 456.*

III, 45 in titulo Iohanni *corr. ex* Iohanne *R 1.* — Calliopolitano *cum codd. r 1. 2 et edd. G. M. scribo;* Galliopolitano *R 1 et sec. ed. G multi codd., sec. ed. M Vatic. D. Colbert. Pratell. ac nonnulli;* Callipolitano *Ioh. diac. in Vita Gregorii I. lib. IV. c. 27.* a) et (*pro* ut) *R 1, ed. pr.* b) *om.* ab *et add. supra vers.* in *R 1.* c) quod *edd. G. M.* d) conscientię *R 1.*

quae matriculariae appellabantur'. Alteserra autem adnotat: 'Mulierem quae fustibus caesa est fuisse unam e matricula ecclesiae argumento est, quod id factum est iussu episcopi, ad quem pertinebat cura et potestas in matriculis ecclesiae'.

III, 45 Callipolis (hodie Gallipoli), Apuliae urbs haud procul a Tarento item ad sinum Tarentinum sita. Plura de hac urbe ad ep. IX, 206 monebimus. — Iohannes, cuius hic tantum meminit Gregorius, ut ex ep. VI, 21 patet, iam ante Nov. a. 595 ex vita discessit. Cui successit Savinianus (cf. ep. IX, 206). 1) De Andrea episcopo Tarentino, et quae contra eum suspicio orta sit, cf. ep. praecedentem. 2) Matricula hic adhibetur, ut supra 'mulier de matriculis'. Pro matricularia dici videtur. Cf. Cassiodori Var. XI, 6. 17. 22. 3) Nobis non tradita est; cf. notam 1 ad ep. II, 9.

subtiliter cuncta curet addiscere. et ita ea rationabili modo emendare atque disponere, ut nulla eis pro hac re huc remeandi de cetero necessitas imponatur.

MENSE IULIO INDICTIONE XI.

III, 46.

Gregorius I. papa clerum ecclesiae Salonitanae, quod Honoratum archidiaconum elegerint, laudat. Cui ut adversarios quoque conciliaret Antonino subdiacono (rectori patrimonii Dalmatini) mandatum esse nuntiat. De Malchi iniuria contra illos cohibenda addit.

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 85 (Ind. XI. cap. 46). *593, Iul.*
Edd. M: Lib. III. ep. 47; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 46. — Iaffé Reg. 1251 (887).

GREGORIUS CLERO ECCLESIAE SALONITANAE.

Dilectionis vestrae scripta relegentes electionem vos in Honoratum archidiaconem vestrum fecisse didicimus. Et omnino nobis gratum fuisse cognoscite, quod olim expertum virum et gravem[a] moribus ad episcopatus ordinem elegistis[b]. Cuius etiam et nos personam, quia dudum nobis est bene cognita, comprobamus eumque vobis iuxta desiderium vestrum et nos ordinari volumus[c] sacerdotem. Pro qua re hortamur vos[d] in eius electione[e] sine aliqua ambiguitate persistere. Nec quaedam vos res ab eius debet persona deflectere, quia sicut ista laudabilis nunc probatur electio, ita si quod absit dilectionem vestram ab eo[f] quisquam deviare seduxerit[g], et animae vestrae gravamen[h] et opinioni maculam infidelitatis inponet. Eos vero, qui ab electionis vestrae unitate inconsiderate[i] discordant, ut vobiscum sentire possint[k] ab Antonino[l] subdiacono nostro fecimus ammoneri. Cui etiam de persona Malchi, fratris et coepiscopi nostri, quod[m] oporteat fieri iam pridem iniunximus[n] [1]. Sed quoniam et ipsi scripsimus[2], credimus eum ab inquietudine vestra sine mora quiescere. Qui si fortasse oboedire quocumque modo neglexerit, contumacia eius canonicae ultionis modis omnibus districtione multabitur[o].

Mense *cet. om. R 1. Ep. III, 45 hanc notam attribuunt r 1. 2, edd., et teste ed. M Turon. S. Gat., Colbert. vetus et Corb.* Data mense *cet. R*1. ed. pr.*

III, 46 in titulo salonit *abbrev. r 1. 2, sed add. r 2* a *et in versu sequenti* ta LXXXV et men. (LXXXV *est numerus ep. nostrae, sed quae aliae litterae sibi velint nescio*); salonitano *R 1.* a) *ex* grabem *R 1.* b) eligitis *corr. in* eligistis *R 1;* eligistis *corr. in* elegistis *r 2.* c) voluimus *edd. G. M.* d) ut (*pro* vos) *R 1, r 2.* e) *add. in marg. r 2* debeatis. f) *corr. in* ea *R 1.* g) *notat ed. G in marg.: al.* se seduxerit, *al.* subduxerit. h) *ex* grabamen *R 1.* i) *ita R 1, ed. G et ceteri editi, ut in ed. M notatur;* desideratae *r 1. 2, edd. pr. M et teste M Norm. Turon. Andeg. Vatic. etc.;* desiderata *Rem. ut M notat, ubi additur: Vulgatorum vero lectioni* (inconsiderate) *nullus e nostris mss. favet.* k) possit *r 2.* l) anthimo, *ut ed. M dicit, Reg.* m) quid *edd. G. M.* n) iniuncximus *R 1.* o) multanda erit *R* 1.*

III, 46 De ecclesia Salonitana, Honorato archidiacono et Antonino subdiacono Romano vide postremo epp. III, 22. 32; et ea quae ibidem laudata sunt. De electione Honorati turbata cf. epp. IV, 16. 20. 38. 1) *Ep. III, 22 designare videtur Gregorius. Vide ad eam not. 5 de Malcho Dalmatino episcopo.* 2) *Epistolam deperditam citat papa.*

III, 47.

Gregorius I. papa Columbum episcopum (Numidiae) hortatur, ut eorum quae b. Petro promiserit memor esse non desinat, et primatem synodi suae admoneat, ne aut pueris aut mercede sacri ordines tribuantur. De concilio congregando se certiorem fieri petit. Per Victorinum diaconum claves b. Petri dono mittit. *593, Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 86 (Ind. XI. cap. 47).
Edd. M: Lib. III. ep. 48; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 47. — Iaffé Reg. 1252 (888).

GREGORIUS COLUMBO EPISCOPO.

Et antequam fraternitatis tuae scripta susciperem, bonum te Dei[a] famulum esse nuntiante veridica opinione cognovi. Et postquam suscepi, certum fuisse hoc quod fama dudum asperserat, plenius intellexi, meritisque tuis valde congaudeo, quod testes vitae laudabilis mores tuos et actus ostendis. Haec ergo quoniam superna tibi sentio maiestate collata, gratulor et Deum creatorem nostrum utique benedico, qui servis humilibus misericordiae suae dona non denegat. Qua de re verum fateor, quia sic me fraternitas tua ad amorem suum flamma caritatis accendit, sicque tibi unitus est meus spiritus, ut et videre te cupiam, et tamen absentem corde semper adtendam. Haec igitur ita esse ex te bene consideras. Nam profecto plus in caritate animos[b] unitas, quam corporalis potest venerari[c] praesentia. Praeterea tota te mente, toto corde totaque anima apostolicae sedi inhaerere ac esse devotum et nunc scio, et priusquam epistola tua hoc testimonium perhiberet, manifeste[d] cognovi.

Praemisso siquidem[e] devita[f] ex[g] caritate salutationis alloquio hortor, ut eorum quae beato Petro apostolorum principi promisisti, memor esse non desinas. Itaque erga primatem synodi[1] tuae[h] esto sollicitus, ut pueri ad sacros ordines nullatenus ammittantur, ne tanto periculosius cadant, quanto citius conscendere altiora festinant. Nulla sit in ordinatione venalitas: potentia vel supplicatio personarum nihil adversus haec quae prohibemus obtineat[i]. Nam proculdubio Deus offenditur, si ad sacros ordines quisquam non ex merito, sed ex favore[k] quod absit, aut venalitate provehitur. Haec autem si fieri cognoscis, non taceas, sed instanter obsiste. Quoniam si haec aut investigare fortasse neglexeris, aut intellecta celaveris[l], non solum illos qui haec agunt, peccati vinculum inligabit, sed et te huius rei non levis[m] ante Deum culpa respiciet. Oportet ergo canonica ultione si quid tale committitur, coerceri, ne tantum facinus cum aliorum peccato[n] vires ex dissimulatione percipiat.

Praesentium igitur portitorem Victorinum[2] fraternitatis tuae diaconem, quem tuum reor imitatorem existere, et cum caritate suscepi, et ad remeandum citius

III, 47 in titulo Colimbo *R 1. — add. R 1 titulo* ubi betat puerulum ordinari. a) *om.* Dei *r 1.* b) *ita R 1, r 1. 2, ed. pr. et teste ed. M communis mss. lectio (praeter quosdam infra laudandos); corr. in* animorum *R 1;* animorum *edd. G. M plurimaeque sec. ed. M (M citat pro hac lectione codd. Anglic. 5, Beccensem, Michaelinum et Sagiensem).* c) unire *edd. pr. M (M ex mss. 5 Anglic. Becc. Michael. Sagien. lectionem suam haurit); add. ed. G in marg.: al.* unire. d) manifesto *R 1.* e) itaque *ed. M;* ergo *ed. G.* f) *ita codd. nostri omnes.* g) *om.* ex *R 1.* h) tui *R 1, r 1.* i) optineat *codd.* k) *ex* fabore *R 1.* l) *ex* celaberis *R 1.* m) *ex* lebis *R 1.* n) *add.* parcitur *edd. pr. G (notat in marg. G: al. deest* parcitur).

III, 47 Una cum ep. III, 48 per Victorinum Columbi diaconum transmissa. — De Columbo, Numidiae episcopo, vide notam ad ep. II, 46. *1) i. e. erga primatem synodi Numidiae. Primas provinciae Numidiae autem in ep. III, 48 Adeodatus episcopus nominatur. Dioeceses metropolitanae Africanae provinciae cum saepius congregarentur episcopi nomine synodorum aut conciliorum designatae esse videntur. Cf. epp. I, 72. 75 II, 46 et praecipue V, 3; (in quibusdam earum haud recte intellexi, tunc episcopos revera in concilio adunatos fuisse).* *2) Idem in ep. III, 48 memoratur.*

relaxavi. Per quem etiam claves beati Petri, in quibus de catenis ipsius inclusum est, tibimet pro benedictione transmisi[3].

Praeterea de unitate ac pace concilii, quod Deo auctore congregare disponitis, caritas tua animos nostros subtiliter omnia indicando laetificet.

III, 48.

Gregorius I. papa Adeodati episcopi primatis provinciae Numidiae erga se studium laudat; de ordinandis pontificibus ei praescribit, omnibus in negotiis Columbi episcopi consilio eum uti iubet. De futuro concilio litteras poscit. *593, Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 87 (Ind. XI. cap. 48).

Edd. M: Lib. III. ep. 49; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 48. — Iaffé Reg. 1253 (889).

GREGORIUS ADEODATO EPISCOPO PRIMATI PROVINCIAE NUMIDIAE.

Qualiter erga nos fraternitatem vestram caritas dilectionis adstrinxerit[a], scriptorum vestrorum series evidenter innotuit, magnumque nobis fomitem contulere laetitiae, quod ea et benigna puritate[b] composita et Deo placita didicimus dilectione fervere[c]. Ut igitur breviter[d] diximus, ita mentem vestram epistola quam direxistis exposuit, ut auctor eius abesse minime crederetur[e]. Nec enim absentes iudicandi sunt, quorum animus ab[f] alterutra caritate non discrepat. Quamvis autem nec virtus, nec aetas vos sicut scribitis ad nos venire permittat, ut de fraternitatis vestrae corporali possimus gratulari praesentia, tamen quia animus noster vobis vesterque nobis unitus est, vicissim nobis per omnia praesentes sumus, dum nos unita per amorem mente conspicimus.

Salutantes praeterea fraternitatem vestram congruo caritatis affectu hortamur, ut officium primatus, quod Deo habetis auctore, tota intentione sic studeatis sagaciter exhibere[g], quatenus ad hunc[h] vos ordinem pervenisse et animae vestrae proficiat et aliis in futuro exemplum bonae imitationis existat. Estote ergo praecipue in ordinatione solliciti, et ad sacros ordines aspirare, nisi provectiores aetate et mundos opere[i], nullatenus ammittatis[k], ne forte semper esse desinant, quod inmature esse festinant. Eorum enim, qui in sacro sunt ordine[l] conlocandi[m], prius vitam moresque discutite, et ut dignos huic officio adhibere possitis non vobis potentia aut supplicatio quarumlibet subripiat[n] personarum. Ante omnia vero cautos vos esse oportet, ut nulla proveniat in ordinatione venalitas, ne quod absit et ordinatis et ordinantibus periculum maius immineat. Si[o] quando igitur de his tractari necesse est, graves expertosque viros consiliis[p] vestris adhibete[p] participes, et cum[q] eis communi de[r] hoc deliberatione pensate. Prae omnibus autem Columbum fratrem et coepiscopum

III, 48 *in titulo* numidię *corr. ex* nymidię *R 1.* a) adstrixerit *r 1.* b) pietate *edd. G. M.* c) ferbere *R 1.* d) brebiter *R 1.* e) credatur *R 1.* f) *om.* ab *R 1.* g) exhiberi *r 1. 2.* h) *corr. ex* adhuc *R 1.* i) *corr. ex* mundo sopore *r 2.* k) permittatis *ed. G* (*sed notat in marg.: al.* admittatis). l) ordines *codd.* (*fort.* in sacros sunt ordines); *erad.* s *R 1.* m) *corr.* collocandi *ex* locandi *R 1.* n) supripiet *r 2.* o) sed (*pro* si) *delet R 1.* p) concilii vestri adhibite *ed. G*; consilii vestri *teste ed. M duo Vatic.* q) in (*pro* cum) *r 2.* r) *om.* de *R 1.*

3) *Cf. ep. III, 33 (not. 3) et praecipue not. 5 ad ep. I, 25.*

III, 48 Una cum ep. III, 47 per Victorinum, Columbi Numidiae episcopi diaconum, transmissa. — Adeodato et ep. VIII, 13 inscriptam invenimus. Nescimus, in qua Numidiae parte sedem suam habuerit. De cetero cf. de rebus in ep. nostra tractatis ep. praecedentem.

nostrum[1] in cunctis adhibere vos convenit. Credimus enim, quia si illa quae agenda sunt cum eius consilio feceritis, nullus in vobis quod quibusque modis redarguere possit inveniet, nobisque ita gratum esse tamquam si cum nostro consilio agantur cognoscite[s], quoniam vita moresque illius ita nobis sunt in omnibus adprobati, ut cunctis liquido constet, quia quod cum eius consensu agatur[t], nullius culpae macula fuscatur[u].

Praesentium vero lator Victorinus[v 1], suprascripti[w] coepiscopi nostri diaconus, vestrorum praeco ita extitit meritorum, ut animos[x] nostros de vestra vehementer actione reficeret. Et oramus omnipotentem Dominum[y], ut bona quae de vobis[z] retulit, placita sibi plenius faciat operatione clarescere.

Concilium itaque quod congregare disponitis, dum Deo fuerit solatiante peractum, de eius nos unitate atque concordia laetificate ac reddite per omnia certiores.

III, 49.

Gregorius I. papa Theodorum, episcopum Lilybaetanum, sacerdotum mores observantem, laudat. Maximianum episcopum (Syracusanum), quid agendum sit, informet. Paulum quondam episcopum in monasterio poenitentiae causa manere iubet, quaerique una cum praetoris (Libertini) vicario de criminibus Bonifatio cuidam obiectis. *593, Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 88 (Ind. XI. cap. 49).

Edd. M: Lib. III. ep. 50; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 49. — Iaffé Reg. 1254 (890).

GREGORIUS THEODORO EPISCOPO LILLIBITANO.

Fraternitatis tuae grata nobis omnino sollicitudo est, quia ea, quae de sacerdotum vita cognoscit, et perscrutari curat et investigata renuntiat. Ut ergo hanc sollicitudinem[a] quam in te laudamus possis[b] sine diminutione[c] persistere, studiosus esto ac vigilans. Et si quos illic a quibuslibet quod absit excessus perpetrari cognoveris, siquidem tales sunt, qui ibi[d] possint emendari, rationabiliter emendentur[1]. Alioquin fratri nostro Maximiano episcopo[2] scriptis renuntiare festina, ut quid fiendum sit a vobis informatus agnoscat. Nulla igitur res ab investigatione pravorum actuum vel insinuatione te revocet. Nam quanto vigilantiam tuam modo laudamus, tanto culpabilior invenieris[e], si huiusmodi actus qualibet dissimulatione celaveris[f].

s) *om.* cognoscite *R 1.* t) *corr. in* agitur *R 1, r 2;* agitur *edd.* u) *corr. ex* fuscetur *R 1.* v) *om.* Victorinus *R 1.* w) ssci *r 1. 2;* superscripti *R 1;* Columbi *ed. pr.* x) amicos *Vatic. B (ed. M).* y) Deum *R 1.* z) *add.* oretenus G (*in marg. notans: al. deest* oretenus).

III, 49 in titulo lectioni nostrae favent r 1. 2; lillivitano *corr. ras. in* lilivitano *R 1;* lilibitano *R*1;* Lelibetano *ed. pr.; invenit ed. M* Lillibitano *vel* Lillibetano *in Normannis et Vatic. 3; in Vatic. B* Libuitano; *in Colb.* Liuvitano; *in Andeg.* Tillibitano; *edd. G. M* Lilibaetano. a) *ita R 1, r 1. 2; corr. in* in hac sollicitudine *R 1; ita etiam edd. G. M;* haec sollicitudo *ed. pr. et teste ed. M Vatic. C.* b) possit *r 1, ed. pr., et teste ed. M Vatic. C.* c) *ex* deminutione *r 2.* d) ibidem *edd. G. M.* e) inveniris *R 1, r 1.* f) celaberis *R 1.*

1) Cf. ep. III, 47.

III, 49 Transmissa, ni fallimur, una cum ep. III, 50. — Lilybaeum, notissima Siciliae urbs ad insulae litus occidentale sita (ubi nunc Marsala). — Theodorum paullo post epistolam nostram mortuum esse, ep. V, 23 (a. 595, Febr. scripta) docet, (cf. epp. VI, 13. IX, 198). Cui successit Decius (ep. VI, 13). 1) Easdem res post mortem Theodori Decium curare iubet; cf. ep. VI, 13. 2) i. e. episcopo Syracusano, qui apostolicae sedis vices gerebat. Cf. ep. II, 8.

Paulum praeterea quondam episcopum[g] [3] in monasterio in[h] quo est in poenitentia volumus permanere. Res autem, quae apud eum inventae sunt, in cimiliarchio ecclesiae [4] tuae servari[i] modis omnibus studebis. De quibus etiam secundum rerum inventarii[k] paginam desusceptum [5] te facere volumus, et in scrinium ecclesiae [6] nostrae[l] transmittere. Sed[m] clericis eius si tamen aliqui illic praesentes sunt[n], a pari [7] aliud facere desusceptum te convenit, in quo tua fraternitas fateatur, quia desusceptum de eisdem rebus in scrinio nostro emiserit, quatenus dum necesse fuerit competenti personae res omnes possint sine detrimento restitui.

De Bonifatio[o] vero quodam[p] gravis[q] ad nos accusatio pervenit, cuius scelera volumus utrum vera sint, ut fraternitas tua cum loci servatore[r] praetoris[s] [8] examinet.

III, 50.

Gregorius I. papa Maximianum, episcopum Syracusanum, rogat, ut sibi de miraculis sanctorum patrum in Italia gestis librum compositurо de Nonnoso abbate referat.

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 89 (Ind. XI. cap. 50). *593, Iul.*

Edd. M: Lib. III. ep. 51; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 50. — Iaffé Reg. 1255 (891).

GREGORIUS MAXIMIANO EPISCOPO SYRACUSIS.

Fratres mei, qui mecum familiariter vivunt[a], omni modo me compellunt [1], aliqua de miraculis patrum, quae in Italia facta audivimus, sub brevitate scribere [2]. Ad quam rem solatio vestrae caritatis[b] vehementer indigeo, ut quaeque[c] vobis in memoriam[d] redeunt, quaeque cognovisse vos contigit, mihi breviter[e] indicetis. De domno enim Nonnoso[f] abbate, qui iuxta domnum Anastasium de Pentumis[g] fuit [3], aliqua

g) coepiscopum (*om.* quondam) *R 1.* h) *om.* in *r 1. 2, ed. pr.* i) servare *edd.* k) imventarii *r 1. 2; consentit ut ed. M. notat cum codd. nostris Norm.* inventarum *edd.* l) tuae *edd. G. M.* m) *add.* de *r 2; add.* et *edd.* n) sint *edd. G. M.* o) Bonifacio *r 1. 2, edd.* p) quaedam *edd.* q) *ex* grabis *R 1.* r) serbatore *R 1.* s) praetore (*notans in marg.: al.* praetoris) *ed. G; add.* vice *ed. pr.*

III, 50 in titulo Syracusana *ed. pr.;* Syracusano etc. *ed. G;* Syracusano *ed. M.* a) *ex* vibunt *R 1.* b) veritatis *teste ed. M Vatican. A. B.* c) ea quae *edd. G. M.* d) memoria *R 1.* e) *ex* urebiter *R 1.* f) nonno *r 1. 2;* nonsono *R*1.* g) *corr. in* pentomis *r 2;* Pentomis *edd.*

3) Nescimus, cuius sedis Siciliae episcopus fuerit. 4) Cf. cymilia in ep. I, 10 (p. 12, 11). 5) Desusceptum (ut nos Empfangsbescheinigung aut Quittung, ital. ricevuta), quod 'continet fidem susceptionis' ut ait Alteserra. Cf. Marini, I papiri diplom. p. 372, ubi plurimi auctores pro eadem voce laudantur. Vide Libr. pontif. in Vita Agathonis n. 17. In Gregorii epp. saepius occurrit; cf. e. g. epp. IV, 15. VII, 35 cet. 6) i. e. Romam in tabularium apostolicae sedis. 7) i. e. apographum; cf. de significatione vocis 'a pari', supra p. 29 not. De cetero cf. idem praeceptum in ep. IV, 15. 8) i. e. cum vicario praetoris; cf. eundem titulum in ep. II, 38 (p. 136, 11. 137, 10. 15).

III, 50 Transmissa forte una cum ep. III, 49. — De Maximiano episcopo cf. ep. I, 14a. II, 8 cet. 1) In prooemio Dialogorum Petrum diaconum dicit, qui eum ad miracula sanctorum Italicorum describenda compellat. 2) In codd. mss. titulo Dialogorum additur: 'De vita et miraculis patrum Italicorum et de aeternitate animarum'. Cf. Ebert Gesch. der lat. Litt. im Mittelalter I, 520. — Ex hac nostra ep. constat, Dialogos tunc 593, Iul. nondum confectos fuisse. Cum autem Gregorius in Dial. IV. c. 47 ipse dicat, se 'ante hoc triennium' cum fratribus sepelisse quendam monachum, inde iam apparet, hunc libri locum mox post ep. nostram (i. e. adhuc anno 593 nondum completo) scriptum fuisse. Vide Dial. III. c. 19 'ante hoc fere quinquennium'; item IV. c. 26 et Praefationem in Homil. in ed. Venet. p. 138. 3) Cf. Dial. I. c. 7, ubi de Nonnoso abbate antea monasterii montis Soracte praeposito agitur. Anastasius de Pentumis abbas ibidem patris asperrimi cognomen nactus est.

retulisse te[h] memini, quae oblivioni mandavi. Et hoc ergo et si qua sunt alia tuis peto epistolis inprimi, et mihi sub celeritate transmitte[i], si tamen ad me ipsum[k] non proferas[l].

III, 51.

Gregorius I. papa Prisco, patricio Orientis, de imperatoris gratia recuperata gratulatur. Savinianum diaconum (responsalem ecclesiae Romanae Constantinopolitanum) et Castum gloriosum (magistrum militum urbis Romae) commendat. *593, Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 90 (Ind. XI. cap. 51).

Edd. M: Lib. III. ep. 52; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 51. — Iaffé Reg. 1256 (892).

GREGORIUS PRISCO PATRICIO ORIENTIS.

Si vitae istius cursum veraciter adtendamus, nihil in eo firmum nihil invenimus stabile. Sed quemadmodum viator modo per plana[a], modo per aspera graditur, sic nobis utique in hac vita manentibus nunc prosperitas, nunc occurrit adversitas, denique alternis sibi succedunt temporibus et mutua se vice confundunt. Dum igitur omnia in hoc mundo mutabilitatis ordo corrumpat[b], nec elevari prosperis nec frangi debemus adversis. Tota ergo mente ad illum nos convenit anhelare, ubi quicquid est firmum permanet, ubi non mutatur adversitate prosperitas. In hac ergo[c] vita miro omnipotentis Dei moderamine idcirco agitur, ut vel prosperitatem adversitas, vel adversitatem prosperitas subsequatur, qualiter[d] et humiliati discamus, quicquid deliquimus[e], et iterum exaltati adversitatis memoriam[f] quasi humilitatis ancoram in mente teneamus. Non hoc ergo Creatoris nostri ira est deputanda, sed gratia, per quam discimus, ut eius dona tanto servemus verius, quanto humilius tenemus[g].

Quia igitur perfectam vos dominorum[1] gratiam auctore omnipotenti[h] Deo reparasse cognovimus[2], magna pro vobis exultatione gaudemus, optantes, ut vitam vestram rerum omnium gubernator[i] et bonis semper praesentibus fulciat et ad gaudia perpetua extendat. Haec vobis ideo loquor, quia multum vos diligo atque me a vobis diligi scio.

h) vos *R*1.* i) *ita r 1. 2;* transmitti *R 1. R*1, edd.* k) ipse *R*1, edd.* l) *corr. in* properas *R 1;* properas *R*1, edd.*

III, 51 a) *corr. ex* planam *r 2.* b) confundit *ed. G.* c) vero *R 1.* d) quatenus *edd. G. M.* e) *add.* flere *edd. G. M,* (*G notat in marg.: al.* flere *deest in mss.; M: a plerisque mss. abest.* flere). f) memoria *r 1. 2.* g) *ex* teneamus *R 1.* h) omnipotente *R 1; corr. in* e *r 2.* i) *ex* guvernator *R 1.*

III, 51 De tempore huius epistolae cf. infra not. 2. — Transmissa Constantinopolim una cum ep. quae sequitur per Savinianum diaconum. — Priscus patricius et exarchus Orientis (quem Theophylactus VI. c. 4 στρατηγὸν τῆς Εὐρώπης, aut alio loco στρατηγὸν τῆς περὶ τὴν Θρᾴκην ἑκατέρας δυνάμεως vocat), ex historiae Byzantinae auctoribus pernotus. *1) i. e. imperatoris Mauricii; cf. supra ep. I, 6 not. 5.* *2) Adnotat Gallicciolli in editione Venetiana: 'Avaricum bellum, composita cum Persis pace, Prisco commissum fuit. "Vere ineunte" ait Theophylactus VI. c. 4 (nempe anni 593) ad Istrum movit. Deinde trans Istrum hiemare iubetur, id. c. 10. Postea Mauricius Prisco exauctorato, Petrum cuius frater germanus erat, ei subrogat. Is debellatur, Constantinopolim redit, Priscus iterum dux bello praeficitur. Hoc cum S. Gregorius rescivisset, hanc ei gratulatoriam epistolam dedit. Proinde ea omnino pertinere debet ad annum ut minimum 594 iam adultum, nempe ad indictionem 13. Quod si Theophanem sequamur, qui initium Avarici belli anno serius consignat, multo magis patebit hanc epistolam extra sedem suam vagari'. Sed sine causa hic editor Venetus seriem chronologicam epistolarum in dubium revocat et nos quidem laudamus potius ordinem annalium ad indictionem XI. (a. 593). ap. Muralt: Essai sur la chronogr. byzantine. Denique Gregorii verba perpauca utrum revera ad haec gesta respiciant, quis definire velit?*

Sed hoc quod[k] me diligitis in latorem praesentium Savinianum diaconem[l 3] demonstrate, ut ubi usus exigerit[m], vestra patrocinia consequatur[n]. Vir autem gloriosus Castus[4] praeco laudum vestrarum in Romanis partibus existit[o], quem vestrae excellentiae paterna dilectione commendo.

III, 52.

Gregorius I. papa Iohannem, episcopum Constantinopolitanum, tum de Iohannis presbyteri causa, tum de Athanasio, Isauriae monacho et presbytero, in ecclesia Constantinopolitana verberato, scire se dissimulantem reprehendit. Savinianum diaconum, responsalem suum, commendat. *593, Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 91 (Ind. XI. cap. 52).
Edd. M: Lib. III. ep. 53; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 52. — Iaffé Reg. 1257 (893).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

Quamvis causae consideratio removet[a], ad scribendum tamen me[b] caritas impellit, quia et semel et bis sanctissimo fratri meo domno Iohanni[c] scripsi[1], sed non eius epistolas recepi. Alter enim mihi saecularis quidam sub eius nomine loquebatur. Quae si epistolae eius fuerunt, ego vigilans[2] non fui, qui longe de eo aliter credidi, quam inveni. De causa enim reverentissimi viri Iohannis presbiteri[3] scripseram, atque de questionibus monachorum Isauriae, quorum unus et in sacerdotio positus in ecclesia vestra fustibus[d] caesus est. Et rescripsit mihi, sicut ex nomine epistolae agnosco, sanctissima fraternitas tua, quia nesciris[e], de qua causa scriberem. Ad quod rescriptum vehementer obstupui, mecum tacitus volvens[f]: si verum dicit, quid esse deterius potest[g], quam ut agantur talia contra servos Dei et ipse nesciat qui presto est? Quae enim potest[h] esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit et pastor nescit? Si autem scivit sanctitas vestra et de qua causa scripserim, et quid vel contra Iohannem presbiterum, vel contra Athanasium Isauriae[i] monachum atque presbiterum[3] gestum sit, et mihi[k] scripsit[l]: nescio, contra hoc ego[m] quid respondeam,

k) quo *r 1.* l) Sabinianum diaconum *edd.* m) *ex* exigerit *corr.* exegerit *r 2;* exegerit *edd.* n) *ex* consequantur *R 1.* o) extitit *R 1.*

III, 52 in titulo abbrev. constantinopō *R 1;* constantiñ *r 1. 2.* a) remobet *R 1;* (consideratio)ne movet *r 1. 2;* me moveat *ed. pr.;* me movet *edd. G. M.* b) et (*pro* me) *edd. G. M.* c) *ex* Iohanne *R 1.* d) a fustibus *R 1.* e) *corr. in* nescires *r 2;* nescires *ed. pr.;* nescierit *edd. G. M.* f) *ex* volbens *R 1.* g) post *corr. in* possit *r 2;* posset *R 1.* h) *corr. ex* post *R 1.* i) hisaurię *R 1.* k) michi *r 1. 2;* nihil *ed. Rom. ut notat ed. M.* l) non rescripsit *ed. pr.* m) scripsit contra hoc ego nescio *edd. Rom. G.*

3) Savinianus diaconus in ep. III, 52 responsorum ecclesiasticorum causa aut apocrisiarius Romanus Constantinopolim missus dicitur (cf. ep. V, 6). Successit autem Honorato in hoc officio (cf. ep. I, 6 not. 6), quo vestitus postremo Honoratus a. 592, (Iul.) in ep. II, 36 memoratur. Post Gregorii mortem idem Savinianus papatum nactus est. Cf. Iohannem diac. in Vita Gregorii I. Lib. III. c. 51. 4) Castus ut ex epp. V, 30. 36 elucet magister militum Romae fuit. Idem esse videtur, cuius historiographi Byzantini (Theophylactus II. c. 10 seq. Theophanes ed. Bonn. p. 396 cet.) mentionem faciunt. Inde patet, qua necessitudine Priscus et Castus coniuncti fuerint.

III, 52 Una cum ep. III, 51 per Savinianum diaconum Constantinopolim adlata. — De Iohanne cf. ep. I, 4. 1) De epistolis deperditis loquitur papa, nam ad epp. I, 4. 24 non respicit, ut verba, quae sequuntur, demonstrant. 2) Alteserra p. 112 subtiliter adnotat: alludit ad nomen proprium γρηγόριος, quod latine sonat vigilans; cf. Iohannem diac. in Gregorii Vita Lib. I. c. 2. 3) De Iohanne et Athanasio

quando per scripturam suam Veritas dicit: 'Os quod mentitur, occidit animam'? Sap. 1. 11.
Requiro, frater sanctissime, illa tanta abstinentia[4] ad hoc pervenit, ut fratri suo ea quae novit gesta negando velit abscondere? Numquid non melius fuerat in illo ore[n] carnes ad vescendum ingredi, quam de eo falsum sermonem ad inludendum proximum exire? Praecipue cum Veritas dicat: 'Non quae intrant[o] in os coinquinant[p] ho- Matth. 15.11.
minem, sed quae exeunt de ore[q] illa sunt quae coinquinant[r] hominem[s]'. Sed absit hoc, ne[t] ego de sanctissimo corde vestro tale aliquid credam. Illae epistolae vestro nomine praenotatae sunt, sed vestras eas fuisse non arbitror. Ego beatissimo viro domno Iohanni[u] scripseram, sed credo quia mihi familiaris vester ille iuvenculus[v] rescripsit, qui adhuc de Deo nihil didicit, qui viscera caritatis nescit, qui in scelestis[w] rebus ab omnibus accusatur, qui insidiari cotidie diversorum mortibus[x] per occulta testamenta nec Deum metuit, nec homines erubescit. Mihi crede, frater sanctissime, si zelum veritatis[y] perfecte habes, ipsum prius corrige, ut ex his qui vobis vicini sunt etiam hi[z] qui vicini non sunt exemplo melius emendentur. Illius linguam[a] noli recipere; ille ad consilium vestrae sanctitatis debet[b] dirigi, non autem vestra sanctitas ad verba illius inflecti. Si enim illum audit, scio quia pacem cum suis fratribus habere non poterit. Ego enim adtestante mihi conscientia fateor, quia cum nullo homine habere scandalum volo, et quanta virtute valeo declino. Et quamvis[c] cum omnibus hominibus habere pacem summopere cupiam, vobiscum praecipue, quos vehementer amo, si tamen ipsi quos novi vos estis. Nam si canones non custoditis, et[d] maiorum vultis statuta convellere[e], non cognosco qui estis. Age ergo, frater sanctissime atque karissime[f], ut nos invicem recognoscamus[g], ne si[h] antiquus hostis per scandalum duos moverit, per nequissimam victoriam multos necet. Ego enim ut aperte indicem, qui[i] per elationem[k] nil quaero, si ille iuvenculus[l], de quo praelocutus[m] sum, apud fraternitatem tuam culmen pravae[n] actionis minime teneret, ipsa etiam quae mihi de canonibus suppetunt[5], interim tacere potuissem, et ab ipso initio venientes ad me personas ad eam[o] fiducialiter retransmisissem, sciens, quod eas sanctitas tua cum caritate susciperet. Sed etiam nunc dico, aut easdem personas in suis ordinibus suscipe, eisque quietem praebe, aut si hoc fortasse nolueris, mihi omni altercatione[p] postposita de eorum causa statuta maiorum et[q] canonum terminos custodi. Si vero neutrum feceris, nos quidem rixam inferre non volumus[r], sed tamen venientem a vobis non devitamus[s].

Quid autem de episcopis, qui verberibus timeri[t] volunt, canones dicant, bene fraternitas vestra novit. Pastores etenim facti sumus, non persecutores[u]. Et egregius

n) in illud os *edd. G. M.* o) intrat *r 1. 2;* quod intrat *edd. G. M.* p) *ita corr. ex* coinquinat *R 1;* coinquinat *ceteri codd. et edd. G. M.* q) corde *edd. G. M.* r) *ita corr. ex* coinquinat *R 1;* coinquinat *r 1. 2.* s) *in Vulgata:* 'non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem'. t) ut *edd. pr. G.* u) *ex* Iohanne *R 1.* v) *ex* iubenculus *R 1.* w) scelestibus *R 1 et edd. quaedam ante G.* x) moribus *R 1.* y) caritatis *ed. G (notans in marg.: al.* veritatis). z) *corr. ex* mihi *R 1, r 2.* a) vel ligna *r 1.* b) *om.* dirigi non autem vestra *lacunam relinquens 10 litt. R 1.* c) *ex* quambis *R 1.* d) et *om. R 1.* e) *corr. in* conpellere *R 1.* f) *om.* atque karissime *R 1.* g) cognoscamus *R 1.* h) ne si *corr. ex* nisi *r 2.* i) quia *edd. G. M;* si *ed. pr.* k) per elationis tumorem *edd. pr. G.* l) *ex* iubenculus *R 1.* m) preloquutus *R 1.* n) *ex* prabe̦ *R 1.* o) ea *r 1;* eas *corr. in* vos *R 1;* te *ed. pr.* p) alteratione *ed. pr.; in marg. add.: al.* alteratione *ed. G.* q) ut *r 2.* r) nolumus (*pro* non volumus) *edd.* s) *ex* debitamus *R 1.* t) *corr. ex* timere *R 1.* u) percussores *ed. G.*

presbyteris cf. ep. V, 44 ad calcem (vide etiam not. 4 ad ep. I, 6); dein de Iohanne Chalcedonensi epp. VI, 14—17, de Athanasio Lycaoniae vel Isauriae monacho epp. VI, 62. VII, 29. Athanasius a. 593 Romae fuit, ut ex Dial. Lib. IV. c. 38 scimus (cf. Homil. in Evang. 39, ed. Maur. p. 1650).

4) Adnotant Maurini: 'Ob quam ieiunator cognominatus est'. *5) Cf. ep. III, 63 not. 4.*

2. Tim. 4. 2. Praedicator dicit: 'Argue, obsecra, increpa, cum omni patientia et doctrina'. Nova[v] vero atque inaudita est ista praedicatio, quae verberibus exigit fidem. Sed de his multa in epistolis loqui non debeo, quia dilectissimum filium meum Savinianum diaconem[w] pro responsis ecclesiasticis[x] faciendis ad dominorum vestigia transmisi[6], qui vobiscum cuncta subtilius loquitur[y]. Si nobiscum litigare non vultis, paratum eum ad omnia quae iusta sunt invenitis[z]. Quem vestrae beatitudini commendo, ut saltim ipse illum domnum[a] Iohannem inveniat, quem ego in urbe regia scivi.

III, 53.

Gregorius I. papa Maximiano, episcopo Syracusano, mandat, ut Agathoni, remoto episcopo Liparitano, ab eadem ecclesia quinquaginta solidos in sustentationem transmitti iubeat. *593, Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 92 (Ind. XI. cap. 53).
Edd. M: Lib. III. ep. 55; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 53. — Iaffé Reg. 1258 (895).

GREGORIUS MAXIMIANO EPISCOPO SYRACUSANO.

Postquam in Agathone[1] quondam episcopo[a] iuxta qualitatem excessuum[b] districtione est canonica vindicatum, necesse est humanitatis intuitu quemadmodum sustentari possit disponere. Propterea fraternitas tua ad Liparitanam ecclesiam, in qua suprascriptus[c] Agatho sacerdotis gessit officium, festinet dirigere, eique exinde ad praesens quinquaginta solidos, qui in eius possint proficere victu[d], transmittat. Nam nimis est impium, si alimoniorum[e] necessitati post vindictam subiaceat.

III, 54.

Gregorius I. papa Iohannem, episcopum Ravennatem, nisi in sacris procurandis pallio uti vetat. Iohannis (III.) papae privilegio, quod transmiserit, praesumptionem eius non confirmari docet. Primis diaconis eius mappularum usum concedit. De quaestione in clericos quosdam habenda addit. *593, Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 93 (Ind. XI. cap. 54).
Edd. M: Lib. III. ep. 56; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 54. — Iaffé Reg. 1259 (896).

v) *ex* noba *R 1.* w) Sabinianum diaconum *edd.* x) ecclesiis *corr. in* ecclesię *r 2;* ecclesię *R 1.* y) loquitur *R 1, r 2, corr. in* loquetur *R 1;* loquatur *ed. pr.;* loquetur *edd. G. M.* z) invenietis *edd.* a) *ex* dominum *r 2.*

III, 53 in titulo corr. Syracusano *ex* Syracus *r 2.* a) coepiscopo (*pro* quondam episcopo) *R 1 (cf. ep. III, 49 not. g);* in Agathonem quondam episcopum *edd. G. M.* b) excessus *R 1.* c) *siglum adhibent* s̄s̄ *r 2;* s̄s̄ūs̄ *r 1;* supērs̄ *R 1. Edd. G. M autem* supradictus *legunt.* d) *add.* debeant transmittant *et om. reliquam ep. R*1. Simili modo finit hanc ep.* debeant transmittat et cetera *ed. pr.* e) *Cf. ad ep. III, 3 not. 6. Corr. in* alimoniarum *r 2;* alimoniarum *ed. M;* alimentorum (*in marg.: al.* alimoniorum) *ed. G.*

6) *Cf. not. 1. 3 ad ep. III, 51.*

III, 53 De Maximiano et causa in hac ep. ei delata cf. ep. II, 19. 51. 1) *Cf. epp. II, 19. 51 de Agathone et sede Liparitana eidem dempta Paulinoque Taurianensi episcopo commissa. Novi Liparitani episcopi meminit papa in ep. VII, 19.*

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO RAVENNATI.

Non multum temporis intervallum[a] est, quod quaedam nobis de tua fraternitate fuerant nuntiata, de quibus vobis, veniente illuc Castorio notario[1] sanctae cui Deo auctore praesidemus ecclesiae, subtiliter nos indicasse meminimus[b]. Pervenerat namque ad nos, quaedam in ecclesia vestra contra consuetudines[c] atque humilitatis tramitem geri[d], quae sola ut bene nostis[e] est officii sacerdotalis erectio[f]. Quae si sapientia vestra mansuete vel cum episcopali suscepisset studio, non de illis accendi debuerat, sed oportuerat te haec eadem cum gratiarum actione corrigere. Contra morem quippe ecclesiasticum est, si non patientissime toleratur, quod[g] a nobis[h] absit, etiam iniusta correctio[i].

Mota autem nimis[k] vestra fraternitas atque cum tumore cordis quasi satisfaciens scripsit nobis[2], pallio[l] te non nisi post dimissos de secretario filios ecclesiae et missarum tempore atque in laetaniis[m] uti sollemnibus[n] [3]. Verbis aliquid te usurpasse contra generalis ecclesiae consuetudinem apertissima veritate professus es[o]. Quomodo enim fieri potest, ut[p] illud cineris atque cilicii tempore per plateas inter populorum strepitus[4] agas licite, quod te agere in conventu pauperum[q], nobilium[r], et in secretario ecclesiae[5] velut[s] inlicitum excusasti? Illud tamen frater karissime[t] tibi non putamus ignotum, quod prope[u] de nullo metropolita[v] in quibuslibet mundi partibus

III, 54 in titulo Iohanni *ex* Iohanne *corr. R 1.* — ravenna *abbrev. R 1.* a) *ex* interballum *R 1.* b) *ex* meminibus *R 1.* c) consuetudinis *R 1.* d) regi *add. supra vers.* vel agi *R 3.* e) nosti *r 1. 2;* noscis *ed. pr.* f) correctio *r 1.* g) quid *r 1.* h) a nobis quod absit *R 3* (*corr. autem* nobis *in* vobis); vobis *ed. G* (*notans in marg.: al.* nobis.). i) *corr. in* correptio *R 3.* k) *add.* est *edd.* l) *ex* palleo *r 2.* m) letaniis *r 1. 2, R 3.* n) ut in sollemnibus (*pro* uti soll.) *R 3, ubi suprascr.* vel insolentibus. o) *om.* es *edd. G. M.* p) *ex* et *R 1.* q) *add. supra vers.* et *R 3.* r) *ex* novilium *R 1.* s) velud *corr. in* veluti *R 3.* t) *siglis* ffkk *utitur R 1.* u) pene *R 3, edd. G. M.* v) metropolito (*fort. pro* metropolitano) *R 1;* metropolitano *edd. pr. G* (*G notat in marg.: al.* metropolita).

III, 54 Reddita Iohanni per Castorium notarium ut ex ep. III, 66 prodit. — Cf. de Iohanne Ravennate episcopo supra ep. I, 24a notam, ubi addendum est, confirmari opinionem nostram Agnelli verbis. Nam in Libro pontif. Eccl. Ravenn. (MG. SS. Lang. p. 343) levi errore scribit, Gregorium Regulam pastoralem Mariniano Ravennati episcopo (i. e. successori Iohannis) dedicasse. Sed ad nostram ep. redeamus. Eidem Iohanni et epp. I, 35. II, 28. 41. 45 scriptae sunt. Maxima affinitate autem nostra cum epp. III, 66. 67 cohaeret, quarum ordinem infra in nota 2 exponemus. 1) *Castorius notarius Romanus, qui res apostolicae sedis Ravennae agebat (cf. titulum in ep. IX, 167* Castorio notario nostro Ravennae) *in multis epistolis memoratur. Tunc paullo ante Ravennam missus erat.* 2) *Iohannis epistola nimis molesta, quam hic papa memorat, non exstat. Ordo autem epistolarum Gregorii et Iohannis, quas in hac re scripserunt, ut ex verbis quae sequuntur et ex epp. III, 66. 67 patet, hic est: Primum recepit Gregorius relationem quorundam Ravennatium de Iohanne; sequitur praeceptum Gregorii Iohanni viva voce ut credimus per Castorium relatum; deinde Iohannis Ravennatis episcopi epistola, quae nobis deperdita est, sed ad cuius finem apposita erat privilegium Iohannis papae, quod sub III, 67 dabimus; respondet Gregorius Iohanni episcopo in ep. nostra III, 54; respondet Iohannes eidem nostrae epistolae in ep. III, 66. Rationes autem huius ordinis in subsequentibus notis habebis.* 3) *Quas res iterum contendit Iohannes in ep. sua posteriori: III, 66.* 4) *i. e. in laetaniis.* 5) *In conventu 'pauperum nobilium', aliam interpunctionem admittens, Baluzius (ad Libr. diurn. ed. Rozière p. 230) intelligit: 'in conventu hominum honestorum et egenorum, quos publice petere verecundia non permittit', citans his verbis Gregorii ipsius ep. XI, 22. Sed aliud est, ut mihi videtur, honestus, aliud nobilis. Itaque Maurini Gussanvillaeo quaerenti, qui sint illi pauperes nobiles, respondent: 'ecclesiam constare ex clericis et laicis; clericos dici ecclesiae milites; laicos hic vocari ecclesiae filios, e quibus honoratiores appellarentur ordo, caeteri plebs. Ordinem autem ut passim nobilium titulo, plebem pauperum nomine*

sit auditum, extra missarum tempus usum sibi pallii[a] [1] vendicasse[b]. Et quod bene hanc consuetudinem generalis ecclesiae noveritis, vestris nobis manifestissime significastis epistolis [2], quibus praeceptum beatae memoriae decessoris nostri Iohannis papae nobis in subditis transmisistis[c] adnexum [3], continentem[d] omnes consuetudines ex privilegio decessorum[e] nostrorum concessas vobis ecclesiaeque vestrae debere servari[f]. Confitemini igitur aliam esse generalis ecclesiae consuetudinem, postquam ea quae vos[g] geritis, vobis ex privilegio vendicatis[h]. Nulla ergo nobis[i] in hac re ut arbitramur poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium metropolitarum[k] etiam[l] a tua[m] est fraternitate servandus[n], aut si tuae[o] ecclesiae aliquid specialiter dicis esse concessum, praeceptum[p] a prioribus Romanae urbis pontificibus, quod[q] haec Ravennati[r] ecclesiae sunt concessa, a vobis oportet ostendi [4]. Quod si hoc non ostenditur, restat postquam talia agere neque consuetudine generali neque privilegio[s] vendicas[t], ut usurpasse te comprobes quod fecisti. Et quid dicturi sumus futuro iudici, frater dilectissime, si illud quod[u] grave iugum atque vinculum cervicis nostrae, non dico[v] pro ecclesiastica, sed pro quadam saeculari nobis dignitate defendimus, gravare[w] nos iudicantes si tanto pondere vel parvi[x] temporis spatium[y] careamus? Decorari pallio[z] volumus forsan[a] moribus indecori, dum nihil in episcopali cervice splendidius quam fulget humilitas.

Oportet igitur fraternitatem tuam, si honores suos sibi quibuslibet argumentis stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis usum ex non scripto sequi, aut ex scripto[b] privilegiis[c] se tueri[d]. Vel si postremo nihil horum est, aliis metropolitis huius[e] te praebere nolumus praesumtionis exemplum. Sed ne forte putes[f], quia nos haec vobis scribentes quae pro fraterna sunt caritate neglegimus[g], scitote in nostro scrinio de privilegiis[h] ecclesiae tuae subtiliter perquisitum [5]. Et quidem quaedam inventa sunt, quae omnino possint fraternitatis tuae intentionibus obviare, nihil autem in quo de huiusmodi capitulis pars vestrae possit ecclesiae[i] roborari. Nam et de ipsa consuetudine tuae quam opponis ecclesiae, quae[k] vobis olim ut[l] a partibus[m] vestris[n]

a) pallei *r 1. 2.* b) *corr. ex* bendicase *R 1;* vindicasse *r 1. 2.* c) transmittis *corr. in* transmittitis *R 3.* d) *ita codd. nostri et ed. pr.; corr. autem in* continens *R 1; in* continentibus *R 3;* continens *edd. G. M.* e) praedecessorum *R 3 et edd. G. M.* f) *ex* serbari *R 1.* g) vobis *r 2.* h) vindicatis *r 1. 2.* i) vobis *ed. G.* k) metropolitanorum *R 1. 3.* l) etiam *r 2 et edd. G. M; om.* etiam *R 1. 3, ed. pr.;* et (*pro* etiam) *r 1.* m) *ras. corr. ex* a ta *r 2; ex* Et ea *corr. in* a tua *R 3.* n) servandaus *r 1.* o) tu *corr. in* tuae *R 1. 3, r 2.* p) praeceptumve *ed. G.* q) quo *R 3, ed. M (quae citat Vatic. Norm. etc.).* r) *ex* Rabennati *R 1.* s) *ex* privilegia *corr. R 3, r 2.* t) vindicas *R 3, r 1. 2 (corr. in* vindices *r 1; corr. in* indicas *R 3).* u) aliquod (*pro* illud quod) *r 1; suprascr.* est *R 3;* quoque (*pro* quod) *ed. pr.; om.* quod *ed. M.* v) *ex* duco *r 2.* w) gravari *r 1, edd.; corr.* gravare *in* gravari *R 3.* x) *ex* pravi *R 3.* y) spatio *r 1, edd.* z) palleo *r 2.* a) forsitan *r 1.* b) scriptis *ed. G.* c) privilegii *(fort. melius) R 1.* d) uti *r 1, et teste ed. M Norm. 2 Vatic. Rem. et Turon.* e) huiusmodi *edd. G. M.* f) *corr. in* putetis *R 1.* g) neglexisse (*om. supra* quia) *R 3, edd. G. M.* h) privilegii *r 1. 2 (corr. in* privilegiis *r 2);* privilegio *edd.* i) vestra p. ecclesia *R 1. 3, r 2; corr. in* vestrae p. ecclesiae *R 3, r 2;* vestrae p. ecclesiae *r 1, edd. G. M;* pars vestra aut ecclesia vestra possit *ed. pr.* k) quae *corr. in* quam *R 3.* l) ut *om. r 1.* m) patribus *ed. G.* n) nostris *R 3.*

papam hoc loco distinguere'. Recte quidem Maurini verbose plebem et ordinem in his verbis recognoverunt, sed nec sic quidem loci difficultatem sustulerunt. Nam quem conventum pauperum nobiliumque papa indicaverit, denuo quaerimus. De missa agere non potest, cum missae tempore pallium induere interdictum non fuerit.

1) Et ne toto quidem tempore missae episcopos pallium gestasse, sed tantum usque ad recitationem evangelii, monet Gussanvillaeus. Adnotatque Alteserra: 'Singulare est in Romano pontifice, quod semper et ubique pallio utitur in missarum solemnibus'. Sed cf. ep. V, 61, qua apparet Gregorii tempore Ravennati episcopo totam missam cum pallio celebrare licuisse. 2) i. e. in litteris deperditis, nam nihil huiusmodi invenimus in ep. III, 66. 3) i. e. III, 67. 4) Huic adhortationi parere Iohannes in ep. III, 66 nititur. 5) De archivo sanctae sedis dicit papa. Quo manifeste apparet, iam tunc pontificum

probaretur scripsimus[1], iam satis nos sollicitudinem gessisse cognoscite, inquirentes filios nostros Petrum diaconem, atque Gaudiosum primicerium, necnon et Michahelium[a] defensorem sedis nostrae, vel alios, qui pro diversis responsis[2] Ravennam[b] a nostris decessoribus sunt transmissi, et haec te in praesentia sua egisse districtissime negaverunt. Apparet igitur secrete[c] non potuisse geri, nisi quod usurpabatur inlicite. Unde quod latenter[d] subintroductum est nulla debet[e] stabilitate persistere. Quae ergo superflue a te vel a tuis decessoribus sunt praesumta, cum caritatis intuitu atque cum fraterna stude benignitate corrigere. Nullatenus[f] non dico per te sed per aliorum vel decessorum tuorum normam ab humilitatis temptes[g] regula deviare[h]. Ut enim ea quae superius dixi breviter colligam ammoneo, quatenus nisi decessorum meorum munificentia tibi haec per privilegium adtributa docueris[i], uti[k] in[l] plateis pallio[m] ulterius non praesumas, ne non habere et ad missas incipias, quod audacter et in plateis usurpas. De secretario[n] autem quod fraternitas tua resedisse cum pallio et filios ecclesiae suscepisse et fecit et excusavit, nunc interim nihil querimur, quia synodorum[o] sententiam sequentes, minores culpas quae negantur ulcisci recusamus. Hoc tamen quia semel et iterum sit factum cognovimus, sed fieri ulterius prohibemus. Fraternitas autem tua sit omnino sollicita, ne hoc[p] quod praesumptioni inchoanti[q] adhuc ceditur[r], in proficiente[s] deterius vindicetur.

Conquesti praeterea estis, quod quidam de sacerdotali ordine Ravennatis civitatis peccatis inminentibus gravibus sint criminibus involuti. Quorum causam vel illic te discutere volumus, vel hic[t] eos, si tamen probationum difficultas pro locorum longinquitate non impedit, ad haec ipsa discutienda transmittere. Quod si vel ad tuum iudicium vel ad nos, maiorum fulti patrocinio quod non credimus, venire despexerint[u], et in obiectis sibi capitulis contumaciter respondere nequiverint[v], volumus, ut eis post secundam et tertiam ammonitionem tuam ministerium sacri interdicas officii, atque nobis de contumacia eorum scriptorum tuorum tenore renunties. Ut deliberemus, quemadmodum actus eorum[w] debeas subtiliter perscrutari, atque secundum diffinitiones[x] canonicas emendare. Cognoscat igitur fraternitas tua de causa hac nos plenissime absolutos ex eo, quod vobis causas ipsas commisimus subtiliter perquirendas, atque omnia peccata eorum si inulta evenerint[y] et[z] omne pondus discussionis

a) Michaelium *corr. in* Michahelium *R 3;* Michaelem *edd. pr. G* (*G notat in marg.: al.* Michaelium); Michaelium *ed. M.* b) Ravenna *r 2.* c) secreto *R 3, edd.* d) *ita r 1, R 3;* unde quae ergo *R 1, r 2 (erad.* unde *R 1).* e) *corr. ex* debes *R 3 (cf. supra ep. III, 46, 15. 49, 22).* f) *add. supra vers.* que *R 3.* g) *ex* temtis *R 1, r 2.* h) deviari *r 1. 2.* i) *ex* docueritis *R 3.* k) ut *r 1. 2, edd. pr. G et teste ed. M Vatic. A. Reg.;* uti *praeter R 1. 3 etiam Norm. Turon. duo Vatic. et alii, ut ed. M notat.* l) im *R 1.* m) pallium *R 3, r 1. 2 (corr. in* pallio *R 3), sec. ed. M Vatic. A et Reg., edd. pr. G (post* ulterius *add.* ferre *ed. G).* n) secretorio *r 1. 2 (corr. in* secretario *r 1).* o) quasi modorum (*suprascr.* vel quia maiorum) *R 3.* p) *corr. in* in hoc *R 3.* q) incoantia *r 1. 2;* in inchoantia te *ed. pr.* r) cedear *r 1. 2.* s) profiente *r 1. 2.* t) huc *R 1. 3, edd.* u) *ex* dispexerint *r 2.* v) *ita r 1. 2 et teste ed. M Vatic. C. D. Audoen. Gemet. Pratell. Lyren.;* qui verint *corr. in* quieverint *R 3;* uerint *corr. in* temptaverint *R 1;* vel noluerint vel nequiverint *Vatic. A (ed. M);* praesumserint *4 Anglic. Michael. et Sag. (ed. M);* voluerint *ed. pr.;* noluerint (*in marg. al.* nequiverint, *al.* tentaverint) *ed. G.* w) *add. sed delet* ut *R 3.* x) definitiones *R 1.* y) inulte venerint *r 1. 2, edd. G. M;* multa fuerint *ed. pr.* z) et *om. edd. G. M.*

Romanorum acta sic in scrinio Lateranensi conservata fuisse, ut postea scrinium in testimonium adducatur pro privilegio tributo vel non tributo. Adnotat hic Alteserra, 'privilegium esse suspectum, si non inveniatur in archivo sedis apostolicae', citatque S. Hieronymi verba ex libro III. adversus Rufinum: 'Si a me fictam epistolam suspicaris, cur eam in Romanae ecclesiae chartario non requiris'.

1) His ex verbis cognoscimus iam antea de privilegiis Ravennatis ecclesiae litem exarsisse. Sed mirum in modum Agnellus in Libro Pontif. Eccl. Ravenn. de his rebus tacet. *2) i. e. responsarii aut apocrisiarii.*

huius in tuae animae redundare periculo. Sciens, nullam dilectionem vestram excusationem apud futurum iudicem habituram, si non excessus cleri tui cum summa canonici rigoris severitate correxeris, et hos[a], quibus[b] haec fuerint[c] adprobata, sacros ulterius ordines temerare permiseris.

Illud[d] autem, quae[e] pro utendis a clero vestro mappulis[1] scripsistis, a nostris est clericis fortiter obviatum, dicentibus nulli hoc umquam aliae[f] cuilibet concessum fuisse ecclesiae, nec Ravennates clericos vel illic[g] vel in Romana civitate tale aliquid cum sua conscientia praesumpsisse, nec si temptatum esset ex furtiva usurpatione sibi praeiudicium[h] generari[i]. Sed etiam[k] in qualibet ecclesia hoc praesumptum fuerit, asserunt emendandum, quod non concessione Romani pontificis, sed sola subreptione praesumitur. Sed nos servantes honorem fraternitatis tuae, licet contra voluntatem antedicti cleri nostri, tamen primis diaconibus vestris, quos[l] nobis quidam testificati sunt etiam ante eis usus[m] fuisse, in obsequio dumtaxat tuo mappulis uti permittimus, alio autem tempore vel alias personas hoc agere vehementissime prohibemus.

III, 55.

Gregorius I. papa Cypriano diacono (Siculi patrimonii rectori) mandat, ut Cosmae, si ipse substantia sua creditoribus satisfacere et filios suos e manibus eorum liberare non valeat, debita persolvat. *593, Iul.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 94 (Ind. XI. cap. 55).
Edd. M: Lib. III. ep. 58; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 56. — Iaffé Reg. 1260 (897).

a) aut hos *R 1;* hosque *r 1; om.* et *et corr.* hos *in* hosque *R 3.* b) *corr. in* in quibus *R 3.* c) fuerit *codd.; corr. in* fuerint *R 1. 3.* d) (*delet* illis) quae (autem pro) *R 3.* e) quod *edd.* f) alii *R 3, ed. M;* alio *ed. G.* g) hic *R 1. 3* (*corr. R 3 in* illic), *om. autem sequens* vel *R 1.* h) sine praeiudicio *R 3.* i) *corr. in* geri *R 3.* k) etiamsi *edd. G. M.* l) quod *r 1. 2, ed. pr.* m) *corr. in* usos *r 2;* usos *r 1, R 3, edd.*

1) Neque de mappularum usu apud Ravennatis ecclesiae clericos Agnellus in Libro pont. Ravenn. ecclesiae mentionem facit. Sunt autem mappulae linteola alba mappularum vice, ut explicat Alteserra. Citant Maurini Iohannem diac. in Vita Gregorii Lib. II. c. 43, Cardinalem Bonam De rebus Liturgicis Lib. I. c. 24 § 1 et notam 736 Menardi in librum Sacramentorum. Erant his mappulis induti Romani clerici, quando in processione solemni cum papa procedebant. (Cf. Vitam Constantini in Libro pontificali).

III, 55 Epistola haec si recte a librariis adhuc mensi Iulio adscripta est, Cypriano iter in Siciliam facienti submittebatur. Nam in ep. III, 57 nempe mense Augusto demum data, de 'Cypriano diacono veniente ad Siciliae partes' loquitur papa. Sed novam difficultatem movet epistolae nostrae tempori ep. IV, 43, quae cum easdem res tractet, cur mense Augusto sequentis anni (594) scripta sit non intelligo. — Cyprianus diaconus Romanus rector dicitur patrimonii Siciliae in epp. IV, 6. 15. V, 7. VI, 13, VII, 38. 41; ex ep. VIII, 7 patet eum a. 597, Nov. adhuc magistratura Siciliana functum esse; dein primum in epistolis IX, 15. 65 a. 598, Oct. et Nov. Dec. ex Sicilia Romam reversus indicatur. Cyprianus patrimonia Siciliae insulae, quae post Petri subdiaconi discessum (vide ep. II, 38 p. 136) in Syracusanam et Panormitanam partem distincta erant, denuo coniunctim regebat. Post eum iterum duo sunt instituti rectores diversarum partium. Et revera causarum onus tantum fuisse videtur, ut etiam Cypriani tempore negotia quaedam ad partem Panormitanam spectantia Fantino defensori Romano Panormi residenti cui post patrimonium Panormitanum ipsum commissum est attribuerentur; cf. ep. IV, 43. Itaque Cyprianus, qui certe Syracusis res suas

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO.

Cosmas[1] ex variis periculorum necessitatibus multis se dicit debitis obligatum, ita ut pro eis a creditoribus suis suos dicat filios[2] detineri. Quae res si ita est nos omnino commovit. Quamobrem hortamur dilectionem tuam, ut quia de rebus pauperum dandis agitur, causam eius cum summa subtilitate perquiras. Et si inveneris eum praedictis debitis veraciter involutum, ut non sit substantia, unde possit haec ipsa persolvere, praedictos creditores eius videas[a] et propter recolligendos filios[3] eius quanta cognoveris quantitate componas. Quodque ipsam[b] sicut dictum est hic non habet unde restituat, de rebus pauperum ex praesenti nostra auctoritate persolve, sciens quicquid illic te providente datum fuerit patrimonii nostri pensionibus esse reputandum.

MENSE AUGUSTO INDICTIONE XI.

III, 56.

Gregorius I. papa Secundino episcopo (Tauromenitano) iam iterum praecipit, ut baptisterium de monasterio S. Andreae super Mascalas auferri atque quo loco fontes sint altare fundari curet. *593, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 95 (Ind. XI. cap. 56).
Edd. M: Lib. III. ep. 59; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 57. — Iaffé Reg. 1261 (898).

III, 55 in titulo Cipriano *r 1.* a) adeas *(fort. melius) edd. G. M; cf. ep. III, 39 p. 197, 11.* b) quodque ipso *R 1;* quae ipsam *r 1. 2 (corr. in* quia ipsam *r 2);* quam ipsam *ed. pr.;* et quia *edd. G. M.*

Mense *cet. in fine ep. III, 55 r 1. 2, edd. (quarum M citat Turon. S. Gat. Colb. vet. et Vatic. A). Add.* Data *R*1, ed. pr. Om. hanc notam R 1.*

agebat, praecipue huius partis negotia curabat, quamvis omnes causae generales competentiae eius subessent; cf. epp. IV, 15. VII, 19.

1) Cosmas idem in ep. IV, 43 Syrus nominatur. Agebat autem ut ex eadem ep. patet Panormi negotia. Maurini apte hac occasione Hieronymum proferunt testem, Syros per totum mundum illis temporibus negotiorum ardore excelluisse (Hieron. ad Laetam: 'Syri negotiatores avidissimi mortalium') et Sidonium citant (Lib. I, ep. 8) ludentem: 'foenerantur clerici, Syri psallunt'. 2) De uno filio Cosmae, qui a creditoribus teneretur, ep. IV, 43 refert. — Cum Gussanvillaeo Iustiniani Novellam 134 c. 7 afferre liceat, ubi in ed. Lingenthal Const. CLXVI (p. 381) de filiis debitorum a creditoribus nec in pignus nec in servile ministerium nec in conductionem retinendis, dicitur: Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοιαύτην ἀσέβειαν ἐν διαφόροις τόποις τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἔγνωμεν ἁμαρτάνεσθαι, ὅτι οἱ δανεισταὶ τὰ τέκνα τῶν χρεωστούντων τολμῶσι κατέχειν ἢ εἰς ἐνέχυρον ἢ εἰς δουλικὴν ὑπηρεσίαν ἢ μισθοῦν, τοῦτο πᾶσι τρόποις κωλύομεν. καὶ κελεύομεν, εἴ τις τοιοῦτό τι πλημμελήσει μὴ μόνον ἐκπίπτειν αὐτὸν τοῦ χρέους, ἀλλὰ καὶ τοσαύτην ἄλλην ποσότητα καταδικάζεσθαι δοθησομένην τῷ κρατηθέντι παρ' αὐτοῦ ἢ τοῖς γονεῦσιν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ σωματικαῖς ποιναῖς αὐτὸν καθυποβάλλεσθαι παρὰ τῶν κατὰ τόπον ἀρχόντων, ἐπειδὴ πρόσωπον ἐλεύθερον ὑπὲρ χρέους ἐτόλμησε κατασχεῖν ἢ μισθῶσαι ἢ ἐνεχυριάσαι. 3) Alias recolligere *de mancipiis elapsis dicitur; epp. IX, 10. 191.*

GREGORIUS SECUNDINO EPISCOPO.

Pridem praecepimus [1], ut de monasterio sancti Andreae quod est super Mascalas [2] baptisterium propter monachorum insolentias [3] debuisset auferri, atque in eodem loco quo fontes sunt altare fundari. Cuius rei perfectio hactenus est protracta. Ammonemus igitur fraternitatem tuam, ut [a] nullam iam moram post susceptas praesentes litteras nostras inseras [b]. Sed repleto [4] loco ipsarum [c] fontium, altare ad sacra celebranda mysteria [d] illic sine aliqua dilatione fundetur, quatenus et praedictis monachis opus Dei securius liceat celebrare, et non de neglegentia vestra contra fraternitatem tuam noster animus excitetur.

III, 57.

Gregorius I. papa Italicae patriciae significat, se mandasse Cypriano diacono (rectori patrimonii Siculi) in Siciliam eunti, ut controversiam de causis pauperum cum ea componeret. *593, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 96 (Ind. XI. cap. 57).
Edd. M: Lib. III. ep. 60; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 58. — Iaffé Reg. 1262 (899).

GREGORIUS ITALICAE PATRICIAE.

Suscepimus plenas dulcedine litteras vestras, atque incolomitatis [a] excellentiae vestrae nos laetificavit auditus. Circa quas tanta nostrae [b] est mentis sinceritas, ut nihil in earum tranquillitate simultatis [c] reconditum paternus nos suspicari permittat affectus. Sed omnipotens Deus faciat, ut sicut nos de vobis bona sentimus, ita mens vestra nobis bona respondeat, et dulcedinem quam verbis impenditis exhibeatis operibus. Nihil enim prodest gloriosissima sanitas et pulchritudo in superficie corporis, si vulnus latet intrinsecus. Atque illa magis cavenda est discordia, cui satellitium pax praebet exterior [d]. Illud vero quod in praedictis epistolis revocare in memoriam nostram excellentia vestra studiose contendit, scriptum [e] vobis, nihil cum scandalo, nihil cum forali strepitu vobiscum nos [1] velle de causis pauperum definire [f], haec [g] nos et scrip-

III, 56 in titulo secondino *r 2;* secindino *R 1. — Add.* Taurominitano *ed. G;* Tauromenitano *ed. M, quamvis notet, id omitti in omnibus Vatic. Norm. Colbert. Corb. etc.* a) ut *delent R 1, r 2;* ut *om. r 1.* b) *sic scribo;* inserere *R 1, r 2;* insere *r 1;* inferas *ed. pr.;* inserere debeas *edd. G. M.* c) *ita R 1, r 1;* ipsorum *r 2, edd.* d) misteria *R 1, ed. pr.*

III, 57 in titulo abbrev. pat. *codd.* a) incolumitatis *r 2.* b) vestrae *R 1.* c) simultates *r 1.* d) interior *Vatic. D (ed. M).* e) scriptum *eras. videtur et in ras. addit* sciat *R 1;* sciat scriptum *edd. G. M.* f) diffinire *r 1.* g) hoc *edd. G. M.*

III, 56 Fortasse una cum ep. III, 57 in Siciliam translata. — De Secundino episcopo, quem epp. VI, 33. VIII, 30. IX, 3 Tauromenitanum designant, cf. notas 1. 4 ad ep. I, 72. 1) *Praeceptum deperditum dicit papa.* 2) *De monasterio S. Andreae super Mascalas cf. Cod. dipl. Siciliae I, 149.* 3) *i. e. quia monachis insolitum erat, ut Maurini explicant, citantes etiam Gratiani (CXVIII. q. 2. c. 7) lectionem, quae pro 'insolentias' vocem 'molestias' praebet. Cf. post:* ut securius liceat monachis opus Dei celebrare. *De insolentiis vel molestiis monachis illatis agit papa.* 4) *'Defossi erant intra terram baptisterii fontes' (Maurini).*

III, 57 Cf. de Italica patricia, uxore Venantii, notam ad ep. I, 33 (p. 45). Nobilitate et divitiis inter Siculos (Syracusanos) excellebat. 1) *Vide supra in ep. III, 3 (p. 161):* et grave nobis est cum publico litigare. *Cf. Grisar, Haushalt der päpstlichen Patrimonien p. 540.*

sisse meminimus[2], et scimus nosmetipsos iuvante[h] Domino a causarum litigiis ecclesiastica moderatione compescere, atque secundum illum apostolicum sensum rapinam (Hebr. 10,34.) bonorum nostrorum cum gaudio sustinere. Sed illud scire vos credimus, taciturnitatem atque patientiam nostram futuris post me pontificibus in rebus pauperum praeiudicium non facturam. Unde et nos explentes supra memoratam promissionem nostram iam de causis ipsis praevidimus reticendum, nec in his in quibus minus agi benigne sentimus, desideramus nos per nosmetipsos inmiscere negotiis. Sed ne forte ex his coniciatis, gloriosa filia, ea quae ad concordiam pertinent adhuc nos omnino rennuere, filio nostro Cypriano diacono[3] venienti[i] ad Siciliae partes indiximus, ut si quid de his salubriter et sine peccato animae vestrae ordinare disponitis, ex nostra vobiscum auctoritate definiat, et nos non amplius illis vexemur negotiis, quorum cum mansuetudine est dispensatus[k] effectus. Deus autem omnipotens, qui ea quae et omnino inpossibilia sunt ad possibilitatem bene novit[l] inflectere, ille vobis aspiret et causas vestras cum pacis intentione disponere, et pro mercede animae vestrae de rebus eis competentibus huius ecclesiae consulere pauperibus.

III, 58.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat de consecrando parthenone Neapolitano. *593, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 97 (Ind. XI. cap. 58).
Edd. M: Lib. III. ep. 63; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 59. — Iaffé Reg. 1264 (902).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Religiosis desideriis sine difficultate praestari decet effectum. Atque ideo Gratiosa abbatissa una cum congregatione sua, oblata petitione[1] quae tenetur in subditis, postulavit, quod patriciae recordationis Rustica per ultimum voluntatis suae arbitrium[a] in civitate Neapolitana, in domo propria, in regione Herculensi, in vico qui appellatur[b] Lampadi[c], monasterium[d] ancillarum Dei[e], in quo praefatam Gratiosam abbatissam praeesse disposuit, simulque et oratorium exstruxisse[f] dinoscitur, cui et

h) *ex* iubante *R 1.* i) *ex* benienti *R 1.* k) dispensandus *ed. G.* l) *ex* nobit *R 1.*

III, 58 in titulo fortinato *R 1*; fortunato *ex* furtunato *corr. r 1.* — neapolim *r 1. 2.* a) per ultimo . . . arbitrio *r 1.* b) *sigla adhibent* qa *r 1. 2*; qua *R 1*; q *ed. pr.*; quondam *sec. ed. M Vatic. A. C*; in quo *ed. G.* c) Lampades *ed. pr.*; Lampadius *ed. G.* d) *add.* construi voluerit *ed. M (ita in pluribus mss. et antiquioribus edd. legi observat G in not. 3).* e) *add.* constituit *ed. pr.*; constituit sepeliretur *ed. G.* f) struxisse *r 1*; destruxisse *r 2.*

2) *Epistola, quam se scripsisse papa meminit, nobis non asservata est.* 3) *Cf. de Cypriano, rectore patrimonii Siculi, tunc in Siciliam iter faciente, notam ad ep. III, 55.*

III, 58 Eandem formulam praebet Liber diurnus n. XVI, nec multum ab ea discrepat n. XV (vide Rozière p. 44. 45). Cf. ep. V, 50, quae eadem formula utitur ac nostra. — De rebus Neapolitanis, quibus factum est, ut Fortunatus episcopus crearetur, vide epp. II, 5. 12. 18. III, 15. 35. Eodem tempore cum epistola nostra papa Fortunato in ep. III, 60, quod a Neapolitanis bene receptus sit, gratulatur. Plurima ad eundem episcopum rescripta in registro conservata sunt; ultimum anno 600 Apr. (ep. X, 9). Et ante mensem Iulium eiusdem anni Fortunatum ex vita discessisse docet ep. X, 19. Successorem eius Paschasium primum ep. XI, 22 (Febr. 601) nominat. 1) *Cf. quae de 'petitione quae tenetur in subditis' monuimus ad epp. II, 9 (not. 1). III, 45 (not. 3).*

pro voto suo quattuor uncias totius substantiae suae[2] dimisisse[g] suggessit, quodque in honore[h] beatae Mariae semper virginis genitricisque[i] dei et domini nostri Iesu Christi desiderat[k] consecrari. Et ideo, frater karissime, praesenti praeceptione dilectionem tuam duximus adhortandam, ut inspecto primitus testamento, si iure subsistit[l], et easdem quattuor uncias verissime[m] eidem monasterio conlatas esse compereris, ad praedictum locum cum postulaverint ingravanter accedas[n], venerandae[o] sollemnia dedicationis impendens, ut quotiens necesse fuerit a presbiteris ecclesiae in superscripto[p] loco deservientibus celebrentur sacrificia veneranda missarum. Ita ut in eodem monasterio neque fraternitas tua neque presbiteri praeter diligentiam disciplinae aliquid molestiarum inferat[q] aut si quid pro diversorum devotione commoditatis accesserit sibi aestimet vendicandum[r], cum ancillis Dei in eodem loco deservientibus debeat proficere, quicquid offerri[s] contigerit.

III, 59.

Gregorius I. papa Eutychio, episcopo Tyndaritano, significat, petiisse se a Siciliae praetore (Libertino), ut in oppugnandis idolorum cultoribus atque Angelliorum dogmatis studiosis eum adiuvaret. *593, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 98 (Ind. XI. cap. 59).
Edd. M: Lib. III. ep. 62; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 60. — Iaffé Reg. 1263 (900).

GREGORIUS EUTYCHIO EPISCOPO TYNDARINO.

Scripta fraternitatis tuae Benenato[1] ecclesiae tuae clerico deferente suscepi, gratiasque omnipotenti Deo retuli[a] quod in causis animae et his, quae[b] ad Deum pertinent, te[c] occupatum esse cognovimus. Scripsisti siquidem nobis quosdam idolorum[d] cultores atque Angelliorum[e] dogmatis[2] in his in quibus constitutus es partibus inveniri,

g) demisisse *r 2.* h) honorem *r 1, edd. G. M.* i) genetricisque *r 2.* k) desideravit *edd. G. M.* l) subsistat *edd. G. M.* m) veridissime (*fors. pro* veridicissime) *R 1, r 2 (corr. in* verissime *R 1).* n) adcedas *r 2.* o) *ex* benerandę *R 1.* p) *ita, siglis non adhibitis, codd.* q) *corr. in* inferant *R 1;* inferant *edd.* r) *ita R 1 (cf. Librum diurn. l. l.); abesse ab omnibus codd. verba* sibi aestimet vendicandum *dicit ed. G, ab veteribus vulgatis consentientibus multis mss. ed. M; pro* sibi aestimet vendicandum *scribunt* sive vestimentum candicandum *r 1. 2, R*1, ed. pr.;* sive vestimentum candidum *sec. ed. G in quibusdam mss. et ed. Veneta 1504, eodem teste* candificandum *in aliis;* sive vestimentum candidum *sec. ed. M Norm. tres Vatic. et plerique. Quo factum est ut post* vendicandum *edd. G. M. addant:* sive aurum sive argentum sive praedium sive vestimentum omnibus modis constructio praefata possideat *quem locum ed. G ita in not. 6 emendare vult, ut verba praecedentia* sibi aestimet vendicandum *(ex quibus tota corruptio orta est) deleat.* s) *add.* ibidem *edd. G. M.*

III, 59 in titulo Eutichio *R 1;* Euticio *R*1, ed. pr.* — tindarino *R 1;* tundarino *(saepius* u *cum* y *confunditur) r 1. 2, R*1; 'in 4 Vatic. Norm. Rem. Reg. et plerisque legi'* Tindarino *vel* Tundarino *in 2 Teller.* Londario *notat ed. M;* Tundaritano *ed. pr.;* Tyndaritano *edd. G. M.* a) rettuli *r 2.* b) qui *r 2, R 1.* c) *ex* pertinente *corr. R 1.* d) ydolorum *R 1.* e) angelorum *R 1, r 2, edd. pr. G; corr. in* angelliorum *R 1, et indicat ed. G not. 2, in quibusdam mss., ut in Anglicanis 5, legi* Angelliorum.

2) *i. e. tertiam bonorum suorum partem* (1/3)*; cf. notam 1 ad ep. I, 42. p. 67.*

III, 59 De Eutychio episcopo hic tantummodo agitur. Successorem eius Benenatum in ep. IX, 180 (a. 599, Iul.) invenimus. — Tyndaris, Siciliae urbs ad septentrionalem oram sita in conspectu insularum Liparaearum, nunc excisa (Santa Maria di Tindaro). 1) Idem esse videtur, qui post Eutychium episcopus Tyndaritanus occurrit. 2) De Angelliorum dogmate varias opiniones viri docti attulerunt. In Codice dipl. Siciliae I, 152 Angelliorum dogmatis studiosi ita ut idolorum cultores pagani nominantur. Eodem modo Alteserra Anglorum dogma legens de idolorum cultoribus, Anglorum dogmate id est erroribus imbutis loquitur. Angelorum dogma Iudaeorum olim haeresim fuisse interpretatus est Baronius ad ann. 593

de quibus plures asseruisti esse conversos, aliquos autem potentum nomine atque locorum se qualitate defendere. Auxiliantes[f] igitur bonis tuae caritatis operibus viro glorioso praetori Siciliae nostra scripta transmisimus[3], quatenus iuvante[g] Domino qua potest tibi virtute concurrat, ut quod laudabiliter coeptum[h] est valeat salubriter adimpleri. Oportet ergo fraternitatem tuam maximam in hoc sollicitudinem gerere. Vere enim episcopalem viam[i] sequeris[k], si per zelum linguamque tuam hos qui a fidei veritate dissentiunt in ecclesiae unitatem[l] reduxeris.

III, 60.

Gregorius I. papa Fortunato, Neapolitano episcopo, a Neapolitanis bene recepto, gratulatur. *593, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 99 (Ind. XI. cap. 60).
Edd. M: Lib. III. ep. 61; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 61. — Iaffé Reg. 1265 (901).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Scripta tuae caritatis accepimus, quibus nobis indicasti, Deo te propitio bene a[a] filiis tuis Neapolitanis civibus esse susceptum. De quibus gratias omnipotenti Deo retulimus[b]. Oportet igitur affectui[c] eorum te tuis moribus compensare, malos cohercere, bonis te discrete atque benignissime relaxare, ad sequendas eos meliores partes frequentius ammonere, quatenus et illi[d] paternos in te mores invenisse se gaudeant, et tu creditam tibi regiminis causam[e] cooperante Domino studiosius exequaris[f].

III, 61.

Gregorius I. papa a Mauricio imperatore petit, ut in lege: 'Ne quis ad ecclesiasticum officium veniat implicatus publicis administrationibus', emendet illas accessiones: 'Ut eidem in monasterio converti non liceat', atque: 'Ut nulli, qui manu signatus est, converti liceat'. Se, ut iussus fuerit, hanc legem per diversas terrarum partes transmisisse nuntiat. *593, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 100 (Ind. XI. cap. 61).
Edd. M: Lib. III. ep. 65; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 62. — Iaffé Reg. 1266 (903).

f) auxiliante *R 1.* g) *ex* iubante *R 1.* h) *ita scribo cum edd. G. M;* acceptum *codd. nostri;* inceptum *ed. pr.* i) vitam *edd. G. M.* k) requiris *R 1.* l) unitate *R 1.*

III, 60 in titulo fortunato *ex* furtunato *r 1.* — neapli *abbrev. R 1.* a) *om. et postea add.* a *R 1.* b) rettulimus *r 2.* c) effectui *r 1. 2.* d) *om.* et illi *R 1.* e) curam *R 1.* f) exequeris *R 1.*

(p. 553). Recte autem Maurini Nicephori hist. lib. 18 c. 49 citant, qui de Severitis vel Sabellianistis (qui in natura trinitatis errarerunt) narrat, istos ab adversariis Angelitas appellari a quodam Alexandriae loco Angelii nomen habente. Cf. de Manichaeis et Iudaeis in Sicilia degentibus ep. V, 7.

3) Scripta transmissa praetori Siciliae (i. e. Libertino, cf. ep. III, 37) deperdita sunt.

III, 60 Cf. de Fortunato, qui post longum interregnum Demetrio in ecclesia Neapolitana successit, notam ad ep. III, 58.

GREGORIUS MAURICIO AUGUSTO.

Omnipotenti Deo reus est, qui serenissimis dominis[1] in omne[a], quod agit et loquitur purus non est. Ego autem indignus pietatis vestrae famulus in[b] hac suggestione mea[c] neque ut episcopus neque ut servus[2] iure reipublicae[d], sed iure privato loquor, quia, serenissime domine, et[e] illo iam tempore dominus meus fuisti, quando adhuc dominus omnium non eras[3].

Longino[f] viro clarissimo stratore[4] veniente, dominorum[g] legem suscepi, ad quam fatigatus tunc egritudine corporis respondere nil valui[5]. In qua dominorum[g] pietas sanxit[h], ut quisquis publicis administrationibus fuerit implicatus, ei ad ecclesiasticum officium venire non liceat[6]. Quod valde laudavi[i], evidentissime sciens, quia qui saecularem habitum deserens ad ecclesiastica officia venire festinat, mutare vult saeculum, non relinquere. Quod vero in eadem lege dicitur[k], ut ei in monasterio[l] converti non liceat[7], omnino miratus sum, dum et rationes eius possunt[m] per monasterium fieri, et agi potest, ut ab eo loco in quo suscipitur eius quoque debita[n] suscipiantur[o] [8].

III, 61 in titulo, ut ed. M adnotat, in Vatic. B et nonnullis Mauricio Tiberio Augusto. a) *corr. in* omni *R 3.* b) *om.* in *R 3.* c) mea *om. r 1. 2, edd.* d) iure meo publice (*corr. in* publico) *R 3.* e) ex *edd. G. M.* f) Longiro *R 3.* g) *om.* legem . . . dominorum *R 3.* h) sancxit *R 1.* i) laudo *R 3.* k) dicit *R 1.* l) monasterium *r 1, edd. G. M.* m) possent *ex* posset *R 1;* possint *ex* possunt *R 3.* n) *corr. ex* devita *R 1;* de vita *R 3.* o) suscipiatur *R 1. 3;* solvantur *ed. G.*

III, 61 Una cum sequentibus quatuor epp. Constantinopolim missa. — Cf. ep. III, 64, qua discimus, papam epistolam nostram Theodoro imperatoris medico misisse, ut eam Mauricio oportuno tempore secrete suggereret, addens haec verba: nolo eam a responsali meo *(i. e. Saviniano diacono, cf. epp. III, 51 sq.)* publice dari, quia vos qui ei *(i. e. Mauricio)* familiarius servitis loqui ei apertius et liberius potestis. — *De Mauricio imperatore (582-602) vide epp. I, 5. 6. 16a. b. II, 1.* *1) De forma plurali hic et infra promiscue cum singulari posita cf. not. 5 ad ep. I, 6 (p. 8).* *2) Relationes quae intercedunt inter imperatorem et papam Romanum vide in not. 2 ad ep. I, 5 (p. 7).* *3) De tempore papa loquitur, quo Romanae ecclesiae negotia curans apocrisiarii loco Constantinopoli fuerat et Mauricius nondum imperium inierat: annis cc. 578-582.* *4) De stratoribus agit titulus proprius Codicis lib. 12. In aula imperatoris magistratus erant summae dignitatis, ut gallice le grand ecuyer, apud nos Oberstallmeister. Alteserra de Longino monet, eum ex stratore Romano in exarchatu Ravennae successisse. Aperto errore. Nam cum Longino illo praefecto eum confundit, qui anno 567 Narsi patricio et chartulario in exarchatu successerat. (Cf. Paulum diac. in lib. II. ed. MG. SS. Langob. pp. 75. 89).* *5) Suo iure Muralt l. l. Mauricii legem, de qua hic tractatur, in annum 592 (indict. X) ponit, cum in ep. III, 64 Gregorius 'transacto anno' imperatorem legem nostram edidisse dicat.* *6) Neque in historicis neque in iuridicis monumentis priorum temporum alias huius legis mentio fit. Citat autem ad hunc locum Alteserra Constantini constitutionem, qua ratiociniis publicis obnoxii et publicis officiis addicti arcentur a sacris ordinibus, nisi consensu principis (L. Officiales. C. de Episc. et Cleric. l. 3. C. Theod.) adiecitque, Innocentium I. hanc legem probasse, ne ecclesia de his ad ordinem revocatis tristetur. (Cf. Iaffé Reg. ed. 2 n. 286. 314.) Eandem Constantini legem citat Gregorovius (Gesch. der Stadt Rom II, 57 Anm.):* Schon Constantin hatte A. 320 ein Gesetz erlassen müssen, welches die Flucht der Decurionen, jener unglücklichen Finanzsclaven des Staats, in den geistlichen Stand verbot. Cod. Theod. XVI. 2. 3. *7) Verba quibus pars altera legis composita erat plenius ac accuratius, ut videtur, in ep. III, 64 (cf. ep. VIII, 10) citantur:* ut nullus qui actionem publicam egit, nullus qui optio vel manu signatus vel inter milites fuit habitus, ei in monasterio converti liceat, nisi forte si militia eius fuerit expleta. *Cf. Digestorum lib. 50 tit. 4 (ut Maurini monent), et quae de hac lege protulit Hinschius K. R. III, 685.* *8) Maurini adnotant: 'res quascunque habuerit monachus dominii fuisse monasterii atque illius debita ab ipso monasterio persolvi convenisse'. Vide Iustiniani Novell. 5 c. 4 (ed. Lingenthal, p. 64).*

Nam etsi quisquam devota mente converti voluisset, prius res[p] male ablatas[q] redderet, et de sua anima tanto verius, quanto expeditior, cogitaret. In qua lege subiunctum est, ut nulli qui in manu signatus est[9], converti liceat. Quam constitutionem ego, fateor[r] dominis meis, vehementer expavi. Quia per eam caelorum via multis clauditur, et[s] quod nuncusque licuit[10], ne liceat prohibetur. Multi enim sunt, qui possunt religiosam vitam etiam cum saeculari habitu ducere. Et plerique sunt, qui nisi omnia reliquerint[t], salvari apud Deum nullatenus possint[u]. Ego[v] vero haec dominis meis loquens, quid sum nisi pulvis et vermis? Sed tamen quia contra auctorem omnium Deum hanc intendere constitutionem sentio, dominis tacere non possum. Ad hoc enim potestas super omnes homines pietati dominorum meorum caelitus data est, ut qui bona appetunt adiuventur, ut caelorum via largius pateat[w], ut terrestre regnum caelesti regno famuletur. Et ecce aperta voce dicitur, ut ei, qui semel in terrena militia signatus fuerit, nisi aut expleta militia, aut pro debilitate corporis repulsus[x], Christo militare non liceat.

Ad haec[y] ecce per me servum ultimum suum et vestrum respondit[z] Christus, dicens: 'Ego te de notario comitem excubitorum[a][11], de comite scubitorum[a] caesarem, de caesare imperatorem, nec solum hoc, sed etiam patrem imperatorum feci. Sacerdotes meos tuae manui commisi, et tu a meo servitio milites tuos subtrahis'. Responde rogo piissime domine servo tuo, quid venienti et haec dicenti responsurus es in iudicio Domino tuo?

Sed fortasse creditur, quia nullus eorum puro animo convertatur. Ego indignus famulus vester scio, quanti[b] diebus meis in monasterio milites conversi miracula fecerunt, signa et virtutes operati sunt[12]. Sed per hanc legem iam ne quisquam talium converti valeat[c] prohibetur.

Requirat rogo dominus meus, quis prior imperator talem legem dederit[13], et subtilius aestimet[d], si debuit dari. Et[e] considerandum valde est, quia eo iam tempore prohibentur quique relinquere saeculum, quo adpropinquavit[f] finis ipse saeculorum. Ecce enim mora non erit, et ardente caelo, ardente terra, coruscantibus elementis, cum angelis et archangelis, cum thronis et dominationibus, cum principatibus et potestatibus tremendus iudex apparebit[14]. Si omnia peccata dimiserit, et solum[g] hanc legem contra se dixerit[h] prolatam, quae rogo erit excusatio? Unde per eundem tremendum iudicem deprecor, ne illae tantae lacrimae, tantae orationes, tanta ieiunia, tantaeque elemosynae domini mei, ex qualibet occasione apud omnipotentis Dei oculos fuscentur, sed aut interpretando[i] pietas vestra, aut inmutando vigorem eiusdem legis

p) *om.* res *R 1. 3.* q) ablata *R 3.* r) fatear *r 1.* s) *corr. in* si *r 2.* t) *ex* reliquerunt *r 2.* u) possunt *R 3, edd G. M.* v) ego *ex* hec *R 1.* w) *ex* pateant *R 1.* x) *add.* Domino Iesu *edd. G. M.* y) *add.* ei *R 1.* z) *corr. in* respondet *R 3;* respondebit *edd.* a) *ita R 1. 3;* excubitorum *utroque loco r 1. 2 (cf. ad ep. I, 31 not.).* b) *add.* his *edd. G. M;* in his (*om.* meis) *ed. pr.* c) debeat *R 3, ed. M.* d) aestimat *r 2.* e) *add.* quidem *edd. G. M.* f) adpropinquabit *R 1;* adpropinquat *ed. G.* g) *corr. in* solam *R 3.* h) *add.* esse *R 3, edd. G. M.* i) temperando *ed. G (ita invenit in Gemet. Becc. ac nonnullis ed. M).*

9) Manu signati erant milites. Nam tyrones, quo desertores agnoscerentur, in manu punctis signari solebant. (Alteserra.) *10) Cf. Iustiniani Novell. iam supra citatam* c. 2 *(ed. Lingenthal p. 60).* *11) Cf. de dignitate atque titulo comitis excubitorum ep. I, 31 not. (p. 43). Mauricium autem ante initum imperium comitem excubitorum fuisse, quamvis alio loco nusquam referatur (a Theophane ed. Bonn. p. 387 Mauricius tantum τῶν Φυδεράτων κόμης nominatur), re ipsa elucet. Nam ut imperatores ex caesaribus ita caesares ex excubitorum comitibus promoveri consuetudo tunc in honoribus augendis erat (ut supra fusius monstravimus).* *12) De quibus saepius in Dialogorum libris papa narrat.* *13) Iulianum apostatam (ut ex ep. III, 64 discimus) sine dubio significat.* *14) Angelorum ordines papa enumerat. Cf. Gregorii Homilias in Evang. XV. XXXIV. (Ed. Maur. Gregorii opp. Tom. I. p. 1478. 1603).*

inflectat. Quia tunc magis dominorum exercitus contra hostes crescit, quando Dei exercitus ad orationem creverit.

Ego quidem iussioni subiectus eandem legem per diversas terrarum partes feci[15] transmitti, et quia lex ipsa omnipotenti Deo minime concordet[k] ecce per suggestionis meae paginam serenissimis dominis nuntiavi. Utrobique[l] ergo quae debui exolvi, qui et imperatori oboedientiam praebui, et pro Deo quod sensi minime tacui.

III, 62.

Gregorius I. papa Domitiano metropolitano (Armeniae, episcopo Melitinensi) de scripturae sacrae significatione respondet. Laudat eum, quod Persarum imperatorem quamquam frustra ad Christianam fidem vocaverit. De Mauricio (imperatore) addit.

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 101 (Ind. XI. cap. 62). 593, *Aug.*
Edd. M: Lib. III. ep. 67; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 63. — Iaffé Reg. 1268 (905).

GREGORIUS DOMITIANO METROPOLITANO.

Scripta dulcissimae et suavissimae beatitudinis vestrae suscipiens valde gavisus sum, quia multa mihi de sacra scriptura loquebantur[1]. Et quia dilectas in eis epulas repperi, eas avide comedi[a]. In quibus quaedam quoque de causis exterioribus et necessariis sunt permixta. Et quasi menti convivium praeparantes egistis, ut oblatae epulae ex diversitate melius placerent. Et siquidem exteriores causae velut inferiores et abiecti cibi minus sapiunt, ita tamen a vobis prudenter dictae sunt, ut libenter sumantur. Quia et cibi[b] contemtibiles plerumque dulces ex condimento bene coquentis fiunt. Servata autem veritate historiae, hoc quod dudum de divinae[c] significatione dixeram, respui nullo modo debuit. Nam et si mihi quoniam ita vultis significatio eius non congruit, ex ipsis tamen locis suis circumstantibus, hoc quod ex ea dictum Genes. 34. est teneri incunctanter potest. Nam et corruptor eius princeps terrae dicitur, per Iohan. 12. 31. quem aperte diabolus designatur: Quia et[d] Redemtor noster ait: 'Nunc princeps huius mundi eicitur[e] foras'. Qui[f] etiam uxorem petit[g], quia malignus videlicet spiritus festinat, ut licenter possideat animam, quam prius oculta seductione corruperit. Unde

k) concordat *edd. G. M.* l) *ex* utrubique *R 1.*

III, 62 a) commedi *R 1.* b) etsi (*om.* cibi) *R 1.* c) divina *edd.* d) *om.* et *edd. G. M.* e) eicietur *r 1, edd.* f) quam *codd. nostri et ed. pr.* g) petiit *R 1.*

15) Ep. VIII, 10 denotat papa. Quomodo autem fieri potuerit, ut ep. illa sub mense Nov. 597 scripta aut certe tunc demum in Registrum recepta sit, vide ibidem in nota.

III, 62 Una ut videtur cum epp. III, 61 et III, 63-65 primum Constantinopolim translata. — Erat autem Domitianus vir praestantissimus et Mauricii imperatoris consanguineus ad cuius laudem plurima adferunt Evagrius, Hist. eccl. VI. c. 16. 17. 18, Theophyl. Simocatta, Hist. IV. c. 14 etc. V. c. 3 etc. (ed. Bonn. p. 191. 194. 195; 208. 211), Theophanes, ed. Bonn. p. 410. 438. Quanti aestimaverit hunc sanguine sibi coniunctum pium episcopum Mauricius ex Simocatta VIII, 11 (p. 337) apparet. Mense Ianuario ind. V (i. e. anno 602) diem supremum obiit, ut ex Theophane p. 438 discimus. Intima amicitia et familiaritate cum papa, nimirum ex illo tempore, quo una Constantinopoli degebant, coniunctus fuit, qui neque in epistola nostra ei de imperatore ipso liberum iudicium proferre veretur. Altera epistola eidem scripta in ep. IX, 4 restat. — Metropolitanus erat Domitianus regionis olim Melitinae post provinciae Armeniae secundae seu minoris, cuius caput eiusdem nominis Melitine ad fluvium Euphratem inter Caesaream et Samosatam sita est (hodie Malathija). 1) Neque eruditionis expers erat Domitianus. Duae homiliae eius nobis asservatae sunt (cf. Baronium ad ann. 592 n. 27 p. 537). Relationes autem illas litterarias inter Gregorium et

Iacob filii vehementer irati contra omnem Sichem[h] domum eiusque patriam gladios sumunt, quia a cunctis zelum habentibus ipsi quoque insequendi sunt, qui maligni spiritus adiutores fiunt. Quibus prius circumcisionem praecipiunt, quos in dolore postmodum positos occidunt. Quia plerumque severiores magistri si zelum suum moderari nesciunt, quamvis per praedicationem vitia corruptionis resecent, cum iam a delinquentibus plangitur quod fuerat perpetratum, adhuc tamen ipsi per asperitatem disciplinae saeviunt, et duriores existunt. Qui enim iam praeputia et[i] absciderant, mori minime debebant[k], quia qui culpam plangunt luxuriae et voluptatem carnis in dolorem vertunt, a magistris sentire non debent asperitatem disciplinae, ne ipse humani generis Redemtor minus ametur, si pro eo anima plus quam debet adteritur. Unde et eisdem filiis Iacob dicit: 'Turbastis me et odiosum[l] fecistis Chananeis'. Quando enim hoc quod iam delinquentes plangunt adhuc magistri crudeliter insequuntur[m], infirmae menti ipse Redemtoris sui amor tepescit, quia ibi se affligi considerat, ubi sibi et ipsa non parcit. Genes. 34. Genes. 34.30.

Haec igitur dixerim, ut intellectum quem protuli non esse improbabilem[n] ex locis circumstantibus demonstrarem. Ea vero quae ex eodem loco a vestra sanctitate in mea consolatione dicta sunt, libenter accipio: quia in intellectu[o] sacrae scripturae respui non debet, quicquid sanae fidei non resistit. Sicut enim ex uno auro alii murenas[p] [2], alii anulos[q], alii dextralia ad ornamentum faciunt, ita ex una scripturae sacrae scientia[r] expositores quique per innumeros intellectus quasi varia ornamenta componunt, quae tamen omnia ad decorem caelestis sponsae proficiunt. Valde autem gaudeo, quod dulcissima beatitudo vestra etiam causis saecularibus occupata ad intellectum sacri eloquii vigilanter ingenium reducit. Sic quippe necesse est, ut si illa omnimodo caveri non possunt[s], ista non omnimodo postponantur. Sed per omnipotentem Dominum rogo, mihi in tantis tribulationum fluctibus laboranti tende orationis manum, ut ex vestra intercessione ad summa relever[t], qui culparum mearum pondere ad profundum premor.

Imperatorem vero Persarum etsi non fuisse conversum doleo[3], vos tamen ei Christianam fidem praedicasse omnimodo exulto. Quia etsi ille ad lucem venire non meruit, vestra tamen sanctitas praedicationis suae praemium habebit. Nam et Ethiops in balneum[u] niger intrat et niger egreditur, sed tamen balneator[u] nummos accipit[4].

h) Sychem *r 1. 2, ed. pr.* i) *delet ras.* et *R 1; om.* et *ed. pr.; transponunt* et praeputia *edd. G. M.* k) *ex* debeant *r 2.* l) *corr.* odiosum me *ex* odium *r 2.* m) insecuntur *R 1.* n) probabilem *R 1, r 2; (corr. in* improb. *R 1).* o) intellectu *corr. in* in intell. *r 2; (om.* in) intellectus *R 1.* p) murenas *codd. nostri; corr. autem in* murenulas *R 1, r 1;* murenulas *edd.* q) annulos *r 2, edd.;* alii anulos *om. ed. G.* r) *suprascr.* vel sententia *r 2;* sententia *edd. pr. G;* intelligentia *ed. M, quae notat, omnes mss. habere* intell. *vel* scientia. s) possint *edd. G. M.* t) releber *R 1.* u) *corr. ex* ualneum . . ualneator *R 1, r 2.*

Domitianum ex studiis communibus Constantinopoli cultis fluxisse mihi non dubium est. Atque nemo ignorat, scripturae sacrae interpretationi plurimam operam Gregorium navasse.

2) Murena hic manifeste ornatum ab aurifice factum significat. Nota, quod 'murenulas' parva monilia mulierum nominat Hieronymus ep. 24. 3 (Georges lex. lat.). *3) De Chosroe rege Persarum loquitur, ad quem iam anno 588, ut Theophanes (ed. Bonn. p. 410) refert, Mauricius Domitianum una cum Narsete miserat. Fidem Christianam ei a Domitiano praedicatam esse Muralt sub indictione X (p. 251. 252) i. e. sub anno 592 narrat. Falso autem Fredegarius in Chronico Chosroen Christianum factum affirmat. Igitur nec annus 589, ad quem hanc rem ponit magni momenti est, neque idcirco epistolam nostram ad annum 591 aut 592 pertinere cum Pagio et Gregorii editoribus Venetis censeo. Certe saepius episcopus regis animum movere curavit et de contentione inani nunc papae nuntiaverat.* *4) Certe sententia popularis, quae Romanae antiquitatis ingenium sapit et praecipue cum epistola nostra convenit.*

De Mauricio autem bene dicitis, ut in actione eius ab umbra statuam[v] cognoscam[5], id est, in minimis[w] maiora perpendam[6]. In hoc tamen ei credimus, quia eius nobis animam sacramenta et obsides ligant.

III, 63.

Gregorius I. papa Narsi (Constantinopolitano) scribit, se cum Iohanne patriarcha (Constantinopolitano) presbyterorum causam finire velle, additque se Theodoro medico iam gratias pro eo et commendationem dedisse. Varias personas salutat. *593, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 102 (Ind. XI. cap. 63).
Edd. M: Lib. IV. ep. 32; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 64. — Iaffé Reg. 1270 (924).

GREGORIUS NARSAE.

Multa mihi dulcissima caritas vestra per epistolas suas in bonae operationis
Ruth. 1. 20. laudibus est locuta, ad quae[a] omnia breviter ego respondeo[1]: 'Nolite me vocare Noemi, id est pulchram[b], sed vocate me Mara, id est amaram, quia amaritudine plena[c] sum'.

De causa vero presbyterorum[2], quae cum fratre et coepiscopo meo viro reverentissimo Iohanne patriarcha[3] agitur, ipsum puto adversarium patimur, quem asseris velle canones custodire. Caritati autem tuae breviter fateor, quia omni virtute et omni pondere eandem causam auxiliante omnipotente Deo exire[d] paratus sum. In qua si videro, sedi[e] apostolicae canones non servari[4], dabit[f] omnipotens Deus, quid contra contemptores eius faciam.

Quod autem scripsit mihi caritas vestra, ut filio meo domno Theodoro archiatro et expraefecto[5] pro vobis gratias agerem[g], feci[6]. Et quantum potui[h] commendare

v) *corr. ex* stuam *r 1.* w) *corr. ex* minibus *r 2.*

III, 63 titulo add. comitis *teste ed. M Vatic. B;* patricio *edd. G. M (quamvis M notet: 'in Vatic. A et C solum scribitur* Narsae *ut etiam in Colb. et aliis').* a) atque *r 1.* b) pulchrum *ed. G.* c) plenus *ed. G.* d) *ita r 1. 2 et teste ed. M Norm. et Vatic. C (in Vatic. B* exire *pro diversa lectione supra* exercere *add.), (cf.* exire causam = ex causa exire *ep. I, 42 p. 68, 14);* exerere *R 1;* exercere *Vatic. B (ed. M);* exigere *edd.;* eximere, *ut M notat, Vatic. D.* e) sedis *ed. G.* f) *ex* davit *R 1.* g) agere *r 1.* h) valui *r 1.*

5) Neque prius (cf. not. 4) neque hoc vetustate reverendum proverbium alibi ab auctoribus refertur. 6) De Mauricii lege militari (cf. ep. III, 61) dicere videtur.

III, 63 Epistolam nostram Maurini indictioni XII (anno 594) attribuunt, censentes eam non ante ep. IV, 31 (ordinis Maurinorum, quae est in praesenti editione ep. V, 46) scriptam esse. Sed falso credunt Gregorium in ep. nostra iam alteram (V, 46) citare. Cf. infra not. 6. Oportet autem epistolam III, 63 aliam ep. V, 44 praecedere, quae post sub a. 595 Iun. 1 registro inserta est. Itaque omnia quae postulantur ab ordine epistolarum chronologico conceduntur. — De Narse comite ac religioso Constantinopolitano cf. notam ad ep. I, 6. 1) Eadem scripturae sacrae verba ad eundem Narsem in ep. I, 6 (p. 8, 11) scribit. 2) Loquitur de presbyteris Iohanne et Athanasio; cf. ep. III, 52 (not. 3). 3) De Iohanne Constantinopolitano archiepiscopo cf. ep. I, 4. Eidem de presbyteris istis in ep. V, 44 scribit; vide etiam VI, 15. 62. 4) Denique factum est, ut in synodo Romana de eorum orthodoxia iudicaretur; epp. VI, 14. 62. 5) Theodorus archiater et expraefecto, qui alias in epistolarum titulis medicus (ep. III, 64) aut medicus imperatoris (ep. V, 46) aut medicus Constantinopolitanus (ep. VII, 25) nominatur, quantae auctoritatis et apud Mauricium et apud Gregorium fuerit, vide in ep. III, 64. Narsi scribens Gregorius item eum salutat in epp, I, 6 (p. 9, 1). VII, 27. Theophyl. Simocatta in Hist. lib. 6 c. 11 (ed. Bonn. p. 264) Theodorum τὴν φύσιν ἄνδρα δεξιόν τε καὶ εὐεπίβολον, τὴν τέχνην ἰατρὸν, τὴν γλῶτταν ἐλεύθερον dicit; similiter Nicephorus Lib. 18 c. 29. Neque rerum publicarum ignarus erat. Ad Avarum regem ut negotia ageret, misit eum Priscus patricius et praefectus Orientis. — Formam constituendi archiatri praebet Cassiodorius in Var. VI, 19. 6) Epistola

minime cessavi[i]. Peto autem ut[k] mihi ignoscas, quod epistolis tuis sub brevitate respondeo; quia tantis tribulationibus premor, ut mihi neque legere[l], neque multa per epistolas loqui liceat. Hoc solum tibi breviter dico: 'Quia oblitus sum manducare panem meum a voce gemitus mei'. (Psal. 101. 5.) Omnes qui vobiscum sunt mea peto vice salutari. Domnae Dominicae[m] salutes meas dicite, cui minime respondi, quia cum sit latina graece mihi scripsit[7].

III, 64.

Gregorius I. papa Theodoro medico (Constantinopolitano) de ista lege: 'Ut nullus qui actionem publicam egit, nullus qui optio vel manu signatus vel inter milites fuit habitus, ei in monasterio converti liceat, nisi forte si militia eius fuerit expleta' queritur. Epistolam III, 61 imperatori oportuno tempore secrete reddi cupit. *593, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 103 (Ind. XI. cap. 64).
Edd. M: Lib. III. ep. 66; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 65. — Iaffé Reg. 1267 (904).

GREGORIUS THEODORO MEDICO.

Quanta bona omnipotentis Dei et serenissimi domini mei imperatoris habeam, lingua mea[a] non sufficit explere[b]. Pro quibus donis[c] quid est[d] meum retribuere, nisi eorum vestigia pure amare? Peccatis autem meis facientibus, ex quorum suggestione vel consilio nescio[e], transacto anno talem in republica sua legem protulit, ut quisquis eum pure amat flere vehementer debeat. Ad quam legem tunc respondere non potui, quia egrotus fui. Modo autem eidem domno[f] aliqua suggessi. Praecepit[g] enim, ut nullus qui actionem publicam egit, nullus qui optio[h] [1] vel manu[i] signatus vel inter milites fuit habitus, ei[k] in monasterio converti liceat, nisi forte si militia eius fuerit expleta. Quam legem primum, sicuti[l] dicunt qui leges veteres noverunt, Iulianus protulit[2], de quo scimus omnes, quantum Deo adversus fuit[m]. Quod si ideo serenissimus dominus noster fecit, quia fortasse multi milites convertebantur et exercitus decrescebat, numquid per virtutem[n] militum subiugavit[o] omnipotens Deus imperium Persarum?[3] Numquid non solae lacrimae illius auditae sunt, et[p] eo ordine quem ipse

i) *ex* cessabi *R 1.* k) ut *om. edd. G. M.* l) lugere *R 1.* m) domnicae *r 1.*

III, 64 titulo add. etc. *ed. G, quod, ut ed. M notat, solum in Colbert. offenditur.* a) *om.* mea *R 1.* b) explicare *Vatic. B (ed. M).* c) bonis *edd. G. M.* d) (*pro* quid est) quidem *R 1.* e) *errore quodam in ed. G add.* an vestro. f) domino *R 1.* g) praecipit *r 2, edd. G. M.* h) officio *ed. G;* optione *ed. pr.* i) intuitu (*pro* manu) *ed. pr.* k) *om.* ei *r 2.* l) *ita R 1, r 1;* sicud indicant *r 2;* sicut hi *ed. pr.;* sicut ii *edd. G. M.* m) *corr. in* fuerit *R 1;* fuerit *edd. G. M.* n) (*pro* per virtutem) virtute *R 1.* o) *ex* subiugabit *R 1.* p) ut et *r 2.*

nobis deperdita. (Vide Iaffé Reg. ed. 2 n. 1269). Certe una cum ep. III, 64 alteram epistolam Theodoro scripsit, quae et gratias et commendationem exprimeret. Nam ep. V, 46 quamvis Narsem Theodoro commendet (id quod saepius factum esse credimus) de gratiarum actione nihil refert.*

7) De Dominica, quam Alteserra illustrem feminam ex his quae metu Langobardorum Constantinopolim secesserint fuisse suspicatur, cf. ep. I, 6 not. 7 (p. 9). Gregorium se ipsum linguam graecam ignorasse saepius contendit; nescio quo iure. Cf. epp. VII, 29. X, 21. XI, 55 notam nostram 2 ad ep. I, 28 (p. 41) et quae Teufel in Röm. Litteraturgesch. p. 1127 affert.

III, 64 De Theodoro medico imperatoris Mauricii cf. notam 5 ad ep. praecedentem; de lege quam deplorat papa cf. ep. III, 61 (et ibidem not. 6 seq.). 1) Optio centurionis est socius (Georges lex. lat.: der Feldwebel) qui et distributor annonae militum explicatur. Plenius de hac voce agunt Maurini ad Gregorii Dialog. IV, c. 35. 2) Nusquam alias de hac Iuliani lege refertur. 3) Cf. Muralt l. l. ad indictionem XI. Nam Barami rege victo cum Chosroe a Byzantinorum exercitu in regnum paternum reductus

nescivit[q] eius imperio Persarum imperium subdidit? Valde[r] mihi durum videtur, ut ab eius servitio milites suos prohibeat, qui et[s] omnia[t] tribuit, et dominari eum non solum militibus, sed etiam sacerdotibus concessit. Numquid si intentio servandarum rerum est, non poterant ea ipsa monasteria quae milites suscepissent alienas res reddere, atque ad conversionem homines tantummodo habere? Haec quia mihi valde dolent, eidem domno suggessi. Sed vestra gloria oportuno tempore secrete[u] suggestionem[v] meam ei offerat. Nolo eam a responsali meo publice dari[4], quia vos qui ei familiarius servitis loqui ei apertius et liberius potestis quae pro eius sunt anima, quoniam in multis est occupatus et vix eius animus invenitur a curis maioribus vacuus. Tu quidem gloriose fili pro Christo loquere. Si auditus fueris, lucrum est[w] animae praedicti domini[x] et tuae. Si vero auditus non fueris[y], lucrum solummodo tuae fecisti.

III, 65.

Gregorius I. papa Theotimo medico (Constantinopolitano) de mutua caritate scribit. Savinianum diaconum (responsalem suum) commendat. *593, Aug.*

Codd. R et r: Indictio X. XI. cap. 104 (Ind. XI. cap. 65).
Edd. M: Lib. III. ep. 54; G: Lib. II. Ind. XI. ep. 66. — Iaffé Reg. 1271 (894).

GREGORIUS THEOTIMO MEDICO.

Fuerunt quidam[a] veteres philosophorum, qui in duobus corporibus unam esse animam dicerent, non affectu[b] iungentes duos[c], sed unam in duobus[d] animae substantiam partientes. Ad contra nos esse in mentes[e] unam animam dicimus, non dividendo
Actor. 4. 32. substantiam, sed corda[f] iungendo. Nam de illis primis fidelibus scriptum est: 'Erat in eis cor unum, et anima una'. Quod ego sic[g] in actibus apostolorum lego, ut in me, et domno Theotimo recognoscam. Quia sic unanimis[h] mecum est, ut mihi et praesens corpore[i] numquam defuerit, et absens[i] corpore semper per spiritum praesens fiat. Ago autem omnipotenti Deo gratias, qui caritatis suae[k] gratia[l] mentis vestrae viscera[m] infundit[n], et deprecor, ut magis magisque in vobis dona sua augeat, et hic bona nobis[o] praesentia et in futuro saeculo gaudia aeterna concedat.

q) *ex* nescibit *R 1.* r) *add.* autem *edd. G. M.* s) et ei *r 2;* ei et *edd. G. M.* t) omni *corr. in* homini *r 2.* u) secreto *R 1.* v) suggessionem *r 1. 2, (corr. in* suggestionem *r 2).* w) *(pro* est) operatus es *edd. pr. G.* x) *add.* tui *edd. G. M.* y) *ex* fuerit *r 2.*

III, 65 in titulo theotino *R 1, R*1.* a) *corr. ex* quidem *R 1, r 2.* b) affectus *ed. G.* c) *om.* duos *R 1.* d) duos *ed. M.* e) *ita* in mentes *R 1, r 2, (suprascr.* duorum *R 1);* in mentibus *ed. pr.;* in duorum mentibus *ed. G;* in multis *ed. M; om. haec verba r 1.* f) corde *R 1.* g) si *R 1.* h) unanimes *r 1. 2 (corr. in* unanimis *r 2).* i) *om.* numquam . . . corpore *R 1.* k) caritatisue *R 1.* l) gratiam *edd. pr. G.* m) *corr. in* visceribus *r 2;* visceribus *ed. pr.;* in . . visceribus *ed. G.* n) infudit *R 1.* o) vobis *r 2.*

fuerit et uxorem originis Romanae sibi adiunxerit, imperium Persarum Byzantino iure quodam subditum nominari potuit. Cf. Theoph. Simocattam V. c. 13, Evagrium VI. c. 21.

4) i. e. Saviniano; cf. epp. III, 51. 52. 65.

III, 65 Immerito hanc ep. a loco suo sustulerunt et cum epp. III, 51 et 52 coniunxerunt Maurini. Fieri potuit, ut iam Saviniano iter faciente post aliquantum tempus cum ceteris epistolis Constantinopolim missis commendatio pro eo delata sit. Cf. quae de chronologico ordine monui in Gregorstudien Neues Archiv III, 609. — Theotimi medici nimirum Constantinopolitani alias mentio non fit.

Filium meum Savinianum diaconem[p] venientem[1] caritati vestrae commendo, petens ut eo amore quo me diligitis[q] etiam nostros ametis[r].

DEO GRATIAS.
EXPLICIUNT EPISTOLAE INDICTIONIS XI.

p) Sabinianum diaconum *edd.* q) *corr. ex* diligit *R 1, r 2.* r) *add. huic ep.* data ind. XI *R* 1, edd. pr. G. Quod unde fluxerit iam ex subscriptione huius indictionis satis videmus.*

Deo *cet. ita r 1. 2. Om. haec verba R 1, R* 1, edd.*

Expliciunt *cet. ita r 1. 2, R 1, R*1* (explic. ep. *abbrev. R 1*). *Om. haec verba edd.*

1) De Saviniano responsali Constantinopolitano mense praecedenti Constantinopolim misso cf. epp. III, 51. 52.

APPENDIX AD INDICTIONEM XI.

III, 66.

Iohannes episcopus Ravennatis ecclesiae Gregorio papae respondet, ea quae sibi in ep. III, 54 obiecta erant refellens et postulans ne privilegia ecclesiae suae minuantur.

Codd. R et ϱ: Indictio V. cap. 17 (numero maiori 225 vel 215). *post 593, Iul.*
Edd. M: Lib. III. ep. 57; G: Lib. X. ep. 55.

EPISTULA IOHANNIS EPISCOPI RAVENNATIS AD GREGORIUM APOSTOLICUM PAPAM DE USU PALLII ET DE MAPPULIS.

Reverentissimus conservus meus Castorius, apostolicae sedis vestrae notarius, reddidit[a] mihi domni mei[b] epistolam[1], consortem[c] mellis et vulneris. Quae sic tamen infixit[d] aculeos, ut locum non subtraheret[e] medicinae. Nam qui superbiam divinum sequens iudicium reprehendit[f], merito se mitem ac placidum quodammodo profitetur. Commemorastis[g] igitur, quod ego novitatis[h] ambitione pallii usum supra quam antecessoribus meis indultum fuerat usurpassem. Quam rem proprii domni mei conscientia[i], quae divina dextera regitur, nullo modo credere patiatur, nec opinionis incerto[k] aures sacratissimas aperire. Primum licet peccator novi tamen, quam grave[l] sit terminos a patribus adfixos transcendere, et quod omnis elatio nihil aliud habeat quam ruinam. Nam si maiores nostri in regibus superbiam non tulerunt[m], quanto

III, 66 in titulo: epistula *ϱ 1;* epistola *ϱ 2. 3, R*1;* eplis *abbrev. R 1;* epla *R 3.* — *inepte* Iohe preven. *pro* Ioh. ep. reven. *R 1; om.* ravennatis *R 3, ϱ 1. 2. 3.* — apostolorum papa *R 1;* ad sanctum G. papam *R* 1.* — mapullis *R 3, ϱ; add.* (de usu pallii mapulis) quoque et diverso ornatu clericorum *R* 1.* a) redidit *ϱ 1.* b) *om.* domni mei *teste M cod. Rem.* c) consorte *R 1.* d) infixe *R 1;* infixae *ϱ 1.* e) subtrahere *R 1.* f) deprehendit *R 1;* reprehendas *ϱ 1.* g) cum memoratis *R 1.* h) *om.* igitur quod ego novitatis *R 1.* i) conscientiam *ϱ 1;* consiam *R 1.* k) incerta *R 1.* l) *ex* grabe *R 1.* m) *pro* non tulerunt *teste M* contuderunt *cod. Rem.*

III, 66 Ad calcem indictionis V. epistolarum, cum quibus nulla affinitate coniunctae sunt, librarii hanc et eam quae sequitur epistolam posuerunt. Non mirum, quod eas sine certa sede in registro vagantes foliis quibusdam vacuis inscripserint. Igitur nostro iure has epistolas, quarum vicissitudinem cum ep. III, 54 iam supra in notis ad eandem epistolam exposuimus, ad finem indictionis XI. trahimus. Observandum autem est de tempore, quod epistolae III, 66 tribuimus, Iohannem demum post ep. III, 54 suum emisisse responsum (cf. p. 211 not. 2) neque multo post scripsisse. Nam et a. 595, Ian. 11 Iohannem obiisse constat ex Agnelli Libro pontif. Eccl. Ravenn. (MG. SS. Langob. 343; cf. infra ep. V, 24 quae iam a. 595, Febr. 11 de successore Iohanne instituendo tractat) et ep. V, 11 sub a. 594, Oct. tradita post nostram data esse videtur. Et res ipsae, si recte intelligimus, postulant Iohannem ira et honorum cupiditate motum Gregorio mox rescripsisse, ut aliam iussionem ab eo impetraret. — Cum de iisdem rebus, de quibus in nostra ita etiam in ep. III, 54 tractaretur, cf. ibidem notas. *1) i. e. ep. III, 54.*

magis non est in sacerdotibus sustentanda[a]? Deinde recolo me in sinu atque in[b] gremio sacrosanctae ecclesiae vestrae Romanae et nutritum[c] et Deo auxiliante provectum[1]. Et quibus excessibus[d] ego sanctissimae illi sedi, quae universali ecclesiae[e] iura sua transmittit, praesumpserim[f] obviare, propter cuius conservandam auctoritatem, sicut Deo manifestum est, multorum contra me inimicorum invidiam graviter excitavi? Sed beatissimus domnus meus nihil me contra priscam consuetudinem estimet attemptasse, quod et a multis et prope ab omnibus civibus huius urbis, etiam inter gesta si adquievisset[g] suprascriptus[h] reverentissimus notarius, potuerat attestari: quoniam iam de secretario descendentibus filiis ecclesiae et ingredientibus diaconibus ut mox procedatur[i], tunc primus diaconus episcopo[k] Ravennatis[l] ecclesiae pallium consuevit induere; quod et in letaniis sollemnibus uti pariter consuevit[m].

Nullus ergo contra me domno meo conetur subripere, quia si vult Deo custode non potest[n], quod a me[o] aliqua fuisset novitas introducta. Qualiter enim iussionibus vel utilitatibus vestris ubi causa exigit paruerim[p], omnipotens Deus cordi vestro purissimo faciat manifestum. Et hoc peccatis meis imputo, ut post tot[q] labores atque angustias, quas intus forisque sustineo, talem vicissitudinem merear invenire. Sed iterum illa res me inter alia consolatur, quod interdum sanctissimi patres ob[r] hoc tantummodo castigant[s] filios, ut eos faciant potiores: et post hanc devotionem ac satisfactionem sanctae Ravennati ecclesiae, quae peculiariter vestra est[t], non solum vetera privilegia conservetis, sed et maiora vestris temporibus conferatis.

Nam quod de mappulis a presbiteris et diaconibus meis praesumptum apostolatus vester scribit[u], vere fateor, tedet me exinde[v] aliquid commemorare, cum per se veritas, quae apud domnum meum sola praevalet, ipsa sufficiat. Nam cum hoc minoribus circa urbem constitutis ecclesiis licitum sit, poterit etiam apostolatus domni mei, si venerabilem clerum primae apostolicae sedis suae requirere dignatur, modis omnibus invenire; quia quotiens ad ordinationem episcopatus seu responsi sacerdotes[w] vel levitae Ravennatis ecclesiae Romam venerunt, quod omnes in oculis sanctissimorum decessorum vestrorum cum mappulis sine reprehensione aliqua procedebant. Quare etiam eo tempore, quo istic a prodecessore[x] vestro peccator ordinatus sum, cuncti presbiteri et diaconi mei in obsequio domni papae mecum procedentes usi sunt. Et quia providens Deus noster omnia in manu vestra et in conscientia purissima[y] conlocavit, adiuro vos per ipsam sedem apostolicam, quam antea moribus[z] nunc etiam honore[a] debito gubernatis, ut in nullo Ravennati ecclesiae, quae familiariter vestra est, pro meo merito privilegia quibus hucusque usa est minuatis; sed et[b] secundum vocem propheticam, in me et in domo patris mei secundum suum[c] meritum transferatur. Quia ego[d] universa privilegia, quae sanctae Ravennati ecclesiae a prodecessoribus vestris indulta sunt, pro maiori[e] satisfactione subieci eorum[f] in scriniis venerabilibus secundum consecrationis decessorum meorum tempora, fidem nihilominus

a) *corr. in* sustinenda *R 1;* sustentenda *ϱ 2. 3;* sustinenda *edd.* b) *om.* in *R 1.* c) *ita R 1;* enutritum (*pro* et nutritum) *cet. codd. et edd.* d) ausibus *ed. M, quae lect. nostram in cod. Rem. invenit.* e) in univ. ecclesia *R 1 et teste M cod. Remensis.* f) presumpserit *R 1.* g) urbis attestatur inter gesta etiamsi acquievisset et *ed. M, quae notat, lectioni nostrae favere codd. Rem. et Colb.* h) ss. (*i. e.* suprascriptus) *codd.;* sanctus *teste ed. M codd. Rem. et Colb.* i) praecedebatur *ϱ 1.* k) episcopum *R 1;* episcopi *ϱ 1.* l) Ravennati *codd.* m) partes consuebit *R 1.* n) *add.* probare *edd.* o) *om.* a me *R 1.* p) paruerit *ϱ.* q) *om.* tot *R 1.* r) ab *ϱ 1.* s) castigantem *R 1.* t) *om.* est *ϱ 1.* u) scripsit *ϱ 1.* v) *om.* exinde *ϱ 2. 3.* w) sacerdotis *ϱ.* x) *ita codd.* y) *om.* purissima *R 1.* z) maioribus *ϱ 1.* a) honorem *ϱ 1.* b) *om.* et *ϱ.* c) sui *R 1.* d) ergo *ed. M.* e) maiore *ϱ;* maioris *R 1.* f) earum *codd.;* ea *edd.*

1) *Et Agnellus in Libro pontificali Ravennati (ed. MG. SS. Lang. p. 342) Iohannem appellat Romanum ('Romana fuit natione', 'Romae natus').*

repperientes. Nunc vero in Dei et in[a] vestra est potestate quicquid veritate cognita fieri iusseritis, quoniam ego iussionibus apostolatus domni mei parere desiderans, quamvis antiqua consuetudo optinuit, usque ad secundam iussionem abstinere curavi.

III, 67.

Iohannes (III. papa) Petro (episcopo Ravennati) pallii usum tribuit omniaque ecclesiae (Ravennatis) privilegia confirmat. *(569) Sept. 22.*

Codd. R et ϱ: Indictio V. cap. 18 (numero maiori 226 vel 216).

Edd. M: Append. n. XI. et in nota h ad Lib. III. ep. 57; G: Lib. X. ep. 56; Baluzii Miscell. (ed. Mansi) tom. III, 2. — Iaffé Reg. 1041 (682).

EXEMPLUM PRAECEPTI.

Dilectissimo[a] fratri Petro[1] Iohannes[b][2]. Convenire[c] novimus[d] rationi, ut eos amictu[e] pallii[f] decoremus, quos in illis[g] civitatibus divina inspirante misericordia sacerdotii honor inluminat, in quibus hoc etiam illis[h] qui praeteritis temporibus fuere[i] pontifices ab apostolica sede esse constat indultum. Ideoque caritati tuae usum pallii[k] sicut decessores tui habuisse noscuntur praesenti auctoritate concedimus, atque ea omnia circa honoris tui privilegium volumus permanere, quae anterioribus temporibus ecclesiae tuae constat esse servatum[l], ut nihil prorsus de privilegiis eius doleas deminutum.

Et subscriptio domni papae[m][3]. Deus te[n] incolumem[o] custodiat.

Data[p] X.[q] kalendas Octubrias[r] imperante domno Iustino[s] Augusto[t][4].

---

a) *om.* in ϱ.

III, 67 in titulo exempli *R 1.* a) dilectissimi *R 1.* b) Gregorius *R*1 et ed. M 1 (sic distinguimus 2 Maurinorum editiones: cum litteris M 1 editionem in appendice n. XI, cum M 2 in nota ad ep. III, 66 [quam sub n. III, 57 praebent]; M 2 autem ad fidem codd. duorum Teller. et antiquioris Colb. refertur).* c) Omni convenire *R*1, ed. M 1.* d) nobimus *R 1.* e) ammicti *R 1.* f) pallei *ϱ 1.* g) il. *abbrev. ϱ 1.* h) ab illis *ed. M.* i) fieri *codd. nostri;* fuere *scribo cum edd. M 2 et B (B = Baluzius, qui l. l. ex veteri cod. S. Remigii Remensis ep. III, 67 publicat);* fieri meruerunt *ed. M 1.* k) pallei *codd.; om.* usum *R 1.* l) servata *edd. M 1. 2. B.* m) subscripsit dominus papa *R*1.* n) vos *R*1.* o) incolomem *R 1.* p) dat. *R 1;* datum *ed. M 1; om.* data *ed. B.* q) *om.* X *R*1.* r) kl. octb. *abbrev. R 1;* kl. oct. *ϱ;* kl. octobris *R*1;* Kalend. Octobris *edd. M 1. 2. B, cf. de forma* octubrias *supra p. 4. 90.* s) *ed. M 1 ad marg. notat: Al.* Iustiniano; *M 2 add. ad calcem epistolae: 'Doctissimus Baluzius, qui ex cod. Colbert. praeceptum hoc edidit Miscellan. Lib. 5 recté censet scribendum ut in dicto Colb.* Iustiniano, *pro* Iustino'. *Sed nec ex Colbert. edidit B. epistolam (immo ex Remensi) nec* Iustiniano *codicis lectio est (immo Baluzii emendatio).* t) *add. ed. M 1:* Et subscripsit domnus papa.

III, 67 Hanc epistolam una cum praecedenti indictioni V. in fine appositam ad hunc locum revoco, motus iisdem causis, quae ep. III, 66 huc transferre iubent. Adiuncta erat quasi testis argumenti probandi epistolae priori Iohannis Ravennatis episcopi (nobis non traditae), qua Gregorium de privilegiis ecclesiae Ravennati concessis certiorem facere voluit, cf. p. 211 not. 2. Laudat hoc praeceptum Gregorius supra in ep. III, 54 (p. 212, 4); cf. notam 3 l. l. — Cf. de III, 67 quae in Neues Archiv III, 601 monuimus. *1) Petrus episcopus Ravennatem ecclesiam annis 569-578 rexit ut ex Agnello (Liber pontif. Eccl. Ravenn. MG. SS. Langob. 336. 337) colligimus. Sed errat Agnellus si praedecessorem Petri indictione secunda i. e. a. 570 mortuum esse dicit (Agnellus p. 336), cum inscriptio quaedam probet iam a. 569, Aug. 1. eum diem supremum obiisse. Consecrationem autem Petri Agnellus bene ad diem XVII. kal. Octobr. i. e. ad Sept. 15. refert. Nam hic dies anni 569 revera dominicus est dies. Corrige in Iafféi Regestis p. 136, quae sub falso anno inserta sunt.* *2) Iohannes III. papa, annis 560-573.* *3) Cf. subscriptiones in epp. I, 14 a. 16 a. b. 33. 41 a. Baluzius in notis ad Librum diurnum (ed. Rozière p. 5 et ego in Gregorstudien Neues*

Archiv III. p. 548. 549. de subscriptionum indole egimus. Eodem modo saepissime in saeculi V. vel VI. epistolis 'et manu propria' aut 'et alia manu' occurrit. Cf. Thiel Epp. Rom. pont. genuinae I. 745. 854 cet.

4) Iustinus II. Augustus a. 565-578 imperium gessit. Itaque haud male tempus eius cum rebus in praecepto isto relatis convenit. Nec intelligo, quam ob rem Maurini cum Baluzio lectionem 'imperante Iustiniano' (cf. supra in notis variae lectionis) commendent. Ut autem epistolam nostram cum Regestorum editoribus in consecrationis Petri annum ponamus, ipsius argumenta urgent. (Corrige ap. Iaffé ed. 2 annum 568 in 569.) Itaque cum Petrus, ut Agnellus narrat, Romae consecratus esset (569) die 15. Sept. die dominico sequenti (i. e. Sept. 22) privilegio nostro honoratus est.

INCIPIUNT EPISTOLAE
MENSE SEPTEMBRIO INDICTIONE XII.
REGISTRI DOMNI GREGORII.

IV, 1.

Gregorius I. papa Constantio, consecrato episcopo Mediolanensi, gratulatur palliumque mittit. *593, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 1.
Edd. M: Lib. IV. ep. 1; G: Lib. III. ep. 1. — Iaffé Reg. 1272 (906).

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Scripta fraternitatis vestrae suscipiens magnas omnipotenti Deo gratias retuli, quia ordinationis vestrae merui celebratione relevari. Quod vero ex superno munere in electione vestra concorditer omnium[1] convenit adsensus, hoc fraternitas tua cum summa debet consideratione pensare, quia post Deum valde est debitrix eis, qui sibi vos praeferri tam subdita mente voluerunt.

Decet igitur vos sacerdotali benignitate eorum moribus in omnibus respondere eorumque necessitatibus pia compassione concurrere[a]; si quorum fortasse sunt vitia, haec maturis obiurgationibus increpare[b], ut ipsa quoque sacerdotalis indignatio virtuti

Incipiunt *cet. Ita hanc indictionem inscribunt R 1, r 1. 2* (incip. epla. *abbrev. R 1*). — sep. *R 1;* septb. *r 1;* sept. *r 2 (cf.* septembrio *p. 90 et infra R*1). —* regis. *abbrev. R 1, r 2 (ubi perperam legunt* regiminis *editores Bibliothecae Casinensis II, 249),* regestr. *r 1. Addunt titulo epistolae IV, 1 (post* Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi) *notam libri his verbis:* liber tertius *R 1, r 2. De qua nota cf. Neues Archiv III, 599 et praefationem nostram. R 1 post 'liber tertius' adhuc adhibet siglum* kł (kapitulum) *de quo vide infra.* Incipiunt epistolae ex regesto sive registro sancti Gregorii papae urbis Romae indictione XII. Mense septembrio indictione XII. *R*1;* Incipit registrum domni Gregorii indictionis duodecime *ed. pr.;* Liber tertius epistolarum ex registro beati Gregorii papae mense septembri indictione duodecima, ex anno ordinationis eius quarto *ed. G;* S. Gregorii papae registri epistolarum liber quartus mense septembri indictione XII. *ed. M.*

IV, 1 in titulo om. episcopo *R 1;* archiepiscopo *R*1. — Addit* Lib. III kl. (= kapitulum *numerus deest sed rasura sequitur; false interpretantur* kal. *editores Bibliothecae Casinensis II l. l. qui immerito verbum primum epistolae ipsius* scripta *cum* kal. *coniungunt. Cf. de significatione* capituli *Neues Archiv III, 598. 599 et praefationem huius ed.) R 1;* liber tertius *r 2.* a) succurrere *ed. G.* b) *ita codd. nostri et secundum M Vatic. 4, Reg. Corb.;* increpate *ed. G;* increpato *ed. M sequens, ut adnotat, Normannos et plerosque codd.*

IV, 1 Una cum epistolis tribus quae sequuntur Genuam transmissa. — De Constantio cf. epp. I, 80 (not. 3). III, 29. 30. 31. 1) *i. e. et Mediolanensium et Genuensium; cf. ep. III, 30.*

sit admixta dulcedinis, quatenus et tunc a subiectis amari debeat, etiam cum graviter metuetur[c]. Quae res personam vestram apud eorum iudicium ad[d] magnam quoque reverentiam adducet[e]. Quia sicut praeceps furor usitatusque despicitur[f], ita contra culpas discreta indignatio plerumque quo tarda fuerit, eo amplius fit timenda.

Iohannes vero subdiaconus noster[2] multa nobis bona tuae fraternitatis rediens nuntiavit. De quibus omnipotentem Dominum[g] petimus, ut haec qui coepit ipse perficiat, quatenus te[h] interius exteriusque profecisse[i], et nunc inter homines et post inter angelos ostendat.

Praeterea pallium ad sacra missarum sollemnia utendum ex more transmisimus. Sed peto, ut dum hoc suscipitis, eius honorem ac genium[k] ex humilitate vendicetis[l].

IV, 2.

Gregorius I. papa Constantio, episcopo Mediolanensi, nuntiat, se binas epistolas transmittere alteram Theodelindae (Langobardorum) reginae tradendam, alteram tribus episcopis, cum quibus regina damnatorum trium capitulorum causa a Constantii communione recesserit. Petit, ut quae Agilulfus rex (Langobardorum) vel Francorum reges gerant, indicet et cum Agilulfo de pace agat. *593, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 2.
Edd. M: Lib. IV. ep. 2; G: Lib. III. ep. 2. — Iaffé Reg. 1273 (907).

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO MEDIOLANENSIUM.

Dilectissimus filius meus Bonifatius[a] diaconus[1] quaedam[b] mihi ex scripto[c] fraternitatis tuae secreto nuntiavit, quod exquisita occasione potius quam inventa tres se episcopi[2] a[d] fraternitatis vestrae communione separaverint, dicentes, vos in damnatione trium capitulorum[3] consensisse atque cautionem[4] fecisse. Et[e] si quid de tribus capitulis in quocumque vel verbo vel scripto nominatum est bene fraternitas tua[f]

c) *ita R 1;* metuitur *r 1, ed. M;* metietur *r 2;* timetur *edd. pr. G.* d) et (*pro* ad) *r 1. 2* cum (magna reverentia) *ed. pr.;* in *ed. G.* e) *ita R 1* adducit *r 1. 2, edd.* f) *corr. ex* usitatisque dispicitur *r 2.* g) Deum *edd. G. M.* h) *om.* te *r 2.* i) proficitentem *corr. in* proficiente *R 1.* k) *ita codd. Cf. supra ep. I, 72 p. 92 not. 5 et infra epp. IV, 23. IX, 222. 234. XII, 7. Corr. in* ingenium *r 1; eras. et in ras. add.* premium *R 1;* agendum (*pro* ac genium) *ed. pr.* l) *sic scribo cum ed. M;* vendicemus *R 1, ed. G* (*ubi in marg.: al.* vendicetis); vindicemus *r 1. 2. R*1.*

IV, 2 in titulo mediolanensium *r 1. 2;* mediol *abbrev. R 1;* Mediolanensi *edd.* a) bonifacius *r 1. 2, edd.;* bonefatius *R*1.* b) quiddam *edd. G. M.* c) extra scriptum *ut ed. M notat: cod. Becc.* d) episcoporum a *R*1, ed. pr.; add.* pia *(repetentes ultimas 3 litteras) R*1, edd.* e) *add.* quidem *edd. G. M.* f) vestra *R 1.*

2) Cf. de Iohanne subdiacone Romano Genuam misso, ut Constantium ibidem consecrari faciat, epp. III, 29 not. 7 et III, 30.

IV, 2 Genuam transmissa cum epp. IV, 1. 3. 4. — Cf. quae de Constantio ad ep. praecedentem adnotata sunt. *1) Idem esse Bonifatius diaconus* 'dilectissimus Gregorii filius' *videtur, qui iam in ep. I, 50 (p. 76) occurrit. Wisbaum: Die wichtigsten Richtungen cet. p. 9. 10 universis patrimoniis ecclesiae Romanae praefectum eum credit, cum in Dialogis III, c. 20* 'hic noster Bonifatius diaconus ac dispensator ecclesiae' *nominetur. Cf. ep. IX, 72. Eundem in* 'diacono *in ep. II, 38, p. 139, 1 recognoscit.* *2) Inter quos fuisse Brixiensem (Brescia) episcopum ep. IV, 37 docet.* *3) Cf. de trium capitulorum causa ep. I, 16a, p. 18 (not. 2). Notissima illa capitula anno 553 in synodo Constantinopolitana, aut quinta universali, damnata erant. Qua damnatione synodi Chalcedonensis (i. e. quartae universalis anni 451) auctoritas sine dubio imminuta est.* *4) Cf. de voce* cautio *supra p. 165 not. 3.*

reminiscitur, quamvis decessor fraternitatis tuae Laurentius[5] districtissimam cautionem sedi apostolicae emisit[g], in qua viri nobilissimi et legitimo numero subscripserunt[6]. Inter quos ego quoque tunc urbanam praeturam[h][7] gerens pariter subscripsi, quia postquam talis scissura pro nulla re facta est iustum fuit, ut sedes apostolica curam gereret, quatenus unitatem in universalis ecclesiae sacerdotum mentibus per omnia custodiret.

Quod autem dicitur filiam nostram Theodelindam reginam[8] sese a communione[i] hoc audito nuntio suspendisse, constat per omnia, quia etsi pravorum hominum verbis ad paululum seducta est[9], venientibus tamen Yppolito[k] notario et Iohanne abbate[10] erit modis omnibus vestrae fraternitatis communionem quaesitura. Cui etiam meas epistolas direxi, quas fraternitas vestra sine dilatione transmittat[11]. De episcopis vero qui se suspendere visi[l] sunt aliam epistolam feci[12], quam cum eis ostendi feceris eos non ambigo de superstitione suae superbiae[m] apud fraternitatem vestram[n] paenitentiam acturos.

Subtiliter autem mihi et breviter indicastis vel de Agone[o] rege[13] vel de Francorum regibus quae gesta sunt[14]. Peto, ut fraternitas vestra quae adhuc cognoverit[p]

g) emiserit *edd.* h) prefecturam *R 1 et sec. ed. M apogr. eius Vatic. B.* i) *add.* tua *edd. G. M.* k) *ita codd. Cf. ep. III, 29 not. b.* Hippolyto *edd. G. M.* l) suscendere nisi *Vatic. A (ed. M).* m) *ex* superviae *R 1.* n) tuam *edd. G. M.* o) Agathone *ed. pr.* p) recognoverit *edd.*

5) *Si recte traditur, Laurentius annos 19, menses 7 Mediolanensibus praefuit (i. e. 573, Ian. 22 — 592, Aug. 21). Cf. ep. I, 80 p. 98 not.* 6) *Quid sibi velit* 'legitimo numero' *nescimus, cum nusquam in legibus vel documentis huius aevi praecepta de subscriptionibus exstent. At nobiles illos (nempe Romanos) subscripsisse opinor, non ut testes essent rei actae confirmandae, sed ut accederent ad sententiam Laurentii, probantes fidem illius. (Cf. Bruns die Unterschriften in den röm. Rechtsurkunden. Abh. der Berl. Akad. 1876, S. 132 [Kleinere Schriften 1882 II, 113]).* 7) *Gregorium priusquam vitam monachicam eligeret praeturam urbanam administrasse et Iohannes diac. in Vita Gregorii I. Lib. I. c. 4. narrat his verbis:* Sed dum conversionis suae gratiam longius protrahens tutius se Christo famulaturum putaret, si sub praetoris urbani habitu mundo specietenus serviret, coeperunt multa contra eum ex eiusdem saeculi cura succrescere *cet. Quod Iohannem ex nostra epistola didicisse non dubito. Certe alibi non refertur. Tempus praeturae eius ad annum 573 (i. e. Iustino II. imperante) Laurentii promotio determinat. Cf. Pagium ad Baronii Annales ann. 581 n. III, Troya l. l. I, 300, Lau Gregor I. p. 19.* 8) *Theodelinda e stirpe regia Baioariorum nata, ideoque fidei catholicae (non Arrianae) addicta, primum uxor fuit Authari Langobardorum regis. Dein a. 590 fin. Agilulfus antea Taurinensium dux cum ea matrimonium contraxit. Cf. Originem gent. Langob. (ed. Waitz SS. Langob. p. 5) et Paulum diac. Hist. Lang. III c. 30 seqq. (ed. Waitz ibid. p. 114 not. 1). Vide etiam infra ep. IX, 67. XIV, 12.* 9) *Cf. ep. IV, 4.* 10) *De Iohanne abbate cf. ep. IV, 4. Eundem habemus, ut opinor in ep. XII, 15. Vide et subscriptionem indiculi in papyro scripti:* 'Quas olea sancta temporibus domni Gregorii papae adduxit Johannis, indignus et peccator, domnae Theodelindae reginae de Roma'. *Marini I Papiri p. 208. Sed idem vir doctus p. 377. 378 vetare videtur, ne hunc Iohannem cum nostro confundamus. — Hippolytus clericus (Mediolanensis) in ep. III, 29 occurrit.* 11) *i. e. ep. IV, 4.* 12) *De nulla alia epistola loquitur papa, quam de ep. IV, 3, quam quidem Constantio inscripsit sed ut patet, pro episcopis illis schismaticis composuit. Perperam hic adnotat Troya (l. l. p. 300) 'Questa non si trova nel Registro delle Lettere di San Gregorio; segno evidente, che non vi furono tutte annoverate.* 13) *Ago, quem Origo gentis Langob. (SS. Langobard. ed. Waitz p. 5)* 'Acquo' *nominare videtur, cum Paulo diac. in hist. Langob. III c. 30. 35 etiam in ceteris epistolis (cf. epp. V, 34. IX, 44. 66. 195) a Gregorio Agilulf nuncupatur.* (*Paulus Lib. IV. c. 1. 41:* 'Agilulf rex, qui et Ago est appellatus'). *Cum Theodelinda sibi coniugio copulata vi coronam Langobardorum adeptus est.* 14) *Nescimus, quas res indicaverit Constantius de regibus Francorum et absunt ab ordine chronologico, quae profert Alteserra de bello a Buccellino Francorum duce hoc tempore adversus Langobardos gesto. Neque maioris momenti esse videtur, quod ad hunc locum Gussanvillaeus*

mihi modis omnibus innotescat. Si autem videtis[q], quia cum patricio[15] nihil facit Ago[r] Langobardorum rex, de nobis ei promittite[s], quia paratus sum in causa eius me[t] impendere, si ipse aliquid utiliter cum republica voluerit[u] ordinare.

IV, 3.

Gregorius I. papa Constantio, episcopo Mediolanensi, ut episcopis quibusdam scissuram moventibus repugnet testimonium perhibet, illum Romae trium capitulorum damnationis cautionem non fecisse. Chalcedonensem synodum anathemate protegit. 593, *Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 3.

Edd. M: Lib. IV. ep. 3; G: Lib. III. ep. 3. — Iaffé Reg. 1274 (908).

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Pervenit ad nos, quod quidam episcopi vestrae dioceseos[a] exquirentes occasionem potius quam invenientes sese scindere a fraternitatis vestrae unitate temptaverint, dicentes, te apud Romanam urbem in trium capitulorum damnatione cautionem fecisse. Quod videlicet idcirco dicunt, quia quantum fraternitati tuae etiam sine cautione credere soleam nesciunt. Si enim hoc esset necessarium fieri, verbis vobis nudis credi potuisse[b]. Ego tamen nominata inter nos neque verbo neque scripto tria capitula recolo. Sed eis, si citius revertuntur, de suo errore parcendum est. Quia iuxta Pauli apostoli vocem: 'Non intellegunt neque quae loquuntur, neque de quibus adfir- 1. Tim. 1, 7.
mant'. Nos enim auctore Veritate, teste conscientia fatemur[c], fidem sanctae Chalcedonensis[d] synodi[1] inlibatam per omnia custodire nihilque eius definitioni addere, nihil subtrahere audere. Sed si quis contra eam eiusdem[e] synodi fidem, sive plus minusque[f] ad sapiendum usurpare appetit, eum omni dilatione postposita anathematizamus, atque a sinu matris ecclesiae alienum esse decernimus. Quem igitur ista mea confessio non sanat non iam Chalcedonensem synodum diligit, sed matris ecclesiae sinum odit. Si ergo ea ipsa quae audere visi sunt zelo loqui animae praesumpserunt, superest, ut hac satisfactione suscepta ad fraternitatis tuae unitatem redeant, seque a Christi corpore, quod est sancta universalis ecclesia, non dividant.

---

q) videritis *edd. G. M.* r) *om.* Ago *R 1;* Agatho *ed. pr.* s) promitte *R 1, ed. pr.* t) *om.* me *edd. G. M.* u) voluit *r 2.*

IV, 3 in titulo Mediolan *abbrev. r 1. 2;* Mediolano episcopo *R 1;* Gregorius ad eundem *inscr. ep. hanc ed. pr.* a) dioeceseos *r 2;* dioecesis *edd. G. M.* b) potuissem *r 1; corr. in* potuissem *R 1;* potuisset *edd.* c) *add.* nos *edd.* d) calcedonensis *(et sic semper) R 1.* e) *delet* eam *R 1; om.* eam *ed. pr.; corr. in* eiusdemque *edd. G. M.* f) minusve *edd.*

adnotat: Gregorium quaerere, an cum Agone reges Francorum (Gunthramus et Childebertus) pacem fecerint. Mauricius enim imperator et Romanus exarchus Childebertum ad bellum Langobardis inferendum incitaverant. Sed per Erinum ducem Tridentinorum petenti Childebertus Agilulfo iam anno 591 pacem concesserat. Paul. diac. hist. Langob. IV. c. 1.

15) i. e. cum Romano exarcho, de quo vide epp. I, 32. III, 31. V, 19.

IV, 3 Genuam transmissa cum epp. IV, 1. 2. 4. — Haec epistola Constantio data est, ut eam episcopis schismaticis ostendi faceret. Itaque potius illis tribus, inter quos Brixiensem novimus, inscribenda esset; cf. ep. IV, 2 not. 12. De rebus in hac ep. tractatis cf. ep. IV, 2. 1) *Cf. epp. II, 49 (p. 151, 5) et III, 10 (p. 170).*

IV, 4.

Gregorius I. papa Theodelindam, Langobardorum reginam admonet, ut Constantii episcopi (Mediolanensis) ordinationem et communionem probet redeatque ad catholicam ecclesiam, cum contra Chalcedonensem synodum nihil Iustiniani temporibus actum sit. Iohannem abbatem et Hippolytum notarium, qui dubitationem tollant, commendat.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 4. *593, Sept.*
Edd. M: Lib. IV. ep. 4; G: Lib. III. ep. 4. — Iaffé Reg. 1275 (909).

GREGORIUS THEODELINDAE REGINAE LANGOBARDORUM.

Quorundam ad nos relatione pervenit, ab aliquibus episcopis[1] gloriam vestram usque ad hoc scandalum contra sanctam ecclesiam fuisse perductam, ut sese a catholicae unanimitatis communione suspenderet. Quod quantum vos pure diligimus tantum de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis stultisque hominibus creditis, qui non solum ea quae loquuntur[a] nesciunt[b], sed vix ea percipere quae audierint possunt. Dicunt enim piae memoriae Iustiniani temporibus aliqua contra[c] Chalcedonensem[d] synodum[e] fuisse constituta[2]. Qui dum neque legunt[f] neque legentibus credunt in ipso errore manent, quem sibi de nobis ipsi finxerunt[g]. Nos enim teste conscientia fatemur, de fide eiusdem sancti Chalcedonensis concilii nihil motum, nihil esse violatum. Sed quicquid praedicti Iustiniani temporibus actum est ita actum est, ut fides Chalcedonensis concilii in[h] nullo vexaretur. Si quis autem contra eiusdem synodi fidem aliquid loqui praesumit[i] vel sapere, nos eius sensum sub interpositione anathematis detestamur. Cum ergo integritatem nostram ex conscientiae nostrae adtestatione cognoscitis superest, ut vos numquam a catholicae ecclesiae communione separetis, ne tot vestrae[k] lacrimae, tantaque bona opera pereant[3], si a fide vera inveniuntur aliena. Decet ergo gloriam vestram ad reverentissimum fratrem et coepiscopum meum Constantium[4], cuius et fides et vita olim mihi bene est adprobata[5], sub omni celeritate transmittere, eique directis[l] epistolis indicare, ordinationem eius quam benigne suscepistis, et quia ab eius ecclesiae communione in nullo separamini. Quamvis in hac[m] me vobis dicere superflue arbitror, quia etsi quid in vestro animo dubietatis fuit, iam[n] veniente filio meo Iohanne abbate atque Yppolito[o] notario[6] ex corde vestro arbitror fuisse sublatum[p].

IV, 4 in titulo Theodelinda regina (*quod m. posterior atram. nigro corr. in* Theodelindę reginę), *sed rubro nescio quae manus add.* anel. *(quod ni fallor ex* LNGB *corruptum est) R 1; om.* Langobardorum *ed. pr.* a) locuntur *r 1. 2, ed. pr.* b) *om.* nesciunt *R 1.* c) *om.* contra *r 2;* in calcidonensi synodo *ed. pr.* d) calcedon. *et sic semper R 1.* e) chalcedonense synodum *r 1. 2 (corr. in* chalcedonensis synodi *r 2).* f) *corr. in* neque quę legunt intellegunt *r 2.* g) fincxerunt *R 1.* h) a (*pro* in) *r 1.* i) presumunt *ed. pr.* k) nostrae *ed. pr.* l) defactis *r 1;* defectis *r 2;* directis *in ras. R 1; om.* directis *et add.* vestris *ed. pr.; add.* vestris *etiam edd. G. M.* m) *scil.* epistola; *add.* re *edd.* n) *ita R 1; om.* iam *ceteri codd. et edd.* o) *ita codd. Cf. ep. IV, 2 not. k.* p) ablatum *ed. pr.*

IV, 4 Una cum epp. praecedentibus Genuam Constantio Mediolanensi episcopo transmissa, sed ab eo reginae non data, ut ex ep. IV, 37 patet. Igitur postea aliam epistolam similem papa reginae scripsit, quae ei data est: ep. IV, 33. — De Theodelinda regina cf. ep. IV, 2 not. 8. *1) Cf. notam 2 ad ep. IV, 2.* *2) Cf. ep. III, 10 (p. 170) de eadem re et infra ep. IV, 37.* *3) Cf. eadem verba p. 221, 31.* *4) i. e. Mediolanensem.* *5) Cf. in ep. III, 29* 'qui dudum mihi bene cognitus fuit' *cet.* *6) Cf. de Iohanne abbate et Hippolyto notario notam 10 ad ep. IV, 2.*

IV, 5.

Gregorius I. papa Bonifatio, episcopo Rhegiensi, dolens, ne clericos suos officio deesse sinat, praecipit. De subdiaconis statuit id, quod de Siculis observari decreverit.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 5. *593, Sept.*

Edd. M: Lib. IV. ep. 5; G: Lib. III. ep. 5. — Iaffé Reg. 1276 (910).

GREGORIUS BONIFATIO EPISCOPO REGIO.

Contumelia quidem sacerdotum est de divinis cultibus ammoneri. Quod enim ipsi debent exigere turpiter exiguntur. Tamen ne, quod non aestimamus, in aliquo fraternitas tua ea quae ad opus Dei pertinent neglegat, de hoc ipso specialiter te praevidimus[a] exhortandum[b]. Ammonemus itaque, ut nullatenus clerus Regitanae[c] civitatis, in causis quas eorum[d] poscit officium fraternitatis tuae remissione laxetur. Sed in his quae ad Deum pertinent instantissime atque studiosissime compellantur. Opinionem quoque praedicti cleri tui studere te volumus, ut nihil de his pravum, nihil quod contra ecclesiasticam disciplinam pertinet, audiatur; ad ornatum quippe eius, non ad feditatem actuum eorum pertinere debet officium.

Subdiaconibus vero tuis hoc quod de Siculis[e] statuimus decernimus observari[1], nec illam definitionem nostram cuiusquam contumacia sinas aut temeritate corrumpi: quatenus dum praedicta omnia per te fuerint districtissime conservata, nec ammonitionis nostrae, sicut et credimus, transgressor existas, nec in quolibet reum te remissionis accuset pastoralis tibi commissus ordo regiminis.

IV, 6.

Gregorius I. papa Cypriano, diacono suo et rectori Siciliae, mandat, ut Petronellam nobilem mulierem conversam et Agnellum notarium ecclesiae Romanae, qui eam stupraverit, severe puniat, et res ab monasterio Petronellae ablatas restitui curet. *593, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 6.

Edd. M: Lib. IV. ep. 6; G: Lib. III. ep. 6. — Iaffé Reg. 1277 (911).

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO NOSTRO ET RECTORI SICILIAE.

Perlatum est ad nos, Petronellam[a], nobilem mulierem[b] de provincia Lucania genitam[c], per exhortationem Agnelli episcopi[1] fuisse conversam[d], resque suas omnes

IV, 5 in titulo bonifacio *r 1. 2, edd.;* bonefacio *R*1.* — regio, *ut scripsimus, r 1. 2, R*1, ed. pr. (cf. ep. III, 4); om.* Regio *R 1;* Regitano *sec. ed. M Normann. Vatic. D etc.;* Regiensi *edd. G. M.* a) tempus vidimus (*pro* te praevidimus) *R 1.* b) exhortandi *R 1;* adhortandum *edd. G. M.* c) rogitante *ed. pr.* d) *add. m. posterior* non *R 1.* e) *corr. ex* seculis *r 2;* secularibus *ed. pr.*

IV, 6 in titulo cipriano *R 1;* diaconostro *contrahit r 2;* rector *R 1; om.* nostro *ed. M; om.* nostro et *R*1; om.* nostro *cet. ed. pr.* a) petronella *R 1;* Petronillam *ed. M.* b) *ita conicio (cf.* nomine *ex siglis* notario *corruptum supra ep. I, 73 p. 93 not. m);* nomine *r 1. 2, edd.; notam* nōm *adhibet R 1; sed* NO M *favet coniecturae nostrae.* c) genita *R 1.* d) conversa *R 1.*

IV, 5 Missa una cum ep. IV, 6 in Siciliam transferenda. — Cf. de Bonifatio, Rhegiensi episcopo notam ad ep. III, 4. *1) i. e. ut nullus subdiaconus crearetur, nisi qui se victurum caste promisisset. Vide ep. I, 42 p. 67, 20-32. Rhegium autem, ut iam p. 162, 36 monuimus, saepius Siculis sedibus adnumerabatur.*

IV, 6 Cf. de Cypriano quae fusius ad ep. III, 55 attulimus. *1) Agnellus Lucaniae provinciae aliquis episcopus fuisse videtur. Cui sedi praefuerit nescimus.*

quas habere potuit licet[c] iure[2] potuissent competere, tamen eidem monasterio in quo[f] ingressa est etiam specialiter donationis titulo contulisse. Moriensque praedictus episcopus[g] dimidiam partem substantiae suae Agnello, cuidam filio suo qui notarius nostrae esse fertur ecclesiae, atque dimidiam eidem monasterio reliquisse, sed, cum propter inruentem Italiae cladem[3] Siciliam refugissent, dicitur eam supra[h] nominatus Agnellus corruptis eius moribus stuprasse[i], atque sentiens gravidam de monasterio seduxisse, resque eius omnes tam proprias, quam quas[k] pro[l] parte defuncti[m] patris ipsius habere poterat, abstulisse, ac post perpetratum tale tantumque facinus in sui[n] eas[o] dominii[p] iure defendere. Hortamur igitur dilectionem tuam, ut praedictum virum vel ante fatam feminam sub districta ad te facias exquisitione[q] perduci, causamque ipsam secundum sui meritum cum[r] summa subtilitatis examinatione perquiras. Et si ita inveneris, quod[s] nobis nuntiatum est negotium[t] iniquitatibus inquinatum, cum summae purgationis severitate determina, quatenus et in ante fatum virum[u], qui neque suum, neque illius adtendit habitum et tantorum causa fuit scelerum, ultio districta proveniat et illa prius procedente vindicta, atque in monasterio[v] sub paenitentia redacta, omnes res, quae de supradicto[w] loco ablatae fuerant, cum omnibus suis illic[x] fructibus atque accessionibus revertantur[y].

IV, 7.

Gregorius I. papa Gennadium, patricium et exarchum Africae, hortatur, ut cum Columbo episcopo corrigat, quae concilium Numidicum contra canones decreverit.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 7. *593, Sept.*

Edd. M: Lib. IV. ep. 7; G: Lib. III. ep. 7. — Iaffé Reg. 1278 (912).

GREORIUS GENNADIO PATRICIO ET EXARCHO AFRICAE.

Satis credimus religiosae[a] excellentiae vestrae mentes[b] adversus ea[c] maxime, quae in ecclesiis[d] geruntur incongrua, divini amoris[e] aemulatione succendi. Tanto

c) *add. supra vers.* sibi *R 1; add.* sibi *edd. G. M.* f) quod (*pro* in quo) *edd. G. M.* g) morientemque dictum episcopum *edd. G. M;* moriens is pr. ep. *ed. pr.* h) *scribo* supra, *cum id quod codd. et edd. habent* saepe *ad Agnellum episcopum spectet. Sed de semel tantum nominato filio eius agit papa. Cf. infra not. w.* i) instuprasse *corr. in* instrupasse *R 1.* k) *addo* quas *quod codd. om. Ita etiam ed. pr.;* eas quas *edd. G. M.* l) de (*pro* pro) *edd. G. M.* m) *restituo ex* de *quod praebent r 1. 2; om.* defuncti *R 1, edd.* n) suis *R 1.* o) eam *ed. G.* p) dominio *r 1. 2.* q) *ita r 1;* excusatione *R 1, r 2;* executione *edd. G. M;* discussione *ed. pr.* r) *ita R 1; om.* cum *ceteri codd. et edd.* s) *ita transponit r 2 ex* nobis nuntiatum est negotium quod; *r 1:* nobis nuntiatum ut est negotium iniq. inq.; ut nobis nunt. est neg. quod *R 1;* ut nobis *cet. edd. G. M;* sicut *ed. pr.* t) *add.* quod (iniq. inq.) est *R 1, ed. pr.; add.* tot *edd. G. M.* u) (*om.* in) ante fato viro *ed. M.* v) mon̄ *abbrev. R 1;* monasterium *edd. G. M.* w) se praedicto *r 1. 2;* supradicto *ed. pr.;* saepe dicto *R 1, edd. G. M. Cf. supra not. h.* x) illis *r 2, edd. G. M.* y) *corr. in* revertatur *R 1;* reventantur *r 1.*

IV, 7 in titulo om. et *atque* Africae *R 1; om.* et exarcho *ed. pr.* a) rel *abbrev. et explicat in marg.* religiosae *r 2;* religiosae *edd. pr. M;* religiosam *R 1, ed. G;* relatu *r 1 et sec. ed. M Vatic. A et C.* b) *ita R 1, r 2, ed. pr.; (corr. in* mentem *R 1);* mentem *r 1, edd. G. M.* c) eam *r 2.* d) ecclesia *R 1.* e) auctoris (*in marg.: al.* amoris) *ed. G.*

2) *Cf. Novellam Iustiniani 5 (c. 5) et 123 (c. 38), in ed. Lingenthal 13 p. 64 et 155 p. 322, et Gregorii ep. IX, 197 (Maur.). At Gussanvillaeus, qui legit* 'licet sibi iure potuissent competere' *libertatem testandi Petronellae asserit citans Codicem Lib. I tit. 3 n. 39 (ed. Krüger p. 24).* 3) *i. e. propter Langobardorum invasionem. Cf. infra ep. IV, 15.*

IV, 7 De Gennadio cf. notam ad ep. I, 59, et quae Morcelli Africa Christiana III, 338. 343 attulit. Sed cum Morcelli ex loco supra citato Simocattae (VII, 6) titulum aperte corruptum δεχαρ *in*

igitur ecclesiasticarum correptionem[f] causarum vobis libenter ingerimus, quanto de pia vestrae mentis intentione confidimus. Cognoscat siquidem excellentia vestra, quibusdam de Africanis partibus venientibus ad nos fuisse perlatum, plura in concilio Numidiae[1] contra patrum tramitem atque canonum statuta committi[2]. Quarum rerum frequentes querelas quia diutius nullatenus tolerare potuimus Columbo fratri et coepiscopo nostro[3], de cuius gravitate ipsa eius quae percrebuit dubitare iam nos non permittit opinio, commisimus[g] perquirendas. Quamobrem paterno[h] salutantes affectu[i] excellentiam[k] vestram hortor[l], ut[m] in cunctis quae ad ecclesiasticam correptionem pertinent[n] vestri robur ei subrogetis auxilii[n], ne, si quod male geritur quaesitum vel vindicatum non fuerit, longorum usurpatione temporum cum maiori licentia in futuris grassetur[o] excessibus[p]. Scito autem, excellentissime fili, si victorias quaeritis[4], si de commissae vobis provinciae securitate tractatis, nihil magis vobis aliud ad haec[q] proficere, quam zelari sacerdotum vitas et intestina ecclesiarum, in[r] quantum possibile est, bella[s] compescere.

IV, 8.

Gregorius I. papa Ianuario, episcopo Caralitano, Theodosiam monasterium condere cupientem commendat. Indulget, ut in domo eius Caralitana instituatur.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 8. *593, Sept.*
Edd. M: Lib. IV. ep. 15; G: Lib. III. ep. 8. — Iaffé Reg. 1279 (922).

f) correctionem *ed. M.* g) omisimus *R 1, r 2.* h) *add. supra vers.* vos *r 2.* i) *add.* hortamur *edd. G. M.* k) excellentia *R 1.* l) *ita r 1; om.* hortor *R 1, r 2, edd. (supra scr.* rogantes *R 1;* petimus *r 2).* m) *om.* ut *edd. G. M.* n) pertinent curam sagatius animum acomodetis ammonemus, ne *ed. pr.* o) *ita scribo;* crassentur *corr. in* crassetur *R 1;* crascetur *r 1;* crescentur *corr. in* crassentur *r 2;* crescat *edd. (quarum M notat:* crassetur *omnes Vatic. praeter D). De permutatione litterarum* c *et* g *cf supra* grassari *in II, 4 not. 6. II, 46 p. 147, 27 et* craticula *in ep. III, 33 p. 192, 4.* p) in futuros excessus *ed. M.* q) hoc *edd. G. M.* r) *om.* in *edd. G. M.* s) velle (*pro* bella) *R 1.*

IV, 8 in titulo sequimur r 1. 2 (cf. epp. I, 60. 62. 81); om. Caralis Sardiniae *R 1;* Caralitano *edd. pr. M;* Caralitano Sardiniae *ed. G.*

exarchum *corrigat, maiori auctoritate nunc de Boor levi mutatione ex δέκαρ ὄν: δὴ καιροῦ restituit. Vide editionem Simocattae novam, quam Carolus de Boor curavit p. 255 et expositionem eiusdem Hermes XVIII, 627.*

1) De concilio Numidiae cf. epp. I, 72. 75. II, 46. III, 47. 48. 2) In Donatistarum haeresi inpugnanda ut opinor. 3) Columbus, Numidiae episcopus, cuius sedem nescimus. Cf. ep. II, 46 p. 147 in nota. 4) Nempe in bello contra Maurusios, gentem Libyae provinciae.

IV, 8 Una cum epistolis IV, 9. 10, quae eidem Ianuario inscriptae sunt sub mense Septembri anni 593 in registrum receptae. Sed cum ep. IV, 9 alias res tractet, ep. IV, 10 ita cum epistola nostra cohaeret, ut de serie, quaenam prior sit habenda, quaestio oriatur. Et consentiunt quidem cum Gussanvillaeo Maurini, epistolam IV, 10 (ordinis nostri codicumque) nostram (IV, 8) praecedere, quia in ep. nostra Theodosia desiderium Stephani compleri cupit, quod in ep. IV, 10 dilatione protrahat, id quod ego approbari (Neues Archiv III, 611) eo modo, ut IV, 8 revera ad Septembrem 593 pertineat, IV, 10 autem priori mensi conveniat. Sed ut in nova Regestorum Iaffei editione iam dixi (ad reg. 1280) hoc unum constat: eodem tempore duas epistolas non scriptas esse. Utra autem prior sit incertum est. Eoque minus definire licet, cum suspicemur, Gregorium relatione nova allata epistolam IV, 10 prius quidem compositam non misisse, sed aliam in eius locum subrogasse. Exempla autem utriusque epistolae registro tradita sunt (cf. supra epp. I, 60. 62). Opinioni nostrae favet ep. V, 2 in qua de animo iniurioso Ianuarii in Theodosiam legimus. — De Ianuario cf. epp. I, 47. 60-62 cet. et quae ad ep. III, 36 not. 2 (p. 194) adnotavi.

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO CARALIS SARDINIAE.

Theodosia religiosa femina in construendo monasterio[1] voluntatem Stephani quondam viri sui complere desiderans petiit a nobis, ut ad fraternitatem tuam nostras transmitteremus epistolas, quibus per commendationem nostram[a] tuum facilius mereretur auxilium. Asserit siquidem hoc a suo coniuge[b] constitutum, ut in praedio quod appellatur Piscenas[c] quod ad xenodochii[d 2] Thomae quondam episcopi[e 3] iura pervenit, monasterium construi debuisset. Quia igitur in alienis hoc fundare rebus, licet possessor[f 4] permitteret[g], dominus tamen videtur cum ratione refugere, petitionem eius praevidimus annuendam, indulgentes[h], ut[i] in domo iuris sui, quam Caralis asserit se habere, ancillarum Dei monasterium debeat Domino[k] adiuvante[l] construere. Sed quia praedictam domum suam dicit ab hospitibus atque supervenientibus onerari, hortamur fraternitatem tuam, ut studeas ei in cuncta concurrere, devotionique eius tuae praebeas tuitionis auxilium, ut mercedis[5] defuncti, atque huius[m] studii, tuus te concursus faciat et sollicitudo participem.

Reliquiae vero, quas ibidem[n] postulat conlocandas, volumus, ut a fraternitate tua sub debita veneratione condantur.

IV, 9.

Gregorius I. papa Ianuario, episcopo Caralitano, mandat de parthenonum disciplina severius observanda, de concilio bis in anno celebrando, de Iudaeorum servis, qui ad ecclesias confugerint, in libertatem vindicandis, de baptizandis infantibus a presbyteris in pectore et ab episcopis in fronte tangendis, de monasterio ex Petri defuncti voluntate construendo. *593, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 9.
Edd. M: Lib. IV. ep. 9; G: Lib. III. ep. 9. — Iaffé Reg. 1281 (914).

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO CARALITANO.

Satis quidem te ipse pastoralis zelus instigare[a] debuerat, ut gregem quem susceperas etiam sine nostro solatio salubriter ac provide tuereris, et a callidis inimicorum subreptionibus cum diligenti circumspectione[b] servares[c]. Sed quia caritatem tuam pro

a) pre commendatione nostra *R 1.* b) coniunge *r 2.* c) piscinas *ed. pr.* d) senodochii *r 1;* xenodochium *ed. pr.;* xenodochi (*in marg.: al.* xenodochii) *ed. G.* e) eps̄ (*i. e.* episcopus) *r 1.* f) possessor *r 1, edd.;* possessiones *r 2;* possessio(nis *add. in ras.*) *R 1.* g) *corr. in* permitterent *r 2.* h) id est *codd. et edd. Cf. supra ep. III, 42, ubi eodem modo* indulgere (ID) *in* id est *corruptum est.* i) *om.* ut *r 1, ed. pr.* k) deo *R 1.* l) *ex* adiubante *R 1.* m) eius *edd. G. M.* n) siquidem (*pro* ibidem) *r 2.*

IV, 9 a) instigari *r 2.* b) circuminspectione *R 1.* c) servaris *r 2.*

1) *De monasterio Theodosiae cf. ep. V, 2.* 2) *De xenodochiis vide epp. I, 42 (p. 68, 19). IV, 24. IX, 82 cet.* 3) *Xenodochium Thomae iterum in ep. XIV, 2 occurrit.* 4) *Ut Alteserra recte adnotat, de possessore emphiteuticario loquitur papa. Is autem non potest alienare fundum sine consensu domini lib. ult. c. de iure Emphyteutic. Eadem ratione monasterium non potest fundari in alieno praedio cet. Cf. quae citat Alteserra laudans et Gregorii ipsius Moral. XIV c. 21:* quia enim ut dominus auditus non est, non possessor agri sed colonus creditus est, ubi aperte dominum possessorem et colonum distinguit. 5) *Cf. de mercede not. 2 ad ep. III, 16 (p. 175, 31).*

IV, 9 De Ianuario cf. ep. IV, 8.

suae firmitatis[1] augmento nostrae quoque pagina auctoritatis indigere comperimus. necessarium nobis fuit, titubantes animos tuos ad religiosi vigoris studium fraternae dilectionis exhortatione firmare.

Pervenit siquidem ad nos[a], minus te monasteriis ancillarum Dei Sardinia[b] sitis tuitionis impendere, et cum dispositum prudenter a tuis fuisset decessoribus, ut quidam de clero probati viri curam gerentes earum se necessitatibus adhiberent, nunc ita funditus esse neglectum, ut per publicas personas pro tributis aliis[c] muniis[d] ipsae per se principaliter Deo dicatae feminae compellantur[e], necessitatemque habeant pro supplendis fiscalibus[2] per villas praediaque discurrere, atque virilibus incompetenter se miscere negotiis. Quod malum fraternitas tua facili correctione[f] removeat, et[g] unum probatum vita moribusque, cuius aetas atque locus nihil de se pravae suspicionis[h] obiciat, solicite deputet, qui sic monasteriis ipsis cum Dei timore possit assistere, quatenus ulterius eis pro quibuslibet causis privatis et[i] publicis extra venerabilia loca contra regulam vagare[k] non liceat. Sed quicquid pro his agendum est per eum quem deputaveris rationabiliter peragatur. Ipsae vero referentes Deo laudes atque coercentes semetipsas in monasteriis suis nullam occasionem ulterius fidelium mentibus pravae suspicionis iniciant. Si qua autem earum vel per anteriorem licentiam vel per impunitatis pravam consuetudinem ad lapsus aut olim[l] deducta est, aut in futurum[m] fuerit perducta voraginem[n], hanc post competentis[o] severitatem vindictae in alio districtiori virginum monasterio[p] in paenitentia[q] volumus redigi[r], ut illic orationibus atque ieiuniis[s] et sibi paenitendo proficiat et metuendum ceteris artioris disciplinae praestet exemplum. Is[t] autem, qui cum huiusmodi feminis in aliqua fuerit iniquitate reppertus, communione privetur si laicus[u], si vero clericus est[v] a suo quoque[w] remotus officio pro suis continuo lugendis excessibus in monasterio[x] detrudatur.

Episcoporum etiam concilia sicut tam tuae mos dicitur fuisse provinciae, quam quod[y] sacrorum canonum auctoritate praecipitur, bis in anno celebrare te volumus, ut et si quis inter eos a sui forma propositi actionis atque morum qualitate discordat, sociali fratrum possit increpatione redargui, et pro securitate commissi gregis animarumque statu paterna valeat circumspectione[z] tractari.

Pervenit etiam ad nos, servos ancillasque Iudaeorum fidei causa ad ecclesiam refugientes aut infidelibus restitui dominis, aut eorum ne restituantur pretium dari[3]. Hortamur igitur, ut nullatenus tam pravam consuetudinem manere permittas. Sed quilibet Iudaeorum servus ad venerabilia loca fidei causa confugerit, nullatenus eum

a) *om.* ad nos *R 1.* b) *corr. manu post.* in Sardinia *R 1;* in Sardinia *edd. G. M;* Sardiniam *r 1. 2, ed. pr.* c) aliisque *edd. G. M.* d) minus *ed. pr.* e) *add.* subire *edd. pr. G; add.* ire *ed. M.* f) correptione *R 1, ed. pr.* g) *ita R 1;* ut *r 1. 2, edd.* h) *om.* obiciat — suspicionis *(lin. 16) ed. pr.* i) *ita r 1; om.* et *R 1, r 2 (add. R 1 in ras.* vel); vel (*pro* et) *edd. G. M.* k) *ita codd.;* vagari *edd. G. M.* l) *ita R 1 et eadem verba corrupte r 1. 2:* lapsus audulim *r 2;* lapa in sua dulinam *r 1* (lapsa in sua *teste ed. M. Reg.*)*; pro quo* ad lapsum adulterii *ed. G;* ad lapsus adulterii *ed. M (ut videtur ex Vatic. A, Norm. omnibus, Corb. alioque, Rem.);* ad lapsum alicuius criminis *ed. pr.* m) futuram *ed. pr. sed teste ed. M:* furti *Rem.* furtum *Turon.* — stupri *ed. G.* n) voragine *r 2.* o) *corr. ex* postquam petentis *r 2.* p) in aliud districtius v. monasterium *edd. G. M.* q) paenitentiam *r 1. 2, edd.* r) *ex* rediri *r 2.* s) *add.* vacet *edd. G. M.* t) his *R 1.* u) *add.* est *r 1. 2, edd. G. M.* v) fuerit (*pro* est) *edd.* w) suo *corr. ex* suoque *r 2.* x) monasterium *edd. G. M.* y) *om.* quod *ed. M.* z) circuminspectione *R 1.*

1) *Ianuarii senectus et simplicitas adhuc in ep. XIV, 2 (a. 603, Sept.) memorantur.* 2) *Affert Gussanvillaeus Codicem Lib. I. tit. 3. leg. 3. de Episc. et Cleric.:* De his clericis qui praedia possident sublimis auctoritas tua non solum eos aliena iuga nequaquam statuet excusare, sed etiam pro his praediis, quae ab ipsis possidentur, eosdem ad pensitanda fiscalia perurgere. 3) *De Iudaeorum mancipiis eorumque conditione cf. quae adnotavi ad epp. II, 6 (not. 3). III, 37 (not. 3) et de servis sine domini consensu convertendis Leonis imp. constitutiones 9. 10. 11: Authentic. novell. 5 c. 2; nov. 123 c. 4. (Guss. ad. ep. III, 39). Vide etiam infra ep. IV, 21.*

patiamini praeiudicium sustinere. Sed sive olim Christianus, sive nunc fuerit baptizatus, sine ullo pauperum[a] damno[b] religioso ecclesiasticae pietatis patrocinio in libertatem[c] modis omnibus defendatur.

Episcopi[d] baptizandos[e] infantes signare in frontibus bis[f] chrismate non praesumant, sed presbiteri baptizandos[g] tangant[h] in pectore, ut episcopi postmodum[i] tangere[h] debeant in fronte[4].

Pro fundandis etiam monasteriis, quae a diversis iussa sunt construi, si iniusta perspicis haec aliquos[k] quibus indicta sunt excusatione differre sollerter secundum quod leges praecipiunt[5] inminere[l] te volumus, ne piae[m] defunctorum voluntates tua quod absit remissione cassentur. De monasterio autem, quod in domo sua construendum quondam[n] Petrus asseritur praecepisse, praevidimus, ut fraternitas tua subtiliter requirat relictorum illic redituum quantitatem. Et si quidem modus[o] habet[p] substantiae[6] recollectis omnibus, quae de rebus ipsis inminuta vel dicuntur esse dispersa, cum omni studio hoc et sine aliqua dilatione fundetur. Sin[q] autem vel minus idonea vel damnosa facultas est, omnibus ut edictum[r] est subtiliter inquisitis, nobis renuntiare te volumus, ut sciamus, quid deliberare iuvante Domino de eius constructione possimus.

Fraternitas igitur tua ita in cunctis praedictis capitulis se sollerter impendat, ut nec nostrae ammonitionis seriem inveniatur fuisse transgressa, nec divini rea iudicii[s] de minori zelo pastoralis existat officii.

IV, 10.

Gregorius I. papa Ianuarium, episcopum Caralitanum, hortatur curet, ne Theodosia Stephani viri sui defuncti testamento obligata monasterium condere neglegat.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 10. *593, Sept.*
Edd. M: Lib. IV. ep. 8; G: Lib. III. ep. 10. — Iaffé Reg. 1280 (913).

a) *add. supra vers.* christianorum *r 2.* b) *corr. ex* domino *R 1.* c) in libertate *R 1.* d) presbyteri *ed. G et ab ea citatae edd. Veneta 1504, Paris. 1508. 1518. 1523 et 1571, Lugd. 1539. Sed. omnes quos proferunt et ed. G et ed. M codd. ut nostri legunt* episcopi. e) *ita scribo cum R 1;* baptizatos *r 1. 2 et edd. omnesque in edd. MG. citati codd. atque edd.* f) *ita r 1. 2, edd. pr. M plurimaeque edd., quas G citat. Eandem vocem ex codd. Moissiac. Vat. Clun. Vatic. 620 (r 3) Vindocin. Big. et Angl. adhibet ed. G, ex Norm. Vatic. Anglic. Turon. Corb. Reg. Tell. Cisterciens. Vind. etc. ed. M;* suis (*pro* bis) *R 1;* sacro (*pro* bis) *ed. G; om.* bis *ut ed. M notat codd. quidam, ut in ed. G invenimus: codd. Regius Corb. Carmel. Cluniac. Tell. Lyr. Prat. Aud. Vall. Carn. Catal. S. Remigii Rem.* g) baptizatos *ed. G cum aliis quibusdam edd. et cod. Sorb. ut adnotat G.* h) ungant . . . ungere *edd. G. M et, ut ed. G profert, Vatic. 620 (r 3) et edd. Parisienses 1523. 1571.* i) in postmodum *R 1.* k) nec aliqua *ed. pr.;* aliqua ab iis *ed. G.* l) admonere *ed. G.* m) *add.* vivorum aut *ed. G* et *Alteserra in interpretatione.* n) quondam quidam Petrus *legit in codice saec. XI. aut XII. in bibliotheca Vaticana 'iure postliminii' sibi praestito Marini I papiri p. 372.* o) *ita r 1. 2, edd. G. M (et teste M Norm. Corb. Reg.);* modum *Vatic. C. D, ut ed. M citat;* modis *ed. pr.;* medius *R 1.* p) haberet *ed. pr.;* habetur *ed. G.* q) si *R 1, ed. pr.* r) dictum *r 1.* s) divino r. iudici *R 1;* divino r. iudicio *r 1.*

IV, 10 in titulo Caralitano *edd. G. M;* Gregorius ad eundem *ed. pr.*

4) Ex Graecorum forte commercio, ut Gussanvillaeus ait, Sardi presbyteri frontem chrismaverunt. Gregorius usum veterem ecclesiae Romanae observari voluit; sed post in ep. IV, 26 omnia in integrum restituit. 5) Cf. Codicem I, 3 c. 45. 6) i. e. certa quaedam bonorum quantitas ad monasterii usus sufficiens. Modus etiam substantiae opponitur facultati damnosae quam adire compellitur nemo (Augetius).

IV, 10 Vide quae de natura huius epistolae et sede eius supra ad ep. IV, 8 adnotavimus.

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO CARALIS.

Nos quidem arbitramur, quod ad inminentiam expletionis piarum rerum ipse te[a] tuus satis ordo compellat. Sed ne zelum tuum cuiuslibet interventus remissionis emolliat, de his etiam te specialiter iudicavimus exhortandum. Pervenit siquidem ad nos, Stephanum virum magnificum[b] de hac luce migrantem supremae voluntatis elogio[c] monasterium praecepisse fundari. Cuius desiderium Theodosiae honestae feminae[d], heredis[e] eius[f], fertur quod hactenus dilatione protrahitur[1]. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam, ut maximum de praedicta causa studium geras, atque ante nominatam feminam commoneas, quatenus intra annuale[g] spatium monasterium ut iussa est[h] debeat ordinare[i], et cuncta secundum defuncti voluntatem sine altercatione construere. Quod si intra praedictam[k] temporis metam aliqua perficere neglegentia vel calliditate distulerit, ut sive in loco eo quo constitutum fuerat[2], seu certe ibi non potest et alibi placet[l] ordinari[3] et dilatione interveniente neglegitur, tunc volumus ut per[m] tuae fraternitatis aedificetur studium[n], ordinatisque omnibus, res atque reditus qui relicti sunt per te loco ipsi venerabili sine inminutione aliqua socientur. Sic enim et ante tremendum iudicem tuae[o] sententiam remissionis effugies, et secundum piissimas leges dilatas defunctorum pias voluntates episcopali supples[p] studio.

IV, 11.

Gregorius I. papa Maximiano, episcopo Syracusano, varia de ecclesiarum atque monasteriorum disciplina mandat: ut redituum etiam noviter ecclesiis acquisitorum quarta distribuatur, ne clerici, nisi posito clericatu, abbates fiant, ut defuncto vel deiecto episcopo inventarium rerum ecclesiae describatur, ut visitatoribus ecclesiarum eorumque clericis stipendium solvatur, ne virgo nondum sexagenaria abbatissa instituatur. 593, Sept.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 11.
Edd. M: Lib. IV. ep. 11; G: Lib. III. ep. 11. — Iaffé Reg. 1282 (915).

GREGORIUS MAXIMIANO EPISCOPO SYRACUSANO.

Olim quidem fraternitati tuae nostra fuerat auctoritate commissum[a 1], si qua[b] in Siciliae excederentur[c 2] ecclesiis[d] ceterisque venerabilibus locis vel incongrue gere-

a) *om.* te *R 1.* b) *notam* ūm̄ *R 1 adhibet;* vestrum (*nescio an abbrev.* ūrm̄) *r 1. 2;* nostrum *ed. pr.;* vestrum *edd. G. M.* c) eloquio *in edd. vet. et Vatic. ut edd. G. M notant;* eulogio *ed. Venet. 1504 (ed. G);* elegio *ed. pr.* d) Theodosia religiosa femi (*add. in marg.* relicta) *R 1;* Theodosia honesta femina *ed. pr.;* a Theodosia honesta femina *ed. G.* e) *nota* h̄ᵭ *utuntur r 1. 2, R 1;* herede *ed. G; (pro hoc verbo)* differt atque *ed. pr.* f) *add. in marg. R 1* facienda, *r 2* habere. g) *ita R 1, ed. pr.;* annale *r 1. 2, edd. G. M.* h) *ita r 1;* qui iussu est *corr. in* quod iussa est *r 2 (sic etiam ed. pr.);* (quod *in ras.*) iussum est *R 1 ita etiam ed. G;* ut iussum est *ed. M.* i) *corr. in* ordinari *r 2.* k) *ita R 1, ed. pr., et* (*ex* praedictum) *r 2;* praedicti *r 1, edd. G. M.* l) placeat *R 1.* m) *om.* per *codd. praeter R 1 et edd.* n) *ita R 1; corr.* studium *in* studio *r 1, edd.* o) tuum *codd. praeter R 1 et edd.* p) supplebis *edd.*

IV, 11 in titulo Siracūs *r 1.* a) *add.* ut *edd.* b) quae *edd. pr. G.* c) *ita r 2 ed. M (sequens codd. 5 Norm. Rem. Corb. Vatic. B) et corr. ex* excederetur *R 3;* excederent *ed. pr.;* excideretur *teste ed. M Vatic. B. Turon.,* exciderunt *Vatic. A et C, Michael.,* exciderat *Reg.;* excidere(nt *in ras.*) *R 1;* acciderent *r 1.* d) *ita:* eccles(iis *in ras.*) *R 1;* ecclesiis *R 3;* ecclesia *r 1. 2, ed. M;* ecclesiae *edd. pr. G.*

1) Dilationis causam papa ipse infra et in ep. IV, 8 indicat. 2) In praedio emphiteutico xenodochii Thomae cf. IV, 8. 3) In domo iuris Theodosiae quam Carali possidebat (cf. IV, 8).

IV, 11 De Maximiano cf. epp. I, 14 a. II, 8 cet. 1) Vide ep. II, 8 anni 591, Oct. 2) Cf. de voce 'excedere' *epp. IV, 12. 22. 24. 32. IX, 44. 111.*

rentur, nostra vice corrigeres. Sed quia post haec de quibusdam neglectis hactenus capitulis ad nos querela pervenit, rursus ad eorum correctionem tuam fraternitatem specialiter praevidimus excitandam.

Cognovimus namque de reditibus ecclesiis[e] noviter adquisitis canonicam dispositionem quartarum[3] minime[f] provenire. Sed episcopos locorum tantummodo[g] distribuere quartam antiquorum redituum, nunc vero adquisita[h] suis usibus retinere. Quamobrem[i] pravam[k] subintroductamque consuetudinem fraternitas tua vivaciter emendare festinet, ut sive de praeteritis reditibus, sive de his quae nunc obvenere[l] vel obvenientibus[m], quartae secundum distributionem canonicam dispensentur. Incongruum namque est, unam eandemque ecclesiae substantiam duplici quodammodo iure censeri, id est usurpationis et canonum.

Presbiteros, diacones, ceterosque[n] clericos, qui ecclesiis militant, abbates fieri[o] per monasteria non permittas, sed aut omissa[p] clericatus militia monachicis provehantur[q] ordinibus, aut si in abbatis loco[r] permanere decreverint, clericatus nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incongruum est, si cum unum ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad utrumque iudicetur idoneus, sicque[s] invicem et[t] ecclesiasticus ordo vitae monachicae, et ecclesiasticis utilitatibus regula monachatus impediat[u][4].

Illud quoque caritatem tuam commonere curavimus, ut si quispiam episcoporum de hac luce[v] migraverit, vel quod absit pro suis fuerit remotus excessibus, convenientibus ieraticis[w][5] cunctisque cleri prioribus[x] atque in[y] sui praesentia[z] inventarium[a][6] ecclesiae[b] rerum facientibus, omnia quae repperta fuerint, subtiliter describantur, nec sicut antea fieri dicebatur[c], species[7] quaedam aut aliud quodlibet de rebus ecclesiae quasi pro faciendi inventarii labore tollatur. Sic namque ea quae ad muni-

e) *ita R 1;* ecclesias *r 2;* ecclesiae *r 1;* ecclesiarum *R 3, edd.* f) *add.* clericis *supra lin. R 3.* g) *add.* eis *supra lin. R 3.* h) *ita R 1;* quaesita *ceteri codd. et edd.* i) *om.* ob *ed. G.* k) *ex* prabam *R 1.* l) *ita r 1;* obvenire *r 2, ed. pr.;* obvener̄ *R 3;* obvenerunt *R 1, edd. G. M.* m) *sic r 1. 2. R 3, ed. pr.;* obvene(rint *in ras.*) *R 1;* obvenerint *edd. G. M.* n) *add.* cuiuslibet ordinis *R 3 et edd. G. M.* o) esse *edd. G. M.* p) admissa (*add. in margic. al.* omissa) *ed. G.* q) provocentur *R 1. 3,* (*suprascr. R 3* vel proveantur); proveniant *ed. pr.;* non provehantur *ed. G.* r) locum *R 1.* s) *suprascr.* ab *R 3.* t) *om.* et *R 1.* u) impediatur *ed. G (quod sequeremur, adnotant Maurini, nisi obessent mss.).* v) *om.* de hac luce *R 1.* w) *ita codd. nostri et ed. pr.;* ierethicis *sec. ed. M Vatic. A et B, Pratell.;* hierarchicis *edd. G. M (quarum G notat: 'forte* hierarchis *licet ita legatur in omnibus mss. et edd. Variant tamen edd. quaedam: Lugdunensis a. 1539 habet ad marginem* al. oeconomis. *Correctores decreti C. 12 qu. 2 c. 45 legunt* oeconomis'). x) primoribus (*add. al.* prioribus) *ed. G.* y) *om.* in *r 1. 2 ed. pr.; suprascr.* in *R 1.* z) praesentiam *r 1. 2 (corr. in* praesentia *r 2).* a) in inventario *r 1. 2, ed. pr. (corr. in* in inventarium *r 2).* b) ecclesia *corr. in* ecclesiasticarum *R 1.* c) *ex* dicebantur *r 2.*

3) *Cf. Librum diurn. n. LXXIV in cautione episcopi (ed. Rozière p. 149):* 'Quartas vero clericis vel fabricis portionem me annis singulis sine aliqua imminutione spondeo praestaturum'. *Reditus enim ecclesiae in quatuor partes episcopo, clero, pauperibus atque fabricae vel sartis tectis dividebantur. Cf. Simplicii papae ep. (anni 475 Iaffé Reg. 570 [339]), Gelasii papae ep. (anni 494 Iaffé Reg. 636 [391]) apud Thiel Epistolae Rom. Pontif. I, 176. 378 et Gregorii papae epp. V, 12. 48. VIII, 7. XIII, 46.* 4) *Cf. de eodem decreto ep. V, 1.* 5) 'ieratici' *ex voce graeca* ἱερατικός = sacerdotalis. *Episcopos visitatores eos credendos esse notat Gussanvillaeus.* 6) *Cf. ep. III, 41.* 7) species = fructus *opponitur pecuniae in Codice XI, 48:* si autem reditus non in auro sed in speciebus inferuntur, . . . interim fructus vendantur. *Cf.* species = vinum, oleum, triticum *(Cassiodori Var. XII, 22); in ep. Pelagii I. papae (Iaffé Reg. 943 [623]:* 'saga tomentacia, tunicae albae, aut cucullae vel colobia aut si quae aliae species in provincia fiunt', *in ep. Gregorii infra XIII, 12:* commodum in auro vel alia qualibet specie *et in ep. IX, 115:* parare in specie. *Sed recte Maurini observant et suppellectilem per speciem intelligi. Cf. auctores quos Du Cange citat.*

tionem facultatis pauperum pertinent desideramus expleri, ut nulla penitus in rebus eorum ambitiosis hominibus venalitatis relinquatur occasio.

Visitatores ecclesiarum clericique eorum, qui cum ipsis per non suae civitatis parroechias fatigantur, aliquod laboris sui capiant te disponente subsidium. Iustum namque est, ut et illic consequantur stipendium quod[d] pro tempore suum commodare repperiuntur obsequium[8].

Iuvenculas[e] fieri[f] abbatissas[g] vehementissime prohibemus. Nullum igitur episcopum[h] fraternitas tua, nisi sexagenariam[i] virginem[9] cuius vita[k] hoc atque mores exigerint[l] velare[m] permittat, quatenus tam prioribus, quam praesenti capitulo tuae districtionis instantia Domino adiuvante[n] correctis et diu dissolutum rerum venerabilium statum canonicis nexibus religare festines, et divina negotia non per incongruas voluntates hominum, sed cum[o] competenti possint discretione[p] disponi.

MENSE OCTUBRIO INDICTIONE XII.

IV, 12.

Gregorius I. papa Maximianum, episcopum Syracusanum, admonet, ut puniat hominem quendam Messanensis ecclesiae, qui puellam portitori huius epistolae ab ipso suscepto in matrimonium datam, alii venumdederit. *593, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 12.
Edd. M: Lib. IV. ep. 12; G: Lib. III. ep. 12. — Iaffé Reg. 1283 (916).

GREGORIUS MAXIMIANO EPISCOPO SYRACUSANO.

Tanta nobis subinde mala, quae aguntur in illa[a] provincia, nuntiantur, ut peccatis facientibus, quod avertat Omnipotens[b], celere[c] eam[d] perituram credamus. Praesentium namque portitor veniens lacrimabiliter questus est, ante plurimos annos ab homine nescio quo de possessione Messanensis[e] ecclesiae de fontibus se susceptum[1], et violenter diversis persuasionibus puellae[2] ipsius iunctum, ex qua re[f] filios iam

d) quo *edd.* e) iuvenculas *in ras. R 1.* f) *om.* fieri *r 1. 2.* g) abb. *supplet in* abbatissas *r 2.* h) nullam igitur episcopi sive ... permittant *sec. ed. M Vatic. A;* nullam igitur (*om.* episcopum) *ed. G;* nullum igitur episcopo *ed. pr.* i) sexaginariam *R 1.* k) vitam *R 1;* aetas *edd. G. M.* l) *ita R 1, r 2 (corr. in* exegerint *r 2);* exegerint *r 1, edd.* m) *suprascr.* vel ordinare *R 3.* n) iuvante *R 1.* o) *om.* cum *R 3, edd. G. M.* p) districtione *edd. G. M.*

Mense *cet. ad calcem ep. praecedentis r 1. 2, edd. Ita in solo Colb. vet. invenit ed. M. Om. hanc notam R 1 (ubi in principio ep. IV, 12 habes erasam inscriptionem. Cf. post ep. IV, 15 temporis notam) et R 3, ubi ep. IV, 12 non extat. Abbrev.* oct. *r 1. 2 R* 1, sed cf. de forma* octubrio *supra p. 4, 16. 90, 8 et infra ad Mens. Novembr.*

IV, 12 Titulum cum temporis nota et numero rubro scriptum, cui additum erat ut videtur argumentum epistolae (incipiens quod) *eras. R 1. In marg. accurate adscripsit titulum nostrum manus posterior.* a) ista *edd. G. M.* b) *add. in rasura* Deus *R 1; ita etiam edd. G. M.* c) *ita* r 2; celeri *r 1;* celeriter *in ras. R 1;* celeriter *edd.* d) eum *r 2.* e) mesanensis *R 1.* f) *om.* re *edd.*

8) Cf. de visitatorum commodo, 'cathedraticum' *nuncupato Pelagii I papae constitutiones in Iaffé reg. (ed. 2) n. 984. 991. 992.* *9) Cf. Codicem I, 3 c. 46. Alias non sexaginta sed quadraginta anni abbatissae eligendae decreti sunt. Vide Gussanvillaei et Maurinorum notas.*

IV, 12 In Siciliam delata per hominem Messanensis ecclesiae. — De Maximiano cf. ep. IV, 11. *1) scil. patrini loco.* *2) i. e. servae cf. epp. III, 35 (not. 4), III, 39 (not. 3).*

iuvenculos[g] habere se asseruit. Qui[h] nunc violenter huic disiunctam abstulisse dicitur, atque cuidam alii venundasse. Quod si verum est, quam sit inauditum atque crudele malum, et tua dilectio prospicit[i]. Ideoque amonemus, ut hoc tantum nefas sub ea vivacitate, quam te in causis piis habere certissime scimus, requiras atque discutias. Et si ita ut supradictus portitor insinuavit esse cognoveris, non solum quod male factum est ad statum pristinum revocare curabis, sed et vindictam, quae Deum possit placare, exhibere modis omnibus festinabis. Episcopum[3] vero, qui homines suos talia agentes corrigere neglegit atque emendare, vehementer adgredere; proponens[k] quia si denuo talis ad[l] nos de quoquam qui[m] ad eum[n] pertinent[o] querela pervenerit, non in eo[p] qui excesserit, sed in ipso[p] canonice vindicta[q] procedet[r].

IV, 13.

Gregorius I. papa Clementio episcopo, Bizaceno primati, scribit de restituendo Adeodato presbytero a Quintiano episcopo propter valetudinem deiecto. *593, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 13.

Edd. M: Lib. IV. ep. 13; G: Lib. III. ep. 13. — Iaffé Reg. 1284 (917).

GREGORIUS CLEMENTIO EPISCOPO PRIMATI BIZACENO.

Praesentium latoris Adeodati querellam, qui se sui presbiteratus loco incongrue dicit expulsum, licet subditae tibi textus petitionis explanet, tamen paulo iudicavimus apertius retexendam. Asserit namque a Quintiano fratre atque coepiscopo nostro[1] in loco suo pro quibusdam se suis ordinandis negotiis relaxatum, egritudinisque causa per duorum mensium spatium suae se ecclesiae defuisse; cuius rei occasionem captantem praedictum fratrem nostrum alium loco eius illic presbiterum ordinasse. Hortamur igitur fraternitatem tuam, ut causam eius sollicite districteque perquiras. Et si manifestae egritudinis sicut dicitur causa ecclesiae suae eum defuisse reppereris, nullum ei ex ordinatione alterius presbiteri permittas praeiudicium generari. Sed in loco suo sine aliqua eum fac dubietate restitui. Sin autem aliter se res habere dicitur, quam porrecta ab eo videtur continere suggestio, causam eiusdem legitime canoniceque perquire, et quicquid secundum Deum tibi visum fuerit, iuvante[a] Domino ita stude decernere[b], ut nulla de hac re ad nos ulterius quaestio revertatur. Illud autem caritatem tuam specialiter ammonemus, ut si vera fuerit huius suggestio atque in suo fuerit ordine restitutus, de presbitero, qui in loco eius ordinatus est, subtiliter distric-

g) *ex* inbenculos *R 1.* h) *ita r 1;* et qui *r 2;* et *(sequitur ras. 2 litt.) R 1;* et *ed. pr.* et quam *edd. G. M.* i) perspicit *edd.* k) *corr. ex* propones *R 1.* l) *om.* ad *r 1. 2;* qui nos *corr. in* quae nos *r 2.* m) quae *ed. pr.:* eorum qui *in nota b supplet ed. M.* n) *ex* eam *r 2.* o) pertinet *ed. G.* p) in eum . . . in ipsum *edd. G. M.* q) vindictam *R 1.* r) procedere *r 2.* *Additur in ed. M: 'In Vatic. subicitur* Mense Octobri ind. XII. *Ita quoque in Turon. S. Gat.' Sed errore quodam verba ad ep. praecedentem referenda hic posita sunt.*

IV, 13 in titulo uizaceno *R 1;* bisanzeno *ed. pr. — Cum Gratiani correctoribus (ad c. VII qu. 1 c. 3) perperam* Maximiano episcopo Syracusano *inscribit hanc ep. ed. G, quamquam in omnibus mss. invenerit lectionem nostram. Cf. ep. sequentem, quae iisdem verbis incipit et confusioni ansam dedisse videtur.* a) *ex* iubante *R 1.* b) cernere *r 2.*

3) Felix tunc episcopus Messanensis erat; cf. not. ad ep. I, 38 (p. 51).

IV, 13 Translata per Adeodatum presbyterum Africanum. — Bizacium (Vizacium) vel potius Byzacium aut Byzacena provincia, provincia est Africae, nunc pars septemtrionalis regni Tunetani. De Clementio primate cf. epp. IX, 24. 27. XII, 12. *1) Cui sedi praefuerit, nescimus.*

teque debeas esse sollicitus. Et si quidem sine datione aliqua ad eundem ordinem venit[c], ut in symoniacam heresem[d] non potuissset incidere, in aliam quamcumque[e] vacantem ecclesiam eum volumus ordinari[f]. Sin autem in eum quippiam, quod avertat Dominus, fuerit tale reppertum, ipso etiam presbiteratus privetur ordine, quem[g] non causa replendae necessitatis ecclesiae[h], sed sola comprobatur ambitione sumpsisse[i].

IV. 14.

Gregorius I. papa Maximiano, episcopo Syracusano, Felicem diaconum, cum Istricis synodi Constantinopolitanae adversarium nunc Romae ab errore correctum commendat, ut eum in ecclesia Syracusana cardinet. *593, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 14.

Edd. M: Lib. IV. ep. 14; G: Lib. III. ep. 14. — Iaffé Reg. 1285 (918).

GREGORIUS MAXIMIANO EPISCOPO SYRACUSIS.

Praesentium lator Felix diaconus cum nullatenus in hereticorum dogmate lapsus sit, nec a catholica fide discesserit[a], pravis inlectus adversus Constantinopolitanam synodum[1] suspicionibus, Histricorum[b][2] se[c] separatione removerat. Qui cum Romam venisset, recepta a nobis iuvante[d] Domino ratione excessum suum recepta Dominici corporis[e] communione correxit. Quia ergo ut dictum est non in heresem[f] incidit[g], sed a sacris generalis ecclesiae misteriis quasi rectae studio intentionis erravit[h], inbecillitati[i] eius atque necessitatibus consulentes, maximeque sustentationi eius pietatis intuitu providentes, in tua Syracusana ecclesia eum praevidimus cardinandum[3], sive ut officium diaconatus expleat, seu certe ut sola eiusdem officii pro sustentanda paupertate sua commoda consequatur, in tuae fraternitatis hoc volumus pendere iudicio. Quod hortamur, ut tua fraternitas explere[k] festinet. Commendantes etiam personam eius, quatenus nullis eum patiaris molestiis aut necessitatibus subiacere, ne vel nostrae commendationis inveniaris tramitem neglexisse, vel minus exhibuisse, quam tuus exigit ordo pauperibus. Quia et nos ei annuum quid de nostra ecclesia dari fecimus, ut eiusdem operis quod te hortamur exhibere participes esse possemus[l].

---

c) pervenerit *edd. G. M.* d) *corr. in* heresim *r 2.* e) quacumque *r 2.* f) cardinari *ed. G.* g) quemque *r 1.* h) ecclesiarum *R 1.* i) suscepisse *edd. G. M.*

IV. 14 in titulo syracusis *r 1. 2;* syracusano *R 1, edd. — Sequitur in marg. in r 2:* de diacono in alterius ecclesia cardinando. a) decesserit *R 1.* b) *Cf. in epp. VI, 36. 45* Histricorum *in epp. V, 56. XII, 13. XIII, 33* Histria, *cum epp. IX, 141. 148. 150. 152. 160 lectionem* Istriae *praeferant;* in stricorum *r 1. 2, R 1;* in ystricorum *R*1;* in Istricorum *edd. G. M;* misteriorum *ed. pr.* c) *add. m. posteriori* se *r 2;* d) *ex* iubante *R 1.* e) *add.* et sanguinis *ed. G.* f) *corr. in* heresim *r 2, R 1.* g) *corr. ex* incedit *r 2, R 1.* h) irritavit *r 1. 2.* i) *ex* invecillitati *R 1.* k) implere *edd. G. M.* l) possimus *R 1.*

IV, 14 Transmissa per Felicem diaconum. — De Maximiano cf. epp. IV, 11. 12. 1) *Cf. de quinta synodo universali anni 553, quae tria capitula reprobavit, p. 18 not. 2 et not. 3 ad ep. IV, 2. Vide et ep. II, 49:* 'de trium capitulorum causa'. 2) *De Istricis trium capitulorum fautoribus vide epp. I, 16a. V, 56 et notam 7 ad ep. II, 49. Ex eorum schismate reversos saepius in Sicilia invenimus, cum et episcopi Istriae catholici tunc in hanc insulam refugissent. Cf. epp. VI, 36. IX, 150 etc.* 3) *Cf. de voce* 'cardinare' *not. 3 ad ep. I, 77 (p. 97, 34).*

IV, 15.

Gregorius I. papa Cypriano diacono, rectori Siculi patrimonii, mandat, ut supellectilem ecclesiarum a fugientibus sacerdotibus Italis in Siciliam delatam colligi notarique faciat.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 15. *593, Oct.*

Edd. M: Lib. IV. ep. 16; G: Lib. III. ep. 16. — Iaffé Reg. 1286 (920).

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO RECTORI SICILIAE.

Pervenit ad nos, diversos Italiae sacerdotes Siciliam confugientes [1] plurima secum ecclesiarum suarum ministeria [2] detulisse, eaque sive defunctis eis, sive male dispergentibus, prope omnia deperisse. Qua in re moti hortamur dilectionem tuam, quatenus transmittens per omnia Siciliae loca sicubi vasa sacra resque ecclesiarum positas incaute reppereris [a], eas cum summa districtione recolligi facias, atque adunatas sub notitia atque desuscepto [b] [3] apud singularum [c] ecclesiarum deponas episcopos, apud quos usque dum pacis [d] tempus expoposcerit [e], iuvante [f] Domino debeant tutissime conservari. Omnium autem rerum ipsarum non solum desuscepta [g] eos qui eas tradunt percipere volumus, sed etiam a te notitias earum subtiliter retineri, ut dum necesse fuerit ex hac cautela iuvante [h] Domino possint ab his quibus traduntur sine inminutione [i] restitui.

MENSE NOVEMBRIO INDICTIONE XII.

IV, 16.

Gregorius I. papa universis episcopis Dalmatiae mandat, ut, si Honoratus diaconus reprobetur, de moribus episcopi Salonitani eligendi sibi renuntient. Conceditque, ut quem omnes elegerint consecrent, excepto Maximo qui ambitui deditus dignitate privetur.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 16. *593, Nov.*

Edd. M: Lib. IV. ep. 10; G: Lib. III. ep. 15. — Iaffé Reg. 1287 (919).

IV, 15 in titulo om. Siciliae *R*1; om.* rectori Siciliae *ed. pr.* a) *corr. ex* repperis *r 2.* b) sub notitia (tua ac *in ras.*) susceptas *R 1;* sub notitia testium deponas susceptasque *ed. pr.* sub notitia testium suscipias susceptasque *ed. G. Invenit autem ed. G lectionem nostram quam r 1. 2 praebent in quibusdam mss. et ed. M pro hac lectione quam recepit citat Vatic. Norm. Reg. Corb. Rem. etc.* c) *om.* singularum *ed. G.* d) *erad.* pacis *R 1.* e) exposcerit *ed. G.* f) *ex* iubante *R 1.* g) desusceptas *R 1;* desusceptum *ed. M; om. hoc verbum ed. pr.* h) *ex* iubante *R 1, r 2.* i) diminutione *ed. pr.*

Mense *cet. ad calcem ep. IV, 15 r 1. 2 et ed. M cum codd. Turon. S. Gat. Vatic. (cf. de Vatic. not. c ad ep. IV, 16 [ed. M IV, 10] ubi dicitur: in Vatic. praemittitur huic ep.* Mense Novembri ind. XII). Data *add. R*1, ed. pr.* Mense Septembri *ut ed. M notat Colb. vet. Ita etiam ed. G. Om. hanc notam, sed praeponit epistolae IV, 16:* Mense Octubrio indictione XII *R 1. Cf. supra not. post ep. IV, 11.*

IV, 15 De Cypriano cf. ep. IV, 6. — Cf. de eadem re, quae in ep. nostra occurrit infra ep. VIII, 26. 1) *Nimirum propter Langobardorum invasionem; cf. ep. IV, 6 not. 3.* 2) ministeria = vasa sacra *ceteraque ecclesiarum supellex. Vide etiam ep. I, 66 (p. 87).* 3) *De* 'desuscepto' *cf. ep. III, 49 not. 5 (p. 206, 29) et Marini I papiri p. 372. Aperte hic et infra in ep. nostra* 'notitia' *(id est index, catalogus) et* 'desusceptum' *(i. e. testatio rei acceptae) discernuntur.*

IV, 16 'Dalmatinis et Iadertinis episcopis' epistolam nostram Iohannes diaconus (Vita Gregorii Lib. IV. c. 9) inscribit. — Epistolam hanc et Gussanvillaeus et Maurini e sua sede moverunt. Ille quidem levi mutatione transponens epp. IV, 15 et 16 quam rem cum nullam rationem indicet sine dubio iam in

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS PER DALMATIAS.

Oportuerat quidem fraternitatem vestram divini[a] respectu[b] iudicii[c] clausis carnalibus oculis nihil quod ad Deum pertinet et rectam mentis intentionem[d] omittere, nec cuiuslibet hominis faciem rectitudini[e] iustitiae[f] praeponere[g]. Sed postquam ita mores vestri saecularibus sunt traducti negotiis, ut obliviscentes[h] omnem sacerdotalis in vobis honoris tramitem cunctumque superni metus intuitum, non quid Deo sed quid vobis placeat studetis[i] explere[k], necesse habuimus, haec ad vos districtiora specialiter scripta transmittere, quibus ex beati Petri principis apostolorum auctoritate praecipimus, ut nulli penitus extra consensum permissionemque nostram, quantum ad episcopatus ordinationem pertinet, in Salonitana civitate manus praesumatis imponere[1], nec quemquam in civitate ipsa aliter quam diximus ordinare. Quod si contra haec quippiam vel sponte vestra, vel a quolibet coacti praesumpseritis vel temptaveritis agere, decernimus, vos Dominici corporis et sanguinis participatione privatos, quatenus[l] ex eadem ipsa adtrectatione[m] vestra vel voluntate transgrediendae praeceptionis nostrae, a caelestibus misteriis alieni[n], nec[o] quem ordinaveritis habeatur episcopus. Nos namque nullum, cuius vita reprehendi potest, ordinari[p] volumus temere. Et[q] si Honoratus diaconus indignus ostenditur[2], de vita moribusque eius qui electus fuerit nobis renuntiari volumus, ut quicquid in hac re agendum est cum consensu nostro salubriter permittamus impleri.

Confidimus enim in omnipotentem Dominum, quia quantum ad intentionem nostram pertinet, numquam quod nostram gravare possit[r] animam, numquam fieri sinimus quod vestram gravare possit[s] ecclesiam. Sin vero in qualibet persona ita omnium voluntarius consensus accesserit, ut auctore Deo digna sit, et non sit qui[t] ab eius ordinatione dissentiat, hanc a vobis[u] in eadem Salonitana ecclesia ex praesentis epistolae nostrae concessa licentia volumus consecrari. Excepta dumtaxat persona Maximi[3], de qua ad nos multa mala perlata sunt. Quae si ab appetitu maioris ordinis non cessat, restat ut arbitror quatenus subtiliter discussa ipso quoque in quo est officio careat.

IV, 16 in titulo apud Dalmatias *R*1;* per Dalmatiam *edd. G. M.* a) divino *r 2.* b) *ex* respectui *R 1.* c) *ex* iudicio *R 1;* iudicis *r 2.* d) *ita scribo cum ed. M (quae sequitur Vatic. D, Turon. Rem. Norm.); codd. nostri:* et recta mentis intentione *R 1, r 1. 2 (rasura corr. in* e recta m. int. *R 1);* e recta m. int. *Vatic. B (ed. M);* recta m. int. *Corb. Vatic. A et C (ed. M), ed. pr.;* a recta m. int. *ed. G.* e) rectitudinis *r 2.* f) iustitiaeque *R 1.* g) proponere *R 1* (*corr. in* preponere), *r 2.* h) obliviscencias *r 2; ex* oblibiscentes *corr. R 1.* i) studeatis *edd.* k) *ex* expellere *R 1;* implere *ed. pr.* l) *add.* vobis *sec. ed. M codd. Norm. et Corb.* m) retractione *ed. pr.* n) alienis *sec. ed. M Norm. Corb.;* alieni sitis *edd. G. M.* o) *add.* eum *R 1, r 2 (corr. in* ille *r 2); add.* is *edd.* p) *corr. in* ordinare *r 1.* q) quod (*pro* et) *edd. G. M.* r) *erad.* possint *R 1.* s) *om. et suprascr.* possit *R 1.* t) quid *R 1.* u) a nobis *r 2, ed. pr.;* (*om.* a) nobis *r 1;* a canonibus (*pro* hanc a vobis) *R 1.*

codicibus nonnullis invenerat. Sed hi ep. IV, 16 epistolis mensis Septembris asseruerunt duplice errore ducti, tum notam chronologicam inter ep. 16 et 17 additam ad ep. 16 trahentes, tum lectionem pravam Septembris mensis (pro Decembri) praeferentes. Praeterea relationem illam historicam de Maximo (i. e. ep. VIII, 36) citant, quamvis nostra quidem sententia tempus epistolae nostrae non attingat. Cf. in ed. Maurinorum ordinis restituti argumenta p. 1308 et quae ego Neues Archiv III, 611 iisdem opposui.

1) Post Natalis episcopi mortem (qui anno 592, Oct.-593, Mart. e vita discessit cf. ep. III, 32 not 5) sedes Salonitana rectore orbata erat. De electione episcopi cf. ep. III, 22. 2) De Honorati diaconi candidatura vide ep. III, 46; a criminibus sibi obiectis liberatus proclamatur in ep. III, 32. 3) De Maximi ordinatione surrepta et per vim acta cf. ep. IV, 20, ea quae ad ep. IV, 38 proferemus et ep. VIII, 36

MENSE DECEMBRIO INDICTIONE XII.

IV, 17.

Gregorius I. papa Felici, episcopo Sipontino, mandat, ut Tribuni clerici redemptori solidos duodecim, quibus eum solverit, ex ecclesiae pecuniis restituat. *593, Dec.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 17.

Edd. M: Lib. IV. ep. 17; G: Lib. III. ep. 17. — Iaffé Reg. 1288 (921).

GREGORIUS FELICI EPISCOPO SIPONTINO.

Qualiter succurrendum sit redemptionibus captivorum, et sanctorum canonum et mundanarum legum sanctio[1] evidenter edocuit. Quod cum omnibus notum sit, mirati sumus, ut fraternitas tua in redemptione Tribuni clerici tui[a] praesentium latoris[b] nulla mota misericordia subveniret. Quod ergo sponte facere distulisti, nostra saltem facere festina adhortatione commonitus, ne si quod non credimus neglegendum putaveris, incipiat tibi necessitas quod voluntas fugit imponere. Quia igitur superscriptus[c] Tribunus ab hostibus se praedatum ac duodecim[d] solidis[e] perhibet comparatum, ad quorum se deflet restitutionem urgeri[f], haec te oportet diligenter inquirere. Et si ita est, nec eum unde pretium in se datum reddere possit habere cognoveris, superscriptos[g] solidos de ecclesia[h] redemptori eius restitue. Nam valde durum est, si de ecclesia cui militat remedium nullum inveniat. Omissa itaque[i] excusatione, pretium, quod in eo datum manifesta veritate patuerit, sine aliqua mora sicut sumus praefati restitue, quatenus nec creditorem eius tempore necessitatis afflicto subvenisse paeniteat, et hic onere meroris exutus, mente libera officii sui ministerium sollicite ac competenter exhibeat.

Mense *cet. ita* (deceb. *abbrev.*) *R 1;* septb. (*pro* decb.) *r 1. 2, Turon. S. Gat. (cf. ed. M) qui cum hac nota ep. IV, 16 finiunt. Eodem modo* Data mense Septembrio ind. XII *R*1, ed. pr. Om. hanc notam edd. G. M.*

IV, 17 in titulo sepontino *R*1, ed. pr.* a) *erad. ut videtur* clericitui *et suprascr.* latori *R 1.* b) praes. latoris *om. ed. pr.* c) *notam* s̄s̄ *adhibent r 1. 2; ex ea ortum est* suis *R 1; om.* suprascriptus *ed. pr.;* supradictus *edd. G. M.* d) *ita R 1, ed. M;* a CXII *r 1. 2;* ac centum duodecim *edd. pr. G.* e) *add.* se *edd. G. M.* f) urgueri *R 1.* g) supers̄ *abbrev. R 1,* s̄s̄ *r 1. 2;* supradictos *edd. G. M;* septem *ed. pr.* h) *ex* ecclesiis *R 1.* i) ergo *in ras. R 1.*

ubi narratur: Levatum esse Maximum praesumptorem contra votum domni papae Gregorii a militibus per indictionem undecimam. *Convenit haec temporis nota cum ep. nostra et ep. III, 46. Nam si in hac (III, 46) indictione XI, mense Iulio scripta Maximi nondum fit memoria, praesumtio eius quin aliquot mensibus epistolam nostram praecesserit, nil impedit. Accedit huc, quod nescio quibus argumentis fultus, Iohannes diaconus l. l. Maximum factione Malchi episcopi sedem episcopalem invasisse dicit. Quare et in epp. III, 22. 46 ubi de Malcho ab hac causa removendo agitur, de electione Maximi non sustentanda papam locutum esse suspicamur.*

IV, 17 Per Tribunum clericum Sipontinum delata. — Cf. de Felice episcopo epp. I, 51. III, 40. 41. 42.
1) Citant Maurini de mundanis legibus Cod. de sacrosanctis Eccles. c. 21 'Sancimus' et Iustiniani Novell. 129 c. 9. 10; de canonibus Aurel. I can. 5. Rem. can. 22. Cf. de captivorum redemptione ep. VII, 13.

IV, 17a.

Gregorius I. papa Secundino, episcopo Tauromenitano, homiliarum in evangelia libros duos transmittit, quarum ut inemendatas iuxta eas corrigat, quas per praesentem mittit portitorem, petit. *593, med.*

Opp. S. Gregorii pp. ed. M: Tom. I, 1434; ed. G: Tom. I, 1345. — Iaffé Reg. 1289.

INCIPIT EPISTOLA SANCTI GREGORII PAPAE AD SECUNDINUM EPISCOPUM TAUROMINITANUM.

Reverentissimo et sanctissimo fratri SECUNDINO coepiscopo GREGORIUS servus servorum Dei.

Inter sacra missarum sollemnia ex his, quae diebus certis in hac ecclesia legi ex more solent, sancti evangelii quadraginta lectiones exposui. Et quarundam quidem dictata expositio adsistente plebe est per notarium recitata; quarundam vero explanationem coram populo ipse locutus sum[1] atque ita ut loquebar excepta est[2]. Sed quidam fratres, sacri verbi studio ferventes, antequam ad propositum modum ea quae dixeram subtili emendatione perducerem transtulerunt. Quos recte ego quasi quibusdam famelicis similes dixerim, qui prius escas edere appetunt, quam cibi plenius excoquantur. Hoc vero ubi scriptum est: 'Ductus est Iesus ab spiritu in deserto ut Matth. 4, 1.
temptaretur a diabolo' prius quidem quasi sub quadam ambiguitate exposui. Sed eandem dubitationem postmodum certa notatione[a] correxi. Easdem quoque homelias eo quo dictae sunt ordine in duobus codicibus[2] ponere curavi, ut et priores viginti, quae dictatae[b] sunt, et posteriores totidem, quae sub oculis dictae, in singulis essent distinctae corporibus. Quod vero quaedam antepositae, quae in evangelio post leguntur, quaedam vero postpositae, quae ante per evangelistam scriptae sunt, inveniuntur, nequaquam movere tuam fraternitatem debet. Quia sicut a me diversis temporibus dictae sunt, ita quoque sunt ab exceptoribus[3] in codicibus adfixae.

IV, 17a Contuli cum cod. Parisino lat. 12, 255 (eodem Corbeiensi et S. Germani a Pratis n. 280, alio numero 166) membr. in qu. saec. IX. (ubi fol. 194a in margine notae Tironianae, fol. 190b inter columnas litterae nominis gerolus *leguntur). Adhibuerunt eundem codicem iam Maurini. In fol. 1 epistolam nostram litteris uncialibus scripsit librarius.* a) enodatione *test. M. codd. Gemetic. et 2 Carnut* b) dictae *cod. Par.*

IV, 17a Eo quo dixit ordine Gregorius homilias digessit. Itaque ultima hom. n. XL tempus totius libri indicat. In hom. XXXVIII autem de pestilentiae clade, quae 'ante biennium' contigerit, dicitur; igitur hom. XXXVIII anno 592 attribuenda est. De die huius homiliae ambigitur, utrum natalis S. Clementis (23. Nov.) an dominica XX. post Pentecosten fuerit. Sed utut res se habet, homilia XL dominica II. post Pentecosten dicta ad annum 593, Mai. 31 hac ratiocinatione pertinet. Huic indicio convenit quo Dialogos Gregorius composuerit: annus 593, fin. Homiliarum autem iam saepe in dialogis mentionem facit. (Cf. Notas Maurinorum in Hom.) Aliter, scil. homilias anno 592 confectas esse opinati sunt Baronius Ann. eccl. ad ann. 592 n. 30. 34, Cod. dipl. Siciliae p. 143, Lau Gregor I p. 314. — De Secundino cf. ep. I, 71. III, 56 cet. 1) *Liber II. homiliarum (Hom. XXI) incipit his verbis:* Multis vobis lectionibus, fratres carissimi, per dictatum loqui consuevi. Sed quia lascescente stomacho ea quae dictavero legere ipse non possum quosdam vestrum minus libenter audientes intueor. Unde nunc a memet ipso exigere contra morem volo ut inter sacra missarum sollemnia lectionem sancti evangelii non dictando, sed colloquendo edisserem *cet. Et initio homiliae sequentis*: Fractus longa molestia stomachus diu me ... loqui prohibuit *cet. Cf. Iohannem diaconum in Vita Gregorii I Lib. II, 18. IV, 74.* 2) *Post ergo Secundino Dei servo incluso Gregorius ep. IX, 147 scripsit:* 'Transmisi autem duos homiliarum codices quas dixi in ecclesia, dum adhuc loqui praevalerem'. 3) *Cf. Iohannem diaconum Vit. S. Gregorii Lib. II. c. 11:* 'Aemilium quoque notarium (consiliarium familiaremque sibi delegit papa), qui quadraginta homilias evangelii cum sociis suis excepit'.

Tua itaque fraternitas sacris semper lectionibus intenta si praedictum locum evangelii evenit sub dubietate prolatum, vel easdem homelias repperit ita ut praedixi non esse dispositas, has inemendatas remansisse cognoscat et iuxta eas, quas per praesentem portitorem mittere studui, corrigat, nulloque modo illas sine emendatione remanere permittat. Editae autem in scrinio[4] sanctae ecclesiae nostrae retinentur, ut si qui forte a tua fraternitate longe sunt, hic inveniant unde in his, quae emendatae sunt, certiores fiant.

MENSE IANUARIO INDICTIONE XII.

MENSE FEBRUARIO INDICTIONE XII.

MENSE MARTIO INDICTIONE XII.

IV, 18.

Gregorius I. papa ecclesiam S. Pancratii (Romanam), ademptam presbyteris dat fratribus monasterii cum eadem ecclesia cohaerentis; quibus Maurum abbatem praeponit.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 18. *594, Ian. Febr. Mart.*

Edd. M: Lib. IV. ep. 18; G: Lib. III. ep. 18. — Iaffé Reg. 1290 (925).

GREGORIUS MAURO ABBATI A SANCTO PANCRATIO.

Ecclesiarum cura, quae sacerdotalibus officiis evidenter infixa est, ita nos cogit esse sollicitos, ut nulla in eis culpa neglectus appareat. Quoniam vero ecclesiam[a] sancti Pancratii, quae erat comissa presbiteris, frequenter neglectum habuisse cognovimus, ita ut venientes[b] Dominicorum[c] die populi missarum sollemnia celebraturi[d] non invento presbytero murmurantes redirent, hoc matura deliberatione nostro sedit arbitrio, ut eis remotis monachorum congregationem in monasterio[e] eidem ecclesiae coherenti constituere cum Christi[f] gratia deberemus[g]. Quatenus abbas, qui illic praeesset[h],

Mense *cet. ita r 1. 2 ad finem praecedentis ep. R 1 in principio sequentis. Sed scribit R 1 in ras.* mēn Febr. *et pro* mart. *false* mad. *legit. Add. solummodo* Data mense ianuario ind. XII. *ep. IV, 17 R*1 et ed. pr.; add.* mense ianuario ind. XII. *edd. G. M (quarum M citat pro hac lectione ad calcem epp. IV, 17 et IV, 18 Colb. vet.).*

IV, 18 in titulo ita r 1. 2, R 1; de (sancto P.) *R*1. Consentit nobiscum ed. G, quae notat verba* a sancto Pancratio *deesse in quibusdam codd. Om.* a s. Pancratio *edd. pr. M.* a) *ita R 1, ed. G;* ecclesiae *r 1. 2; ed. pr.;* ecclesia *ed. M.* b) veniente *R 1.* c) *ita codd. nostri et ed. pr.;* dominico *edd. G. M.* d) audituris *ed. G.* e) mōn *abbrev. (ut solet pro* monasterio) *sed add. in ras.* te *R 1;* monte *Vatic. B (ed. M).* f) Dei *edd. G. M.* g) deliberamus *in marg. al.* deberemus *ed. G.* h) preest et *R 1.*

4) *Cf. ep. III, 49 not. 6 (p. 206, 32).*

IV, 18 De temporis notis et quomodo interpretari oporteat menses illos cumulatim congestos cf. quae disserui in Gregorstudien: Neues Archiv III, 571. 22. Ad mensem Martium igitur epistolam IV, 18 revocamus. — In basilica sancti Pancratii martyris homiliam XXVII in Evangelia habuit Gregorius. Condita fuit anno cc. 500 a Symmacho papa (Liber Pontif. c. 79 in Vita Symmachi ed. Migne 128, 454) extra muros sed haud procul (milliario secundo) in monte Ianiculo, via Aureliana. Igitur porta Aureliana aut Ianiculensis iam a Procopio 'porta sancti Pancratii' nuncupatur. Honorius I. (ann. 638) papa eandem ecclesiam restauravit (vide Libr. Pontif.). In vita Leonis III. (Lib. pont. cap. 406 ed. Migne p. 1234) 'monasterium sancti Victorii quod ponitur ad sanctum Pancratium' memoratur. Cf. Mabillon Mus. Ital. p. 73, Gregororius Gesch. d. Stadt Rom I, 304. II, 129, et quem Gregororius laudat Paulinum Carmelitam De Basilica S. Pancratii disquisitio Romae 1803.

curam et sollicitudinem antefatae ecclesiae habere modis omnibus debuisset. In quo etiam monasterio[i] te Maurum abbatem praevidimus praeponendum. Statuentes, ut terras praefatae ecclesiae, vel quicquid illic[k] intraverit, seu de reditibus eius accesserit, antedicto monasterio tuo debeat applicari, atque illic sine diminutione aliqua pertinere. Ita sane, ut quaecumque in superscripta[l] ecclesia fienda reparandaque sunt, per te sine dubio reparentur. Sed ne remotis presbyteris, quibus ecclesia ipsa fuerat ante commissa, vacare mysteriis[m] videatur, idcirco huius tibi auctoritatis tenore praecipimus, ut peregrinum illic non desinas adhibere presbyterum, qui sacra missarum possit sollemnia celebrare. Quem tamen et in monasterio tuo habitare, et inde[n] vitae subsidia habere necesse est. Sed et hoc prae omnibus curae tuae sit, ut ibidem ad sacratissimum corpus beati Pancratii[1] cotidie opus Dei proculdubio peragatur. Haec igitur, quae tibi huius praecepti fienda[o] serie deputamus, non solum te perficere, verum etiam et ab his, qui in officio locoque tuo successerint, sic in perpetuum servari volumus et inpleri, ut nullus deinceps in supradicta ecclesia possit inveniri neglectus.

IV, 19.

Gregorius I. papa Leoni acolytho ecclesiam sanctae Agathae in Subura a pravitate haeretica ad catholicam fidem reductam commendat. *594, Ian. Febr. Mart.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 19.

Edd. M: Lib. IV. ep. 19; G: Lib. III. ep. 19. — Iaffé Reg. 1291 (926).

GREGORIUS LEONI ACOLITHO.

Locorum venerabilium cura nos ammonet de eorum utilitate per omnia cogitare. Quia ergo ecclesia sanctae Agathae sita in Subora[a 1], quae spelunca fuit aliquando

i) mon̄ *R 1.* k) illuc *R 1, edd. G. M.* l) s̄s̄ *r 1. 2;* ss̄a *R 1;* ipsa *ed. pr.;* ipsa suprascripta *edd. G. M.* m) *ita r 1. 2, R 1 (R 1 corr. in* mynisteriis) *ed. pr., et sec. ed. M Vatic. A et alii;* ministeriis *edd. G. M (G notans in marg.: al.* mysteriis). n) exinde *R 1, edd. pr. G.* o) facienda *edd. G. M.*

IV, 19 in titulo acolotho *r 1. 2 (corr. in* acolitho *r 2);* acolito *R* 1, ed. pr.* a) *ita r 1; ex* sitam in subora *corr.,* sita in subura *r 2;* sub(u *in ras.*)ra *R 1;* Subura *edd. M. pr.;* Suburra *ed. G (vide* Subora *et* Sobora *apud Maurini I papiri pp. 143. 70).*

1) *Historiam reliquiarum S. Pancratii narrat Paulinus in opere citato. Cf. Gregororius II, 129.*

IV, 19 De tempore epistolae huic adscribendo cf. ep. IV, 18. — De eadem re Gregorius ipse in Dialogis III. c. 30 haec narrat: 'neque sileam quod ad eiusdem Arianae haereseos damnationem in hac quoque urbe ante biennium pietas superna monstravit . . . Arianorum ecclesia in regione huius urbis, quae Subura dicitur, cum clausa usque ante biennium remansisset placuit, ut in fide catholica introductis illic beati Sebastiani et sanctae Agathae martyrum reliquiis dedicari debuisset'. *Quae verba, cum dialogos Gregorius anno 593 fin. conscripserit, aperte indicant, ecclesiam illam iam anno 591 aut 592 catholicae fidei restitutam esse. Alias Gregorium ecclesiam sanctae Agathae in Subura catholicis reddidisse et Vita Gregorii I. in Libro pontificali refert:* 'Dedicavit ecclesiam Gothorum quae est in Suburra in nomine beatae Agathae martyris' *(cf. quae Baldini in ed. Migniana p. 647 ad hunc locum affert), et Iohannes diac. (Vita Gregorii I Lib. II c. 31) iisdem fere dialogorum Gregorii verbis. Iohannes autem ipse domum in Subura positam habuit, ut dicit Lib. III c. 58.* 1) *Basilicam sanctae Agathae in Subura Suevorum dux Ricimer anno cc. 472 aut condidit aut restauravit. (Baronius Ann. Eccl. ad ann. 472.) Agatham autem Siculam i. e. Cataniensem fuisse et ex eo Gregorium hanc sanctam praesertim coluisse, Gregororius II, 78 observat. Cf. ep. I, 52 de reliquiis sanctae Agathae. — Subura nomen est regionis urbis Romae, quam fastigia collis Palatini et Esquilliae complectuntur (Iordan Topographie der Stadt Rom I, 185).*

pravitatis hereticae[2], ad catholicae fidei culturam Deo propitiante reducta est[3]; ideoque[b] huius auctoritatis tenore commonitus pensiones omnium domorum in hac urbe constitutarum, quas praedicta ecclesia[c] temporibus habuisse Gothorum constiterit, annis singulis congregare non desinas, et quantum in sarta tecta[d], vel luminaribus[4], aliaque[e] reparatione eiusdem ecclesiae necessarium fuerit, erogare modis omnibus studebis. Quicquid vero exuberare[f] potuerit, fideliter rationibus te ecclesiasticis inferre praecipimus.

MENSE APRILI INDICTIONE XII.

IV, 20.

Gregorius I. papa Maximo, praesumtori Salonitano, ordinatoribusque eius, donec cum vera imperatoris iussione ordinatum cognoverit, sacris interdicit. *594, Apr.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 20.
Edd. M: Lib. IV. ep. 20; G: Lib. III. ep. 20. — Iaffé Reg. 1292 (927).

GREGORIUS MAXIMO PRAESUMPTORI IN SALONA.

Licet cetera cuiuspiam talia vitae sint merita, ut nihil sit, quod ex sacerdotalibus valeat ordinationibus obviare, tamen solius nefas ambitus severissima canonum districtione damnatur. Cognovimus itaque quod[a] vel subrepta vel simulata piissimorum principum[1] iussione dum vita dignus non fueris, te ad[b] sacerdotii ordinem cunctis venerabilem[c] prorupisse[d]. Quod nos ideo sine ulla hesitatione credidimus[e], quia vitam aetatemque tuam non habemus incognitam, ac deinde, quia serenissimi domini imperatoris[1] animum non ignoramus, quod se in causis sacerdotalibus miscere non soleat, ne nostris in aliquo[f] peccatis gravetur. Additur inauditum nefas, quod post interdictionem quoque nostram, quae sub excommunicatione tua

b) ideo *edd.* c) praedictam ecclesiam *edd.* d) sartis tectis *edd. G. M;* ad sarta tecta *ed. pr.* e) aliqua *cui suprascr.* vel *R 1.* f) *ex* extuverare *r 2.*

Mense *cet. codd. nostri et sec. ed. M Norm. Turon. S. Gat. Colb. et alii. Concordant edd. G. M.* Data mense Aprili ind. XII. *R*1 et ed. pr. Abbr.* April. *r 1. 2;* āpli *R 1. Cf.* Apreli *supra p. 184.*

IV, 20 om. in titulo in Salona *ed. pr.* a) *ita codd. nostri; om.* quod *ed. M.* b) *om.* ad *ed. G.* c) *ex* benerabilem *R 1.* d) praeripuisse *edd. pr. G.* e) credimus *R 1, ed. pr.* f) aliquod *r 1. 2.*

Pertinebat primum ad regionem quartam (idem II, 319). Et regioni quartae attribuit eam documentum saec. VI aut VII (tabellio habens stationem in porticum de Subora regione quarta' *ap. Marini I papiri n. 92, p. 143. 303). Post regioni septimae adscripta est. Nam sic bulla Iohannis XIX. papae anni 1025* ('Rome regione VII. in loco qui vocatur Proba iuxta monasterium S. Agathae super Sobora'. *Marini ibid. p. 70, Iaffé Reg. 4067 [3094]). Cf. Gregorovius III, 543. 544. Sed negat Montfaucon (Diarium Italicum c. 9 p. 131 seq.), ut Maurini adnotant, hodiernam S. Agathae ecclesiam in antiqua Subura sitam esse docetque unde haec ecclesia dicta in Subura. — Occurrit autem saepius haec ecclesia in Libro pontificali, in Vitis Leonis III. et Gregorii IV. (Migne pp. 1227. 1234. 1287).*

2) Cf. Librum diurnum form. 24 (Rozière p. 50): 'basilicam quam dudum asseris Arrianae haeresis speluncam fuisse'. *Haereticam pravitatem ipse Gregorius in Dialogorum loco laudato explicat. Cf. et ep. III, 19 ubi in nota 2 (p. 177, 30) fusius de restitutione ecclesiarum Arianorum disseruimus.* *3) i. e. anno 591 aut 592 ut supra in nota 1 ex Dialogis demonstravimus.* *4) De 'sartis tectis' cf. in ep. II, 9: quae offeruntur vel relinquuntur 'sartis tectis et luminaribus'. Vide etiam not. 2 ad ep. IV, 11 et Librum diurnum form. n. LXXIV (Rozière p. 150):* 'Sarta tecta vero per omnes ecclesias meas sub omni diligentia me profiteor prout expensas habuero esse facturum'.

IV, 20 Cf. de Maximo, quae ad epp. IV, 16. 38 dicta sunt. *1) Cf. ep. III, 65 not. 1.*

ordinantiumque[2] te facta est, caesis[g] presbyteris, diaconibus, ceteroque[h] clero, manu militari[3] diceris ad medium deductus. Quam rem[i] nos consecrationem dicere nullo modo possumus, quia ab excommunicatis est hominibus celebrata. Quia igitur sine ullius exempli forma violasti talem tantamque sacerdotii dignitatem, praecipimus, ut usque dum dominicis vel responsalis nostri[k4] cognoverimus[l] apicibus, quod non resumpticia[m], sed vera fueris iussione ordinatus, nullatenus tu ordinatoresque tui adtrectare quicquam praesumatis sacerdotalis officii, neque[n] usque ad rescriptum nostrum ad cultum vos sacri altaris accedere. Quod si contra haec agere praesumpseritis anathema vobis sit a Deo et a beato Petro apostolorum principe, ut contemplatione iudicii vestri ceteris quoque[o] catholicis ecclesiis ultionis vestrae praebeatur[p] exemplum.

MENSE MADIO INDICTIONE XII.

IV, 21.

Gregorius I. papa Venantio, episcopo Lunensi, de Iudaeorum mancipiis Christianis praecipit. *594, Mai.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 21.
Edd. M: Lib. IV. ep. 21; G: Lib. III. ep. 21. — Iaffé Reg. 1293 (928).

GREGORIUS VENANTIO EPISCOPO LUNENSI.

Multorum ad nos relatione pervenit, a Iudaeis in Lunensi civitate degentibus in servitium Christiana detineri[a] mancipia[1]. Quae res nobis tanto visa est asperior, quanto eam fraternitatis tuae patientia operabatur[b]. Oportebat quippe te respectu loci tui[c] atque christianae religionis intuitu nullam relinquere occasionem[d], ut superstitioni Iudaicae simplices animae[e], non tam suasionibus, quam potestatis iure, quo-

g) ceseris *R 1.* h) ceterosque *r 2.* i) qua re *R 1.* k) nostris *R 1.* l) cognoveris *ed. G;* coguoverim *ed. M.* m) resumticia *corr. in* presumticia *R 1;* resupticia *r 2;* surrepta *ed. pr.;* surrepticia *edd. G. M.* n) nec *r 1. 2.* o) ceterisque *R 1.* p) *ex* preveatur *R 1.*

Mense *cet. ad calcem* ep. IV, 20 *r 1. 2. edd.* Data mense *cet. R*1, ed. pr.;* maio *r 1. 2, R*1* mai̅ *R 1; de forma* Madio *cf. supra p. 61. 192.*

IV, 21 in titulo Lunensi *ex* Lunensis *R 1.* a) detinere *r 1. 2.* b) *ita R 1, sed non reticendum est* (fraternita)tis *et* (tu)ę *in ras. esse scripta;* ea fraternitatis tuae p. operabatur *ed. G (cf. in ed. G Corrigenda p. 1615 quae neglexit in nota b ed. M);* a fraternitatis tuae p. operabatur *Vatic. A sec. ed. M;* a fraternitate tua p. operabatur *r 2, ed. pr., (suprascr.* vel operiosior *r 2);* a fraternitate tua p. operosior *r 1, ed. M, quae citat pro hac lectione Norm. Corb. Rem. Turon. Reg. Vatic.* c) loci tui — nulli *in ras. R 1.* d) nulla rel. occasione *R 1.* e) animas *R 1.*

2) Cf. ep. IV, 16. Ordinaverunt eum episcopi excommunicati pretio corrupti ut Iohannes diaconus refert. Cf. VIII, 36 et Iohannem diaconum in Vita Gregorii I. Lib. IV. c. 9. 10. 3) Cf. VIII, 36 et Iohannem diaconum loco laudato. 4) i. e. Saviniani; cf. epp. III, 51. 52. 64. 65.

IV, 21 Venantio, episcopo Lunensi, plures misit papa epistolas, postremam ep. IX, 143 i. e. anno 599, Mai. Venantium paullo ante epistolam nostram Romae fuisse ex Dialogis III, 9 et IV, 53 constat. Nam cum papa Dialogos scriberet (i. e. anno 593, fin.) Venantium 'in praesenti adesse' *dicit. Igitur ex epistola nostra prima eidem directa conicimus tunc eum, ut a papa confirmaretur Romam petiisse. Neque ex urbe iam discesserat, sed in loco ei praeceptum nostrum datum esse ex ep. IV, 22 elucet, in qua Venantius* 'praesentium lator' *nominatur. — Luna Etruriae urbs, haud procul ab ostio Macrae fluminis. Aut Lunegiano aut Sarzana hodierna oppida in loco eius constructa esse putantur. 1) Cf. Cod. Iustiniani I, 9. 10 (ep. II, 6 not. 3. III, 37 not. 3).*

dammodo deservirent. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam, ut secundum piissimarum legum tramitem, nulli[c] Iudaeo liceat Christianum mancipium in suo retinere dominio[2]. Sed si[f] qui penes eos inveniuntur, libertas eis tuitionis auxilio ex legum sanctione servetur. Hi[f] vero qui in possessionibus eorum sunt, licet et[g] ipsi ex legum districtione sint liberi, tamen quia colendis terris eorum diutius adheserunt, utpote conditionem[h] loci debentes[3], ad colenda quae consueverant[i] rura permaneant, pensiones praedictis viris praebeant, cuncta quae de colonis vel originariis[4] iura praecipiunt peragant. Nihil eis extra haec[k] oneris amplius indicatur. Quod si quisquam de his vel ad alium migrare locum, vel in obsequium suum retinere voluerit, ipse sibi reputet, qui ius colonarium temeritate sua, ius vero[l] dominii sibi[m] iuris severitate damnavit[n]. In his ergo omnibus ita te volumus sollerter inpendi, ut nec direpti[o] gregis pastor reus existas, nec apud nos minor aemulatio fraternitatem tuam reprehensibilem reddat.

IV, 22.

Gregorius I. papa Constantio, episcopo Mediolanensi, Venantium episcopum Lunensem in cleri disciplina reformanda commendat. *594, Mai.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 22.

Edd. M: Lib. IV. ep. 22; G: Lib. III. ep. 22. — Iaffé Reg. 1294 (929).

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Quorundam de Lunensium[a 1] venientium partibus ad nos relatione pervenit, religionem[b] locorum ipsorum ita ab ecclesiasticae disciplinae tramite deviasse[c], ut nullatenus in suis moribus, actionibusque canonicae[d] dispositionis statuta respiciant. Quae quia erant et[e] examinanda subtilius et severius ulciscenda, praesentium latorem, Venantium fratrem et coepiscopum nostrum, ut instanter emendarentur[f] ammonui[2]. Sed pro magnitudine inquietudinis excedentium[g] personarum, solum se non iudicavit[h] in huiusmodi inquisitione sufficere. Ideoque postulavit a nobis, ut in eodem[i] examinando negotio fraternitatis tuae ei adiceretur atque auctoritatis auxilium. Quamquam igitur fraterna dilectio hoc a te et sine nostris scriptis debeat[k] exigere, tamen prae-

f) hii *R 1; illi ed. pr.* g) e *corr. ex* ex *R 1.* h) conditione *r 1, ed. pr., et sec. ed. M Vatic. A et Reg.* i) *ex* consueberant *R 1.* k) quod *edd. G. M.* l) *add.* iuris *ed. G.* m) ipse se *sec. ed. M Vatic. B;* sub *Vatic. D et ed. G in margine;* sui *edd. pr. G.* n) damnabit *R 1, Vatic. B.* o) derepti *r 2;* de ereptione *ed. pr.*

IV, 22 in titulo Mediolanensi *ex* Mediolanensis *R 1.* a) *ita codd. nostri, edd. pr. G et sec. ed. M Reg. Sed in omnibus Norm. Turon. Rem. Teller. Vatic. D invenit ed. M* Laudensium; *quod recepit.* b) religiosos *edd. pr. G.* c) *ex* debiasse *R 1.* d) canonica *R 1, r 1;* canonicae *ex* canonica *r 2.* canonicae *edd.* e) *om.* et *R 1, ed. pr.* f) emendaretur *codd. et ed. pr.* g) excidentium *R 1, r 2.* h) *ex* iudicabat *R 1.* i) eadem *R 1.* k) debebat *r 1. 2. ed. pr.*

2) De conditione servorum et colonorum et quae relationes inter eos intercedant cf. Savigny Colonat p. 283 (Vermischte Schriften II, 13). 3) i. e. glebae adscripti. Cf. ep. II, 29 not. 2. 4) Cf. Cod. Iustiniani Lib. XI c. 48. 11. Originarii dicebantur, qui ex adscriptitiis colonis in ipso solo erant nati, nec sine terra in qua nati erant, nec sine gleba vendi poterant. Thiel Epistolae Rom. Pont. Genuinae I, 389 in nota.

IV, 22 Translata Genuam per Venantium episcopum Lunensem. — De Constantio cf. epp. IV, 1. 2. 3. 1) De oppido Luna cf. ep. IV, 21 not. 2) Cf. de Venantio Lunensi quae ad ep. IV, 21 disquisiri. Conveniunt optime opinioni nostrae, tunc primum Venantium episcopum creatum esse, verba quae de cleri disciplina et de episcopo sustentando dicuntur. Admonuit eum papa cum Romae degeret.

sentibus quoque vos specialiter adhortamur epistolis, ut adhibito vobis praedicto fratre nostro cunctos clericos ceterosque religiosos praenominatae civitatis et territorii eius, de quorum aliquid est suspicionis excessibus[l], ad te venire compellas. Atque cuncta secundum Deum propter futuri metum iudicii subtiliter inquirentes, si quem a canonum statutis recessisse reppereritis, canonica cum ultione corrigite. Nec patiamini in[m] locis vestris, eos qui non gerunt in moribus quod ostendunt in habitu, per abrupta[n] diutius evagari. Quos oportet[o] ad rectitudinis normam pastorali vos circumspectione reducere[p]. Ita ergo fraternitas tua cunctis sollertius indagatis quae nobis in talibus nuntiata sunt corrigat, ordinet, atque in futurum sopire festinet, ut[q] animae tuae proficiat, si tui causas vigilanter atque vivaciter perscrutaris officii, et nostrum minime frustrari permittas[r], quod semper de tuae maturitatis habuimus districtione iudicium.

IV, 23.

Gregorius I. papa nobiles ac possessores Sardiniae insulae adhortatur, ut una cum Felice episcopo et Cyriaco servo Dei rusticos ab idolorum cultu avertant.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 23. *594, Mai.*

Edd. M: Lib. IV. ep. 25; G: Lib. III. ep. 23. — Iaffé Reg. 1295 (930).

GREGORIUS NOBILIBUS AC POSSESSORIBUS IN SARDINIA INSULA CONSISTENTIBUS.

Fratris et coepiscopi mei Felicis[1], vel filii mei Cyriaci[a] servi Dei[2] relatione[3] cognovi, pene omnes vos rusticos in vestris possessionibus idololatriae[b] deditos habere[4]. Et valde hac de[c] re contristatus sum, quia scio, quod subiectorum culpa praepositorum deprimit vitam, et cum in subiecto peccatum non corrigitur, in his[d] qui praesunt sententia retorquetur. Unde, magnifici filii, exhortor, ut omni cura omnique sollicitudine animarum vestrarum zelum habere debeatis, et quas rationes omnipotenti Deo de subiectis vestris reddituri estis, aspicite[e]. Ad hoc quippe illi vobis commissi sunt, quatenus et ipsi vestrae utilitati valeant ad terrena servire, et vos per vestram providentiam eorum animabus ea quae sunt aeterna prospicere. Si igitur inpendunt illi quod debent, vos eis cur non solvitis, quod debetis? Id est, ut adsidue illos magnitudo vestra commoneat, ab idololatriae[f] errore compescat, quatenus eis ad fidem ductis omnipotentem Deum erga se placabilem faciat. Ecce enim mundum hunc quam vicinus

l) excessionibus *sec. ed. M Norm.* m) *om.* in *R 1.* n) arrupta *R 1.* o) *add.* et *r 1. 2, edd. G. M.* p) circuminspectione ducere *R 1.* q) *add.* et *edd. G. M.* r) permittat *R 1.*

IV, 23 in titulo om. consistentibus *ed. pr.* a) cyracy *R 1.* b) idolatriae *r 1, ed. pr.* c) hoc *corr. in* in hac *R 1.* d) eos *edd. G. M.* e) aspiciatis *edd. G. M.* f) idolatriae *r 1, ed. pr.*

IV, 23 Una ut videtur cum epp. IV, 24-27 per Epiphanium presbyterum (Caralitanum) delata. — De possessoribus vide in ep. XIV, 2 (possessores Sardiniae), in Libro diurno formulam CVII (Rozière p. 247) et quae Hegel Städteverfassung von Italien I, 191. 192 profert. *1) De Felice episcopo, cuius sedes Itala (cf. ep. V, 38) non refertur, vide epp. IV, 25. 27. V, 2. 38. Una cum Cyriaco in Sardiniam missus erat ut Barbaricinos fidem christianam doceret et visitationis quaedam officia expleret.* *2) Cyriacus, qui hoc loco et in epp. IV, 25. 27 servis Dei i. e. monachis adnumeratur, in reliquis epistolis* 'abbas' *nominatur: epp. IV, 26. V, 2. IX, 1. 11. In epp. IX, 208. 230* 'monasterii pater' *dicitur et ad Syagrium, episcopum Augustodunensem, et in Hispaniam mittitur. Semper praecipua dilectione a Gregorio cognomine* 'filii mei' *honoratur.* *3) i. e. litteris, ut ex ep. IV, 25 patet.* *4) Cf. ep. IV, 26.*

finis urguet[g] aspicitis[5]; quod modo in nos humanus, modo divinus gladius saeviat videtis. Et tamen vos veri Dei cultores a commissis vobis lapides adorari conspicitis et tacetis? Quid quaeso in tremendo iudicio dicturi estis, quando hostes Dei et sub potestate vestra suscepistis, et tamen eos Deo subdere atque ad eum revocare contemnitis?

Unde debitum salutationis alloquium solvens peto, ut magnitudo vestra[h] accendere[i] erga zelum Dei vehementer invigilet[k], et quis quantos ad Christum perduxerit suis mihi epistolis indicare festinet. Quod ergo[l] vos agere ex aliqua occasione forsitan minime valetis, praedicto fratri et coepiscopo nostro Felici vel filio meo Cyriaco iniungite, eisque[m] ad opus Dei solatium praebete, ut in remuneratione vitae tanto possitis esse participes, quanto nunc bono oneri solatium praebetis[n].

IV, 24.

Gregorius I. papa Ianuarium, episcopum Caralitanum, monet, curet xenodochiis, disquirat causas Epiphanii presbyteri, Pauli clerici. Addit de ordinationibus, de nuptiis et conventibus clericorum, atque de mulierum vita monastica. ***594, Mai.***

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 24.
Edd. M: Lib. IV. ep. 27; G: Lib. III. ep. 24. — Iaffé Reg. 1296 (931).

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO SARDINIAE.

Oportebat quidem fraternitatem tuam ita de rebus piis esse sollicitam, ut nihil ad explendas eas nostrae ammonitioni[a] penitus indigeret. Tamen quia quaedam ad nos pervenerunt[1], quae sunt corrigenda capitula, nihil est incongruum, si nostrae quoque vobis pagina auctoritatis accedat. Quamobrem significamus pervenisse ad nos consuetudinem fuisse, ut xenodochia[b][2], quae sunt in Caralitanis partibus[3] constituta, apud episcopum civitatis singulis quibusque temporibus suas subtiliter rationes exponerent, eorum[c] videlicet tuitione atque sollicitudine gubernanda[d]. Quod quia tua hactenus fertur caritas neglexisse, hortamur, ut sicut dictum est[e] singulis quibusque temporibus rationes suas xenodochi[f], qui in eis sunt vel fuerunt constituti, subtiliter ponant. Atque tales in eis qui praesint ordinentur, qui vita, moribus atque industria inveniantur esse dignissimi, religiosi dumtaxat, quos vexandi iudices[4] non habeant potestatem[g],

g) arguet *r 1.* h) magnitudinem vestram *r 1. 2, ed. pr., et teste ed. M Reg.*; magnitud(o *in ras. ubi relinquitur spatium 2 litt.*) vestra *R 1.* i) *ita r 1 et corr. ex* accedere *R 1* (*ubi postea additur* se); accendere *etiam ed. pr. et sec. ed. M Reg.*; accendi *sec. ed. M Corb.*; accedere *r 2*; attendere *edd. G. M.* k) invigiletis *r 1 et sec. ed. M Reg.* l) vero *r 1. 2, ed. pr.* m) eique *r 1. 2, ed. pr.* n) *ex* prevetis *R 1.*

IV, 24 in titulo Caralitano (*pro* Sardiniae) *edd. G. M.* a) nostris admonitionibus *edd. G. M.* b) exenodochia *R 1.* c) *superscr.* pro *R 3;* eius *edd. G. M.* d) *ex* guvernanda *R 1.* e) *add.* tibi *R 3, edd. G. M.* f) exenodochi *R 1*, xenodochia *ed. pr.* g) *suprascr. R 3* pro culpis aliquibus.

5) Cf. de fine mundi III, 61. IV, 44.

IV, 24 Transmissa per Epiphanium, presbyterum Caralitanum, una ut videtur cum epp. IV, 23 et IV, 25. 26. 27. — De Ianuario Sardiniae episcopo, i. e. Caralitano, cf. epp. IV, 8. 9. 10. 1) Scriptis, ut suspicamur, Felicis episcopi et Cyriaci abbatis. Cf. ep. IV, 23 not. 3. 2) De xenodochiis cf. epp. I, 9 (p. 11. 31) et IV, 8 not. 2. De xenodochiis Sardiniae cf. ep. XIV, 2. 3) i. e. in metropolitana provincia cf. epp. I, 47. IX, 202 et 'partes Panormitanam et Syracusanam' in ep. II, 38 (p. 136). 4) Vide de iudice Sardiniae insulae ep. V, 38. Erant autem iudices Africani in Sardinia (cf. ep. I, 46) ut ex

ne si tales personae fuerint, quas in suo possint evocare iudicio, vastandarum rerum debilium qui[h] illic[i] reiacent[k] praebeatur[l] occasio. De quibus rebus summam te curam volumus gerere, ut nulli sine tua dentur notitia, ne usque ad direptionem earum ex fraternitatis tuae perveniatur incuria.

Praeterea nosti[m], praesentium latorem Epiphanium[n] presbiterum[5] quorundam Sardorum litteris criminaliter accusatum. Cuius nos ut valuimus discutientes causam[o], nihilque in eo obiectorum repperientes, ut ad locum suum reverteretur absolvimus. Criminis ergo[p] eius auctores te volumus perscrutari. Et nisi qui easdem transmisit epistolas paratus fuerit, hoc quod obiecit canonicis atque districtissimis probationibus[q] edocere, nullatenus ad sanctae mysterium communionis accedat.

Paulum vero clericum, qui saepe dicitur in maleficiis deprehensus, qui despecto[r] habitu suo ad laicam[s] reversus vitam, Africam[t] fugerat, si ita est corporali prius proveniente vindicta[u] praevidimus in poenitentiam[v] dari, quatenus et secundum apostolicam sententiam ex carnis adflictione spiritus salvus fiat, et terrenas peccatorum sordes, quas pravis contraxisse fertur operibus, lacrimarum possit adsiduitate diluere. Eis vero, qui ab ecclesiastica communione suspensi sunt[w], nullus religiosus[x] secundum canonum praecepta iungatur.

De ordinationibus vero vel de nuptiis clericorum aut de his quae[y] velantur virginibus nullus ut nunc fieri dicitur quicquam premii praesumat accipere, nisi quippiam sua sponte offerre maluerit[z].

De mulieribus, quae de monasteriis ad laicam vitam sunt egressae, virosque sortitae, quid fieri debeat[a], cum praedicto fraternitatis tuae presbitero subtilius sumus locuti[b]. Cuius relatione vestra sanctitas potest plenius informari.

Religiosi vel[c] clerici conventus patrociniaque laicorum caveant. Qui[d] tuae modis omnibus secundum canones iurisdictioni subdantur, ne remissione fraternitatis tuae, eius cui praees sit[e] disciplina dissoluta[f] ecclesiae.

Eos autem qui in praedictas mulieres, quae egressae sunt de monasteriis, excesserunt, et nunc dicuntur communione suspensi, si fraternitas tua de tali facinore digne poenituisse praeviderit[g], ad sacram communionem te volumus revocare.

---

h) quae *edd. pr. G.* i) illinc *ed. pr.* k) reiicent *r 1.* l) *ex* preveatur *R 1.* m) nostri *r 1. 2;* nosce *ed. pr.* n) epyphanium *R 1.* o) *ex* causas *R 1.* p) vero *R 1; om.* ergo *ed. pr.* q) *ex* provationibus *R 1.* r) dispecto *r 1.* s) laicatum *R 1, r 2, (corr. in* laicum *r 2).* t) affricam *ed. pr.; corr. in* ad affricam *R 3;* in Africam *edd. G. M.* u) provenientem (*om.* vindicta) *r 1. 2.* v) penitentia *R 1.* w) suspensis (*om.* sunt, *et eraso* s) *R 1.* x) *corr. in* religiosorum *R 3.* y) qui *r 1.* z) maluerint *r 2, edd. G. M.* a) debeant *R 1.* b) collocuti *edd.* c) vero (*pro* vel) *edd. G. M.* d) et (*pro* qui) *edd. G. M;* caveantque que *ed. pr.* e) praeesse *r 2; om.* sit *R 1, edd. pr. G.* f) dissolutum *r 2;* dissolvatur *R 1, ed. G;* salvatur *ed. pr.* g) viderit *r 1.*

ep. XI, 7 patet. De iudicibus plurimis locis queritur papa, praesertim in ep. VIII, 2. Administrabant autem cum ducibus insulam iudices, illi res militares, hi causas civiles curantes; cf. Hegel Städteverfassung Italiens I, 178.

5) De Epiphanio presbytero cf. III, 36; sub titulo 'archipresbyteri' occurrit in epp. IX, 197. XIV, 2.

IV, 25.

Gregorius I. papa Zabardae, duci Sardiniae, gratulatur de pace facta cum Barbaricinis, eo pacto, ut christiani fiant. *594, Mai.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 25.
Edd. M: Lib. IV. ep. 24; G: Lib. III. ep. 25. — Iaffé Reg. 1297 (932).

GREGORIUS ZABARDAE DUCI SARDINIAE.

Scriptis fratris et coepiscopi mei Felicis et Cyriaci servi Dei[1] gloriae vestrae bona cognovimus, magnasque omnipotenti Deo gratias agimus, quod talem ducem Sardinia suscepit, qui sic sciat quae terrena sunt reipublicae exolvere, ut bene etiam noverit omnipotenti Deo obsequia patriae caelestis exhibere. Scripserunt etenim mihi, quod eo pacto cum Barbaricinis[a][2] facere pacem disponitis, ut eosdem Barbaricinos[b] ad Christi servitium adducatis. Hac[c] de re valde laetatus sum; et dona vestra, si omnipotenti Deo placuerit, citius serenissimis principibus innotesco[3]. Vos igitur quod coepistis explete, omnipotenti Deo devotionem vestrae mentis ostendite, eos quos illic ad convertendos Barbaricinos transmisimus quantum valetis adiuvate[d], scientes quia[e] talia opera multum vos et ante terrenos principes, et coram caelesti rege praevalent[f] adiuvare[g].

IV, 26.

Gregorius I. papa Ianuario, Caralitano episcopo, praecipit de clericorum disciplina severius exercenda, et de paganis ecclesiae rusticis convertendis. Addit de sacerdotibus lapsis, et de baptismate si episcopi desint a presbyteris plane perficiendo.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 26. *594, Mai.*
Edd. M: Lib. IV. ep. 26; G: Lib. III. ep. 26. — Iaffé Reg. 1298 (933).

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO CARALITANO.

Fratris et coepiscopi nostri Felicis et Cyriaci[a] abbatis[1] relatione cognovimus, eo[b] quod in insula Sardinia sacerdotes a laicis iudicibus[2] opprimantur, et fraternitatem tuam ministri sui despiciant. Dumque solum simplicitati[3] a vobis studetur, quantum

IV, 25 in titulo habarde de duci Sardine *ed. pr.* a) barbaris *ed. pr.* b) barbaricinas *r 1.* c) atque hac *R 1.* d) *ex* adiubate *R 1.* e) quod *r 2, edd. G. M.* f) praevaleant *edd. G. M.* g) adiubare *R 1.*

IV, 26 in titulo carautano *R 1;* karalitano *R*1.* a) ciriaci *r 2.* b) eo *om. edd. G. M.*

IV, 25 Una cum epp. quae praecedunt et sequuntur in Sardiniam missa. — Zabarda dux Theodoro successerat, de quo vide ep. I, 46. 1) De Felice episcopo et Cyriaco abbate cf. ep. IV, 23 not. 1. 2) Barbaricinorum iam supra in nota ad ep. I, 46 memoriam fecimus. Erat autem gens barbara quaedam a Vandalis ex Africa pulsa (Procopius de bello Vandal. II, 13) quae in montibus prope Caralim sub duce (cf. ep. IV, 27) sedebat. Cf. ep. IX, 123. De Barbaricinis scripserunt P. Martini (Bullettino archeologico Sardo ann. VIII 1862 p. 57. 59.) et Ett. Pais (Due questioni relative alla geografia antica della Sardegna. 1878, p. 11-27: Il popolo dei Barbaricini nella Sardegna, in Rivista di Filologia ed. Istruzione ann. VI). 3) Vide ep. III, 37 not. 4.

IV, 26 Una cum epp. IV, 23-27 in Sardiniam insulam per Epiphanium presbyterum Caralitanum transmissa. — De Ianuario cf. epp. IV, 9. 24. 1) De Felice episcopo et Cyriaco abbate cf. ep. IV, 23 not. 1. 2) Cf. de iudicibus Sardiniae ep. IV, 24 not. 4. 3) Cf. ep. XIV, 2 et quae ad ep. IV, 9. not. 1. adnotavimus.

videmus[c], disciplina neglegitur. Unde hortor, ut omni excusatione postposita ecclesiam quam suscepisti auctore Deo regas, disciplinam clericis tenere[d], nullius verba metuere studeas. Archidiaconem vero tuum, ut audio, habitare cum mulieribus prohibuisti, et nuncusque in ea prohibitione despiceris. Qui nisi iussioni tuae paruerit, eum a[e] sacro ordine volumus esse privatum.

Accidit autem aliud valde lugendum, quia ipsos rusticos quos habet ecclesia[f] nuncusque in infidelitate remanere neglegentia fraternitatis vestrae permisit[4]. Et quid vos ammoneo, ut ad Deum extraneos adducatis, qui vestros corrigere ab infidelitate neglegitis? Unde necesse est vos per omnia in eorum conversione vigilare. Nam[g] cuiuslibet episcopi in Sardinia insula paganum rusticum invenire potuero, in eodem episcopo fortiter vindicabo.

Iam vero si rusticus tantae fuerit perfidiae et obstinationis inventus, ut ad Deum[h] venire minime consentiat, tanto pensionis onere gravandus est, ut ipsa exactionis suae poena compellatur ad rectitudinem festinare.

Pervenit etiam ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post poenitentiam, vel ante poenitentiam[i] ad ministerii sui officium revocari, quod omnino prohibemus[k], et in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum ordinem lapsus in peccato carnis fuerit, sacro ordine ita careat, ut ad altaris ministerium ulterius non accedat. Sed ne umquam hi qui ordinati sunt pereant, provideri[l] debet[m] quales ordinentur, ut prius aspiciatur, si vita eorum continens in annis plurimis fuit, si studium lectionis[n], si elemosynae amorem habuerunt. Quaerendum quoque est, ne fortasse fuerit bigamus. Videndum etiam, ne sine litteris, aut ne obnoxius curiae[5] compellatur post sacrum ordinem ad exactionem[o] publicam redire. Haec itaque omnia fraternitas vestra diligenter inquirat, ut[p] dum diligenter quilibet exquisitus ordinatur, non celeriter post ordinationem deponatur[q]. Ea autem, quae fraternitati vestrae scripsimus, cunctis sub vobis[r] episcopis innotescite, quia ego illis scribere nolui, ne honorem vestrum viderer inminuere.

Pervenit quoque ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod presbiteros chrismate[s] tangere eos qui baptizandi[t] sunt, prohibuimus[u] [6]. Et nos quidem secundum usum veterem ecclesiae nostrae fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbiteri et[v] in frontibus[w] baptizandos[x] chrismate tangere debeant, concedimus.

IV, 27.

Gregorius I. papa Hospitoni, duci Barbaricinorum, Felicem episcopum et Cyriacum servum Dei missos, ut Barbaricinos christianae fidei concilient, commendat.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 27. — *594, Mai.*

Edd. M: Lib. IV. ep. 23; G: Lib. III. ep. 27. — Iaffé Reg. 1299 (934).

c) videtur *r 1. 2, ed. M.* d) *corr. in* cl. tenere facias *r 2;* clericos tenere cogas *edd. pr. G.* e) *om.* a *edd. G. M.* f) *add.* tua *edd. G. M.* g) *add.* si *r 1. 2, edd.* h) dominum *R 1;* Dominum Deum *edd. G. M.* i) *om.* poenitentiam *edd. G. M.* k) probibuimus *edd. G. M.* l) providere *r 2.* m) debent *R 1.* n) orationis lectionis *R 1;* orationis et lectionis *Vatic. B sec. ed. M;* orationis *ed. G.* o) actionem *ed. M, quae reluctantibus nostris codd. notat: 'a mss. reprobrari* exactionem'. p) et *r 1. 2.* q) deponitur *r 1. 2.* r) vos *r 1. 2.* s) *ex* chrisma *R 1.* t) baptizati *R 1, edd. pr. G.* u) prohibemus *R 1.* v) *om.* et *ed. pr.;* etiam *edd. G. M.* w) fontibus *ex* frontibus *R 1.* x) baptizatos *R 1.*

4) Cf. ep. IV, 23. 5) Cf. ep. II, 37 p. 133, 8-12, ubi eadem de ordinatione pontificum praescribuntur. 6) Vide ep. IV, 9 (not. 4).

GREGORIUS HOSPITON DUCI BARBARICINORUM.

Cum de gente vestra nemo Christianus sit, in hoc scio, quia omni gente tua[a] es melior, quia tu in ea Christianus inveniris. Dum enim Barbaricini omnes, ut insensata animalia vivant[b], Deum verum nesciant, ligna autem et lapides adorent, in eo ipso quod verum Deum colis[c], quantum omnes antecedas ostenderis. Sed[d] fidem quam percepisti etiam bonis actibus exequi debebis[e], et Christo, cui credis, offerre[f] quod praevales, ut ad eum quoscumque potueris adducas eosque baptizari facias, aeternam vitam diligere admoneas. Quod si fortasse ipse agere non potes, quia ad aliud occuparis, salutans peto, ut hominibus nostris, quos illic transmisimus, scilicet fratri et coepiscopo meo Felici, filio quoque meo Cyriaco[g] servo Dei[1], solatiari in omnibus debeas, ut dum eorum labores adiuvas, devotionem tuam omnipotenti Domino ostendas, et ipse tibi in bonis actibus adiutor sit, cuius tu[h] in bono opere famulis solatiaris. Benedictionem[2] vero sancti Petri apostoli per eos vobis transmisimus, quam peto ut debeatis benigne suscipere.

MENSE IUNIO INDICTIONE XII.

IV, 28.

Gregorius I. papa Candido defensori mandat, ut Albino caeco coloni filio subsidium praestet. *594, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 28.
Edd. M: Lib. IV. ep. 28; G: Lib. III. ep. 28. — Iaffé Reg. 1300 (935).

GREGORIUS CANDIDO DEFENSORI.

Necessitatem patientibus pontificale convenit adesse subsidium. Pro qua re experientiae tuae praesenti auctoritate praecipimus quatenus Albino[a] privato luminibus[1], filio[b] quondam Martini coloni, singulis annis duos[b] tremisses[2] sine aliqua dilatione praestare non desinat, non dubitatura[d], suis hoc sine dubio rationibus imputari.

IV, 27 in titulo ospiton *R 1;* Hospiten *R*1, ed. pr.;* Hospitoni *edd. G. M.* — barbarorum *codd. nostri, quibus favent ed. pr. et sec. ed. M codd. Reg. Colb. Teller. Corb. Norm. et res Vatic.* a) *corr. ex* genti tuae *R 1, r 2;* genti tuae *r 1.* b) *ex* vibant *R 1.* c) *ex* coles *R 1, r 2.* d) *suprascr.* vel si *r 2.* e) *ita R 1;* exequi debes *edd. pr. G;* exequi de verbis *r 1. 2 (corr. in* exequi debes *r 1);* exsequere et verbis *ed. M.* f) offer *ed. M.* g) ciriaco *R 1.* h) té (*pro* tu) *R 1, r 2; om.* tu *r 1.*

Mense *cet. in fine ep. IV, 27 r 1. 2 edd. et sec. M. codd. Turon. S. Gat. duo Teller. Vatic. et Norm. Addit* Data *ed. pr.* a) Alvino *R 1.* b) lumilibus filia *r 1.* c) duas *ed. pr.;* duo *ed. M cod. Pratell.* d) dubit(ans *in ras.*) *R 1.*

IV, 27 Una cum epp. quae praecedunt in Sardiniam missa. — De Barbaricinis cf. ep. IV, 25 not. 2. Hospiton dux eorum alias non memoratur. 1) De Felice episcopo et Cyriaco abbate cf. ep. IV, 23 not. 1. 2) De benedictionibus cf. ep. I, 25 not. 5 (p. 39, 42).

IV, 28 Candidus 'defensor noster' *in ep. IX, 40 in Sicilia (Panormi) invenitur. Igitur et nostram epistolam in Siciliam missam credimus. Cui coniecturae res in illa tractata bene convenit. Cf. de iis, qui res papae Panormi agebant, notam ad ep. III, 55. Non confundatur cum Candido presbytero, qui patrimonium Romanae ecclesiae in Gallia administrabat (ep. VI, 5). — Cf. mandata similia in epp. I, 44. 65. II, 38. IX, 109. 1) Etiam in epp. I, 44. 65 caecos sustentat. 2) Tremissis tertia pars est solidi. Cf. ep. II, 3. Maurinis suspicionem movet, quod duo tremisses modica foret elemosyna, et legendum putant*

IV, 29.

Gregorius I. papa Ianuario, episcopo Caralitano, mandat, ut Fausianae ecclesiae ad evellendum idolorum cultum episcopum praeficiat. *594, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 29.
Edd. M: Lib. IV. ep. 29; G: Lib. III. ep. 29. — Iaffé Reg. 1301 (936).

GREGORIUS IANUARIO EPISCOPO CARALIS SARDINIAE.

Pervenit ad nos, in loco qui[a] intra provinciam Sardiniam[b] dicitur Fausiana[c][1] consuetudinem fuisse episcopum[d] ordinari[e], sed hanc pro rerum necessitate longis abolu-isse[f] temporibus[g]. Quia autem nunc sacerdotum indigentia quosdam illic paganos[2] remanere cognovimus, et ferino degentes modo Dei cultum[h] penitus ignorare, hortamur fraternitatem tuam, ut illic secundum pristinum modum ordinare festinet antistitem, talem videlicet, qui ad hoc opus moribus ac verbo aptus existat[i] et aberrantes[k] ad gregem Dominicum pastorali studeat aemulatione deducere[l], quatenus eo illic ad animarum vacante compendium[m], nec vos inveniamini superflua poposcisse, nec olim destructa[n] frustra nos reformasse poeniteat[o].

IV, 30.

Gregorius I. papa Constantinae augustae reliquias sancti Pauli, quas in nova ecclesia sancti Pauli Constantinopolitana collocandas postulaverat, negat. Catenarum eius partem promittit. *594, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 30.
Edd. M: Lib. IV. ep. 30; G: Lib. III. ep. 30. — Iaffé Reg. 1302 (937).

IV, 29 in titulo ita codd. nostri; Caralitano (*om.* Sardiniae) *edd.* a) quę *in ras. R 1.* b) s *in ras. R 1;* dardaniam *r 1, ed. pr.;* dardiniam *r 2.* c) fausianam *r 1. 2;* Phausiana *edd. G. M notantes: ita omnes fere mss.;* situs est antiquam (*pro* dicitur fausiana) *ed. pr.* situs est et dicitur Phausiana *ed. G.* d) episcopos *R 1.* e) ordinandi *edd. G. M.* f) *ita r 1. 2;* abolitam esse *in ras. R 1;* absolvisset *ed. pr.;* abolevisse *edd. G. M.* g) *explicat r 2 in marg.:* hic in loco ubi olim episcopus fuit post aliquantum temporis iubet iterum episcopum consecrari. h) cultus *r 1. 2.* i) *ita r 1; om.* aptus *et suprascr.* idoneus *R 1, r 2;* idoneus *edd.* k) oberrantes *R 1 et edd. pr. G.* l) reducere *R 1.* m) *ex* compendio *R 1; ex* compendio *in* compendia *corr. r 2.* n) distructa *r 1. 2 (corr.* in destructa *r 2).* o) *sequitur inscriptio epistolae sequentis (IV, 30):* miracula apostolorum atque reliquiae sanctorum, *quae cum ad ep. nostram non spectet in r 2 rubro deleta, in R 2 erasa est.*

duodecim'. Haud recte. In ep. II, 3 terrulam ecclesiae ad summam tremissis unius in emphyteusim dat papa. Aliis pauperibus solebat non pecuniam sed victum vestitumque subsidio praebere.

IV, 29 Cf. de Ianuario epp. IV, 26 cet. *1) Fausiana ecclesia hic et in ep. XI, 7 memoratur. Illic Victor, episcopus eius, occurrit. Idem Victor et inter 6 Sardiniae episcopos in ep. IX, 202 nominatur. — Vulgo Fausiana locus hodiernus Terra nova esse putatur (quare: Terra nova Fausiana). Quod si verum est, urbs est Sardiniae maritima orientalis in parte septentrionali insulae sita. Vide Mommsen in C. I. L. X, 2, p. 829.* *2) Cf. de rusticis paganis Sardiniae insulae epp. IV, 23. 26.*

IV, 30 Eidem imperatrici scripsit papa epp. V, 38. 39. Erat autem Constantina uxor Mauricii, a patre Tiberio Constantino imperatore una cum imperio ei in matrimonium tradita. De morte Constantinae post Mauricii interitum cf. Chronicon Paschale (ed. Bonn. p. 695) et Theophanem ed. de Boor p. 291-295 (ed. Bonn. p. 450. 453. 455).

MIRACULA APOSTOLORUM ATQUE RELIQUIAE SANCTORUM.
GREGORIUS CONSTANTINAE AUGUSTAE.

Serenitas vestrae pietatis[a] religionis studio et sanctitatis amore conspicua[b] propter eam, quae in honorem[c] sancti Pauli apostoli in palatio aedificatur, ecclesiam[d] caput eiusdem sancti Pauli, aut aliud[e] quid[f] de corpore ipsius, suis ad se iussionibus a me praecepit debere transmitti. Et dum illa[g] mihi desiderarem imperari[h], de quibus facillimam oboedientiam exhibens vestram erga me[i] amplius potuissem gratiam provocare, maior me maestitia tenuit, quod illa praecipitis, quae facere nec possum nec audeo. Nam corpora sanctorum Petri et Pauli apostolorum tantis in ecclesiis suis coruscant miraculis atque terroribus, ut neque ad orandum[k] sine magno illic timore possit accedi. Denique dum beatae recordationis decessor meus [1], quia argentum quod supra sacratissimum corpus sancti[l] Petri apostoli erat, longe tamen ab eodem corpore fere quindecim pedibus mutare voluit, signum ei non parvi[m] terroris apparuit. Sed et[n] ego aliquid similiter ad sacratissimum corpus sancti Pauli apostoli meliorare volui [2], et quia necesse erat, ut iuxta sepulchrum eiusmodi[o] effodiri[p] altius debuisset, praepositus loci ipsius ossa aliqua non quidem eidem sepulchro coniuncta repperit. Quae quoniam levare praesumpsit atque in alio loco transponere, apparentibus quibusdam tristibus signis subita morte defunctus est.

Praeter haec autem sanctae memoriae decessor meus [3] itidem[q] ad corpus sancti Laurentii martiris quaedam meliorare desiderans, dum nescitur ubi corpus esset venerabile[r] collocatum, effoditur[s] exquirendo et[t] subito sepulchrum ipsius ignoranter apertum est, et hi qui praesentes erant atque laborabant[u] monachi et mansionarii [4], quia[v] corpus eiusdem martiris viderunt[w], quod quidem minime tangere praesumpserunt, omnes intra decem dies defuncti sunt, ita ut nullus vitae superesse potuisset, qui sanctum inustum[x] corpus illius viderat.

Cognoscat autem tranquillissima domina, quia Romanis consuetudo non est, quando sanctorum reliquias dant, ut quicquam tangere praesumant de corpore [5]. Sed

IV, 30 in titulo argumentum miracula — sanctorum *de quo edd. tacent codd. praebent R 1, r 1. 2. Sed r 1 tantummodo recte haec verba ad ep. IV, 30 refert. Cf. not. o ad ep. praecedentem. — Aliud argumentum post Constantinae nomen quod incipiebat* de consuetudine ecclesiae Romanae *diligenter erad. R 1.* a) *ex* pietas *r 2.* b) perspicua *ut notat ed. M in Norm. Rem. Corb. et nonnullis Vatic.* c) honore *R 1, ed. pr.* d) ecclesia *r 1. 2.* e) *om.* aliud *R 1. 3.* f) quod *corr. in* aliquid *R 3.* g) *suprascr.* vos *R 3.* h) imperare *R 3.* i) *rasura 5 litt. sequitur in R 1.* k) ad adorandum *R 1, ed. pr.* l) beati *edd. G. M.* m) parvum *R 1.* n) et *om. R 1.* o) eius *edd. pr. M;* huiusmodi *ed. G.* p) effodire *corr. in* effodere *r 2;* effodi *edd.* q) idem *R 1;* id est *ed. pr.* r) *ex* benerabile *R 1.* s) *suprascr.* et *r 2.* t) *om.* et *R 1, r 2, ed. pr.* u) *in ras R 1; corr. ex* laborant *r 2.* v) *corr. ex* qui ad *in* quia et *r 2;* qui ad *R 3;* qui *ed. M.* w) semper erant *in marg. add.* al. presumpserunt accedere *R 3.* x) *ita scribo;* se iniustum *in ras. R 1;* ustum *r 1;* iustumque *r 2;* et iustum *sec. ed. M Norm. Corb. et alii nonnulli;* iustum *Reg.* (*cf. ep. III, 33 p. 192, 4:* partes de b. Laurentii craticula, in qua perustus est); iusti *edd. G. M; om. hoc verbum ed. pr. et sec. ed. M. Vatic. B et D.*

1) *Pelagius II. papa (578-590). De eo Liber pontificalis (Vita Pelagii II.) refert:* investivit corpus beati Petri apostoli tabulis argenteis deauratis. 2) *Nihil de hac re auctores Vitae Gregorii I. (nec Liber pontificalis nec Vita britannica, nec Paulus vel Iohannes diaconi) narrant.* 3) *Pelagium II. papam supra corpus beati Laurentii martyris basilicam a fundamento construxisse et tabulis argenteis sepulcrum eius exornasse in Libro pontificali legimus.* 4) *Mansionarios esse aedituos ac custodes conservatoresque ecclesiae (qui luminaribus, reliquiis ceterisque rebus curabant), patet ex Dialog. I, 5. III, 24. 25. Cf. Du Cange sub voce mansonarius.* 5) *Multum de hoc loco disputatum est, an revera haec consuetudo Gregorii aevo in Romana ecclesia observata sit. Plurimae enim reliquiarum donationes (cf. epp. III, 19. IX, 49) ei obstant. Attamen eundem usum docet legatorum ad Hormisdam papam suggestio*

tantummodo in buxide[a] [6] brandeum[b] [7] mittitur, atque ad sacratissima corpora sanctorum ponitur. Quod levatum, in ecclesia quae est dedicanda debita cum veneratione reconditur, et tantae per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illic specialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit, ut beatae recordationis Leonis papae tempore[c], sicut a maioribus traditur[8], dum quidam Greci[d] de talibus reliquiis dubitarent, praedictus pontifex hoc ipsum brandeum allatis forficibus incidit[e], et ex ipsa incisione sanguis effluxit[f]. In Romanis namque vel totius Occidentis partibus omnino intolerabile est atque sacrilegum, si sanctorum corpora tangere quisquam fortasse voluerit. Quod si praesumpserit, certum est, quia haec temeritas inpunita nullo modo remanebit. Pro qua re de Grecorum consuetudine, qui ossa levare sanctorum se asserunt, vehementer miramur, et vix credimus[g]. Nam quidam Greci monachi hic ante biennium venientes, nocturno silentio iuxta ecclesiam sancti[h] Pauli corpora mortuorum in campo iacentia effodiebant, atque eorum ossa recondebant[i], servantes sibi[k] dum recederent. Qui cum tenti[l] et cur[m] hoc facerent diligenter fuissent[n] discussi, confessi sunt, quod illa ossa[o] ad Grecias[p] essent tamquam sanctorum reliquias portaturi. Ex quorum exemplo, sicut praedictum est, maior nobis dubietas nata est, utrum verum sit quod levari[q] veraciter ossa sanctorum dicuntur.

De corporibus vero[r] beatorum apostolorum quid ego dicturus sum, dum constet, quia eo tempore quo passi sunt ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora sicut civium suorum repeterent? Quae ducta usque ad secundum urbis milliarium[s], in loco, qui[t] dicitur Catacumbas[u], conlocata sunt[9]. Sed dum ea exinde levare omnis eorum

a) *ita codd. nostri necnon sec. ed. M Vatic. A et B et Reg.;* pyxide *edd.* b) *suprascr. R 3* vel pannus lineus. *Notat ed. M in pluribus mss. legi* prandeum. c) temporibus *edd. G. M.* d) de grecis *R 1.* e) *ita r 1. 2, R 1, ed. pr. (corr. in* incidit ut *R 1);* inciderit *edd G. M.* f) effluxerit *edd. G. M.* g) ore dicimus *suprascr.* vel credimus *R 3.* h) beati *R 1.* i) recolligebant *sec. ed. M Vatic. A.* k) *ex* ibi *R 3.* l) *add.* essent *in ras. ubi suprascr.* et cur *R 1.* m) quur *r 2.* n) diligenti fuissent cura *R 1.* o) *om.* ossa *R 1.* p) Graeciam *edd. G. M.* q) levare *edd. G. M.* r) *corr. ex* vel pro *r 2;* vel probatorum *corr. in* vero beatorum *R 3.* s) miliarium *R 1, ed. pr.* t) que *r 2.* u) *ita R 1. 3, edd. G. M; ita quoque 'plerosque et antiquiores mss.' Vaticanos legere discimus ex nota 8 in ed. G;* catatumbas *invenit idem editor in quibusdam codd. et edd.;* catatymbas *r 1. 2;* catatumbas *ed. pr.*

(anni 519), quam hic inserere liceat (ex ed. Thiel: Romanorum Pontific. epistolae genuinae I p. 873): Filius vester magnificus vir Iustinianus res convenientes fidei suae faciens basilicam sanctorum apostolorum, in qua desiderat et beati Laurentii martyris reliquias esse, constituit; sperat per parvitatem nostram, ut praedictorum sanctorum reliquias celeriter concedatis. Habuit quidem petitio praedicti viri secundum morem Graecorum: et nos contra consuetudinem sedis apostolicae exposuimus. Accepit rationem. . . . . Unde si et beatitudini vestrae videtur, sanctuaria beatorum apostolorum Petri et Pauli secundum morem ei largiri praecipite; et si fieri potest ad secundam cataractam ipsa sanctuaria deponere, vestrum est deliberare. Petit et de catenis sanctorum apostolorum, si possibile est, et de craticula beati Laurentii martyris. *cet.* . . . . Hinc voluerunt capsellas argenteas facere et dirigere; sed postea cogitaverunt, ut hoc quoque a vestra sede pro benedictione suscipiat. Singulas tamen capsellas per singulorum apostolorum reliquias fieri debere suggerimus. *(Cf. Hormisdae responsum Thiel p. 886. 88; Iaffé Reg. 829 [548]).*

6) Buxis est capsula vel capsella, ut in nota 5 dicitur (Büchse, boîte). Cf. Paulum diac. in Vita Gregorii cap. 19 et Du Cange (buxis). *7) Brandeum = velum, palla lintea vel serica, qua divorum reliquiae vel corpora involvi a Christianis solebant* (Du Cange). *Cf. Thiel l. l. p. 874 ad suggestionem legatorum not. 2 et Libri diurni form. 22 (Rozière p. 49), ubi basilicae dedicandae 'palliola' de apostolorum confessionibus traduntur. Palliola idem significat ac brandeum.* *8) Alias haec narratio non occurrit. Sed postea simili narrationi fingendae in Vita Gregorii ipsius ansam dedit. (Vita britannica in Codice S. Galli cap. 21, Paulus c. 24, Iohannes II. c. 42.) Vide P. Ewald: Die älteste Biographie Gregors I. in Historische Aufsätze G. Waitz gewidmet, 1886 p. 33. 34.* *9) Locus celeberrimus catacumbarum men-*

multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrui atque fulguris nimio[a] metu terruit ac dispersit, ut talia denuo nullatenus temptare[b] praesumerent. Tunc autem exeuntes Romani[c] eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, levaverunt, et in locis quibus nunc sunt condita posuerunt.

Quis ergo, serenissima domina, tam temerarius possit existere, ut haec sciens eorum corpora non dico tangere, sed vel aliquatenus praesumat inspicere? Dum igitur talia mihi a vobis praecepta sunt, de quibus parere nullatenus potuissem, quantum invenio, non vestrum est. Sed quidam homines[10] contra me pietatem vestram excitare voluerunt, ut mihi quod absit voluntatis vestrae gratiam subtraherent, et propterea quaesiverunt capitulum, de quo vobis quasi inoboediens invenirer. Sed in omnipotente Domino confido, quia nullo modo benignissimae voluntati subripitur, et sanctorum apostolorum virtutem, quos toto corde et mente diligitis, non ex corporali praesentia, sed ex protectione semper habebitis.

Sudarium vero, quod similiter transmitti iussistis, cum corpore eius est. Quod ita tangi non potest, sicut nec ad corpus illius accedi. Sed quia serenissimae dominae tam religiosum desiderium esse vacuum non debet, de catenis, quas ipse sanctus Paulus apostolus in collo et in manibus gestavit, ex quibus multa miracula in populo demonstrantur, partem vobis aliquam transmittere festinabo, si tamen hanc tollere limando praevaluero[11]. Quia dum[d] frequenter ex catenis eisdem[e] multi veniunt et[f] benedictionem petunt, ut parum[g] quid ex limatura accipiant assistit sacerdos cum lima, et aliquibus petentibus ita concite aliquid de catenis ipsis excutitur, ut mora nulla sit. Quibusdam vero petentibus diu per catenas ipsas lima ducitur, et tamen ut aliquid exinde exeat, non obtinetur.

MENSE IULIO INDICTIONE XII.

IV, 31.

Gregorius I. papa mandat Anthemio subdiacono (rectori patrimonii per Campaniam), ut tribus Iudaeis conversis subsidium det. *594, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 31.

Edd. M: Lib. IV. ep. 33; G: Lib. III. ep. 31. — Iaffé Reg. 1303 (938).

a) *ex* minimo *R 1.* b) attentare *edd. G. M.* c) romā *r 2.* d) cum *R 1.* e) eiusdem *R 1.* f) venientes (*pro* veniunt et) *edd. G. M.* g) parvum *ed. M.*

Mense *cet. in r 1. 2, R*1 edd. et in Vatic. Norm. Turon. S. Gat. Colb. vet. Corb. etc., quos citat ed. M, ad calcem ep. praecedentis.* Data mense *cet. R*1, ed. pr.* — indictione XIII. *R 1.*

tione. Cf. De Rossi Roma Sotteranea I, 235. III, 427, Kraus Roma Sotteranea (2. Aufl.) p. 120. 135. 136, Gregorovius Gesch. d. Stadt Rom I, 31 (89), et quae novissime Duchesne in Libro pontificali (introductio, p. CIV) fusius disseruit.

10) Iohannes diaconus in Vita Gregorii I Lib. III. c. 56 ita hunc locum explicat: 'Iohannes (Constantinopolitanus episcopus) ubi Mauricium Deo adversum Gregorio cum suis complicibus fecit infensum, cernens Constantinam imperatricem totis conatibus Romanae ecclesiae servanda privilegia suadere: quantis valuit artibus incitavit, ut propter eam, quam in honorem sancti Pauli apostoli in palatio aedificabat ecclesiam, a Gregorio caput eiusdem apostoli, aut aliud quid de ipsius corpore sibi dirigi postularet'. *11) Saepius sancti Petri catenarum particulas dono dat. Cf. ep. I, 25 not. 5 (p. 39, 42).*

IV, 31 Cf. de Anthemio inde ab indictione XII. denuo patrimonium Campaniae administrante notas ad epp. I, 23. III, 1. — Cf. mandata similia in nota ad ep. IV, 28.

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Eis[a] quos de Iudaica perditione Redemptor noster ad se dignatur convertere rationabili nos oportet moderatione concurrere, ne victus quod absit inopiam patiantur. Ideoque[b] tibi huius praecepti auctoritate mandamus, quatenus filiis[c] Iustae Ex-Hebreis, id est Iulianae[d], Redempto et Fortunae[e], a tertia decima succedenti indictione[f] [1] annis singulis[g] . . .[h] solidos[i] dare non differas, quos tuis noveris modis omnibus rationibus inputandos.

IV, 32.

Gregorius I. papa Pantaleonem, praefectum praetorio Africae, adhortatur, ut Donatistas comprimat utque quam primum Paulum episcopum mittat. *594, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 32.

Edd. M: Lib. IV. ep. 34; G: Lib. III ep. 32. — Iaffé Reg. 1304 (939).

GREGORIUS PANTALEONI PRAEFECTO PRAETORIO AFRICAE.

Hereticorum nefandissimam pravitatem qualiter lex [1] persequatur instantius, excellentiae vestrae[a] non habetur[b] incognitum. Hi ergo quos et fidei nostrae integritas et legum damnat districtio mundanarum non leve peccatum est, si vestris inveniant temporibus licentiam reserpendi. In illis igitur partibus quantum didicimus ita Donatistarum[2] crevit[c] audacia, ut non solum de suis ecclesiis auctoritate pestifera eiciant catholicae fidei sacerdotes, sed et hos, quos vera confessione aqua regenerationis abluerat, rebaptizare non metuant. Valdeque miramur, si tamen ita est, ut vobis illic positis huiuscemodi liceat hominibus pravis excedere. Primum siquidem quale de vobis hominibus iudicium relinquatis adtendite, si hi qui aliorum temporibus iusta ratione compressi sunt, vobis amministrantibus viam sui excessus inveniant. Deinde perditorum animas Deum nostrum de manu vestra scitote requirere, si tantum nefas, in quantum possibilitas exigit, emendare neglegetis. Hoc enim excellentia

IV, 31 a) His *edd.* b) *corr. ex* ideo *r 1;* ideo *ed. pr.* c) filiabus *ed. G.* d) Iuliano *ed. M sequens mss. Norm. Turon. Anglic. Vatic. etc.* e) *in 2 Vatic., ut notat ed. M,* Fortunato. f) a tertiae decimae succedentis ind. *r 1.* g) anno (*corr. in* annos) singulos *r 1;* annos (*corr. in* annuos) singulos *r 2.* h) *numerus excidit, quamquam nec in codd. nec in edd. lacuna apparet. Cf. notam quae sequitur.* i) *add.* eis *R 1; sub qua voce fortasse numerus* tres *latet.*

IV, 32 in titulo siglis utuntur PPO *r 1. 2;* epō *R 1, R*1 et sec. ed. M 3 Vatic. 3 Norm. et Rem.* episcopo *etiam ed. pr.;* praefecto *edd. G. M (cf. ep. I, 22. 43. II, 23. III, 28).* — cerice *R 1;* affrice *ed. pr.* a) ecclesia vestra *R 1.* b) *corr. ex* habet *R 1.* c) *ex* crebit *R 1.*

1) i. e. inde ab anno 594, Sept.

IV, 32 una cum ep. IV, 35 in Africam delata. — Pantaleon hic solummodo occurrit. Pelagii I. papae temporibus Boetius pr. pr. Africanus in Pelagii ep. (anni 555-560; Iaffé Reg. 963 [659] invenitur. Successor Pantaleonis Innocentius pr. pr. in epp. X, 16. XI, 7 nominatur. De praefectis praetorio cf. ep. I, 22 in nota. Erat praefectus praetorio per Africam sub exarcho (Gennadio) constitutus. Gennadio autem hoc tempore similem epistolam papa scripsit, ut ex epistolae VI, 59 (anno 596, Aug. scriptae) verbis patet: Excellentiae vestrae ante biennium pro Paulo fratre et coepiscopo nostro scripsimus ut ei ad nos venire desideranti dignitatis vestrae suffragia praeberetis, ob hoc quod a Donatistis insecutionis dicebatur molestiam sustinere *cet.* *2) Augetius contra Donatistas leges imperatorum in Cod. Theod. et in Cod. Iustiniani Lib. I Tit. 6 citat.* *3) De Donatistis in omnibus fere epistolis in Africam missis queritur papa. Cf. epp. I, 72. II, 46 cet.*

vestra non amare suscipiat. Nam quia vos ut filios proprios diligimus, propterea haec quae pro vobis esse[d] non ambigimus, indicamus. Paulum[3] vero fratrem et coepiscopum nostrum ad nos sub omni festinatione dirigite, ne cuiquam impediendi eum[e] aliqua excusatione detur occasio[f], ut veritatem plenius agnoscentes, qualiter tanti facinoris ultio debeat provenire, Deo adiuvante[g] rationabili possimus tractatu disponere.

IV, 33.

Gregorius I. papa Theodelindam, Langobardorum reginam, admonet, ut Constantii episcopi (Mediolanensis) ordinationem et communionem probet, cum professio catholicorum quatuor synodorum maximeque Chalcedonensis fidem amplectatur. 594, *Iul.*

Codd. R et r: 1) Indictio XII. cap. 33.
2) Indictio XIII. cap. 45.
Edd. M: Lib. IV. ep. 38; G: Lib. III. ep. 33. — Iaffé Reg. 1308 (943).

GREGORIUS THEODELINDAE REGINAE LANGOBARDORUM.

Quorundam ad nos relatione pervenit, ab aliquibus episcopis[1] gloriam vestram usque ad hoc[a] scandalum contra sanctam ecclesiam fuisse perductam, ut sese a catholicae[b] unanimitatis communione suspenderet. Quod quantum vos pure diligimus, tantum de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis stultisque hominibus creditis, qui non solum ea quae loquuntur nesciunt, sed vix ea percipere quae audierint, possunt. Qui dum neque[c] legunt, neque legentibus credunt, in ipso errore manent, quem sibi de nobis ipsi fecerunt[d].

Nos enim veneramur sanctas quattuor sinodos[2]: Nicenam, in qua Arrius; Constantinopolitanam, in qua Macedonius[e]; Ephesinam[f] primam, in qua Nestorius atque Dioscorus[g] [3]; Calcedonensem, in qua Eutyches[h] dampnatus est. Profitentes, quia

d) vobis prodesse *edd. G. M.* e) eam *R 1.* f) occasio vel excusatio detur *edd. pr. G.* g) adiubante *R 1.*

IV, 33 Duplicem huius epistolae in registro traditionem ita distinguo, ut eam indictionis XII. litteris $R\ 1^{1}$. $r\ 1^{1}$. $r\ 2^{1}$; *alteram indictionis XIII. litteris* $R\ 1^{2}$. $r\ 1^{2}$. $r\ 2^{2}$ *significem — in titulo* Theodelinda $R\ 1^{1}$ — regina $R\ 1^{1}$ — lng $R\ 1^{1}$; *om.* Langobardorum *ed. pr.;* Francorum *R* 1.* a) *corr. ex* haec $r\ 2^{1}$; haec $r\ 1^{1}$. b) catholica $r\ ^{1.\ 2}$, $R\ 1^{2}$, *ed. pr.* c) *supra* neque *scr.* quae $r\ 2^{1.\ 2}$ *ubi utroque loco in marg. add.* intelligunt. d) finxerunt *edd.* e) Machedonius $R\ 1^{1.\ 2}$. f) ephesenam $r\ 2^{1}$. g) *ita codd. nostri et sec. ed. M Vatic. 4, Norm. Corb. Reg. Transponunt* atque Dioscorus *post* Eutyches *edd. G. M.* h) eutices $R\ 1^{1.\ 2}$.

3) Paulus episcopus Africanus, cum quo papa deliberare voluit, quomodo Donatistae supprimerentur, et in epp. IV, 35. VI, 59. VII, 2. VIII, 13. 15. sine indicatione sedis suae nominatur. De episcopis concilii Numidiae Romam profecturis cf. ep. I, 72.

IV, 33 Epistolam hanc indictioni XII. convenire ex ep. IV, 37 satis elucet. Itaque tantummodo errore librarii iterum inter indictionis XIII. epistolas recepta est. — Una cum ep. IV, 37 ut videtur (per Fortunatum militem) Genuam transmissa. — Cum epistolam IV, 4 Constantius, episcopus Mediolanensis, reginae non dedisset (cf. epp. IV, 2. 37) denuo Constantii consilium probans papa scripsit eidem Theodelindae. Et maximam quidem partem epistolae novae confecit iisdem verbis ac ep. IV, 2 (praecipue initium et finem). Omisit autem nunc synodi quintae Constantinopolitanae mentionem disserens fusius de veneratione quatuor synodorum generalium. Ad calcem mentionem Iohannis abbatis et Hippolyti notarii *deesse miramur. Sed et aliunde suspicamur (cf. ep. IV, 37 not. 10) epistolam nostram mutilatam esse. 1) De tribus episcopis cf. not. 1 ep. IV, 4. 2) Cf. ep. I, 24 (p. 36, 20-23). 3) Est lapsus calami. Nam Dioscorus una cum Eutychete in synodo Chalcedonensi damnatus est. Rectius in ep. I, 24 l. l.*

quisquis aliter sapit quam hac[i] quattuor synodi. a fide veritatis alienus est. Damnamus autem[k] quoscumque[l] damnant et quoscumque absolvunt absolvimus, sub anathematis interpositione ferientes eum, qui earundem quattuor sinodorum, maxime autem Calcedonensis, de qua quibusdam[m] imperitis hominibus dubietas[n] nata est fidei[o] addere[p] vel adimere praesumit.

Cum itaque haec[q] ex aperta mea[r] professione cognoscitis, dignum est, ut[s] de ecclesia beati Petri apostolorum principis nullum[t] ulterius[u] scrupulum dubietatis habeatis[v]. Sed in vera fide persistite[w] et[x] vitam vestram[y] in petra[z] ecclesiae, id[a] est in confessione beati Petri apostolorum principis solidate[b], ne tot vestrae lacrimae tantaque bona opera pereant, si a fide vera[c] inveniuntur aliena. Sicut enim rami sine virtute radicis arefiunt, ita[d] opera quamlibet[e] bona videantur nulla sunt, si a soliditate fidei disiunguntur. Decet ergo gloriam vestram ad reverentissimum fratrem et coepiscopum meum Constantium, cuius et[f] fides et vita olim mihi bene est adprobata, sub omni celeritate transmittere, eique directis epistolis indicare, ordinationem[g] eius quam benigne susceperitis[h]. Et quia ab eius ecclesiae communione in nullo separamini[i], ut sicut vere, de bona ac fideli filia communi exultatione gratulemur. In hoc autem vos ac vestra opera Deo placere cognoscite, si priusquam eius examen veniat, sacerdotum illius iudicio comprobentur[k].

IV, 34.

Gregorius I. papa Leoni, episcopo Catanensi mandat, curet ut subdiaconi a suis mulieribus abstineant et Honorata, Speciosi subdiaconi vidua inique in monasterium relegata secundo marito restituatur. *594, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 34.
Edd. M: Lib. IV. ep. 36; G: Lib. III. ep. 34. — Iaffé Reg. 1306 (941).

GREGORIUS LEONI EPISCOPO CATENENSI.
DE SUBDIACONIS NON MISCENDIS CUM SUIS CONIUGIBUS.

Multorum relatione comperimus, hanc[a] apud vos olim consuetudinem tenuisse, ut subdiacones suis licite miscerentur coniugibus[1]. Quod ne denuo quisquam prae-

i) haec *R* 1^{2}. *om.* hae *r* 1^{2}. k) *om.* autem *R* 1^{2}. l) quascumque *R* 1^{2}. m) de quibus (*pro* de qua quibusdam) *R* 1^{1}. n) *ita R* 1^{2}, *r* 1^{2}. 2^{2} *et sec. ed. M Vatic. A. B; om.* dubietas *quod postea add. r* 2^{1}; occasio (*pro* dubietas) *r* 1^{1}, *R* 1^{1} *et sec. ed. M Reg. (sed add. posteriori m. etiam* dubietas *R* 1^{1}*)*; hom. nata est suspicionis occasio *sec. ed. M Norm. et Corb.*; superstitionis occasio *Vatic. C. D*; hom. nata est fidei questio *ed. pr.*; nata est dubietas et superstitionis occasio *edd. G. M.* o) *om.* fidei *sec. ed. M Norm. et Corb.* p) *om.* addere *R* 1^{1}. q) *ita r* 1^{1}; *om.* haec *ceteri codd.*; integritatem nostram *edd. G. M*; veritatem *ed. pr.* r) *add.* traditione seu *edd., ubi M notat abesse haec verba a Vatic. C, Norm. et Corb.* s) *om.* ut *R* 1^{2}. t) nullus *r* 2^{2}; nullius *R* 1^{2}. u) *suprascr.* vos *R* 1^{2}. v) habeatis *post add. r* 2; habere (*pro* habeatis) *suprascr. R* 1^{2}. w) persistere *R* 1^{2}. x) in *pro* et *r* 1^{1}. y) vita vestra *r* 1^{1}. z) petram *r* 2^{1}. a) hoc *edd. G. M.* b) solidare *R* 1^{2}. c) vestra *r* 2^{2}. d) *add.* et *R* 1^{2}, *r* 1^{2}. 2^{2}. e) quantumlibet *edd. G. M.* f) *om.* et *R* 1^{2}. g) ordinationes *R* 1^{2}. h) *ita R* $1^{1.\,2}$, *r* 1^{2}. 2^{2}; suscipiatis *r* 1^{1}; suscipetis *corr. in* suscipitis *r* 2^{1}; suscipitis *edd.* i) separemini *R* 1^{2}, *r* 1^{2}. 2^{2}. k) comproventur *R* 1^{2}.

IV, 34 in titulo catheniensi *R 1*; catanensi *corr. in* catinensi *r 2*; cathanensi *R*1*; caltinensi *ed. pr.*; catanensi *edd. G. M — argumentum recepi ex R 1, a ceteris codd. et edd. abest.* a) hoc *sec. ed. M Norm.*

IV, 34 In Siciliam translata fortasse una cum ep. IV, 36 per Euplum. — De Leone Catanensi episcopo cf. ep. I, 70 not. 3 (p. 90, 33) et ep. II, 30 not. 1 (p. 127, 38). *1) Significantur mandata de subdiaconorum continentia in ep. I, 42 (p. 67, 20 sqq.); cf. ep. IV, 5.*

sumeret a Servo-dei[2] sedis nostrae diacone ex auctoritate est nostri decessoris[3] isto modo prohibitum, ut eodem tempore hi, qui iam uxoribus fuerant copulati, unum e duobus eligerent, id est, aut a suis uxoribus abstinerent, aut certe ministrare nulla ratione praesumerent. Et quantum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus[b] pro hac re ab administrationis se[c] suspendit officio et usque in obitus sui tempore[d] notarii[e] quidem gessit officium et a ministerio, quod subdiaconus[f] oportuerat exhibere, cessavit[g]. Post cuius obitum, quia relicta eius Honorata[h] marito est sociata[4], a tua eam fraternitate in monasterio cognovimus deputatam. Ideoque si ut fertur eius se maritus ab administratione suspendit, ante dictae mulieri non debet officere, quod ad secundam coniugii copulationem migravit, praesertim si non tali mente subdiaconi iuncta est, ut a carnis voluptatibus abstineret. Si ergo ita se veritatem quemammodum edocti sumus habere cognoscis, praedictam te mulierem de monasterio per omnia convenit relaxare, ut ad suum maritum sine aliqua possit formidine remeare.

De cetero vero fraternitas tua sit omnino sollicita, et[i] quos ad hoc eam[k] officium contigerit promovere[l], hoc quam maxime diligenter inspiciat, ne, si uxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur. Sed ad similitudinem apostolicae sedis eos cuncta observare sua nihilominus districtione constituat.

IV, 35.

Gregorius I. papa Victorem et Columbum, episcopos Africanos, adhortatur, ut contra Donatistas concilium convocent et Paulum episcopum sibi mittant, cum quo de hac re consilium capiat. *594, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 35.
Edd. M: Lib. IV. ep. 35; G: Lib. III. ep. 35. — Iaffé Reg. 1305 (940).

GREGORIUS VICTORI ET COLUMBO EPISCOPIS AFRICAE.

Qualiter neglectus inter initia morbus vires accipiat, ex nostris necessitatibus, quisquis in hac sumus vita[a] constituti[b] probavimus. Huic igitur nascenti si doctorum obstiterit[c] provisio medicorum, scimus quidem quia ante solet cessare[d], quam[e] noceat[f]. Huius ergo considerationis ratio[g] vehementer nos debet implere[h], ut animarum morbis

b) Speciosum tunc subdiaconum *r 1.* c) *om.* se *r 1.* d) *corr. in* tempora *R 1;* tempus *edd. G. M.* e) not *abbr. R 1.* f) *corr. in* subdiaconos *r 2;* subdiaconum *r 1 et edd. G. M.* g) cessabit *R 1.* h) Honorato *ed. G.* i) ut *r 1, edd.* k) *ita r 2; om.* eam *R 1, r 1;* iam *edd.* l) promere *r 1;* promoveri *R 1, edd.*

IV, 35 in titulo episcopo africa *R 1.* a) nec. quas patimur in hac civitate *edd. pr. G;* quicumque (*pro* quisquis) *ed. M.* b) *add.* uti *r 2.* c) *ex* obstineri *r 2;* obstet *ed. M;* obstaret *edd. pr. G.* d) ante cessaret (*om.* solet) *edd.* e) *add.* tarde procuratus plurimum *edd.* f) noceret *edd. G. M.* g) rationes *corr. in* rationis *r 2;* rationis *r 1.* h) *ita codd. nostri; corr. in* impellere *R 1;* impellere *edd.*

2) Idem in ep. I, 42 (p. 64, 6. 66, 10. 67, 36) et in ep. IX, 8 occurrit. Vide p. 64 not. 4. Ut epistola nostra satis probatur, Servus-dei diaconus sub Pelagio II. papa praedecessor Petri diaconi i. e. rector Siculi patrimonii fuit. Cuius rei omne dubium tollit ep. XIII, 22. *3) i. e. Pelagii II. (578-590).* *4) Viduis clericorum non licuisse iterum nubere docet ep. XIV, 5.*

IV, 35 Suspicor tantum librarii incuria hic in titulo omissa esse verba 'a paribus'. *Cf. epp. VIII, 13. 14 et quae supra ad ep. I, 24 monui. Vide etiam epp. XII, 8. 9. — Una cum ep. IV, 32 in Africam missa. — De Victore cf. epp. VIII, 14. XII, 8. 9. Episcopum Numidiae eum fuisse tum ex ceteris epistolis novimus, tum ex titulo ep. VIII, 14. Columbus ultimis Gregorii temporibus primas provinciae fuit (ep. II, 46 in not.).*

initiantibus tota festinemus possibilitate resistere, ne dum salubria adhibere medicamenta neglegimus, multorum vobis[i] vitam[k], quos Deo nostro contendimus lucrari[l], surripiant. Unde oportet ita nos caulas ovium, quibus nos[m] custodes videmur esse praepositi[n], vigilanti sollicitudine praemunire, quatenus lupus insidians undique pastores sibi repugnantes inveniat, et viam ingrediendi in eis non habeat.

Comperimus siquidem Donatistarum[1] stimulos in illis sic partibus gregem turbasse Dominicum, ac si nullius pastoris moderamine regeretur. Nuntiatumque nobis est, quod dicere sine gravi dolore non possumus, quoniam plurimi eorum venenatis[o] iam sint dentibus laniati. Denique ut[p] sacerdotes catholicos pravissima de suis ecclesiis temeritate depellerent, et multos insuper, quibus salutem regenerationis aqua praebuerat, rebaptizantes pravitate nefandissima necavisse. Quae res animos nostros valde mestificat[q], cur[r] vobis illic positis dampnatae praesumptioni tantum scelus perpetrare licuerit.

Qua de re fraternitatem vestram scriptis currentibus[s] adhortamur, ut habito tractatu, unitoque[t] concilio[u 2], ita nascenti huic adhuc morbo inhianter ac tota virtute debeatis obsistere, dummodo[v] nec vires ex neglectu percipiat, nec in commisso vobis[w] grege pestilentiae dampna concutiat. Nam si quolibet modo, quod non credimus, incipienti neglegitis iniquitati resistere, plurimos erroris sui gladio vulnerabunt. Et est profecto gravissimum, laqueo diabolicae fraudis inretiri permittere, quos prius possumus[x] ne alligentur eripere. Melius est autem ne quisquam vulneretur obsistere, quam vulneratus qualiter sanari possit exquirere. Hoc itaque considerantes, sacrilegam pravitatem sedula oratione ac virtute qua valetis obruite[y], ut subsequens nuntius Christi gratia suffragante de eorum nos ultione laetificet magis, quam de excessu contristet.

Paulum[3] praeterea fratrem et coepiscopum nostrum ad nos quo potestis studio omni sub festinatione dirigite, quatenus subtilius ab eo causas tanti facinoris agnoscentes, huic nefandissimae pravitati cum Creatoris nostri solatio medicinam dignae[z] possimus correptionis inponere.

IV, 36.

Gregorius I. papa Maximiano episcopo (Syracusano) mandat, ut Euplo, Eusanii episcopi Agrigentini filio, competentia illi bona paterna et materna restituantur.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 36. *594, Iul.*

Edd. M: Lib. IV. ep. 37; G: Lib. III. ep. 36. — Iaffé Reg. 1307 (942).

GREGORIUS MAXIMIANO EPISCOPO.

Euplus[a 1] praesentium portitor Eusanium[2], Agrigentinae civitatis episcopum, suum fuisse memorat genitorem, matrisque suae res apud eum plurimas indicat mansisse[b].

i) *corr. in* nobis *R 1;* nobis *edd.* k) vita *edd. G pr.* l) lucra *r 1;* lucri *r 2.* m) *om.* nos *r 1. 2.* n) *om.* praepositi *r 1;* repositi *r 2.* o) *ex* benenatis *R 1.* p) *om.* ut (*postea legentes* depellere .... necavisse dicuntur) *edd. pr. G.* q) mestificant *r 1. 2, ed. G;* mestificavit *ed. pr.* r) quod *edd. G. M.* s) decurrentibus *edd. G. M.* t) munitoque *r 2.* u) consilio *codd. (quod cur mutandum sit, non video. W.)* v) *delet* dum *R 1.* w) nobis *r 1. 2.* x) possint *R 1.* y) obruere festinate *edd.* z) digne *R 1, r 2.*

IV, 36 titulo add. Syracusano *edd. Sequitur argumentum in R 1 studiose deletum:* ut filio episcopi res patris ..... a) Eupulus *ed. pr.* b) remansisse *R 1.*

1) Vide notam 2 ad ep. IV, 32. 2) Cf. de priore concilio in Africa congregando epp. III, 47. 48; de nostro ep. V, 3. 3) Cf. de Paulo episcopo not. 3 ad ep. IV, 32.

IV, 36 In Siciliam per Euplum Agrigentinum delata (fortasse una cum ep. IV, 34). — De Maximiano cf. ep. IV, 14. 1) Idem nomen (sed alius personae) in ep. I, 42 (p. 66, 17) occurrit. 2) Alias Eusanius non nominatur; praedecessor erat Gregorii (cf. ep. I, 70 p. 90).

Quem quoniam intestatum[3] asserit[c] esse defunctum, ideoque et res sibi maternas petit[d] debere restitui et antedicti episcopi patris sui se permitti substantiam adipisci. Qua de re fraternitati tuae huius praecepti serie deputamus, quatenus diligenter curet addiscere, et si quid apud praedictam ecclesiam[4] de rebus matris ipsius inveniri potuerit, si quidem nihil est, quod antedicto Euplo rationabiliter possit obsistere, ei secundum suam faciat portionem restitui. Perinde et de[e] rebus paternis quas ante episcopatum noscitur habuisse, si eas in iure ecclesiae suae quolibet modo non transtulit, ei quantum portioni eius legaliter scit[f] competere, ut satisfieri possit, inmineat. Nam omnino et contra rationem et contra nostrum probatur esse propositum, si cui ea, quae iuste competunt, restitui ac satisfieri denegemus. Ita ergo haec fraternitas tua implere festinet, ut superscripto[g] portitori ad nos denuo ex hac re nulla remeandi necessitas imponatur. Nam quod[h] beatae recordationis decessor noster[5] praeceptum direxerat, ut lapso eo res eius omnes ecclesiae remanerent, hoc ideo eum credimus praecepisse, ne per eas adhuc amplius deperiret. Nunc vero aequum esse pensamus, ut filium patris culpa non ingravet. Sed fraternitatis tuae dispensatione quicquid ei legaliter potest competere consequatur.

IV, 37.

Gregorius I. papa Constantium, episcopum Mediolanensem, adhortatur, ut Brixiensibus, qui iuramentum de tribus capitulis non damnatis postulaverint, de fide synodi Chalcedonensis conservanda tantummodo scribat. Praecipit de Iohanne, Ravennate episcopo, in missis ab eo non nominando, laudatque eum, quod epistolam suam ad Theodelindam reginam (ep. IV, 4) retinuerit. Addit de nova ad eandem epistola (ep. IV, 33), de Ursicino, de Fortunato, de scriptis ad Dynamium transmittendis. *594, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 37.
Edd. M: Lib. IV. ep. 39; G: Lib. III. ep. 37. — Iaffé Reg. 1309 (944).

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Scriptis sanctitatis vestrae percursis[a] in gravi vos merore esse cognovimus, maxime propter episcopos[b] et cives Brixiae[1], qui vobis mandant, ut eis epistolam transmittatis, in qua iurare debeatis, vos tria capitula minime damnasse[2]. Quod si

c) inquid *erad. et corr.* asserit *ex* asserint *R 1;* inquit (*pro* asserit) *r 1. 2;* dicit *ed. pr.* d) petiit *R 1.* e) *om.* de *R 1.* f) sit *r 1. 2.* g) *ita r 1. 2;* s̄s *R 1.* h) *add.* de *r 1.*
IV, 37 a) discussis *R 1.* b) episcopum *ed. G.*

3) De episcoporum iure testandi cf. ep. XII, 14. 4) Egebat tunc Agrigentum episcopo, ut in not. 2 ad ep. I, 70 exposuimus; cf. ep. III, 12. 5) Ex nostra epistola tractum est regestum Pelagii II. papae apud Iaffé Reg. 1062 (693).

IV, 37 Per Fortunatum militem Genuam ut videtur transmissa. — Cf. de Constantio Mediolanensi episcopo et de rebus, quae in ep. nostra continentur, epp. IV, 2. 3. 1) Episcopi erant illi tres scismatici quos Gregorius in epp. IV, 2. 3 compendiose nominat (cf. Troya Codice dipl. I, 314). Inter eos episcopum Brixiensem fuisse apparet. Sed cum de episcopis Brixiae aperte dicat ep. nostra, hoc ita intelligo, episcopos illos tunc Brixiae convenisse, ut in causa trium capitulorum commune consilium ineant. (Cf. supra ep. III, 38). — Brixia vel Brexia, nunc Brescia, ad Mediolanensem metropolim pertinet. 2) Cum schismatici edocti essent (ep. IV, 2. 3), Constantium in damnatione trium capitulorum cautionem non fecisse, tunc animis superbis maiora postulabant.

decessor fraternitatis vestrae Laurentius non fecit[3], a vobis quaeri non debet. Si autem fecit[c], cum universali ecclesia non fuit et[d] cautionis suae iuramenta transcendit. Sed quia eundem virum sua credimus sacramenta servasse atque in unitate ecclesiae catholicae permansisse, dubium non est, quod nulli episcoporum suorum iuraverit, se tria capitula minime dampnasse. Ex qua re colligat sanctitas vestra, quia cogi non debet ad hoc, quod a decessore eius[e] factum nullo modo est. Sed ne hi qui vobis ista[f] scripserunt scandalizari videantur, transmittite eis epistolam, in qua sub anathematis interpositione fateamini, neque vos aliquid de fide[g] Calcedonensis sinodi inminuere[4], neque eos qui inminuunt recipere, et quoscumque damnavit damnare, et quoscumque absolvit absolvere. Unde credo eis posse celerrime satisfieri.

Quod autem scripsistis, quia scandalizantur plurimi eorum, quia fratrem et coepiscopum nostrum Iohannem Ravennatis ecclesiae[5] inter missarum sollempnia nominetis, requirenda vobis consuetudo antiqua est. Et si consuetudo fuit, modo ab stultis hominibus reprehendenda non est. Si vero consuetudo non fuit, fieri non debet, unde quibusdam scandalum moveri possit. Tamen sollicite requirere studui[h], si isdem Iohannes frater et coepiscopus noster vos[i] ad altare nominet, quod minime dicunt fieri. Et si ille vestri nominis memoriam non facit, quae necessitas cogit[k] ignoro, ut vos illius faciatis. Quod quidem si sine aliquorum scandalo fieri potest, vos tale aliquid facere valde laudabile est, quia caritatem, quam erga fratres vestros habeatis[l], ostenditis.

Quod autem scripsistis, quia epistolam meam reginae Theodelindae transmittere minime voluistis[6], pro eo quod in ea quinta synodus[7] nominabatur, si eam exinde scandalizari posse[m] credidistis, recte factum est ut minime transmitteretis. Unde nunc ita facimus sicut vobis placuit, ut quattuor solummodo synodos laudaremus[n] [8]. De illa[o] tamen synodo, quae in Constantinopoli[p] postmodum facta est, quae a multis quinta nominatur, scire vos volo, quia nihil contra quattuor sanctissimas synodos constituerit, vel senserit; quippe quia in ea de personis tantummodo non autem de fide aliquid gestum est, et de eis[q] personis, de quibus in Calcedonensi concilio nihil continetur. Sed post expressos canones facta contentio et extrema actio de personis ventilata est[9]. Nos tamen sicut[r] voluistis ita fecimus, ut eiusdem synodi nullam memoriam faceremus. Sed et de episcopis quae scripsistis praedictae filiae nostrae reginae scripsimus[10].

Ursicinum[11], qui vobis scripsit aliqua contra Iohannem fratrem et coepiscopum nostrum[12], vos per epistolas vestras et dulcedine et ratione ab intentione sua compescere debetis.

c) *suprascr.* aut *R 1.* d) *ex* et *corr.* aut *R 1.* e) vestro *edd. G. M*; decessoribus eius *ed. pr.* f) ita *R 1.* g) *om.* de fide *R 1.* h) *ex* stude *R 1*; perquirere stude *ed. G et sec. ed. M unus Vatic.*; perquirere studui *ed. M.* i) *corr. in* eos *R 1.* k) cogat *edd.* l) habetis *edd.* m) posse *om. R 1.* n) laudaremur *r 1.* o) illo *r 1.* p) Constantinopolim *r 2.* q) his *r 1. 2, edd.* r) *corr. ex* si quod *r 2.*

3) De cautione Laurentii agit papa in ep. IV, 2. 4) Eodem modo Gregorius in ep. IV, 3 de synodo Chalcedonensi (i. e. de quarta universali anni 451) confessus erat. 5) Cf. de Iohanne Ravennate episcopo ep. III, 54 p. 211. Etiam haec lis ex animo nimis elato Iohannis orta esse videtur. 6) i. e. ep. IV, 4. 7) i. e. synodus Constantinopolitana anni 553, in qua tria capitula reprobata sunt. Cf. p. 18 not. 2. 8) Nempe ep. IV, 33. 9) Hoc loco de iis quae in synodo gesta sunt papam errasse satis perspicuum est. Cf. quod Gussanvilleus et Langen (Geschichte der Röm. Kirche II, 444) adnotaverunt. 10) Verba de episcopis in exemplari epistolae, ut nobis in registro conservatum est, excidisse videntur. 11) De Iohanne Ravennate tractatur (cf. notam 5). 12) Si hic de episcopo aliquo agitur, fortasse de episcopo Taurinorum loquitur papa. Cf. epp. IX, 214. 226.

De Fortunato[13] autem fraternitatem vestram esse sollicitam volumus, ne vobis a malis hominibus in aliquo subripiatur. Nam audio, eum cum decessore vestro Laurentio ad mensam ecclesiae[s] per annos plurimos nuncusque comedisse, inter nobiles consedisse et subscripsisse eoque quondam fratre[t] nostro sciente in numeris[u] militasse[14]. Et post tot annos modo videtur fraternitati vestrae, ut de status sui conditione pulsetur. Quod mihi omnino incongruum videtur. Et ideo vobis hoc per ipsum, sed secreto mandavi[v]. Tamen si quid est rationabile, quod ei possit opponi, in nostro debet iudicio ventilari.

Ad filium vero nostrum domum Dynamium[w][15], si omnipotenti Deo placuerit, per hominem nostrum[x] scripta transmittimus[y].

IV, 38.

Gregorius I. papa Marcello scholastico pro Maximo (Salonitano) petenti respondet, se illi veniam dare non posse. *594, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 38.
Edd. M: Lib. IV. ep. 40; G: Lib. III. ep. 38. — Iaffé Reg. 1310 (945).

GREGORIUS MARCELLO SCOLASTICO.

Gloriae vestrae caritas sic in nostro corde semper invigilat, ut nihil sibi corporis[a] defendat absentia. Nam quamvis a carnalibus oculis longe est[b], tamen aspectibus numquam deest. Frequenter enim nos voluntas ad scribendum desideranter impellit, sed occupatio non permittit. Dum ergo nobilitatis vestrae peritia non ignoret, quantis sit locus noster occupationibus involutus, quod ab scribendi interdum cessamus officio, non voluntatis sed necessitatis esse consideret. Gloria autem vestra quod tardius nos[c] sua requirit epistola, qua possit excusatione defendere non videmus. In hoc igitur sola me debui taciturnitate defendere, sed fervor caritatis[d] linguam meam non pertulit habere silentium.

s) eandem (*pro* ecclesiae) *r 1.* t) *ita scribo;* eoque confratre *R 1;* eoquaque fr. *corr. in* eo quoque fr. *r 1;* eoque quod fr. *r 2;* eumque fr. *edd.* u) annis *add. codd. quidam, de quibus dicit ed. G in nota 6; ipsa autem reprobatam lectionem lapsu quodam recepit quod in corrigendis (p. 1615) emendavit.* v) mandab; *R 1.* w) *ita r 2:* dunamium *r 1;* dinamium *R 1.* x) vestrum *edd. G. M.* y) transmittemus *edd.*

IV, 38 in titulo scholastico *r 1. 2, edd. G. M.* a) corporalis *edd. G. M.* b) *add.* mentis *r 2 (?), edd. G. M.* c) nos *ex* non *R 1;* non *r 2, ubi suprascr.* vel nos; in (*pro* nos) *r 1;* in sua nos *edd. G. M.* d) fervoris caritas *R 1.*

13) Cf. de Fortunato ep. V, 18. *14) Cf. Dialog. IV. cap. 35:* qui in numero optio fuit, *ep. VIII, 10* ex militaribus numeris converti. *Militarem autem conditionem Fortunati cum honore ecclesiastico Constantius episcopus non convenire arbitrabatur.* *15) Cf. de Dynamio patricio Galliarum, qui patrimonium ecclesiae Romanae illis in partibus rexit, ep. III, 33. Epistola autem, quam citat Gregorius, deperdita est.*

IV, 38 Marcellus scholasticus sine dubio idem est, ad quem Gregorius ep. IX, 158 ann. 599, Mai. Iun. misit. Id res quae in utraque epistola tractantur demonstrant. Et minorem quidem scrupulum inicit, quod in ep. IX, 158 titulus: 'proconsul Dalmatiae' adhibetur, cum quatuor annis post Marcellus ille ad proconsulatus honorem promotus appareat. Gravius autem est, Marcellum nostrum in altera epistola Marcellinum *nominari, ita ut dubium sit, quaenam nominis forma ei debeatur. Cf. ep. III, 22, ubi Marcellus* magnificus atque eloquentissimus *nominatur et ut eiusdem consilio episcopus Salonitanus eligatur praecipitur. — De scholasticis cf. ep. I, 3. Titulo* gloriae *atque* magnitudinis *honorabantur; cf. ep. V, 34. Aut proconsuli Dalmatiae aut praefecto praetorio per Illyricum Marcellus tunc in causis assistebat.*

Salutantes itaque[e] cum omni adfectu atque dulcedine indicamus, nos graviter contristatos, quod illa a nobis voluistis expetere, in quibus dum voluntatem vestram perficere quia obsistit ratio[f] non valemus, contristare vos quod nolumus videamur. Nam hoc nos sine correctione[g] relinquere, ecclesiastica non sinit aliquo modo disciplina; nec vos pro talibus decet petere, ne non rectitudini, sed indisciplinationi quod absit videamini consentire. Causa eiusdem Maximi[1], pro quo[h] nobis scribitis, quem si missarum sollempnia celebrare praesumpserit, iam sacri corporis communione privavimus[2], matura quando[i] oportuerit deliberatione sicut Deo nostro placuerit iudicatur atque disponitur[k].

Oramus autem omnipotentem Dominum, ut et hic[l] vos sua propitiatione[m] custodiat, et ad aeternae vitae premia perducat.

MENSE AUGUSTO INDICTIONE XII.

IV, 39.

Gregorius I. papa clero, ordini et plebi Hortonensi nuntiat, se post episcopi (Blandi) mortem alii cuidam episcopo visitationem mandasse. *594, Aug.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 39.
Edd. M: Lib. IV. ep. 41; G: Lib. III. ep. 39. — Iaffé Reg. 1311 (946).

GREGORIUS CLERO ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI HORTONAE.

Vestri antistitis obitum cognoscentes[1] curae nobis fuit, destitutae ecclesiae visitationem fratri et coepiscopo nostro . . .[a 2] solemniter delegare[b]. Cui dedimus in

e) *suprascr.* vos *r 2.* f) gratia *r 1. 2, ed. pr.* g) *(corr ex* correptione *r 1):* correptione *edd. G. M.* h) qua *R 1.* i) quam de eo *R 1.* k) disponetur *R 1;* iudicabitur atque disponetur *edd. G. M.* l) *om.* hic *r 1.* m) protectione *ed. G.*

Mense *cet. ad calcem ep. IV, 38 add. r 1. 2, edd. G. M et sec. M Colb. et Vatic.; om. hanc notam R*1, ed. pr. —* ind. XIII. *r 1. 2, R 1 (quod corr. in* XII *r 2).*

IV, 39 in titulo abbrev. consist *codd.; om.* consist. *ed. pr. —* hortonō *R 1;* hortonē *r 1. 2;* Hortane *ed. pr.;* Cotronae *ut ed. M notat, in Rem. et uno Vatic. (cf. ep. II, 40).* a) *hic nomen om. codd. R 1, r 1. 2, R*1 et ed. pr., quamquam nullam indicant lacunam;* Barbaro *add. edd. G. M (cf. ep. XIII, 17), M cum nota: in Rem. et Vatic. D legi* Iohanni. *(Cf. ep. II, 40.)* b) diligare *r 1.*

1) De Maximo et electione episcopi ecclesiae Salonitanae procuranda cf. epp. III, 46. IV, 16. 20. Iam anno 593 Nov. papa Maximum, de quo ad nos multa mala perlata sunt *a candidatura excluserat. Anno 594 Apr. Maximum praesumptorem in Salona in titulo epistolae nominat. Cf. infra epp. V, 6. VIII, 36. IX, 158.* *2) i. e. epistola IV, 20.*

IV, 39. Cf. quae de eadem formula (Lib. diurni ed. Rozière form. 110 in app. 2) ad ep. II, 40 adnotavimus. Plenius eam habes in ep. XIII, 17. — De Hortona, Samnii urbe adhuc a Langobardis libera, cf. ep. I, 32 et quod ad eam Troya Codice dipl. I, 179 (loco supra omisso) adtulit. *1) Id est Blandi episcopi, qui longo iam tempore in civitate Ravennate ab exarcho Romano detinebatur. Cf. ep. I, 32.* *2) Nomen* Barbaro *addiderunt ex epistola, quae praeterea eiusdem exempli est (XIII, 17) editores quidam, nomen* Iohanni *adiecerunt ex ep. II, 40 codices aliqui. Quod quam parvi momenti sit liquet. Cf. dissertationem meam in Neues Archiv VII, 604. Nomen certe excidit, cum epistola haec saepius adhibita ex formula exscriberetur. Sed ut locum difficilem interpretarentur, magnam operam dederunt et vanis coniecturis usi sunt Gussanvillaeus, Ughelli (Italia Sacra VI, 678), Di Meo (Annali I, 184), Troya (Codice dipl. I, 322). Cf. Maassen Geschichte der Quellen etc. I, 527 not. 2.*

mandatis[3], ut nihil de[c] reditu, ornatu[d], ministeriisque a quoquam usurpari patiatur. Cuius[e] vos adsiduis adhortationibus convenit oboedire. Hoc tamen scitote, quia ei ordinandi[f] presbyteros ac diacones si necesse fuerit et[g] dignos[h] ad hoc officium invenire[i] potuerit, dedimus[k] licentiam, quatenus in ecclesiastico obsequio sacerdos exquiratur[l], qui et[m] a[n] venerandis canonibus nulla[o] discrepet ratione, et tanto ministerio dignus valeat repperiri. Qui dum fuerit postulatus cum sollempnitate decreti omnium subscriptionibus roborati et visitatoris pagina prosequente ad nos veniat ordinandus. Provisuri ante omnia, ne[p] cuiuslibet vitae vel meriti laicam personam praesumatis eligere[q]. Et non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione provehetur, verum etiam vos nullis intercessionibus veniam[r] promereri posse cognoscite. Sed omnes quos ex vobis de laica persona adspirasse[s] constiterit ab officio et a[t] communione alienos faciendos proculdubio noveritis.

IV. 40.

Gregorius I. papa Valentino abbati interdicit, ne mulieres monasterium ingrediantur, neve monachi eas sibi commatres faciant. *594, Aug.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 40.
Edd. M: Lib. IV. ep. 42; G: Lib. III. ep. 40. — Iaffé Reg. 1312 (947).

GREGORIUS VALENTINO ABBATI.

Pervenit ad nos, eo quod in monasterio tuo passim mulieres ascendant, et quod adhuc est gravius, monachos tuos mulieres sibi commatres facere, et ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergo hac occasione humani generis inimicus sua eos quod absit calliditate decipiat, ideoque huius te praecepti serie commonemus, ut neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet occasione[a] permittas ascendere[b], neque monachos tuos sibi[c] commatres facere. Nam si hoc denuo ad aures nostras

c) *add. manu post.* provectionibus clericorum *secundum formulam Libri diurni r 1 et Rem. (ed. M).* d) ortatu *R 1.* e) cui *r 1.* f) *om.* quia ei ordinandi *r 1:* egi (*pro* quia ei) *r 2; om.* quia *ed. pr.* g) qui *r 1;* quos *edd.* h) dignus *r 1.* i) inveniri *r 1.* k) *add.* ordinandi *codd. et ed. pr.* l) sacerdotes (*om.* exquiratur) *R 1; om.* exquiratur *edd. pr. G.* (*G:* sacerdos qui . . . reperiri communiter eligatur; *pr.:* sacerdotem qui . . . reperiri communiter omnes eligant). m) *om.* et *r 1, ed. pr.* n) *om.* a *ed. G.* o) ulla non *ed. G.* p) nec *r 2.* q) *in margine praebet r 1 hoc argumentum* nota laicam personam nequaquam ad episcopatum eligendam. r) *om.* veniam *R 1.* s) *corr. ex* aspirare *R 1;* aspirare *edd. G. M.* t) *om.* a *R 1, ed. pr.*

IV, 40 in titulo Venantio *R 1 et sec. ed. M Colbert.* — capl. XL *add. inscriptioni r 1; argumentum in R 1 erad.* quod monachi . . non accipere . .; *in r 2 in margine* de monachorum commatribus. a) excusatione *R 1, ed. pr.* b) coscendere *R 1* (scendere *in ras.*). c) *add.* eas *edd. G. M.*

3) Mandatum visitatori missum, quod certe ad exemplum ep. II, 39. VII, 16. XIII, 16 expressum erat, nobis non conservatum est.

IV, 40 Quis ille Valentinus, et cuius monasterii abbas fuerit in dubio plane relinquimus. Nam quod Alteserra ad rem explicandam adtulit, nullius momenti est. Neque cum discipulo illo Benedicti Nursini confundendus est, quem Gregorius in praefatione ad Dialogorum Lib. II 'annis multis monasterio Lateranensi praefuisse' dicit, neque cum alio Valentino, quem idem Gregorius (Dialog. I, 4. III, 22. IV, 21) saepius citat. Nam et hic, prius in Valeria provincia monasterii rector, deinde Gregoriano monasterio Romano praepositus, iam in Dialogis anno 593 fin. scriptis 'beatae memoriae' nominatur. Neque de nomine, num non Venantio *scribendum sit, satis constat.*

quocumque modo pervenerit, sic te severissime[d] noveris ultioni[e] subdendum, ut emendationis tuae qualitate ceteri sine dubio corrigantur[f].

IV, 41.

Gregorius I. papa Bonifatium, virum magnificum Africae, Romam venire iubet, ut de fide sua respondeat. Promittit securitatem veniendi iis, quibus de eo scrupuli restent.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 41. *594, Aug.*

Edd. M: Lib. IV. ep. 43; G: Lib. III. ep. 41. — Iaffé Reg. 1313 (948).

GREGORIUS BONIFATIO VIRO MAGNIFICO AFRICAE.

Si ita ut audieram magnitudo vestra intentione sollicita de animae suae vita[a] cogitaret, nequaquam[b] mihi de fide sua per epistolas, sed per semetipsam potuit[c] respondere. Nam quod in excusationem[d] molestia corporalis adducitur, expectato salutis tempore laborem summopere potuistis[e] pro commodo aeternae salutis adsumere, ut et vos de nostra[f] ratione et nos de vestra credulitate[g] gauderemus[h]. Ea etenim quae in[i] meis scripsi epistolis replicanda nunc non sunt, neque alia[k] ratiocinatione monstranda, quia apud nolentis animum, quamvis sit evidens ratio, haec ipsa[l] obstaculum[m] esse solent[n]. Sed per vos venite, beati Petri apostolorum principis liminibus vos[o] praesentate, et cuncta quae scripsi nisi ex lectione monstravero, cum qua vultis disputatione recedite. Hortor tamen, ut dum vitae spatium superest, ab eiusdem beati Petri ecclesia, cui claves caelestis regni commissae sunt et ligandi ac solvendi potestas adtributa, vestra anima non[p] inveniatur divisa, ne[q] si hic beneficium[r] eius despicitur, illic vitae aditum claudat.

Hi autem qui dubitationis vestrae participes sunt, si ad me venire voluerint, nullam in me quasi ex potestate prodeuntem[s] violentiam pertimescant. Nam nos licet in omnibus causis, in his praecipue quae Dei sunt ratione magis stringere homines, quam potestate festinamus.

---

d) severissima *r 1.* e) ultione *r 1. 2 (corr. in* ultioni *r 2¹.* f) *add. in marg. r 1:* Nota monachos non debere sibi commatres facere.

IV, 41 in titulo Bonifacio *r 1. 2, edd. G. M:* Bonefacio *R*1.* — ūm̄ *sigla adhibent codd. nostri; om.* viro *ed. G:* viro magistro *ed. pr.* — afric̄ *abbrev. r 1. 2:* africa *R 1:* affrice *ed. pr.* a) salute *edd. pr. G.* b) *add.* se *edd. G. M.* c) *ita R 1, r 2, edd. pr. G:* posceret *r 1. ed. M.* d) excusatione *r 1. 2.* e) poteris *R 1.* f) vestra *R 1.* g) *corr. ex* crudelitate *r 2.* h) *corr. in* gaudere possimus *R 1.* i) *om.* in *r 1. 2, edd.* k) aliqua *R 1, ed. G.* l) hoc ipsum quod non vult *ed. G.* m) *add.* obedientiae *ed. G.* n) solet *r 1, edd. G. M.* o) *om.* vos *r 1. 2, R 1; sed add. manu post.* vos *R 1; add.* vosmet *edd.* p) *om.* non *R 1.* q) nam *r 1.* r) *ex* veneficium *R 1.* s) prodeunte *R 1.*

IV, 41 Bonifatius Africanus alias non occurrit. Ne confundas eum cum Bonifatio viro clarissimo Panormitano (epp. III, 27. 49) cave. Fortasse Bonifatius noster, perspicuae dignitatis vir ut titulus 'magnificus' docet, inter iudices Africae (cf. ep. I, 74), aut inter scholasticos (cf. ep. V, 34) habendus est. Cum ceterae epistolae inter Gregorium et Bonifatium missae deperditae sint, nescimus, quae fuerit controversia. Sed suspicamur cum Morcelli (Africa Christ. III, 344) Bonifatium sociosque eius in Donatistarum (aut Arianorum, Morcelli) errorem quendam incidisse (cf. epp. I, 72. II, 46. IV, 32. 35).

IV, 42.

Gregorius I. papa Maximiano, episcopo Syracusano, mandat, ut Bacaudae episcopi (Formiensis) clericos in Sicilia promotos remittat. 594, Aug.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 42.
Edd. M: Lib. IV. ep. 44; G: Lib. III. ep. 42. — Iaffé Reg. 1314 (949).

GREGORIUS MAXIMIANO EPISCOPO SYRACUSANO.

Indicavit nobis Bacauda[a] frater et coepiscopus noster[1], quosdam de clero suo in Siciliae partibus ad sacros ordines pervenisse[2]. Qui quoniam neque presbiterum neque diacones[b] se habere commemorat, eos ad se petiit debere transmitti. Proinde fraternitas tua ubicumque illos latore[c] praesentium[3] indicante reppererit, huc eos sine dilatione transmittat, quatinus et illi in ecclesia, in qua[d] olim militaverunt[e], revocentur, et ante dictus episcopus optatum de eis[f] possit habere solatium.

IV, 43.

Gregorius I. papa Fantino defensori per notarium eius sexaginta solidos transmittit, ut Cosmae Syri creditoribus, quibus solidos quinquaginta debeat satis faciat. Filium eius, quem teneant, liberare eum iubet. 594, Aug.

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 43.
Edd. M: Lib. IV. ep. 45; G: Lib. III. ep. 43. — Iaffé Reg. 1315 (950).

GREGORIUS FANTINO DEFENSORI.

Lator praesentium Cosmas Syrus[1] in negotio quod agebat debitum se contraxisse perhibuit, quod ex multis aliis et lacrimis eius adtestantibus verum esse credimus. Et quia centum quinquaginta solidos debebat volui[a], ut creditores illius cum eo aliquid paciscerentur, quoniam et lex habet[2], ut homo liber pro debito nullatenus teneatur, si res defuerint, quae possint eidem debito addici. Creditores ergo suos, ut asserit,

IV, 42 in titulo cap̄. XLII *r 1* — siracusano *R 1, r 2, R*1, ed. pr.* a) baganda *ed. pr.* b) diaconem *R 1.* c) latorem *R 1.* d) quam *r 1. 2:* in qua *postea add. R 1.* e) militati sunt *r 1. 2.* f) his *R 1.*

IV, 43 a) voluit *R 1.*

IV, 42 De Maximiano cf. novissimas epp. III, 12. 50. 53. IV, 12. 14. 36. 1) De Bacauda episcopo, quem Formiensem esse puto, cf. ep. I, 8 (et 1, 4). 2) Ex hac epistola apparet, territorium Formiense post ann. 590, Oct. (ep. I, 8) ab hostibus Langobardis invasum fuisse. Cf. Troya Codice dipl. I, 322. 3) Quis fuerit ille lator ambigo. Fortasse Fantini Romani defensoris notarius, qui eodem tempore pecuniam Panormum apportabat. Cf. ep. sequentem.

IV, 43 Transmissa per Cosmam Syrum. — Cf. de hac epistola quae ad ep. III, 55 summa affinitate cum nostra coniunctam adnotavimus. Ubi etiam de Fantino defensore Romano tunc Panormi residente (cf. ep. I, 42 p. 66. 68) et negotia quaedam ecclesiae Romanae curante, post patrimonium Panormitanum regente (cf. epp. VIII, 23. IX, 38 et praecipue IX, 40) diximus. 1) Vide not. 1 ad ep. III, 55 (p. 215). 2) Iustin. Nov. 134 c. 7.

ad octoginta solidos consentire possibile est. Sed quia multum est, ut a nil[b] habente homine octoginta solidos petant, sexaginta tibi solidos per notarium tuum transmisimus[c], ut tu cum eisdem creditoribus subtiliter loquaris[d], rationem reddas, quia filium eius, quem tenere dicuntur secundum leges tenere non possunt[3]. Et si potest fieri[e], aliquid[f] minus quam nos[g] dedimus, condescendant. Et quicquid de eisdem LX solidis remanserit, ipsi trade, ut cum filio suo exinde vivere valeat. Si autem nil remanet[h], vel ad eandem summam debitum eius incide[i], ut possit sibi libere postmodum laborare. Hoc tamen sollerter age, ut acceptis solidis ei plenariam munitionem[4] scripto faciant.

IV, 44.

Gregorius I. papa Rusticianam patriciam reprehendit, quod ad montem Sinai profecta, celeriter Constantinopolim redierit. Filios filiasque eius salutat. Erga nutricem suam propensam voluntatem nuntiat. *594, Aug.*

Codd. R et r: Indictio XII. cap. 44.

Edd. M: Lib. IV. ep. 46; G: Lib. III. ep. 44. — Iaffé Reg. 1316 (951).

GREGORIUS RUSTICIANAE PATRICIAE.

Excellentiae vestrae scripta suscipiens libenter agnovi, qualiter ad montem Sina perrexerit[a 1]. Sed mihi credite, ego quoque voluissem vobiscum ire, sed vobiscum minime redire. Quamvis valde mihi sit difficile credere, quia ad sancta loca fuistis, patres multos vidistis[2]. Nam credo si vidissetis, tam celeriter redire ad Constantinopolitanam urbem minime poteratis. At postquam talis[b] civitatis amor de corde vestro nullo modo recessit, suspicor, quia excellentia vestra sancta quae corporaliter vidit ex corde minime adtendit. Sed omnipotens Deus mentem vestram gratia suae pietatis inlustret: donet vobis sapere, et temporalia omnia quam sint fugitiva pensare: quia dum haec loquimur[c], et tempus currit, et iudex supervenit, et mundum quem sponte nolumus[d] ecce iam prope est ut relinquamus[e] inviti[3].

Domnum[f] Appionem et domnam Eusebiam eorumque filias mea peto vice salutari[4]. Domnam[g] vero illam nutricem meam, quam mihi per litteras commendatis.

b) nichil *r 1.* c) transmittimus *r 1.* d) *add. postea* et *r 2.* e) *add.* ad *edd. G. M.* f) aliud *R 1.* g) *om.* nos *R 1.* h) *ex* remaneret *R 1;* remanserit *ed. pr.* i) inciderit *r 1;* incidere stude *edd. G. M.*

IV, 44 in titulo Iustinia patrice *ed. pr.;* patriae *r 1.* a) perrexit *r 1.* b) talius *r 1.* c) loquitur *r 1.* d) volumus *R 1.* e) dimittamus *R 1, ed. M.* f) dominum *R 1.* g) domum *R 1.*

3) Cf. Iustiniani Novellam 134 c. 7 (ed. Lingenthal 166, p. 381) supra citatam. 4) De munitione cf. epp. IX, 82. XI, 17 et libri diurni form. CI (ed. Rozière p. 241).

IV, 44 Cf. quae de Rusticiana ad ep. II, 27 adtulimus; ubi et de voto eius ad montem Sinai eundi, et de familia eius iam satis egimus. 1) Post annum 592, Apr. (vide ep. II, 27) iter ingressa erat. 2) Cf. epp. XI, 1. 2 de monasterio in monte Sina constructo eiusque abbate Iohanne et presbytero Palladio. Frequens fuit, ut Alteserra ex multis auctoribus docet, iam primis saeculis peregrinatio ad montem Sinai, qui inter loca fidei causa adeunda censebatur. 3) De fine saeculorum dicit papa, ut fusius iam in epp. III, 61. IV, 23 dixerat. 4) Cf. ep. 27 not. 4 (p. 124).

omnino diligo et gravari in nullo volo[5]. Sed tantis angustiis premimur, ut ab angariis[6] atque oneribus hoc iam tempore nec nosmetipsos excusaremus[h].

EXPLICIT.

h) excusemus *edd. G. M*; excusare prosimus *R*1*; excusare possumus *ed. pr.*

Explicit *ita r 1. 2*; explicit *om. R 1, edd.*; expliciunt epistolae per indictionem XII dalę *R*1*.

5) *Nutricem Gregorii papae anno 594 iam annis infirmam fuisse ex ipsa vita Gregorii apparet. Nam is, ut omnes suspicantur, inter annos 540 et 550 natus est. Sed miramur nutricem illam nobilis feminae titulo 'domnam' appellari. Fortasse* Dominicae *nomen legendum est. Huc adde, quod de affinitate inter familias Gregorii et Rusticianae iam supra diximus.* 6) *Cf. de angariis ep. I, 68.*

IN NOMINE DOMINI
INCIPIT REGESTUM
DOMNI GREGORII.

MENSE SEPTEMBRIO INDICTIONE XIII.

V, 1.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Ravennati, mandat, ne clericos monasteriis praeponi permittat. *594, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 45 (Ind. XIII. cap. 1).
Edd. M: Lib. V. ep. 1; G: Lib. IV. ep. 1. — Iaffé Reg. 1317 (952).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO RAVENNATI.

Pervenit ad me, quod in ecclesia[a] fraternitatis tuae aliqua loca dudum monasteriis consecrata nunc habitacula[b] clericorum aut etiam laicorum facta sint[c], dumque hi qui sunt in ecclesiis[d] fingunt se religiose vivere, monasteriis praeponi appetunt, et per eorum vitam monasteria destruuntur[1]. Nemo etenim potest et ecclesiasticis obsequiis

In nomine *cet. Ita r 1. 2, R 1: sed* regestum *tantum modo r 1.* regestrum *r 2,* registro *R 1.* — Incipit liber registrum *R 4 (cf. N. Archiv VI, 238);* Incipiunt epistolę ex regesto sancti Gregorii papę urbis Romę per ind. XIII datae *R* 1;* Incipit registrum indicione decima tercia *ed. pr.;* Incipiunt Epistolae ex registro B. Gregorii Papae. Indictione decimatertia, de anno ordinationis eius quinto *ed. G.:* Sancti Gregorii papae registri epistolarum liber quintus. Indictione decima tertia, anno ordinationis eius quinto *ed. M.*

Mense Septembrio *cet. abbrev.* septb. *r 1. 2.* sep. *R 1.* septbri. *R* 1; om.* mense *cet. edd. praeter Venet.* — cap̄. XLV *addit ante libri inscriptionem r 1; quae verba ita expressa:* k̄ XLIIII *post titulum epistulae V, 1 ponit R 1; sine dubio numerus est capituli, cf. p. 232 et initium ep. X, 1.*

V, 1 in titulo iohanne *R 1* — archiepiscopo *R* 1; ed. pr.;* ravenna *R 1.* a) ecclesiis *R 4. Vatic. C (ed. M.).* b) habita *r 1.* c) sunt *r 2, ed. M.* d) ecclesias *R 1, r 2 (corr. R 1 in* ecclesia); ecclesia *ed. pr.*

V, 1 De Iohanne, ep. Rav., cf. ep. III, 54. 1) *De eadem re scripsit Gregorius ep. I, 40. IV, 11, p. 244, et VII, 40, qua in epistula, ad Iohannis successorem missa, epistula nostra citatur. Cf. Wisbaum, die wichtigsten Richtungen u. Ziele der Thaetigkeit P. Gregors d. Gr., dissert. Bonn., 1884, p. 33. Eandem nostram epistulam argumentum proferens Iohannes diac., in v. S. Greg., II, 54, scribit Gregorium iussisse* singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singillatim committi debere. *Cf. etiam regulam S. Benedicti c. 60:* de sacerdotibus, qui voluerint in monasterio habitare. *Mabillon in ann. Ben. l. VIII c. 48 exempla SS. Germani et Leodegarii profert, qui, ut monachi fierent, ecclesiarum suarum titulos dimiserint. Adde Ewaldi notas in Neues Archiv VII p. 595.*

deservire et in monachica regula ordinate persistere, ut ipse districtionem monasterii[e] teneat, qui cotidie in obsequio[f] ecclesiastico cogitur permanere[g]. Proinde fraternitas tua hoc, quolibet in loco factum est, emendare festinet: quia ego nullo modo patior[h] loca sacra ut per clericorum ambitum destruantur. Vos itaque ita agite, ut mihi hac de re correctam[i] causam sub celeritate nuntietis.

V, 2.

Gregorius I. papa Felici episcopo et Cyriaco abbati mandat, ut monasterium a Theodosia, religiosa femina, conditum, quod a Ianuario, episcopo Caralitano, iniuriis affectum esse dicatur, disponant. Hortatur, ut Musicus, abbas Agilitanus, monachos suos, quos illic ordinare coeperat, coerceat. *594, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 46 (Ind. XIII. cap. 2).
Edd. M: Lib. V. ep. 2; G: Lib. IV. ep. 2. — Iaffé Reg. 1318 (953).

GREGORIUS FELICI EPISCOPO ET CYRIACO ABBATI.

Querellam Theodosiae[1] religiosae feminae subditae vobis satis series relationis explanat, in qua plura et non ad sacerdotalem pertinentia mansuetudinem contra Ianuarium fratrem et coepiscopum nostrum[2] capitula comprehensa relegimus, ita ut post fundatum a se servorum Dei monasterium, omne quod ad avaritiam[a], turbulentiam praeiudiciumque pertinet, tempore dicatur[b] oratorii ipsius sit[c] dedicationis[3] exhibitum. Quamobrem si ita est, ut antefata[d] eius suggestione comperimus, et in hoc quicquam cognoscitis indecentius[e] fuisse commissum, hortamur, ut Musicum, abbatem monasterii Agilitani[f], remotis[g] prius omnibus studeatis praeiudiciis, ut in monachos suos, quos illic ordinare coeperat, summopere vacare[h] festinet: quatenus ipso[i] venerabili loco decenti regularique[k] modo per vos[l] Domino iuvante disposito nec frequens nos praedictae religiosae feminae de non impletis bonis desideriis suis querella concutiat, nec cum vestrae detrimento[m] sit animae, si tam pium propositum aliqua vobis neglegentibus, quod non credimus, dilatione torpescat.

V, 3.

Gregorius I. papa Dominicum episcopum (Carthaginiensem) laudat ob zelum, quo eum haereticos coercere Prosper, praesentium lator, responsalis eius, rettulerat; improbat

e) monasterio *r 2 (corr. in* monasterii) *et ed. M.*, in monasterio *ed. pr.* f) officio *ed. pr.;* ministerio *ed. M. (quamquam pro lectione nostra 4 Vatic. et Corb. citat) G.;* monasterio *Gratianus C. XVI qu. 1 c. 2 (ed. Friedberg).* g) manere *R 1.* h) patiar *r 2, ed. M.* i) correptam *R 4.*
V, 2 in titulo ciriacho *R 4;* felici et cyriaco abbatibus *R* 1, ed. pr.* a) avaritiae *ed. G.* b) dicaturi *r 1, R 4;* dedicaturi, *ut ed. M. notat, 3 Vatic.* c) *ita codd. nostri et sec. ed. M. 3 Vatic.; delet* sit *R 1; om.* sit *edd.* d) *ex* antefacta *corr. r 1;* antefacta *R 4.* e) indecentis *R 4.* f) Agillitani *R 1.* g) removentes *r 1, R 4.* h) vocare *R 1.* i) ipso *R 1, edd.;* ipsi *r 1. 2, R 4.* k) venerabilique *(sec. ed. M.) Rem.* l) nos *R 4.* m) ne vestrae detrimentum *R 4.*

V, 2 De Felice et Cyriaco cf. ep. IV, 23 not. 1. 2. *1) Eadem Theodosia esse videtur, quae et in ep. III, 36 memoratur et ex testamento Stephani coniugis sui monasterium ancillarum Dei condiderat; cf. ep. IV, 8. 10.* *2) De Ianuario, Caralitano ep., cf. epistulas nota praeced. cit.* *3)* Responsum de dedicando oratorio intra monasterium monachorum: *form. Diurni 15.*

vero illam synodi sententiam, ut, qui haereticorum investigationem neglexerint, substantiarum dignitatumque privatione plecterentur. *594. Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 47 (Ind. XIII. cap. 3).
Edd. M: Lib. V. ep. 5; G: Lib. IV. ep. 3. — Iaffé Reg. 1319 (954).

GREGORIUS DOMINICO EPISCOPO.

Veniens ad nos Prosper[a], praesentium lator, responsalis vester, post alios vestrae caritatis affectus[b] secundas[c] nobis vestras epistolas[d] cum allegatione principalium iussionum[1] [synodique][e] apud vos habitae[f] cartulam[g] porrexit[h]. Quibus relectis et de vestro gratulati sumus quem pastoraliter geritis zelo et[i] piissimos dominos occasione religionis inlatas venalium personarum removisse calumnias. Maxime autem, quia ita studuit fraternitas vestra Africanam inconcussam servare provinciam, ut nullatenus devias[k] hereticorum sectas[2] cum fervore sacerdotali coercere neglegeret. De quibus etiam omnibus sopiendis et antequam caritatis vestrae consuleremur[l] apicibus, in tantum suptilius nos[m] definisse meminimus, ut nihil rursus de his vobis responderi[n] necessarium credamus[o]. Quamquam ergo haec ita se habeant et desideremus omnes hereticos a catholicis sacerdotibus vigore semper rationeque compesci: tamen suptiliter intuentes omnino nos tetigit, ne per ea quae apud vos gesta sunt aliorum conciliorum primatibus, quod avertat Dominus, generetur scandalum[3]. Sententia namque[p] a vobis prolata est in conclusione gestorum, in qua, dum pro investigandis illos[q] hereticis ammonetis, subintulistis eos qui neglegunt substantiarum dignitatumque privatione plectendos[4]. Optimum est igitur, frater carissime[r], ut in his quae foris corrigenda sunt prius caritas interna servetur et simus mente subiecti, quod maxime vestrae gravitatis proprium iudicamus, etiam personis dignitate minoribus. Tunc enim totis coadunatis viribus hereticorum commodius obviatis erroribus, cum secundum morem sacerdotii vestri studueritis interius ecclesiasticam custodire concordiam.

V, 3 in titulo: add. Kartaginiensi *R* 1,* Carthaginensi *ed. M. notans abesse hanc vocem a Vatic. Norm. Corb. etc.* a) prospere *R 1* b) *adnotat in marg. ed. G: forte* affatus: *legitur tamen* affectus *in omnibus mss. nostris.* c) synodi *Ewald; aliter codd.* secuda (*corr. in* secunda) *r 2;* secda (*corr. in* secdo) *R 1;* secundo *edd. pr. G;* secundam *r 1 et Regii (ed. M);* secundum *Vatic. A sed ed. M, quae hanc lectionem citat, legendum putat* secundam; *ed. M* secundas *notans: ita Corb. Rem. Norm. Vatic. D et plerique.* d) vestrae epistolae *r 1 et sec. ed. M Regii et Vatic. A.* e) *ita scr. Mommsen; om.* synodique *codices;* synodi *ed. G. M;* et *post* habitae *add. Ewald.* f) habite *corr. in* habitam *R 1.* g) chartulam *corr. in* chartulae *r 2, om. ed. pr.* h) porrexerunt *codd. et nostri et in ed. M citati. Scribo* porrexit *cum edd. pr. M.* i) *om.* et *r 2; add.* et *supra vers. R 1.* k) *corr. ras. in* devia *R 1.* l) consoleremur (*fort. ex* consolaremur) *R 1.* m) *om.* nos *et* definisse *ex* defuisse *corr. r 1;* non (*suprascr.:* vel nos) *r 2;* nos *in ras. R 1.* n) *ex* respondere *corr. R 1.* o) *ita r 1;* credimus *R 1, r 2; corr. in* credamus *r 2.* p) *post* namque *erad.* quae *R 1.* q) *ita r 1. 2, R 1* (*corr. R 1 in* illis) *et ed. pr.;* illis *edd. G. M.* r) frs kmi *R 1.*

V, 3 Missa est per Prosperum responsalem Dominici. De Dominico ep. Carthaginiensi cf. ep. II, 52 not. 1) *Eaedem certe iussiones in ep. VI, 61 commemorantur; haec vero synodus diversa esse videtur ab eo concilio, quod ut convocetur Gregorius ep. IV, 35 episcopos duos provinciae Numidiae admonet; nam hoc provinciale Numidiae fuisse verisimile est.* 2) *Scil. Donatistas, de quibus cf.* Wisbaum *l. l. p. 22; quo loco contendit Donatistarum sectam prostratam esse a Gregorio: nam ultimis huius papae annis eos nulla epistula commemorari.* 3) *De ceterorum conciliorum primatibus cf. ep. I, 72 n. 3 et de primatu episcopi Carthaginiensis Nov. Iust. 131 c. 4.* 4) Urgebant dudum episcopos ad curam de haereticis habendam canones Africani, sed levioribus poenis *notant Maurini.*

V, 4.

Gregorius I. papa Victori episcopo Panormitano scribit, ut Gregorius, lator praesentium, monasterii S. Theodori abbas atque presbyter, diutinam paenitentiam Romae perpessus restituatur; sed praepositus ei ab Urbico, monasterii sui praeposito, aliquis de servis Dei detur. Marcia sanctimonialis in monasterium S. Martini, ex quo in alterum migraverit, revocetur. Victoria, alienatarum eiusdem monasterii rerum accusata, Fantino defensori examinanda tradatur. Anastasius medicus monasterium virginum ingredi vetetur.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 48 (Ind. XIII. cap. 4). *594, Sept.*
Edd. M: Lib. V. ep. 6; G: Lib. IV. ep. 4. — Iaffé Reg. 1320 (955).

GREGORIUS VICTORI EPISCOPO PANORMITANO.

Latorem praesentium Gregorium, abbatem atque presbyterum[a] monasterii[b] sancti Theodori[1], nulla quidem ratio permittebat ut post lapsum cellae[c] ipsius paene generalem ultra[d] ei praeesse debuisset. Qui enim tot discipulos per suam neglegentiam ad infernum duxit, reliquis umquam[e] praeponi non debuit. Sed quia longa hic est apud nos paenitentia afflictus, fraternitatem tuam necesse est eum in[f] monasterio praedicto recipere locoque suo constituere, ita tamen, ut Urbicus monasterii mei[2] praepositus[3] dare aliquem de servis Dei debeat, qui ei[g] praepositus fiat, ut quod istius incuria neglegit[h], illius sollicitudine servetur.

Praeterea ex[i] monasterio ancillarum Dei, quod est sancti Martini[4], Marciam sanctimonialem feminam in monasterio alio[k] iniuste audio fuisse migratam; et Victoria[l], quae locum illius sequebatur, sicut audio, res monasterii[m] dispersit, ut ad prioratus locum pertingere[n] et ipsa post abbatissam[o] interim inveniri debuisset. Quam rem fraternitas tua sub omni studeat celeritate corrigere; cuius enim iam culpae sis[p], intellegis, ut ego tam longe positus quae in civitate tua aguntur agnoscam et tot curis occupatus quae fieri debeant disponam. Praedictam itaque Marciam in monasterio suo[q] loco suo volumus revocari, Victoriam vero Fantino defensori[5] nostro tradi[r], qua-

V, 4 in titulo Panormitano *abesse a Norm. et plurimis mss. notat ed. M. Non ita in nostris codd.* Danormitano *r 1.* a) lator pr. Gregorius abbas atque presbyter *r 1. 2.* b) *corr. ex* monasterio *R 1.* c) *om.* cellae *ut ed. G notat codd. Lyr. Pratell. Teller. Contra ed. M eam vocem non quidem a Lyr. et Pratell. sed a Vatic. D abesse dicit.* d) *ita r 1;* ultro *r 2, R 1 (corr. R 1 in* ultra). e) *ita r 2;* numquam *r 1, R 1 (in* umquam *corr. r 1).* f) de *r 1. 2 (corr. r 2 in* in); eundem *ed. pr.* g) eius *r 1. 2* (eius *corr. ex* est *r 2*). h) *ita R 1, r 1. 2;* negligitur *ed. G. M.* i) de *R 1, ed. pr.; om.* ex *r 2.* k) monasterium aliud *r 1, edd. G. M.* l) victoriam *R 1, ed. pr.* m) *corr. ex* monasterio *R 1.* n) pertingeret *corr. ex* pertineret *R 1.* o) abbatissa *r 1.* p) culpa sit *ed. G.* q) *add.* et *manu post. r 2; item add.* et *edd. G. M* (in monasterium suum et locum suum *edd. G. M.*). r) trade *R 1.*

V, 4 De Victore ep. Panormitano cf. ep. I, 70 n. 4; III, 27 n. 1. 1) *Idem qui ep. I, 9 ante paenitentiam commemoratur; de duplici titulo cf. Ewald in Neues Archiv VII, p. 593. — Xenodochium S. Theodori a Petro quondam constitutum: ep. IX, 35.* 2) *Fortasse S. Hermae, cuius postea abbas fuit; quod si verum est, hoc monasterium inter ea sex monasteria erat, quae Gregorius noster in Sicilia condidit (Greg. Tur. X, 1. Pauli v. Greg. c. 4. Iohann. v. Greg. I, 5). Cf. ep. II, 38 p. 139 not. 4. Cetera quinque et Mabill. in ann. Ben. l. VI c. 58 enumerat et Rochus Pirrus, Sicilia sacra, t. II p. 1068 ss., haec monasteria a Gregorio condita esse contendit: S. Hermae; S. Martini (feminarum); SS. Maximi et Agathae Lucusianum; S. Theodori; S. Hadriani; Praetorianum. De plerisque certi quicquam effici non potest, sed cf. ep. I, 54 n. 2. — De Urbico cf. ep. VI, 39. 47. IX, 20. 21. XI, 30. XIII, 14.* 3) De praeposito monasterii *agitur in n. 1 ad ep. III, 3; adde Dial. nostri l. I c. 2; qui locus iam a Maurinis citatur.* 4) S. Martini de Scalis *a S. Gregorio conditum esse Mabillon et Gussanr.* veterem traditionem *esse affirmant; cf. ep. I, 54.* 5) *De Fantini defensoris officio cf. quae Ewald disseruit ad ep. III, 55 et IV, 43.*

tenus ipse eam discutiens, cui[s] quid de rebus monasterii[t] dedit, inveniat. Quam discussam in monasterio alio dari volumus nobisque per Fantinum suptiliter renuntiari, ut sciamus quid de ea debeat sententia certiori constitui. Multa autem mala in eodem monasterio per Anastasium medicum audio contigisse. Qui si quando in monasterio[u] virginum sive ipso[v] seu alio[w] fuerit ingressus, fraternitatem tuam culpa respiciet[x], quae gregem commissum tenet et custodire dissimulat.

V, 5.

Gregorius I. papa Venantio, episcopo Lunensi, mandat, ut, in Gorgonam insulam vectus, Saturninum expresbyterum, si post lapsum procurare sacra pergat excommunicet. *594, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 49 (Ind. XIII. cap. 5).
Edd. M: Lib. V. ep. 7; G: Lib. IV. ep. 5. — Iaffé Reg. 1321 (956).

GREGORIUS VENANTIO EPISCOPO LUNENSI.

Accedens ad Gorgonam[a] [1] insulam fraternitas vestra discutiat id quod ad nos de Saturnino[2] expresbytero est perlatum[b]. Pervenit namque ad nos, quia postquam pro[c] crimine lapsus sui sacerdotii ordine est deiectus[3], ad explendum presbyterii ministerium[d] praesumpsit accedere et omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra reppererit, eum sacri corporis et sanguinis Dominici participatione privatum in paenitentiam[e] redigat, ita ut usque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione[f] permaneat et viaticum tantummodo exitus sui tempore[g] percipiat. Sin autem eum talem paenitentiam agere fraternitas tua cognoverit, ut ei iuste ad recipiendam communionem inter laicos et ante exitum debeat misereri, hoc in tuae fraternitatis ponimus potestate[h].

V, 6.

Gregorius I. papa Sabiniano, diacono apud Constantinopolim, significat, a Maximo praevaricatore (Salonitano), contra imperatoris iussiones ab hominibus Romani patricii praemiis corruptis ordinato, litteras suas, quibus illi missis interdixisset, publice scissas

s) *om.* cui *R 1.* t) *ex* monasterio *corr. R 1.* u) monasterium *r 1, edd. G. M.* v) ipsum *r 1, ed. M (citans pro hac lectione sex Angelic. septem Norm. Vatic. Corb. etc.)*; ipsos (*corr. in* ipse) *R 1;* sine alio *ed. pr.;* ipse *ed. G.* w) aliud *r 1, ed. M;* alius (*corr. ex* alio) *R 1;* vel alio *ed. pr.;* alius *ed. G.* x) respiciat *ed. G. M.*

V, 5 a) gorganam *r 1. 2.* b) prolatum *r 1.* c) *om.* pro *R 1.* d) monasterium *r 1.* e) poenitentia *r 2.* f) excusatione *r 1. 2.* g) in die exitus sui *edd. pr. G.* h) potestatem *r 1. 2.*

V, 5 De Venantio episcopo cf. quae Ewald ad ep. IV, 21 notavit. 1) *In Gorgona insula iam olim monachos habitasse efficitur ex loco Rutilii Claudii Namatiani (de reditu suo v. 515 ss.):* Assurgit ponti medio circumflua Gorgon — inter Pisanum Cyrnaicumque latus. — Adversor scopulos, damni monumenta recentis: — perditus hic vivo funere civis erat *etc. Cf. etiam acta S. Iuliae martyris (in AA. SS. t. V. p. 168 ss., die XXII. Maii), cuius aut s. VI. aut m. s. VII. passae corpus a* sanctorum monachorum congregatione *in insula Gorgonensi depositum est. Adde privilegium Leonis IX. papae: I.-L. 4262, in quo sub iure et dicione S. Romanae ecclesiae consistere dicitur. Cf. ep. I, 50. V, 17.* 2) *De Saturnino vel Saturo expresb. cf. ep. V, 17. 18, quibus probatur Saturum excommunicatum non esse, sed officio quidem privatum inter laicos versatum esse. De officii privatione clericorum cum laicorum excommunicatione aequata cf. Loening Gesch. d. D. Kirchenr. I p. 280.* 3) *Decreto papae deiectus est, ut ex ep. V, 17 conicere nobis licet.*

esse. Malchum episcopum in custodia pro solidis occisum esse negat nuntiatque eum, cum in domo Bonifatii notarii pransus esset, nocte subito mortuum esse. Quaedam ad Romanum patricium de epistulis suis pro Felice ad virum excellentissimum magistrum transmissis et de Catello palatino mandata adicit. *594, Sept. Oct.*

Codd. P: cap. 1.
Edd. M: Lib. IV. ep. 47; G: Lib. VII. ind. I. ep. 1. — Iaffé Reg. 1322 (968).

GREGORIUS SABINIANO DIACONO APUD CONSTANTINOPOLIM.

De causa Maximi praevaricatoris quid actum sit cognovisti[a] [1]. Sed postquam serenissimus domnus imperator iussiones transmisit, ut ordinari minime debuisset, tunc ad altiorem superbiam erupit. Nam homines gloriosi viri Romani patricii[2], qui ab eo praemia acceperunt eumque ita[b] ordinari[c] fecerunt, Antonium[3], subdiaconem et rectorem[d] patrimonii, nisi fugisset[e], occiderent. Ego autem epistolas transmisi, postquam eum ordinatum[f] contra rationem cognovi et contra consuetudinem, ut missarum sollemnia celebrare non praesumeret[g], nisi prius a serenissimis domnis[h] cognoscerem, quid de eius persona iussissent[i]. Quae scripta mea publice relecta[k] vel in civitate posita publice scindi fecit atque in contemptu[l] sedis apostolicae apertus exilivit[m]. Quod ego[n] qualiter patiar scis[o], qui ante[p] paratior sum[q] mori, quam beati Petri ecclesiam meis diebus degenerari[r]. Mores autem meos[s] bene habes cognitos, quia diu porto; sed si semel deliberavero[t] non portare, contra omnia pericula laetus vado. Unde necesse est cum Dei auxilio periculo[u] succurrere, ne cogatur[v] excedendo peccare. Vide quae dico et pensa[w] ex quanto dolore sunt[x].

Pervenit vero ad me, quia transmisit nescio quem clericum, qui diceret, quia Malchus[y] episcopus[4] in custodia pro solidis occisus sit[z]. De qua re unum est quod

V, 6 in titulo: Sabiano *corr. ead. m. in* Sabiniano *et om.* diac. *etc. Pa 1, sed recte in indice;* Sabinum *ex* Sabinianum *in ind. corr. Pa 2;* Savinio subdiac. Maximi superb. *Pb 1 in secundo indice;* Savino subd. Maximi *etc. Pb 2 in indice;* Gregorius Saba *corr. rubro* Sabi *et deinde colore atro* niano subdiac. salutem, *sed recte in ind. Pb 3;* incipiunt eple. ex registro S. G. p. urbis R. per ind. I. datę: G. Sabino diacono, *sed recte in utroque ind., P* 1; simil. ed. pr.* a) *ex* cognovistis *corr. Pa 2. Pb 2;* cognovistis *P* 1.* b) rita *in* ritae *corr. Pb 4;* ritę *Pb 5;* ita *om. Vatic. A. P* 1, ed. pr.* c) *Pa 1* ordinare *alia m., fortasse Pauli, corr.* ordinari. d) *Pa 1* erectorem *alia m., fort. Pauli, (= corr. 1) corr.* et rectorem. e) fuisset *Pb 1;* fugissent *ex* fugisse *corr. 1. Pa 1.* f) ordinatum *om. Pa 2.* g) presumere *al. m. Pa 1 addit.* h) *in* dominis *corr. Pa 1, om. Pb 4.* i) persona fieri iussisset *P* 1, ed. pr.* k) *ex* relicta *al. m. corr. Pa 1;* relata *ed. M.* l) *ex* incontentus *corr. Pb 3;* in contemptum *Pa 2, edd.* m) hostis *add. Pa 2.* n) ergo *Pa 2.* o) *ex* patiaris *corr. Pa 2.* p) constantis animi mores *add. Pb 3.* q) *ex* patior sum mori *corr.* patior mori *Pb 4;* patior mori *Pb 5.* r) videam degenari *Pa 2;* denegari *Pb 2; ex* denerari *corr.* degenerari *Pb 3.* s) autem eos *Pb 1.* t) deliberabo *Pa 2.* u) *ex* pericula *corr. Pb 3.* v) cogitatur *Pb 2.* w) unde que dico pensa *Vatic. A.* x) ex *(suprascr. corrector)* quanto dolores sunt *Pb 3;* quanta *Pb 1;* quae loquor *add. Pa 2.* y) monachus *in* malchus *corr. Pb 1;* malcus *Pb 4;* quare (*pro* quia) malcus (*ex* malchus) *Vatic. A.* z) sit occisus *Pa 2;* occisus est *P* 1, Pb 4.*

V, 6 De Sabiniano vel Saviniano apocrisiario cf. ep. III, 51 n. 3; de apocrisiariorum praerogativa agitur in Nov. Iust. 123 c. 25. 1) De Natalis, episcopi Salonitani, morte cf. ep. III, 22. Clerus Salonit. elegit Honoratum archidiaconum, iam antea criminibus absolutum (III, 32), cuius electionem Gregorius comprobarit ep. III, 46. Sed Maximus ex episcoporum Dalmatiae fortasse et iudicum voluntate (IV, 16. 20. 38), imperatoris iussione, sive vera sive falsa, impetrata, per vim consecratus est. De Salonitana ecclesia cf. Wisbaum p. 31 s. et ep. V, 39. 2) H. Cohn in dissert. Berolin. a. 1889: die Stellung der byzantinischen Statthalter in Ober- und Mittelitalien, p. 56, ex hoc loco efficere conatur Dalmatiam inter provincias exarcho subditas fuisse; Gothorum certe tempore ad Italiam pertinebat; idem nescio an conicere liceat ex ep. VIII, 24, quamquam ex ep. II, 23 constat Dalmatiam unam ex provinciis praefecti praet. Illyrici fuisse. 3) De Antonio vel Antonino (sicut Saturus-Saturninus; Marcellus-Marcellinus) cf. ep. II, 22 n. 4) De Malcho, episcopo Dalmatiae, rectore patrimonii Dalmatini, qui sine dubio ad explendas rationes *e Sicilia Romam venit, cf. ep. I, 36; nam* multa habere de rebus praedictae fertur ecclesiae *(Salonitanae).*

breviter suggeras serenissimis domnis[a] nostris[b], quia, si[c] ego servus eorum in morte vel Langobardorum me miscere[d] voluissem, hodie[e] Langobardorum gens nec regem, nec duces nec comites haberet[f] atque in summa confusione esset divisa; sed quia Deum timeo, in morte cuiuslibet hominis me miscere[g] formido: quod modo autem[h] neque[i] in custodia fuit neque in aliqua afflictione, sed die qua causam dixit et[k] addictus[l] est[1], nesciente me, a Bonifatio[2] notario in domum eius ductus est[m], cui et prandium factum[n] est, ibique prandidit et honoratus est ab eo et nocte subito mortuus est, quod iam dilectionem tuam arbitror cognovisse. Exhilaratum[o 3] autem nostrum[p] pro ea re dirigere volui. Sed quia[q] iam eandem causam actam aestimavi, idcirco me retinui.

Domno autem Romano[4] dilectio tua dicat[r], quia pro Felice[5], sicut scripsit, ad virum excellentissimum magistrum[6] epistolas, si Deus iusserit, facio et per hominem[s] meum transmitto. Nam modo postquam nulli alteri scribo, durum mihi fuit soli magistro scribere[7]. Cui etiam dicendum est, quia Catellus palatinus[8] substantiam eius, quantum Virigantinus[t] dicit, male exterminat. Cui vix potui imponere, ut expensas eidem Virigantino[t] in monasterio, qui[u] lectioni vacat et laborare non potest, parvum[v] aliquid de substantia matris suae dare debuisset[w].

---

a) *corr. in* dominis, *ut supra, Pa 1.* b) vestris *Pb 1.* c) quasi *Pb 2.* d) me misceri *Pa 2;* meminiscere *in* me miscere *corr. Pb 4.* e) *verba* Langobardorum — hodie *om. Pb 1.* f) *ex* habere *corr. 1. Pa 1.* g) *ex* miniscere *corr.* miscere *Pa 1;* me misceri *Pa 2;* imiscere (?) *Pb 1;* meminiscere *in* me miscere *corr. Pb 4.* h) quod autem modo *Pa 2;* (quod) Malchus autem (episcopus) *P* 1, Vatic. A, et sec. M. et Audoenus et Norm. et Vat. D; sic etiam edd.* i) atque *Pb 4.* k) et *om. P* 1, ed. pr., del. Vatic. A.* l) *ex* additus *corr. Pb 2;* additus *Pb 1;* abdictus *Pa 2;* adductus *P* 1, ed. pr., Vat. A.* m) domo eius *Vatic. A,* in domum eius *P* 1, omis.* ductus est *uterque codex ed. pr.* n) *ex* factus *corr. Pa 1. —* ibidem *P* 1.* o) exilaratum *Pa.* p) *ex* noster *corr. 1. Pa 1* q) *ex* qui *corr. Pa 1.* r) *in* dilecto tuo dicas *corr. Vat. A, in quo* quod *sequitur.* s) *ex* omnem *corr. Pb 3.* t) Virgantin. *Pa 2.* u) *ita Pa. Pb 1—3; in* quo *corr. Pb 4;* quo *Pb 5, edd.* v) parum *edd.* w) debuisse *Pa 1.*

1) *Addicere: condemnare sententia iudicis, Dirksen. Cf. ep. I, 19.* 2) *Nescio, quot Bonifacii in epistulis Gregorii commemorentur: 1) Bonifacius, diaconus atque dispensator, (Dial. III, 20), qui, cum ex Valeria provincia ortus esse videatur, idem fortasse est ac B. papa IV: ep. I, 50. (II, 38). IV, 2. (VI, 31). IX, 72 Cf. de eo Wisbaum l. l. p. 9 s. 2) B. Corsicae defensor (ep. XI, 58), primus defensor, tunc demum diaconus factus, apocrisiarius, fortasse Bonifacius papa III* (hic optinuit apud Focatem principem *etc. in Libro pont.*)*: ep. VIII, 16. XIII, 41; 43; 45. XIV, 8. Hos duos B. inter se diversos fuisse propter ep. XIII, 41 contra Ewaldum (ep. I, 25 n. 3) contendo. 3) B. ille notarius, qui Siponti erat: ep. III, 41. IX, 174. 4) B. defensor Antiochiam, Corinthum, Constantinopolim missus: ep. I, 25. 26. V, 40; fortasse idem ac B. nº. 2. enumeratus. — Sed nescio, quis noster sit et quis B.* notarius Constantinopolitanus *in ep. XIII, 27 et an unus ex eis B. papa V. factus sit.* 3) *Exhilaratus in ep. VII, 29 secundicerius appellatur.* 4) *Hic, quippe qui Constantinopoli degat, exarchus esse non potest; sed utrum R., vir magnificus, ex praetore, an R., vir spectabilis, fuerit, nescio. Cf. ep. I, 67. IX, 10.* 5) *Sine dubio: episcopo Sardicae: cf. ep. V, 8.* 6) *Magister est magister officiorum.* 7) *Nota non facile ob unam epistulam nuntium missum esse.* 8) *Palatini in administratione pecuniae publicae sub dispositione comitum s. largitionum et rei privatae versabantur, et, quamquam multis constitutionibus vetitum erat, possessores loco officii provincialis ipsi conveniebant. Cf. de eis librum meum: Unters. zur Gesch. d. byzantin. Verwaltung in Italien, p. 98; 173.*

MENSE OCTOBRIO INDICTIONE XIII.

V, 7.

Gregorius I. papa Cypriano diacono et rectori patrimonii Siciliae mandat, Manichaeos persequatur, ad fidemque revocet; Iudaeos, in ecclesiae Romanae possessionibus degentes, promissa onerum levatione, ad christianam fidem invitet. Addit de epistula, in qua iam antea ad singulas eius quaestiones per Iohannem diaconum transmissas responderit, sed in ea, ut rusticis mutuos solidos tribuat, nihil se rescripsisse arbitratur. 594, Oct.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 50 (Ind. XIII. cap. 6).
Edd. M: Lib. V. ep. 8; G: Lib. IV. ep. 6. — Iaffé Reg. 1323 (957).

GREGORIUS CYPRIANO, DIACONO ET RECTORI PATRIMONII SICILIAE.

De Manichaeis[1] qui in possessionibus nostris sunt frequenter dilectionem tuam ammonui, ut eos persequi summopere debeat[a] atque ad fidem catholicam revocare. Quod si tempus exigit, per te, si autem pro causis aliis non licet, per alios sollerter inquire[b]. Pervenit vero ad me esse Hebraeos in possessionibus nostris qui converti ad Deum nullatenus volunt. Sed videtur mihi, ut per omnes possessiones, in quibus ipsi Hebraei esse noscuntur, epistolas transmittere debeas eis ex me specialiter promittens, quod quicumque ad verum Deum et[c] Dominum nostrum Iesum Christum ex eis conversus fuerit, onus possessionis[d] eius ex aliqua parte inminuetur[2]. Quod ita quoque fieri volo, ut si quis[e] ex eis conversus fuerit, si solidum[f] pensionem[g] habet[h], tremissis ei[i] relaxari debeat, si tres vel quattuor, unus solidus relaxetur. Si quid amplius, iam iuxta eundem modum debet relaxatio fieri vel certe iuxta quod tua dilectio praevidet, ut et ei qui convertitur onus relevetur[k] et[l] ecclesiastica utilitas[3] non gravi dispendio prematur. / Nec hoc inutiliter facimus, si pro levandis pensionis[m] oneribus eos ad Christi gratiam perducamus, quia, etsi ipsi minus fideliter veniunt, hi tamen qui de eis nati fuerint iam fidelius baptizantur. Aut ipsos ergo aut eorum filios lucramur[n]. Non est grave, quicquid de pensione pro Christo dimittimus.

Mense *cet. add. epistulae in R et r praecedenti (V, 5) r 1. 2, R* 1, codices quos ed. M citat: Turon. S. Gat. Colb. vet. et Vatic. atque edd.* — octob. *r 1;* octobri *r 2;* data mense octobrio ind. XIII *R* 1, ed. pr.*

V, 7 in titulo om. et *R* 1; om.* et rectori p. S. *ed. pr. et plur. mss. ut ed. M adnotat.* a) studeat *Vatic. A et nonnulli mss. (ed. M).* b) inquirere *R 1, r 1.* c) *ita R 1. om.* et *r 1. 2 edd.;* dominum deum *r 2, edd. G. M.* d) pensionis *edd. pr. G.* e) qui *r 2.* f) solidi *r 2 et edd. G. M;* solidam *ed. pr.* g) pensionem *R 1, edd.;* pensione *r 1;* pensione *corr. ex* pensionis *r 2.* h) debet *duo Vatic. (ed. M).* i) eis *r 1. 2.* k) reveletur *r 2.* l) ut *r 1. 2 (corr. in* et *r 2).* m) pensionis *r 1, ed. pr.;* pensioni (s *in ras.) R 1;* pensiones *corr. in* pensionum *r 2;* pensionum *edd. G. M.* n) *add.* et ideo *edd. G. M.*

V, 7 De Cypriano cf. ep. III, 55 not. 1) *In formula Diurni 6., eiusdem fere temporis:* Afros passim ad ecclesiasticos ordines pretendentes nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichei, aliqui rebaptizati sepius sunt probati. 2) *Non multo post Iudaei multi in Sicilia ad christianam fidem conversi sunt: cf. ep. VIII, 23. Item in ep. IV, 26 Gregorius episcopum Caralitanum admonet, ut eos, qui ad veram fidem converti nolint, gravando onere pensionis puniat; qua ex admonitione conicere licet colonorum pensitationem admodum fixam non fuisse; et in Diurni f. 51 mandat papa rectori, eunti in patrimonium:* disponas, ut, cui previderis aliquid relaxandum pensionis, levigationem inveniat, et cui addendum esse reddideris, quod iustum est cogatur exsolvere. *Nam de colonis et hic et postea agitur vel de his, qui colonicio more viventes contractus XXIX annorum fecerunt, non de* conductoribus; *quod etiam e parvis pensionibus, quae commemorantur, effici potest.* 3) Ecclesiastica utilitas *et a nostro et in Diurno non raro ponitur pro utilitate patrimonii ecclesiastici.*

Praeterea ante hoc tempus Iohanne subdiacone[a] [1] veniente mihi tua dilectio aliqua scripsit; quae omnia[b] hora eadem relegens multos dies interposui et post multorum dierum moram, tamquam in memoria retinens quae legeram, ad singula respondi. Sed nunc[c], ut arbitror, unum mihi capitulum excidit, et de eo me suspicor nihil respondisse. Scripseras enim, ut mutui solidi[d] rusticis per manus quorundam debitum[e] conductorum darentur, ne tollentes ab aliis aut in angariis aut rerum pretiis gravarentur[2]. Quod capitulum mihi gratissimum fuit. Et siquidem iam scripsi, ea serva quae scripta sunt. Si autem ex eo, ut suspicor, minime aliquid rescripsi commonitione[f] certa[g], ad dandos solidos pro utilitate rusticorum non debes immorari, quando et res ecclesiastica non perit et ex ea utilitas rusticorum levatur. Sed et alia si qua sunt, quae utilia esse consideras, omni ambiguitate postposita debes exhibere.

V, 8.

Gregorius I. papa Felicem, episcopum Serdicensem, commonet, ut Iohanni primae Iustinianae episcopo pareat. *594, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 51 (Ind. XIII. cap. 7); P: cap. 2.
Edd. M: Lib. V. ep. 10; G: Lib. IV. ep. 10. — Iaffé Reg. 1325 (959).

GREGORIUS FELICI EPISCOPO IN SERDICA.

Qualiter oboedientia vel sit reverentia[a] praepositis exhibenda, ex tuis quoque subiectis ipse non ambigis. In qua re valde est utile, si id quod disciplinae vigor imponit nullo cogente humilitas laudanda[b] servaverit[c]. Pervenit itaque ad nos[d], quod fraternitas tua Iohanni fratri nostro, primae Iustinianae[e] episcopo[1], secundum morem parere despiciat et nec decreto eius nec relationi, quam ad nos direxit, iuxta consuetudinem voluisses[f] subscribere. Quod si ita est, contristamur, quia superbiae[g] de te manifestum[h] praebes indicium[i]. Quod quam sit praecipue in sacerdote culpabile,

a) diacono *ed. M.* b) omni *r 2;* omnium *ed. pr.* c) tunc *ed. M.* d) *corr. ex* solidis *r 2.* e) *ita r 2. R 1, ed. pr.;* debiti *r 1, ed. G. M; notat ed. M abesse* debiti *a plerisque Norm. mss. et aliis;* veterum *coniecit Mommsen.* f) communitione *r 2.* g) capta *4. Anglic. (ed. M).*

V, 8 in titulo: Serdica *Pa. Pb 1. 2. 5. R 1. R* 1;* Serdeca *corr. in* Serdica *Pb 3;* Sardica *corr. in* Serdica *Pb 4;* Sardica *r 1. 2;* in Serdica *om. Norm. sec. ed. M. — Pb 2 add. in marg. m. post.:* de superbia sacerdot. — *r 2 add. in marg.* de primae iustinianae et sardicę epo et quod a minoribus maioribus oboedientia sit exhibenda. a) rever. sit *Pa 2.* b) humilitatis laudem *(ex* laudanda *corr.) Pa 1;* humilitatis laus *Pa 2; ex* humanitas *corr.* humilitas *Pb 1.* c) servaverunt *Pb 3.* d) ad nos itaque *Pa 1. Pb 3.* e) primi iustinianae *Pb 1;* primae sedis iustiniano *Pa 2.* f) voluisse *R, r.* g) superbia *r 1.* h) manifestatum *Pa 2.* i) iudicium *Pa 1. R 1. r 1. 2, ed. pr., sed corr. m. 1. Pa 1. R 1;* quod fugiendus tumor et discenda humilitas *add. Pb 3;* de superbia sacerdot. *add. in marg. Pb 2 al. m.*

1) Nescio, quis sit hic Iohannes. Sed miror, quod Gregorius registro non sit usus. Verisimile non est defuisse hanc epistulam in registro, sed cf. Ewald, N. A. III, p. 438. *2) Cf. ep. I, 42, p. 64 l. 9 ss. et Nov. Iust. 33: debiti, quod priores editiones exhibent, nihil est; sed debitum praedicative positum. Ut in ep. I, 42 rector patrimonii rusticis subveniebat, ita hic conductor; nam utriusque intererat colonos debitis non opprimi neque tollere ab aliis, actionariis nempe publicis, pecuniam ad coemptiones specierum ceteraque onera praestanda necessaria.*

V, 8 De Felice cf. ep. V, 6 not. 5, p. 287. Sardica vel Serdica, nunc Sophia Bulgariae, urbs provinciae Daciae mediterraneae. *1) De hoc cf. ep. V, 10 n. 1. V, 16. — Nov. Iust. 131 c. 3:* per tempus autem beatissimum primae Iustinianae nostrae patriae archiepiscopum habere semper sub sua iurisdictione episcopos provinciarum Daciae mediterraneae, et D. ripensis et Privalis et Dardaniae et Mysiae sup. atque Pannoniae et ab eo hos ordinari, ipsum vero a proprio ordinari concilio. *Cf. Nov. 11; ep. XII, 10: ep. III, 6 not.*

divinae clamant ammonitionis eloquia[a]. Propterea hortamur, ut mentis tumore deposito ordinatori tuo antedicto fratri[b] et[c] coepiscopo nostro humilem te exhibere ac parere[d] non desinas, quatenus et Deus gaudeat in fraternitatis vestrae concordia et alii de te sumant bonitatis exemplum. Nam si, quod non credimus, te in superbia permanere[e] contigerit, districtam[f] canonicamque disciplinae correctionem[g] contumaciae tuae[h] nos scito[i] ulciscenter[k] imponere. Bene ergo facis[l] talem te sponte salubri consideratione praebere[m], qualis esse canonica coercitione[n] exigente[o] compelleris. Nam nec tibi denuo post nostram[p] ammonitionem licebit[q] ad tuae[r] voluntatis arbitrium contra morem maioribus tuis inoboedientem existere, nec nos tantae indisciplinationis[s] ecclesiasticam cognoscas[t] dissimulare vel differre vindictam.

V, 9.

Gregorius I. papa Petro, notario Regii, praecipit, ut Leonem archidiaconum ceterosque Myriensis ecclesiae clericos ad eligendum episcopum hortetur; quo consecrato supellectilem eiusdem ecclesiae, quam 'secum Squillacio quondam episcopus Severinus detulerat', restituendam curet. *594, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 52 (Ind. XIII. cap. 8).
Edd. M: Lib. V. ep. 9; G: Lib. IV. ep. 9. — Iaffé Reg. 1324 (958).

GREGORIUS PETRO NOTARIO IN REGIO.

Ministeria ecclesiae Myriensis[a] [1], quae secum Squillacio[b] quondam episcopus Severinus[2] detulerat, praesentium sibi portitores restitui postulabant. Quia ergo res ecclesiasticae cauta debent sollicitudine praemuniri, hoc nobis visum est, ut in eadem[c] civitate episcopus, cui ministeria ipsa tradi possint, debeat ordinari. Sed quoniam Leonem archidiaconem aliosque clericos[d] eiusdem ecclesiae illic esse commemorant, experientiae tuae praecipimus, quatenus eos ad suam ecclesiam proficisci ac[e] eligere ordinandum episcopum sibi commoneat, ut, dum Deo illic fuerit propitio consecratus, ipse ecclesiae suae res sine aliqua ambiguitate recipiat.

---

a) divina commonent eloquia *Pa 2.* b) tuo *add. Pb 3.* c) et *in ras. Pa 1.* d) parare *Pa 1. Pb 2. 3, sed corr. Pa 1.* e) manere *R 1, ed. pr.* f) constrictam *R 1.* g) *ex* correptionem *corr. Pb 1;* correctionem *in* correptionem *corr. R 1.* h) contumaciam tuam *R 1.* i) no *pro* nos *suprascr. Pb 3;* nos cito *Pb 1. 4, ed. pr.* k) ulciscentur *in* ulciscendo *corr. r 2.* l) *in* facies *corr. Pa 1.* m) componere *Pa 2.* n) *ita R 1. r 1. 2 et sec. ed. M. „in Corb. et in Vatic. P. et C";* coercitatione *Pa. Pb 1. 2. 4. 5;* cohercitatio *Pb 3.* o) exiente *Pb 1.* p) istam *R* 1 (Col. 95), ed. pr.,* vestram *P* 1 (Col. 95).* q) lucebit *Pa 2.* r) ad tuae *om. R* 1.* s) *in* discipline | nationis *corr. 1. Pa 1.* t) cognos *Pb 1.*

V, 9 in titulo: notario *R 1. R* 1;* not̄ *r 1;* notr̄ *r 2. Ewald recte monuit* not(ario) *facile corrumpi posse ex:* n̄ro. — In sardica regione *R* 1;* in Sardinia *ed. G. (cf. ep. praeced. V, 8); om.* in Regio *ed. pr.;* in Regno *ed. M.* a) Myrensis *R 1;* Miriensis *edd. pr. M;* Aleriensis *ed. G.* b) Squillacium *edd. G. M.* c) *add.* ecclesia seu *edd. pr. G.* d) cleros *R 1.* e) *om.* ac *R 1.*

V, 9 Petro notario etiam ep. II, 3 missa est. 1) *Quo loco Italiae meridionalis Myria fuerit, ignoro.* 2) *Dubium est, utrum Severinus Myriae an Squillacii episcopus fuerit. Verisimile est Myriam antea a Langobardis captam aut certe indefensam fuisse, nunc vero liberatam esse clerumque Myriensem interim Squillacii degisse. Sed ep. VII, 35 docemur ecclesiam* Meriensem *duobus annis post iterum desolatam eiusque ministeria Messanae fuisse. Cf. Troya Cod. dipl. I, p. 329 s.*

V, 10.

Gregorius I. papa universis episcopis per Illyricum significat Iohannem episcopum, in quem consensus eorum omnium et principis convenerit voluntas, a sese confirmatum, pallio donatum vicariumque iuxta morem constitutum esse; hortatur, ut illi oboediant.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 53 (Ind. XIII. cap. 9), *594, Oct.*
Edd. M: Lib. II. ep. 22; G: Lib. IV. ep. 7. — Iaffé Reg. 1165 (802).

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS PER ILLIRICUM.

Et nobis confert de sollicitudine vestra laetitiam et fraternitatem vestram de sua reddit ordinatione securam antiquae consuetudinis ordo servatus[a]. Quia ergo ex epistolis, quas ad nos per Maximianum presbyterum et Andream diaconum direxistis, in persona Iohannis[1] fratris et coepiscopi nostri consensum omnium vestrum et serenissimi principis convenisse cognovimus voluntatem, magna nos exultatio habuit[b], talem Deo auctore ad[c] sacerdotii officium[d] fuisse provectum, qui dignus cunctorum est electionis iudicio comprobatus. Proinde iuxta postulationis vestrae desiderium praedictum fratrem et coepiscopum nostrum in eo[e] quo est sacerdotii ordine constitutus nostri assensus auctoritate firmamus ratamque nos eius consecrationem habere dirigentes[f] pallium indicamus. Cui quoniam iuxta morem nostras vices commisimus peragendas ideoque[g] fraternitatem vestram necessario providimus[h] adhortandam, quatenus ei in his quae ad ordinem ecclesiasticum rectitudinemque pertinent disciplinae[i] sive in aliis quibus canonum decreta non obstant parere nullo modo differatis, ut caritatem vestram sincero eum iudicio elegisse exhibita valeat oboedientia declarare.

V, 11.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Ravennati, concedit id, quod per multos nobiles viros expetiit, ut, donec subtilius res cognoscatur, litaniis sollemnibus pallio utatur, i. e. die natalicio S. Iohannis baptistae, b. Petri apostoli, b. Apollinaris martyris anniversarioque die ordinationis ipsius Iohannis episcopi. *594, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 54 (Ind. XIII. cap. 10).
Edd. M: Lib. V. ep. 11; G: Lib. IV. ep. 11. — Iaffé Reg. 1326 (960).

V, 10 a) *ita r 1. 2 ed. pr.;* servatur *add.* si *post* securam *R 1, ed. G. M; in marg. add. R 1:* Nota hic quatr incipit *et suprascr. verbo* antique: hic ... tero icip, *sed erad.* b) *add. (sed post erad.)* quia *R 1.* c) *om.* ad *r 1. 2.* d) officio *r 1.* e) *add.* in *R 1, ed. M.* f) diligentes *r 2.* g) *delet* que *r 2:* ideo *edd.* h) praevidimus *edd.* i) ad ordinis ecclesiastici rectitudinem pertinet vel disciplinam *R 1; add. manu post.* que *post* rectitudinem *r 2;* pertinet *r 1. 2 (corr. in* pertinent *r 2). In marg. add. infra* de usu pallii *r 2.*

V, 10 sine dubio una cum ep. V, 8. 16 transmissa. . *1) Nota iam ep. III, 6 (592, Oct.), cuidam Iohanni, episcopo Primae-Iustinianae, missam esse. Cum fieri non possit, quin ille duobus annis post Gregorio de sua electione scribat, et priores editores hanc epistulam et ep. V, 16 ad annum 591—592 transposuerunt et Ewald contendit (N. A. III, p. 611 s.) eas neglegentia librarii indictioni XIII. insertas esse. Equidem praetulerim, quod Ewald noluit, Iustinianae Primae alterum Iohannem episcopum illi Iohanni successisse; nam librarium hunc unum errorem commisisse non credo.* *2) De vicariatu cf. ep. III, 6 not.; Nov. Iust. 131 c. 3:* ipsum vero a proprio ordinari concilio et in subiectis sibi provinciis locum obtinere eum sedis apostolicae Romae, secundum ea quae definita sunt a sanctissimo papa Vigilio.

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO RAVENNATI.

Fraternitatem vestram valde invenio contristatam pro eo quod in letaniis induere pallium rationis censura prohibetur. Sed per excellentissimum[a] patricium et per eminentissimum[b] praefectum atque per alios civitatis suae nobiles viros[1] importune expetit, ut hoc debeat concedi. Nos autem sollicite requirentes ab Adeodato[2] quondam diacone fraternitatis tuae cognovimus, quia numquam consuetudo fuerit decessoribus tuis, ut in letaniis pallio nisi in sollemnitate beati Iohannis baptistae[c], beati Petri apostoli et beati martyris Apollinaris uterentur. Cui quidem nequaquam credere debuimus, quia multi[d] apud civitatem fraternitatis vestrae responsales saepius fuerunt, qui se[e] fatentur tale aliquid numquam fuisse[f]. Et hac de re multis potius credendum est quam uni pro sua ecclesia aliquid attestanti. Sed quia nos fraternitatem vestram contristari nolumus et petitionem filiorum nostrorum apud nos minime frustrari, usum pallii, donec suptilius veriusque[g] aliquid cognoscamus, in letaniis sollemnibus, id est die natalicio beati Iohannis baptistae, beati Petri apostoli et beati Apollinaris martyris atque in ordinationis[h] vestrae celebratione[i] concedimus[3]. In secretario[k] vero secundum morem pristinum susceptis ac dimissis ecclesiae filiis induere vestra fraternitas pallium debeat atque ad missarum sollemnia ita proficisci[4] et nihil sibi amplius ausu temerariae praesumptionis arrogare, ne dum in exteriori habitu inordinate aliquid arripitur, ordinate etiam quae licere poterant amittantur.

V, 11 in titulo epi *r 2* — archiepiscopo *R* 1* — *abbrev.* Ravenn *r 1. 2;* Ravennae *R* 1, ed. pr.* a) *add.* Romanum *ed. G.* b) *om.* patricium et per eminentissimum *R 1.* c) *postea suprascr.* beati Iohannis baptistae *R 1.* d) multis *r 1. 2.* e) sic *R 1.* f) *ita R 1. r 2;* vidisse *r 1, edd.* g) veriusque *om. ed. M.* h) ordinationi *r 1;* ordinationibus *r 2, ed. pr.* i) *corr. in* celebrationis *r 2;* celebrationis *ed. pr.* k) *ita r 1, edd.;* secretarium *R 1. r 2.*

V, 11 De Iohanne cf. ep. III, 54. 66. 67. 1) *Nota* excellentissimum *et exarchum et ceteros viros primi ordinis in epistulis appellari,* eminentissimum *autem praecipue praefectum praet., semel exconsulem (ut in Diurno viros consularis dignitatis); alii* civitatis nobiles *viri ii sunt, quibus Diurni f. 62* (iudicibus Ravenne) *inscripta est. Inter nobiles illos erat Andreas, vir magnificus: ep. VI, 31.* 2) *De Adeodato cf. VI, 31; IX, 167; secundum primam ep. iuravit quater in anno, secundum alteram in quattuor vel quinque litaniis sollemnibus episcopos Ravennae pallio uti solitos esse.* 3) *Hic primum Gregorius concedit episcopo Ravennati ut in litaniis sollemnibus — non in omnibus litaniis — pallio utatur; quam concessionem successori Iohannis confirmat ep. V, 61 his verbis:* in letaniis, quas ad decessorem tuum Iohannem expressimus. Ad sola missarum sollemnia *pallio utendum esse Gregorius non nisi palliis episcopis Occidentis concessis addidisse videtur (ep. IV, 1: Constantio Mediolan.; V, 58: Vergilio Arelatensi; IX, 227: Leandro Hispalensi). Eodem modo in Diurno non nisi in una formula (45) haec verba adduntur. Excepti sunt etiam apud Gregorium Siciliae episcopi, quibus pallium secundum aliam formulam Diurni (48.) transmittitur, in qua illa verba desiderantur. (Sed Bonifatius IV Floriano Arelatensi pallium transmittens f. 46 usus est; cf. Gundlach, Streit der Bisthümer Arles u. Vienne, p. 265 s.) Adde Hinschius, Kirchenrecht, II p. 24 s. et 30 n. 6. Concil. Ravenn. a. 877 c. 3:* quicunque sane metropolitarum per plateas vel in litaniis uti pallio praesumpserit et non tantum in praecipuis festivitatibus et ab apostolica sede indictis temporibus ad missarum solummodo sollemnia, careat illo honore *etc. (Mansi, XVII col. 337). — De anniversario ordinationis a Romanis pontificibus celebrato cf. ep. I, 39ᵃ n. 4.* 4) *Baluze, in Rozière Diurn. p. 37, ad f. 10 notat procedere et proficisci ad missam synonyma esse, atque Garnerius, ib. p. 359 s., contendit* filios ecclesiae *hic scholam cantorum appellari. Aliter sentiunt alii viri docti, qui putant aut clericos aut primates laicorum hic ita appellari.*

MENSE NOVEMBRIO INDICTIONE XIII.

V, 12.

Gregorius I. papa Petro, episcopo Triocalitano, quartam ecclesiae Agrigentinae reditus partem pro visitatione suscepta, ut Maximiano, episcopo (Syracusano), iam scripserat, assignat. *594, Nov.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 55 (Ind. XIII. cap. 11).
Edd. M: Lib. V. ep. 12; G: Lib. IV. ep. 12. — Iaffé Reg. 1327 (961).

GREGORIUS PETRO EPISCOPO TROECALITANO.

Quoniam Agrigentinae ecclesiae[a] [1] a nobis fraternitati[b] tuae visitationis cura[c] commissa est, laboribus tuis aliquid ex ea utile[d] prospeximus consulendum. Propterea Maximiano [2] fratri et coepiscopo nostro scripsimus, ut quarta[e] [3], quam eiusdem ecclesiae episcopum[f] oportebat accipere, a die[g] visitationis tuae, vel quousque illic eam sollicitudinem gesseris, tibi debeat applicari. Unde fraternitatem tuam necesse est mente sollicita cogitare, ut cuius fructus ecclesiae percipit, operam[h] studeat sollerter impendere, atque ad Deum illic[i] animas congregare, pravos ab iniquitate compescere et[k] incipientes bona opera verbo exhortationis nutrire, memor quod de ecclesia universali scriptum est: 'panem otiosa[l] non comedit'. Prov. 31, 27.

V, 13.

Gregorius I. papa Gaudentium, episcopum Nolanum, visitatorem ecclesiae Capuanae constituit Festo episcopo Romae mortuo. *594, Nov.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 56 (Ind. XIII. cap. 12).
Edd. M: Lib. V. ep. 13; G: Lib. IV. ep. 13. — Iaffé Reg. 1328 (962).

Mense *cet. ad ep. praecedentem V, 11 trahunt r 1. 2 edd., add.* data *R* 1, edd. — abbrev.* novb. *r 1,* noubr. *r 2,* noveb. *R 1; false* octobrio *R* 1, edd.* — ind. III *R 1.*

V, 12 ante titulum addit cap. LV. *r 1.* — Troecalitano *ex r 1. 2, R 1, Corb. (ed. M) et vet. edd. sumimus;* Trecalitano *ed. M ex 4 Vatic. et Corb.;* Tricalitano *ed. G;* Trecasino *Gemet (ed. M);* truculitano *ed. pr.* a) *ita r 1, ed. G:* agrigentina ecclesia *cet. codd., ed. M.* b) fraternitatis *ed. M.* c) curae *ed. M.* d) utilitate *r 1.* e) quartam *R 1. r 2, corr. R 1;* quartam partem *ed. pr.* f) episc̄m *r 1.* g) ad diem *R 1.* h) *ita R 1, ed. pr.;* opera *r 1. 2, edd. G. M.* i) illic *om. et add. in marg. r 1.* k) et *om. r 1. 2.* l) *ita r 1, edd.;* otiosum *r 2 et (ex* odiosum) *R 1.*

V, 12 Petrus idem ep. IX, 21. Antequam episcopus factus est, Romae subdiaconus fuisse videtur; nam, ut viri docti coniecerunt, in v. Greg. a Iohanne diac. conscripta, l. III c. 7, pro Treeas: Trecalae *legendum est. Triocala vel Tricala prope Caltabellotta sita erat, atque* ubi hodie aedis est D. Mariae a Monte Vergineo *antiquae urbis* ingentia vestigia *fuisse scribit Fazelli, de reb. Siculis, dec. I l. 10 (t. I p. 472 ed. a. 1749); privilegia concessa monasterio S. Georgii de Triocala a Rogerio Normanno constructo affert Rocchus Pirrus, Sicil. sacr., I p. 755 s.; II p. 1008; cf. etiam A. Amati, Dizion. corograf., s. v. Caltabellotta.* *1) Agrigentina ecclesia tunc ideo episcopo caruisse videtur, quod Gregorius, episc. Agr., Romae accusatus ac fortasse remotus est: cf. ep. I, 70, p. 90 n. 2.* *2) Maximiano, ep. Syracusano, Gregorius vices suas in Sicilia concesserat: ep. II, 8.* *3) De quarta episcopis, de quarta clero debita cf. ep. IV, 11 n. 3. Adde I-E. 877 et Diurni f. 6. — De visitatorum reditibus cf. ep. IV, 11 n. 8, III, 35 n. 5.*

GREGORIUS GAUDENTIO EPISCOPO NOLANO.

Quoniam Festus[a] [1], Capuanae ecclesiae episcopus, in Romana civitate positus de hac luce migravit, curae nobis fuit, quae universis ecclesiis a nobis impenditur, ad fraternitatem tuam praesentia scripta dirigere, ut memoratae ecclesiae visitator accedas, sic tamen ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu[b] ministeriisque, vel quicquid praefati loci esse patuerit[c], a quoquam praesumi patiaris. Sed omnem vigilantiam atque cautelam circa clerum plebemque eiusdem ecclesiae exhibere[d] convenit, ut in vigiliis obsequioque ecclesiastico sedule ac devote debeant deservire, quatenus fraternitatis tuae instantia atque adhortatione tales se in servitio divino exhibeant, ut inreprehensibile eorum valeat obsequium repperiri[e].

V, 14.

Gregorius I. papa clero ecclesiae Capuanae degenti Neapoli praecipit, ut Gaudentio, episcopo Nolano, ecclesiae Capuanae visitatori, oboediant. *594, Nov.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 57 (Ind. XIII. cap. 13).
Edd. M: Lib. V. ep. 14; G: Lib. IV. ep. 14. — Iaffé Reg. 1329 (963).

GREGORIUS CLERO ECCLESIAE CAPUANAE DEGENTI NEAPOLI.

Quoniam Festus[a] Capuanae ecclesiae episcopus hic positus de hac luce migravit, curae nobis fuit destitutae ecclesiae visitationem fratri et coepiscopo nostro Gaudentio[b], Nolanae civitatis episcopo, sollemniter delegare. Cui dedimus in mandatis, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque a quoquam usurpari patiatur[c]. Cuius[d] vos adsiduis adhortationibus convenit oboedire, quatenus in ecclesiastico obsequio atque in Dei laudibus vigilanti[e] debeatis[f] cura persistere moresque vestros sub digna ecclesiastici regiminis disciplina componere. Nec[g] quisquam vestrum eius audeat praeceptionibus obviare, sed omni tam ecclesiastica observatione quam etiam ecclesiae

V, 13 titulo add. rubro, sed postea erad. de festo visitatore c̄ *R 1.* a) fistus *r 1. 2, R 1 (corr. in* festus *R 1; cf. glossam titulo adiectam);* Festus *ed. pr.;* Fuscus *ed. M, quae notat: in editis perperam legi* Festus *vel* Sixtus. b) ordinatu *R 1.* c) potuerit *R 1. r 1, ed. pr.* d) *add.* te *edd. G. M.* e) *add. in marg. r 1. 2* item de visitatore.

V, 14 in titulo Neapolim *R 1; om.* degenti Neapoli *ed. pr.* a) fistus *cum ceteris mss. nostris clare expressit R 1 (perperam Bibliotheca Casinensis II p. 251 interpretatur* sistus; *ligatura est* f + i *neque umquam pro* s + i *adhibetur), sed suprascribit R 1* festus; Fuscus *ed. M.* b) *om.* Gaudentio *R 1.* c) pateretur *R 1;* permittat *ed. pr.* d) cui *r 1. 2.* e) *ex* vigilandi *r 2.* f) *ex* debetis *R 1.* g) ne *r 1. 2 (corr. in* nec *r 2).*

V, 13 Et huius et sequentis epistulae maxima pars secundum morem *scripta est; sed mandatum de eligendo novo episcopo hic non additur; cf. ep. II, 39 not. et Wisbaum l. l. p. 39 not. In Diurno formula visitationis desideratur; nam formulae 109. 110, quas Rozière exhibet, non sunt genuinae, sed adiecticiae. — De Gaudentio episcopo cf. ep. V, 27.* *1) De Festo episcopo cf. ep. V, 27, ep. III, 34 et not., ex quibus conici potest eum accusatum et Romam evocatum obiisse.*

V, 14 Cf. ep. II, 40 et quae ad praecedentem epistulam adnotavi. — Clerus ecclesiae Capuanae etiam a. 595 mense Martio degit Neapoli: cf. ep. V, 27; in fine anni 598 Basilius, episcopus Capuanus, in Sicilia degit: ep. IX, 72. — Capua a Langobardis capta esse videtur; neque ex provectionibus clericorum *conicias cum Troya, C. d. I, p. 333, partem cleri adhuc in possessionibus suis degere valuisse; ea enim verba ex formula sumpta sunt.*

vestrae custodia eius provisionibus oboedientiam exhibere, quatenus, dum eius regimini vestra fuerit oboedientia commodata, et ecclesiae vestrae in nullo neglegatur utilitas et eius sit cura propensior.

V, 15.

Gregorius I. papa Iohannis, episcopi Ravennatis, duplicitatem elationemque reprehendit, honorem Ravennatis ecclesiae per se imminui negat, sed Iohannem extra ecclesiam pallio non uti debere contendit. *594, Nov.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 58 (Ind. XIII. cap. 14).
Edd. M: Lib. V. ep. 15; G: Lib. IV. ep. 15. — Iaffé Reg. 1330 (964).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO RAVENNATI.

Primum me hoc contristat, quia mihi fraternitas tua duplici corde scribit et alia blandimenta in epistolis suis exhibet, alia in lingua sua saeculariter ostendit. Deinde grave mihi est, quia inrisiones illas, quas habere notarii adhuc pueri solent, usque hodie frater meus Iohannes in lingua sua retinet: mordenter loquitur et quasi de tali astutia[a] laetatur; amicis praesentibus blanditur, de absentibus obloquitur[b]. Tertio grave mihi et omnino execrabile est, quia servis suis[c], qua[d] hora furit[e], turpia crimina imponit, ut effeminati et adhuc graviter hoc apertius[f] vocentur. Post hoc accessit, quod disciplina ad vitam clericorum custodiendam nulla est, sed tantummodo solum[g] clericis suis dominium[h] exhibet. Ultimum vero est, quod tamen pondere elationis primum, quia de usu pallii extra ecclesiam, quod temporibus decessorum meorum facere numquam[i] praesumpsit, numquam a decessoribus eius praesumptum est, sicut responsales nostri testantur, excepto si reliquiae conderentur[1] — quod tamen de reliquiis[k], unus tantummodo potuit inveniri, qui diceret[l] — meis diebus in despectu meo cum summa audacia non solum faciebat, sed etiam frequentabat.

Ex quibus omnibus invenio, quia honor episcopatus[m] totus foras[n] in ostensione est, non in mente. Et quidem ago omnipotenti Deo gratias, quia eo tempore quo ad me hoc pervenit[o], quod ad aures decessorum meorum numquam pervenerat, Langobardi inter me et Ravennatem civitatem positi fuerunt[p] [2]. Nam ostendere forsitan hominibus habui, quantum scio esse districtus[q].

V, 15 in titulo iohannae *r 1* — archiepo. *R* 1* — Ravennatis *r 1;* Ravenn̄ *r 2;* Ravennę *R* 1.* a) de talibus studiis *R 1, ed. pr.* b) eloquitur *R 1.* c) *add. sec. ed. M Vatic. D* vel aliis quilibet fuerint vel. d) quilibet *sec. ed. M Vatic. D;* quaelibet *ed. M et sec. ed. M:* qualibet *Reg.* e) *ita r 1, R 1, Reg.;* fuerit (*suprascr. manu post.* iratus) *r 2;* fuerit iratus *ed. pr.;* fuerint *sec. ed. M Vatic. D;* fuerit *ed. M.* f) *Ewald coniecit:* adhuc gravius hoc aperte. *Sed consentiunt in lectione supra data codd., solus R 1 pro* hoc *scribit* hac *quod corr. in* ac; adeo *pro* adhuc *scr. Mommsen.* g) *add.* se *edd. G. M.* h) dominum *edd.* i) *suprascr.* quisquam *r 2;* quisquam *add. et edd. pr. G.* k) reliquis *r 1. 2.* l) *om.* diceret *ed. G.* m) *suprascr.* vestri *r 2; add.* vestri *ed. pr.* n) foris *edd.* o) venit *R 1.* p) fuerant *edd. G. M.* q) discretus *ed. G.*

V, 15 De Iohanne cf. ep. III, 54 not. 1) *De usu pallii cf. V, 11 et quae ibidem adnotavi;* excepto si reliquiae conderentur *non nisi hoc loco occurrit. Agnellus c. 98 narrat: (Iohannes)* corpus b. Severi confessoris in medio dedicavit templo *et* sublatum est ab eo sanctum corpus de monasterio S. Rophili ... et in media ecclesia conlocavit; *Iohannis titulo sepulcrali hi continentur versus:* horum (Marci Marcelli Feliculae; cf. ep. IX, 168) Gregorius dat papa reliquias — quas petit antistis meritis animoque Iohannes. 2) *I. e.: Perusiam obsederunt; cf. ep. V, 36. Paul. diac. IV, 8.*

Ne autem credas, quia ego ecclesiam tuam in aliquo gravari aut minui volo, recordare in missarum Romanarum[a] sollemnibus[b], ubi Ravennas diaconus stabat, et require, ubi hodie stat, et cognoscis[c] quia Ravennatem ecclesiam honorare desidero. Sed ut quicumque quodlibet ex superbia arripiat, hoc ego tolerare non possum. Tamen hac de re iam diacono[d][1] Constantinopolim scripsi, ut per omnes, qui sub se etiam tricenos et quadragenos episcopos habent, requirere debeat[e]. Et sicubi iste usus est, ut in[f] letaniis cum palliis ambulent, absit ut[g] per me honor Ravennatis ecclesiae in aliquo inminui videatur.

Haec ergo omnia quae superius dixi, frater carissime, recogita. Diem tuae vocationis attende, quas rationes de sarcina episcopatus redditurus es, considera. Emenda illos mores notarii. Vide quid in lingua, quid in actu episcopum deceat[h]. Esto totus purus fratribus tuis. Non aliud loquaris et aliud in corde habeas. Nec appetas ultra videri quam es, ut possis ultra esse quam videris. Crede mihi, quando ad hunc[i] locum veni, tantae deliberationis fui tantaeque caritatis circa fraternitatem tuam, ut si eandem caritatem meam custodire voluisses, adhuc talem fratrem sicque te pure diligentem tibique omni devotione concurrentem numquam inveneras[k]: sed cognitis verbis ac moribus tuis, fateor, resilui[l]. Rogo ergo per omnipotentem Deum, emenda omnia illa quae praemisi, maxime duplicitatis vitia. Permitte me amare te, et ad praesentem et ad secuturam[m] vitam[n] utile tibi esse poterit, ut a tuis fratribus ameris. Ad haec autem non mihi verbis, sed moribus responde[o].

V, 16.

Gregorius I. papa Iohanni primae Iustinianae Illyrici episcopo totius concilii consensu et principis voluntate electo gratulatur, pallium ex more transmittit, vices apostolicae sedis tribuit. Xenia, quae responsales eius ad S. Petrum detulerint, non recusat. *594, Nov.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 59 (Ind. XIII. cap. 15).
Edd. M: Lib. II. ep. 23; G: Lib. IV. ep. 8. — Iaffé Reg. 1164 (801).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO PRIMAE IUSTINIANAE ILLIRICI.

Manifestum bonitatis esse liquet indicium in unius electione cunctorum convenire consensum. Quia igitur suscepta fratrum et coepiscoporum nostrorum relatio ad locum vos sacerdotii totius concilii unito consensu et serenissimi principis voluntate declarat accersiri[a], gratias[b] Creatori nostro magna cum exultatione[c] retulimus[d], qui

a) Romanorum *edd. pr. M (M citat pro hac lectione: 3 Vatic., plerosque Norm. et alios nonnullos).* b) *ita r 2, edd. G. M;* solenniis *ed. pr.;* sollemnia *r 1;* sollemnitate *R 1.* c) cognosce *ed. pr.;* cognosces *edd. G. M.* d) *om.* diacono *R 1; add.* nostro *edd.* e) *corr. in* debeant *R 1;* et *om. r 1.* f) in *suprascr. r 2.* g) ut ne *r 1. 2.* h) *ex* doceat *r 2.* i) *ex* hoc *R 1.* k) *corr. in* invenires *R 1;* invenire non poteras *ed. pr.* l) resilivi *R 1.* m) *ita r 1. 2, ed. pr.;* securam *R 1;* futuram *edd. G. M.* n) vitam *ex* viam *corr. r 1.* o) scribe *ed. pr.*

V, 16 in titulo add. cap. LVIIII *r 1;* Illiricis *r 1;* Illiric. *abbrev. r 2;* Hillirici *R 1; om.* Illirici *ed. pr.* a) accessire *r 2;* accessisse *r 1.* b) *add.* omnipotenti Deo *edd. G. M.* c) magnas cum exultationes *R 1.* d) tulimus *r 2.*

Lib. pont. in v. Greg.-Cont. Prosp. Havn. p. 36 ed. Hille. De via Roma Ravennam pergente cf. Diehl, études sur l'administr. Byzantine, 1888, p. 68 ss.

1) Scil. Sabiniano; sed haec epistula deperdita est. Cf. quae ad ep. V, 11 adnotavi: in pallii concessionibus episcopis orientalibus destinatis deesse hanc clausulam: intra missarum sollemnia.

vitam actusque vestros ita de praeteritis fecit esse probabiles, ut omnium vos, quod est valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos quoque in persona fraternitatis tuae per omnia consentimus; atque omnipotentem Dominum deprecamur, ut caritatem vestram sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat. Pallium[1] vero ex more transmisimus[a] et vices[b] vos apostolicae sedis agere iterata innovatione[c] decernimus ammonentes, ut ita vos circa subiectos debeatis exhibere placabiles, ut rectitudinem vestram diligere provocentur potius quam timere[2]. Quorum si culpa forte poposcerit, ita excessus emendare curabitis, ut paternum affectum de animo nullo modo relinquatis. Estote[3] in custodia commissi gregis vigilantes atque solliciti et[d] disciplinae zelo districti, ut[e] lupus insidians nec ovile turbare dominicum nec nocere ovibus aliqua fraudis occasione praevaleat. Animarum lucrum Deo nostro tota mentis intentione facere[f] festinate: nomen[4] nos pastoris non ad quietem, sed ad laborem suscepisse cognoscite. Exhibeamus[5] ergo in opere, quod signamur in nomine. Sacerdotii praerogativa si recta consideratione pensemus, sollicitis et bene gerentibus in honore, neglegentibus autem profecto erit in onere[g]. Sicut igitur laborantes et circa animarum salutem sollicitos hoc nomen ante Deum aeternam ducit ad gloriam, ita desides ac torpentes vergit[h] ad poenam. In lingua vestra[i] vitam esse aliam[k] plebs commissa cognoscat. Sit illis fraternitatis vestrae doctrina gratus coercitionis stimulus et vita[6] imitationis exemplum. Quid enim diligere et quid timere debeant[l], caritatis vestrae[m] sermo praedicationis aperiat, fructum efficacia vestra aeternae huiusmodi retributionis[n] adquirat.

Inter haec vero et ista vos principaliter deliberationis cura constringat, ne umquam ordinationes facere temptetis inlicitas[7], sed si quos ad clericatus ordinem vel potiorem forte gradum promoveri contigerit, non praemiis aut precibus, sed meritis ordinentur. In nulla ordinatione fraternitati[o] vestrae commoda[p] quolibet modo subripiant, ne laqueis simoniacae, quod absit, hereseos inligetur[q]. Et[r]: 'Quid[s] prodest Matth. 16, 26. homini', sicut veritas docet, 'si totum mundum adquirat et suae faciat animae detrimentum?' Unde necesse est, ut Deum in omne quod[t] gerimus attendamus, peritura et temporalia contemnamus atque ad aeternitatis bona cordis desiderium dirigamus. Exenia[8] autem vestrae sanctitatis[u] suscipere omnino nolueram, quia valde esset[v] in-

a) transmittimus *R 1.* b) vice *r 2;* vices *corr. ex* vicem *R 1;* vicem *ed. pr.* c) *ex* invocatione *corr. r 1.* d) ut (*pro* et) *delet r 2.* e) ut *suprascr. R 1.* f) ferre *R 1.* g) non erit in honorem *R 1; et ante pro* honore: honorem *R 1, r 2.* h) urget *ed. G.* i) nostra *ed. M.* k) alia *(quod postea delet) R 1.* l) debeat *R 1.* m) vestra et *r 2;* caritas vestra *R 1.* n) attributionis *ed. M.* o) fraternitatis *R 1.* p) comodas *R 1.* q) alligetur *R 1.* r) *om.* et *ed. M.* s) *ita codd. n.; add.* enim *edd. G. M.* t) *om.* quod *r 1, sed add. signum omissionis.* u) *suprascr.* vestram sanctitatem *R 1.* v) est et *corr. in* est est *R 1.*

V, 16 sine dubio una cum ep. V, 8. 10 transmissa; cf. quae ibidem notavi. *1) De electione, pallio, vicariatu cf. quae ad ep. V, 8 notavi.* *2) Recte scribunt Maur. haec verba ex regula S. Benedicti c. 64:* studeat plus amari quam timeri *sumpta esse.* *3) Haec epistula multis locis similis est formulis Diurni cum 45 tum praecipue 46; ad verba* estote *usque* praevaleat *cf. verba f. 46:* in eorum sese custodia vigilanter disponat, ut lupus insidians possibilitatem in eo inrumpendi non habeat nec lesionem ovibus inferat. *4)* Nomen — cognoscite] *f. 46:* locum quem adeptus es non ad requiem, sed ad laborem te suscepisse cognosce. *5)* Exhibeamus — onere] *f. 46:* officium sacerdotis adsumere, si interiori vigilantia perpendamus, plus est honeris quam honoris. *6) f. 46:* predicationem tuam vita commendet; ipsa eius instructio, ipsa magistra sit. *7) Admonitiones de simoniaca haeresi continet etiam f. 46.* *8) In synodo d. V. mens. Iulii sequentis Romae celebrata (Reg. V, 57ª; cf. etiam ep. V, 62) constitutum est* nihil umquam . . . accipiendum esse . . . neque ex datione pallii, *sed* nullo modo *prohibitum, ne, si quis* non ex placito neque exactus neque petitus post acceptas chartas et pallium aliquid cui-

congruum, ut a praedatis atque afflictis fratribus munera[a] percepisse videremur. Sed responsales vestri alio me argumento vicerunt ad eum illa deferentes[b], a quo non posset oblatio[c] vestrae fraternitatis repelli. Illud enim vobis prae omnibus studendum est, ut venturo iudici animarum, sicut diximus, non peritura[d] munera procuretis, quatenus et vos de vestra merces[e] operatione et nos de nostra pariter adhortatione respiciat.

V, 17.

Gregorius I. papa Venantii, episcopi Lunensis, sollicitudinem laudat, valetudinem dolet. Diaconum et abbatem de Portu Veneris, qui peccaverit, ad sacrum ordinem revocari vetat, subdiaconosque lapsos loco moveri iubet. Neve Saturo expresbytero sacra unquam procurare liceat; cui tamen monasteriorum in Gorgona et Capraria insulis curam agere permittit. Vestem mulieri baptizandae codicemque regulae pastoralis Columbo presbytero mittit aliumque Venantio se missurum esse promittit. *594, Nov.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 60 (Ind. XIII. cap. 16).
Edd. M: Lib. V. ep. 3; G: Lib. IV. ep. 16. — Iaffé Reg. 1331 (965).

GREGORIUS VENANTIO EPISCOPO LUNENSI.

Relectae[a] textus quam fraternitas tua direxit epistolae sollicitudinem tuam diligenter innotuit, sed cognita nos corporis tui molestia contristavit. Verumtamen dominica patienter debent sustineri flagella: nam frequenter ad emundationem[b] aegritudo conceditur, et hoc ante Deum hominem purgatum statuit quod in hac illum ad praesens vita contristat. Unde necesse est, ut Creatori nostro gratias etiam in infirmitate positi referamus, et, ut in illa nobis vita castigatio ista[c] proficiat, exoremus.

Praeterea ad fraternitatis consulta respondentes statuimus diaconem et abbatem[d] [1], quem de Portu-Veneris [2] indicas cecidisse, ad sacrum ordinem non debere vel posse aliquo[e] modo revocari. Quem quidem sacro ordine privatum in paenitentia deputare te convenit. Cuius si postea actus conversatioque meruerit[f], priorem inter alios monachos, ubi tu tamen decreveris, standi locum optineat. Subdiacones quoque, quos similis culpa constringit, ab officio suo inrevocabiliter depositi inter laicos communionem accipiant. In Portu autem Veneris loco lapsi diaconis alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturum[g] [3] vero[h] expresbytero[i], ut numquam ad sacri ordinis

a) *om.* munera *R 1.* b) *suprascr.* deferri *R 1.* c) *ita R 1;* oblationis *corr. in* oblatio *r 2;* possent oblationes *r 1, edd. G. M;* possit oblationis *ed. pr.* d) paritura *ed. pr.;* petitura *ed. M.* e) *suprascr.* mercedes *R 1;* mercedis *edd. G. M.*

V, 17 titulo add. cap. LX *r 1* — Lunensis *R 1; addit rubro, sed post delet:* huic primus missus est liber regulae pastoralis *R 1.* a) relictae *r 1.* b) *ita r 1. 2;* emendationem *R 1, edd.* c) *om.* ista *R 1.* d) abbam *r 1. 2 (corr. in* abbatem *r 2).* e) ullo *edd. G. M.* f) *corr. R 1 ex* conversatio neque meruit. g) *ita codd. nostri.* Saturnum *ed. pr.;* Saturninum *edd. G. M (quamquam ed. M legit in plurim. mss.* Saturum *vel* Saturnum). h) *om.* vero *R 1.* i) exprb̄rm *corr. ex* exprb̄ro *r 2;* exprb̄rm *r 1. Add. r 2 in margine:* 'Expresbiterum iubet sollicitudinem de monasteriis gerere'.

libet ex clero gratiae tantummodo causa dare voluerit, *hoc accipiatur* quia eius oblatio nullam culpae maculam ingerit, quae ex accipientis ambitu non processit. *Cf. Nov. 123 cap. 16. Gussanv. citat D. I, 16, 6, 3.* — Xenia *pro muneribus saepe scribunt scriptores aetatis inferioris. Eodem verbo* exenium *eodem fere sensu in ep. I, 64. VI, 60 in f. utitur Gregorius; idem verbum saepe hoc tempore pro quodam genere praestationum a colonis debitarum. Equidem crederem Gregorium* exenium (*non* xenium) *scripsisse, quod et codd. n. et multi vetustiores a Schuchardo, Vokalism. d. Vulg.-Lat. II, 362. III, 276 citati praebent.*

V, 17 De Venantio episcopo cf. ep. IV, 21 not. 1) Iovinum nomine: cf. ep. V, 18. 2) Porto Venere, oppidum Tusciae septentrionalis, prope Lunas, occidentem versus situm. 3) De Saturo vel Saturnino cf. ep. V, 5. 18.

ministerium praesumat accedere, scriptis cavere decrevimus. Sed eum in insula Gorgona atque Capraria[4] sollicitudinem de monasteriis[k] gerere et in eo[l] quo est statu sine cuiusquam[m] adversitate manere permittimus. Fraternitas ergo tua de commissis[n] sibi vigilanti cura custodiat: a malis actibus sua, ut valet, praedicatione corripiat, quatenus et[o] officii sui inveniatur, sicut decet, implere propositum et Deum sibi retributorem suae faciat actionis existere. Nos vero omnino videre vos cupimus atque in Deo[p] de vestra praesentia et salute gaudere. Vestem[5] vero ei, quae baptizanda est, direximus atque, ut nobis talia scribatis, semper optamus. Codicem vero regulae pastoralis[6] domno Columbo[7] presbytero transmittendum per[q] harum portitores[r] direximus. Quem vos nolite detinere: nam alium sub celeritate usui vestro transmittimus[s].

V, 18.

Gregorius I. papa Constantio, episcopo Mediolanensi, respondet Amandinum, presbyteratu abbatiaque privatum, non esse restituendum; Vitalianum expresbyterum in Siciliam missum iri, ut custodiatur; Iovinum, quondam diaconum et abbatem de Portu Veneris, cum tribus subdiaconis lapsis removeri iussum esse; de Saturo expresbytero. Monet, ne ira utatur in Iohanne, notario ecclesiae Mediolanensis, coercendo. Fortunati causam se iudicaturum scribit. *594, Nov.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 61 (Ind. XIII. cap. 17).
Edd. M: Lib. V. ep. 4; G: Lib. IV. ep. 17. — Iaffé Reg. 1332 (966).

GREGORIUS CONSTANTIO EPISCOPO MEDIOLANENSI.

Si lapsis ad suum ordinem revertendi licentia concedatur, vigor canonicae procul dubio frangitur disciplinae, dum per reversionis spem[a] pravae actionis desideria quisque concipere non formidat[1]. Fraternitas siquidem vestra nos consuluit, si Amandinus ex presbytero et abbate[b], qui a suo est decessore culpa exigente depositus, in

k) monasterio *R 1.* l) *ita r 1, R 1, ed. pr.; add.* in *r 2, ed. M.* m) cuiusque *r 1.* n) *corr. in* commissos *R 1;* commissos (*om.* de) *edd. G. M.* o) *ex* ex *corr. R 1.* p) deum *R 1.* q) *om.* per *r 2.* r) portitorem *edd.* s) transmittemus *r 1, edd. G. M.*

V, 18 in titulo Mediolanensis *R 1. Ante titulum addit* captl. LXI *r 1; addit rubro quod post delet R 1:* de lapsis minime reconciliandis. a) *ita scribo cum r 2 et ed. M; om.* spem *r 1, R 1, ed. pr.;* reversiones *r 1;* eversiones *R 1, ed. pr.; corr.* eversionem *in* eversionis *r 2;* pro reversionis spe *ed. G;* spe reversionis *Mommsen.* b) *ita R 1, edd.;* expb̄r et abba *r 1;* expb̄r et abb. *r 2;* expresbyter et abbas *Reg. (ed. M).*

4) *De Capraria cf. Rutilii Namatiani versus (de reditu suo, 439 ss.):* processu pelagi iam se Capraria tollit — squallet lucifugis insula plena viris; — ipsi se monachos Graio cognomine dicunt — *(Gregorov., Gesch. d. St. Rom, ed. 4. t. II, p. 14) et adde ex actis S. Iuliae ad ep. V, 5 cit.:* tunc obviaverunt eis monachi cum navi de insula, que dicitur Capraria. *De Gorgona cf. ep. V, 5 not. 1.* 5) Vestium istarum baptismalium et sabanorum, quorum usus erat in excipiendis e fonte sacro baptizatis et exsiccandis, in libris *superesse memoriam, non in ritibus notat Gussanvill. Cf. Ducange s. v. baptismus et sabanum.* 6) *Regulam pastoralem una cum synodica compositam esse recte monuit Ewald in Iafféi nova editione n. 1094 et in nota ad ep. I, 24[a]; sed etiam Leandro Hispalensi codicem mense Iulio a. 595 demum transmisit Gregorius. Cf. ep. V, 53.* 7) *Columbus presbyter etiam in ep. XI, 9 memoratur.*

V, 18 (una cum praecedente) Genuam transmissa. Cf. quae Ewald notavit ad ep. I, 80. III, 29. Equidem puto totum clerum ecclesiae Mediolanensis Genuae fuisse. Cf. Hegel, Gesch. d. italien. Staedteverf., I, p. 359 s. et adde Dial. IV, 53. 1) *De hac quaestione, an lapsi suo ordini restituendi sint, cf. ep. IX, 147 (Secundino), quae suspecta est, et Kober, Deposition u. Degradation p. 26 ss. Loening, Gesch. d. D. Kirchenr. I, p. 280.*

eo quo fuerat ordine constitutus debeat revocari. Quod quidem nec licet nec fieri posse aliqua ratione decernimus. Eius tamen si conversatio forte meruerit, sacro per omnia sicuti est privatus[a] officio in monasterio eum[b] ante alios, ut praevideritis, monachos ordinate. Illud igitur prae omnibus studete, ut lapsos in sacrum ordinem nullius vobis supplicatio aliquo modo revocare suadeat, ne huiusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur[c] esse vindicta.

Vitalianum vero expresbytero[d], de quo scribitis, ut districte debeat custodiri, in Sicilia[e] dirigi faciemus, ut spe discedendi[f] sublata in paenitentiae[g] se saltim tunc lamenta constringat. Iobinum[h] [1] quoque de Portu-Veneris[i] quondam diaconem et abbatem suo decrevimus privandum officio atque, ut alter in eius loco debeat ordinari, scripsimus. Similiter etiam et tres subdiacones[k], quos fraternitas vestra lapsos innotuit, a suo semper vacare ac decernimus esse privatos officio; quibus nihil aliud nisi inter laicos sacra est praebenda communio. Saturum [1] vero expresbytero[l], ne ad sacri ordinis ministerium umquam praesumat accedere, deputavimus facere cautionem[m]. Eumque in eadem qua fuerat insula[n] sacri ordinis privatione[o] volumus permanere permittentes ei curam et sollicitudinem de monasteriis habere vel gerere, quoniam[p] et ex suo lapsu cautiorem factum eum credimus commissos sibi iam nunc sollicitius custodire.

De Iohanne autem ecclesiae vestrae notario [2] caritas nos, qua vos diligimus olimque[q] dileximus, ut scriberemus, ammonuit, ne, dum eius culpa provocat, aliquid quod ad peccatum pertinet fieri mandaretis. Hoc ergo caventes ecclesiae vestrae res suptiliter modis[r] quibus potueritis inquirite, dum modo[s] nec Deum offendatis nec ille vos unde apud homines accuset valeat invenire. Nam nos non Iohannem defendendo, vel contra rationem commendando[t] personam, sed ne vestra magis anima stimulante furore in aliquid gravaretur, scripsimus. Unde necesse est, ut, sicut praefati sumus, ecclesiae vestrae res[u] suptili investigatione cum Dei timore perquirere minime neglegatis.

Praeterea multum nos de Fortunati [3] persona carissimae fraternitatis vestrae mirari fecit epistola. Sed aut a vobis minime scripta ipsa dictata[v] sunt aut certe, si vestra sunt, nos in eis fratrem nostrum domnum Constantium nequaquam agnoscimus. Debuistis enim et adhuc debetis attendere, quia pro vestra est opinione quod scribimus. Nam dum illic se praedictus Fortunatus violentiam sustinere nec defensoris[w] auxilium invenire potuisse commemorat, quid aliud nisi vestram attingit invidiam[x]? Ergo ut nec opinionem vestram haec res apud quosdam offuscet, nec ecclesiae vestrae sit[y], si[z]

a) *add.* ab *R 1.* b) *om.* eum *R 1.* c) *add.* eis *edd. G. M.* d) *corr. in* expresbyterum *r 2;* expresbyterum *edd. G. M.* e) in Siciliam *R 1.* f) *ex* discendi *corr. R 1, ex* discedandi *r 1.* g) paenitentia *r 1.* h) *corr. in* iovinum *R 1.* i) *add. manu alia* lapsum *r 2.* k) subdiaconi *R 1;* subdiaconos *edd. G. M.* l) Saturo *r 1;* Saturnum *ed. pr.* Saturninum *ed. M (quae invenit* Saturum *in plerisque mss.) G;* expresb̄ro *corr. in* expresb̄rm *r 2;* expresbyterum *edd. G. M.* m) cautiorem *edd. pr. G.* n) *add.* cum *edd. G. M.* o) *ex* pravaricatione *R 1.* p) quem *R 1, edd.* q) oblique *r 1.* r) *add.* sic *r 1. 2 edd. G. M; add.* si *ed. pr.* s) unde modo *R 1. Vatic. C (ed. M);* unde *edd. G. M.* t) *add.* eius *edd.* u) *om.* res *r 1. 2, ed. pr.;* (*ed. pr.* ecclesiam vestram). v) dicta *r 1, R 1* (*corr. R 1 in* dictata), *sec. ed. M: 3 Vatic. et 3 Norm. atque ed. pr.* w) *ita r 1, ed. M (et mss. Reg. Norm. Vatic.); corr.* defensoris *ex* defensores *r 2;* defensores in *R 1;* defensoris auxilio muniri *edd. pr. G.* x) vestra attingit invidia *codd. et ed. pr.* (*r 2 corr. postea in* ad vestram attingit invidiam; *R 1 corr.* attingit *in* contingit). y) *ita r 1. 2, ed. pr., ita et manu prima R 1, sed corr. R 1 in (id quod ed. M recipit)* possit *et add.* fieri in aliquo. z) *om.* si *R 1.*

1) De Iovino et Saturo cf. ep. praecedentem Venantio missam, quem Gregorius Constantio (ep. IV, 21) in reformanda cleri disciplina commendaverat. 2) De ecclesiarum notariis agit Bresslau, Urkundenlehre, I p. 159 ss.; cf. Marini, pap. 74 n. 61; Agnell. c. 60 = I.-K. 877. 3) Causa Fortunati, simul clerici et in numeris militantis, tractatur in fine ep. IV, 37, ubi Gregorius postulat, ut in suo debeat iudicio ventilari. Etiam ep. XIII, 33 noster arbitrium de quadam lite in dioecesi Mediolanensi orta sibi vindicat. Cf. Wisbaum l. l. p. 45.

bona causa est, detrimentum, instructam hic debetis mandare personam, ut causae qualitas trutinata sine vestra possit invidia terminari, quoniam praesertim post eius querellam, si illic pro vestris partibus fuerit dicta[a] sententia, non rationabiliter sed sola potestate creditur superatus. Nos vero pro caritate qua vobis astringimur, quae pro opinione vestra[b] facere debeatis, non desistimus ammonere scientes, quia, etsi vos ad tempus adhortatio ista contristat, postea tamen deposita contentionis intentione laetificat.

MENSE DECEMBRIO INDICTIONE XIII.

V, 19.

Gregorius I. papa Romanum 'exarchum per Italiam, residentem Ravennae', hortatur, ne aut Speciosum presbyterum, qui a Iohanne episcopo (Ravennate) in monasterio inclusus excesserit, aut sanctimoniales, qui se coniugibus iunxerint, tueatur. *594, Dec.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 62 (Ind. XIII. cap. 18).
Edd. M: Lib. V. ep. 24; G: Lib. IV. ep. 18. — Iaffé Reg. 1333 (967).

GREGORIUS ROMANO EXARCHO PER ITALIAM RESIDENTI RAVENNAE.

Apud excellentiam vestram pravorum audacia correptionis[a] debet aculeos magis quam defensionis invenire solacium. Nam satis grave est, si[b] illic habere pravam[c] contingat actionem refugium, unde disciplinae decet prodire censuram. Pervenit itaque ad nos Speciosum quendam presbyterum, qui causa poscente in monasterio a Iohanne fratre et coepiscopo[1] nostro fuerat deputatus, contra sui pastoris exinde voluntatem exisse et ecclesiasticae constitutionis[d] vigore despecto antedicto episcopo vestra fretum tuitione resistere. Quod quia excellentiae vestrae sine dubio pulsat invidiam[e], necesse est, ut ab eius vos habita discretione debeatis tuitione suspendere, ne, si nominis vestri occasione pastori suo inoboediens vel contumax fuerit[f], ad tempus[g] vestros contra vos iudices defensare atque excellentiam vestram hac ex re cogatur episcopus[h] offendere et nos pariter de vestra discordia contristare[i].

Comperimus praeterea, quod dici nefas est, quasdam mulieres, quae nuncusque in religioso atque monachico habitu permanserunt, suam vestem[k] deponere et coniugibus, quod sine gravi referre dolore non possumus, sociari[l] [2]. Sed hoc quidem ut

a) dictata *r 1.* b) sunt, *quod codd. praebent, del. Mommsen; add.* ut *edd.;* et (*pro* ut) *ed. pr.*

Mense *cet. ad ep. praecedentem trahunt r 1. 2, edd. G. M; lectionem nostram cui ordo epistularum favet praebent R 1 et Vatic.* (*R 1 abbrev.* decb.); septembr. *r 1. 2 et cum Colbert. et Turon. S. Gat. ed. M.*

V, 19 Ante titulum add. captl. LXII *r 1;* Italiae *ed. M; om. hoc ed. pr.* — Raveñ *abbrev. r 1. 2;* Ravenna *R 1;* Ravennae *R* 1; om.* residenti Ravennae *edd. pr. M (quae verba in editis prolata ed. M, quod in mss. minime reperta sint, expunxit).* a) correctionis *r 1. 2, ed. pr.* b) *om.* si *r 1.* c) *add.* ut *r 1.* d) consuetudinis *Vatic. D (ed. M).* e) invidia *R 1.* f) *suprascr. manu alia* fuerit *R 1; om.* fuerit *r 1. 2.* g) *add.* et *edd. G. M.* h) *ita R 1; om.* episcopus *r 1. 2, edd.* i) contristari *r 1;* contristare *corr. in* contristari *r 2;* contristet *ed. pr.* k) ita *R 1, ed. pr.;* vel ūram *r 2* (*ubi suprascr.* vestem *et in margine adnotatur:* vel religiosam vestem); vel vestam *r 1;* sacram vestem et suam velaturam *ed. G;* suam vestem et suam velaturam *ed. M.* l) sociare *r 1.*

V, 19 De Romano exarcho cf. ep. I, 32. II, 45. III, 31. V, 11. 40. Adde v. Gregorii in libro pontif. et epistulas eiusdem exarchi: Troya, C. d. I, nr. 45 s. *1) Scil. Ravennae. Miror, quod hac in causa idem exarchus obsistit episcopo Ravennati, qui paullo ante (ep. V, 11. III, 54 p. 213) pro illo contra Romanum pontificem pugnaverat.* *2) Eodem modo moniales in Sardinia Gregorium irritaverant: ep. IV, 24.*

dicere[m] vel attemptare praesumant, favoris vestri patrocinio fulciri dicuntur; quod nos credere perversitatis ipsius acerbitas non permittit. Petimus ergo, ut in tanto vos peccato miscere nullatenus debeatis. Nam huiusmodi iniquitatem impunitam propter Deum nullo modo patimur[n] remanere. Unde iterum quaesumus, ut excellentia vestra in talium se causarum defensione non misceat, ne et Deus suam defendat iniuriam et inter nos aliorum pariat culpa discordiam.

MENSE FEBRUARIO INDICTIONE XIII.

V, 20.

Gregorius I. papa Cypriano diacono scribit litteras eius de Maximiani, episcopi Syracusani, obitu iam mense Novembri sibi redditas esse. Successorem ut eligendum curet, mandat. Traiano presbytero a maxima parte desiderato non favet. Iohannem, ecclesiae Catinensis archidiaconum, eligi cupit. *595, Febr.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 63 (Ind. XIII. cap. 19).
Edd. M: Lib. V. ep. 17; G: Lib. IV. ep. 19. — Iaffé Reg. 1339 (974).

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO.

Amarissimas dilectionis tuae epistolas de domni[a] Maximiani obitu mense Novembrio[b] suscepi[1]. Et quidem ille ad praemia desiderata pervenit, sed infelix populus Syracusanae civitatis lugendus est, qui pastorem talem diu habere non meruit. Proinde dilectio tua sollicitudinem gerat, ut in eadem ecclesia talis debeat ad ordinandum eligi, qui post domnum Maximianum eiusdem regiminis locum non videatur inmerito sortiri. Et quidem credo quod Traianum[2] presbyterum maxima pars eligat, qui, ut dicitur, bonae mentis est. Sed quantum suspicor, ad regendum locum illum idoneus non est. Tamen si melior inveniri non valet et ipse nullis criminibus tenetur involutus, condescendi ad eum cogente nimis[c] necessitate potest. Si autem mea voluntas ad hanc electionem quaeritur, tibi secrete[d] indico quod volo: quia nullus mihi in eadem ecclesia post domnum Maximianum tam dignus videtur quam Iohannes archidiaconus Catinensis[e] ecclesiae[3]. Qui si fieri potest ut eligatur, credo quod apta

m) facere *edd. pr. G.* n) patimus *r 1.*

Mense *cet. ad calcem ep. praecedentis (V, 19) adiungunt r 1. 2 et cum Vatic. et Turon. S. Gat. ed. M;* Data mense *etc. R* 1 et ed. pr.*

V, 20 Ante titulum addit captl. LXIII *r 1* — Cyriaco diac. *R 1.* a) *corr. ex* domini *R 1.* b) *ita codd. n.;* novembri *teste ed. M Vatic. 4 et alii;* Novembris *edd. G. M.* c) nimia *edd. G. M.* d) secretim dico (= secreti indico) *R 1;* secreto *edd. G. M hic et infra.* e) Catanensis *edd. G. M.*

V, 20 De Cypriano rectore patrimonii Siciliae cf. ep. III, 55 not. *1) De Maximiano episcopo Syracusano cf. ep. I, 14ª not. (ubi legendum est: Maximianum pro: Maximinianum et addendum Ioh. diac. in vita Greg. I, 33 et III, 7) et ep. II, 8 not.; ab ecclesia Siciliana sanctus habetur; dies nonus Iunii refertur in Martyrologio Romano, d. XV. Martii in kalendario Benedictino non valde vetusto (Acta SS. m. Iun.). In editione Veneta opp. S. Gregorii t. V. p. 139 (praef. in hom. in Evang.) recte, ut mihi quidem videtur, editores monuerunt* male fortasse consignari obitum S. Maximiani ad diem IX. Iunii; vix etenim credi *posse* de illo nonnisi m. Novembri nuntium accepisse S. Gregorium. *2) Traianus fortasse is, qui postea abbas monasterii Syracusani, tum episcopus Melitensis factus est: cf. ep. X, 1. XIII, 22.* *3) Iohannes electus est, cui pallium tribuitur a Gregorio ep. VI, 18 (m. Oct. eiusdem anni); qua ex re intellegi potest, quo modo Gregorius sua potestate usus sit (sicut ep. I, 55. 56. VII, 38).*

valde persona inveniatur. Sed ipse quoque prius de criminibus quae impedire possunt a te secrete requirendus est[4]; a quibus si liber inventus fuerit, eligi iure potest. Quod si factum fuerit, etiam frater et coepiscopus noster Leo[5] ei cessionem[f] debet dare[g 6], ut liber ad ordinandum possit inveniri. Haec ergo dilectioni tuae indicare curavi: tuae iam sollicitudinis[h] intererit, ut omnia sollicite circumspicias et ea quae sunt Deo grata disponas, et cetera[i].

V, 21.

Gregorius I. papa Severo, episcopo Ficuclino, ecclesiae Ravennatis visitationem post Iohannis episcopi mortem delegat. *595, Febr. (10.)*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 64 (Ind. XIII. cap. 20).
Edd. M: Lib. V. ep. 25; G: Lib. IV. ep. 20. — Iaffé Reg. 1336 (975).

GREGORIUS SEVERO, EPISCOPO FICUCLINO, VISITATORI ECCLESIAE RAVENNAE.

Obitum Iohannis[1] antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitutae ecclesiae fraternitati tuae operam sollemniter delegamus. Quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque vel quicquid illud est in patrimonio eiusdem[a] a quoquam praesumatur ecclesiae, et cetera[b] secundum morem[c].

V, 22.

Gregorius I. papa clero, ordini et plebi Ravennati praecipit, ut visitatori (Severo, episcopo Ficuclino) obtemperent. *595, Febr. (10.)*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 65 (Ind. XIII. cap. 21).
Edd. M: Lib. V. ep. 26; G: Lib. IV. ep. 21. — Iaffé Reg. 1337 (976).

f) *corr. in* permissionem *R 1.* g) *ita ex* debent dare *R 1;* dare *om. r 1. 2;* facere *ante* debet *add. r 2* (debet *ex* debere *corr.*), *ed. M;* prestare *edd. pr. G;* facere debebit *ed. M.* h) sollicitudini *R 1.* i) *ita codd. nostri; om.* et cetera *edd.*

V, 21 in titulo Ficuclino *r 1;* Ficulino *R 1, r 2;* Paulino (*pro* Ficuclino) *R* 1, ed. pr.:* Ravenn *abbrev. r 1. 2;* visitatori eccl. Rav. *om. edd.* (*inter quas ed. pr. pro his vocibus scribit* aquiliensi); *loco tituli nostri* Cipriano diac. *R 1 (cf. ep. V, 20) ubi nigro a manu post. suprascr. inscriptio iusta. Haec ep. et sequens sec. ed. M 'in mss. Norm. et in multis aliis desideratur'.* a) eius *R 1;* custodem *r 1.* b) *ex* ceterum *corr. R 1.* c) *add.* implete *ed. pr.; add.* habitum *ed. G.*

4) Crimina: cf. ep. VII, 38 etc.; Nov. 123, c. 1 s.; 137, c. 2 s., ubi et cetera de ordinatione episcopi. 5) De Leone episcopo Catinensi cf. ep. I, 70 not. 3, p. 90. 6) Cessionem dare, i. e. litteras dimissorias; similiter ep. I, 81. VI, 20; non licuit alieno clerico in aliam dioecesim migrare nisi cessione facta; formulae cessionis in Formulis ed. Zeumer p. 560 s. 564 s. 7) et cetera] de his verbis cf. not. ad ep. II, 39.

V, 21 sine dubio una cum ep. V, 22; 24 et V, 25 transmissa. — Ioh. diac. in v. Greg. l. IV, c. 5: visitationem Ravennatis ecclesiae Severo Ficulino episcopo secundum consuetudinem priscam committens. — *De formula cf. ep. V, 13 not. et de Severo ep. I, 55. Ficoclae vel Cerviae episcopus iam in falso privilegio, quod Rubeus, hist. Ravenn., p. 189 ss., exhibet, inter suffraganeos archiepiscopi Ravennatis est et nunc est. Cf. Agn. c. 40. 140. — De electionis modo cf. Wisbaum l. l. p. 43 s. 1) Iohannem episcopum Ravenn. (cf. ep. I, 24ª; III, 54 not. etc.) die XI. m. Ianuarii mortuum esse tradit Agnellus, c. 98, cum plus quam XVI annos in cathedra S. Apollinaris sedisset, vel, ut Muratori, script. II, p. 117, coniecit, plus quam XIX annos. Ioh. diac. l. l. scribit eum eodem anno mortuum esse, quo ep V, 15 scripta esset.*

GREGORIUS CLERO, ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI RAVENNAE.

Vestri antistitis obitum cognoscentes, curae nobis fuit destitutae ecclesiae visitationem fratri et coepiscopo nostro[a] sollemniter delegare, cui dedimus in mandatis, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu[b] ministeriisque a quoquam usurpari patiatur. Cuius[c] vos adsiduis adhortationibus convenit oboedire, et cetera[d] secundum morem.

V, 23.

Gregorius I. papa Cypriano diacono mandat, videat, ne Theodori, defuncti episcopi (Lilybitani), testamento res ecclesiae minuantur. Clerum populumque ad eligendum successorem hortetur. *595, Febr.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 66 (Ind. XIII. cap. 22).
Edd. M: Lib. V. ep. 27; G: Lib. IV. ep. 22. — Iaffé Reg. 1340 (977).

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO.

Obitum Theodori episcopi [1] dilectionem tuam iam credimus cognovisse. Sed quia eum[a] testamentum dicitur condidisse, suptiliter te, ne quid de rebus ecclesiae suae consumpsisset, oportet inquirere [2]. Et siquidem cum exinde aliquid incongrue minuisse didiceris, ita age, ut res ipsae ab eo cuius interest modis omnibus reparentur. Clerum vero et populum ipsius loci ammonere te convenit, ut omni dilatione postposita eligant, qui sibi revelante Deo debeat episcopus ordinari.

V, 24.

Gregorius I. papa Castorio notario mandat, ut clerum et populum (Ravennatem) de digno successore in Iohannis episcopi defuncti locum eligendo moneat. Electione facta quinque de prioribus presbyteris et quinque de praecedentibus ad se mitti iubet.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 67 (Ind. XIII. cap. 23); P: cap. 3. *595, Febr. 10.*
Edd. M: Lib. V. ep. 23; G: Lib. IV. ep. 23. — Iaffé Reg. 1335 (978).

GREGORIUS CASTORIO NOTARIO.

Nimis nos[a] Iohannis fratris et coepiscopi nostri mors cognita contristavit[b], maxime quod civitas[c] illa hoc tempore amisit pastoralis curae solacium. Quia igitur plurimae

V, 22 in titulo om. consist. *ed. pr.* — rāvn *abbr. r 1.* a) *add.* Severo Ficulino *edd.* (Severo paulino *ed. pr.*). b) ordinatu *R 1.* c) cui *r 2.* d) *ex* ceterum *R 1.*

V, 23: ante titulum captl. LXVI *add. r 1.* a) *ita r 2;* cum *r 1; erad.* eum *R 1;* ipse *edd. G. M: eandem constructionem invenimus in ep. V, 27 in f.*

V, 24 in titulo: Castorius *Pb 1. 2;* Castoriano diac. *Pb 1 in indice 1, Pb 3, Pa 1. 2 in ind.;* Constantino diac. *Vatic. D (619) in ind.* — not. *Pb 2.* — de heresi simoniaca *add. P* 1.* a) nos *om. Pb 3.* b) contristat *r 1.* c) *ex* vitas *corr. Pb 3.*

V, 22: cf. ep. praecedentem. — Controversiam, quid significet vox: ordo, *post Hegel, Gesch. der ital. Staedteverf. I, p. 185 ss. tractavit Wisbaum, l. l., p. 40 ss.*

V, 23 De Cypriano rectore patrimonii Siciliae cf. ep. III, 55 not. 1) *De Theodoro ep. Lilybitano cf. ep. III, 49 not.* 2) *De rebus ecclesiae vel in episcopatu adquisitis testari episcopo non licet: cf. ep. IV, 36; VI, 1; IX, 142; XII, 14 etc.*

V, 24 ni fallimur, una cum ep. V, 21. 22. 25 transmissa. — Castorius, ecclesiae Romanae notarius, ut ex ep. III, 66 intellegi potest, iam pridem negotium Ravennatis ecclesiae tractaverat et pro iisdem causis

utilitates exposcunt, ut ecclesiae ipsi[a] sacerdos sine mora Christo auctore debeat ordinari: ideoque experientiae tuae praecipimus, quatenus clerum[b] et populum omni instantia studeat adhortari, ut consecrandum sibi non differant[c] eligere sacerdotem. Quos tamen[d] prae omnibus ammonere te volumus, ut in generali causa utilitates proprias non attendant. Nulla ergo sit in hac electione[e] venalitas, ne, dum[f] praemia appetunt, discretionem[g] electionis amittant[h] et illum dignum ad hoc esse[i] arbitrentur officium, qui non meritis, sed datione placuerit. Specialiter enim[k] et absolute cognoscant[l], quia non solum indignus est sacerdotio, sed et aliis[m] profecto erit culpis obnoxius[n], quisquis Dei donum pretii[o] praesumpserit venalitate mercari. Non itaque largus praemiis, sed dignus meritis eligatur. Nam et electum et eligentes poena[p] respiciet, si sacerdotii[q] sinceritatem mente sacrilega violare temptaverint. Sive autem[r] unus sive duo electi fuerint[s], quinque de prioribus presbyteris et quinque de praecedentibus[t] [1] simul venire[u] per omnia commoneto. De clericis vero praeter[v] eos, qui venire deliberant, si quos alios[w] praesentes esse necessarios aestimas, ad nos sine mora transmitte[2], ut ad ordinandam Dei ecclesiam nec excusatio nec aliqua[x] possit[y] provenire[z] dilatio.

Data die X mensis Februarii[a] indictione XIII[b].

V, 25.

Gregorius I. papa Castorio, notario suo, mandat, ut de episcopi Pisaurensis vita et actibus quaestionem habeat et de aliorum quoque sacerdotum vita sollicitus sit; Adeodati, defuncti civis Pisaurensis, atque Thomae, tutoris ab illo constituti, voluntatem tueatur; Valerianum monachum in monasterio b. Iohannis in Classe manere iubeat; expensas ex

a) ecclesia ipsa *corr. in* in eccl. ipsa *r 2;* in eccl. ipsa *r 1.* b) clericos *Pa 2.* c) *ex* differunt *corr. Pa 1. Pb 4. 5;* differunt *Pb 1. 2. 3.* d) et *add. corr. 1. Pa 1, Pb, edd.* e) *ex* elatione *corr. 1. Pa 1.* f) pretiorum *add. R 1.* g) virtutem discretionis *ed. G.* h) *ex* ammittunt *corr. 1. Pa 1.* i) esse *om. Pa 2.* k) enim *om. Pa 2.* l) agnoscant *Pb 4. 5.* m) *ex* alio *corr. R 1;* profecto *ex* profectu *(ita et Pb 1. 2) corr. Pa 1. Pb 3.* n) culpabilis erit (*om.* obnoxius) *Pa 2.* o) pretiis *Pb 3.* p) par poena *Pa 2; sec. ed. M.* par culpa *in Norm. et Corb.* q) *ex* sacerdote *corr. corrector primus Pa 1.* r) aut *Pb 3.* s) duo sive unus fuerit electus *Pa 2.* t) diaconibus *add. ed. G.* u) ad nos *add. edd.* v) propter *Pb 3.* w) aliquos *r 1.* x) nec excusatione aliqua *Pa 2.* y) posse *corr. primus in* posset, *corr. 2 in* possit *corr. Pa 1.* z) *ex* praevenire *corr. Pb 1. R 1;* praevenire *r 1;* pervenire *Pa 2.* a) X m. F̄ *Pa 1* (Fē. *Pb 3*); *om.* Febr. *Pb 4. 5.* b) III *Pb 3.* VII *P* 1.* XIIII *Pb 4. 5.* — *Om. haec verba R, r, edd.*

postea Ravennam apocrisiarius mittitur: ep. VI, 31; 63; IX, 151 (ubi cartularius appellatur); IX, 167 (notarius); et in Istrico schismate: ep. V, 56 (not.); IX, 153 (cart.); et in causa Maximi Salonitani: ep. IX, 149 (cart.); 178 (not.) intervenit. Nota Gregorium voce notarii et voce cartularii eadem significatione usum esse. (Formula Diurni 63. directa est dil. fratri ill. presbitero et apochrisario *Ravennae.) Cf. not. 6 ep. seq.*

1) *Addunt quidam:* diaconibus *post* praecedentibus; *neque dubium est, quin gradus diaconorum (secundum ordinationis tempus) in ecclesia Ravennate fuerint; nam ep. III, 51 in f. de* primis diaconibus *agitur. Equidem contendo nostrum nostro loco de praecedentibus vel praecellentibus ex populo locutum esse, cum et clerus et populus eligerent: ideo post* de clericis *addit* vero. *Laici nobiles, credo, post electionem episcopi Ravennatis Romam pergere debebant legati, sicut* ille consul *vel ille ex exercitu (secundum Diurni formulas 59 – 62) post electionem papae Ravennam ad exarchum. Cf. etiam f. 2 – 3 Diurni. In f. 3 subscripserunt: archipresbiter, presbiter etc. .. cantor* et ceteri. 2) *Romae tunc secundum morem consecrabatur Ravennas episcopus, ut etiam ex Agnello intellegi potest.*

reditibus S. Rom. ecclesiae illic Castorio providente adgregatis faciat et, si quid superfuerit, deferat. *595, Febr.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 68 (Ind. XIII. cap. 24).
Edd. M: Lib. V. ep. 28; G: Lib. IV. ep. 24. — Iaffé Reg. 1338 (979).

GREGORIUS CASTORIO NOTARIO NOSTRO.

Quaedam ad nos de Pisaurensi[a] [1] episcopo[2] pervenerunt, quae indiscussa nullo modo sunt relinquenda. Propterea experientiae tuae praecipimus, ut de vita *et*[b] actibus ipsius suptili indagatione studeat perscrutari. Et si quid fortasse reppererit, quod sacerdotii, quod absit, integritatem valeat maculare, ad nos eum cum scriptis tuis de his quae in veritate cognoveris omnimodo sub[c] competenti cautela transmitte, ut informati[d] Deo[e] revelante suptilius veritatem, quid fieri debeat, pertractemus. Non solum autem de eo, sed et de aliorum quoque sacerdotum vita te convenit esse sollicitum. Et si de[f] quolibet sinistrum quippiam sentire potueris, nobis renuntiare festina, ut actuum pravitas salubriter cum Dei solacio debeat emendari.

Pervenit itaque[g] ad nos Adeodatum quendam civem Pisaurensem[h] filio atque vernaculo suo heredibus[i] institutis[k] Thomam[l] deputasse tutorem hanc condicionem adiciens, ut, si forte heredes[m] ipsius in pupillari aetate de hac vita transirent[n], omnis eius substantia per manus antedicti tutoris debuisset pauperibus erogari. Sed obitis[o] his[p] qui heredes fuerunt instituti, ne defuncti possit voluntas impleri, suprascriptus tutor a quibusdam dicitur impediri. Propterea si[q], sicut edocti sumus, ita esse in veritate compereris, curae atque sollicitudinis tuae sit antedictum tutorem rationabiliter tueri atque defendere, ut quaeque[r] sibi iniuncta sunt, valeat effectui mancipare[3]. Sed quoniam dicitur eundem tutorem velle aliquid in diaconia[4] quae ibidem constituta est emere, summopere ei solaciari festina, ut ea quae mercedis intuitu piis causis relicta[s] sunt te concurrente sine cuiusquam possint[t] impedimento compleri.

Valerianum vero monachum, quem emendatum[u] in monasterio beati Iohannis in Classe posito[5] tradidisti, in eo eum[v] monasterio sine dubio volumus permanere. Praeterea ne quam necessitatem in expensis tua experientia patiatur, de reditibus sanctae Romanae ecclesiae, qui illic te providente adgregati sunt[6], omnes expensas tuas te facere volumus. Et si quid superfuerit, nobis cum veneris defer.

V, 25 cf. titulum cum ep. V, 24; notario *R 1. Vatic. D (ed. M) et ita Wisbaum;* diacono *r 1. 2, edd.* — *om.* nostro *edd.* — *Iohannes diaconus in vita Gregorii lib. II c. 55:* Castorio diacono et chartulario Ravennae. *Add.* captl. LXVIII *r 1.* a) Pensaurensi *r 1. 2;* Pensaurenensi *R 1;* Pensaueriensi *ed. pr.;* Pisaurensi *edd. G. M atque codd. et infra et in titulo ep. VI, 44.* b) *om.* et *codd. nostri;* actibusque *ed. pr.* c) *ita r 1, edd. G. M;* omnimodos *(sed* s *del.)* ab *r 2;* omnimodis ab *ed. pr.;* omnimodo ac *R 1.* d) informatis *r 2.* e) deo *R 1, edd.;* dei *r 1. 2;* veritatem *scr.,* veritate *codd. nostri* f) *suprascr.* de *R 1.* g) quoque *edd. G. M.* h) pinsauriensem *ed. pr.* i) *siglis* h̄ b *utuntur r 1. 2; pro* heredibus *legit* habuisse *quod postea delet R 1;* de quibusdam (*pro* heredibus) *ed. pr.* k) *in* instituisse *corr. R 1.* l) *add.* ut *et postea corr. in* ac *R 1.* m) *sigla* h h̄ *r 1. 2* (*in margine r 2:* hi her); heres *R 1; om.* heredes ipsius *ed. pr.* n) *corr. in* transiret *R 1; ita et ed. pr.* o) ab (*pro* obitis) *r 1 ed. G;* defunctis *r 2* (*post* instituti) *ed. Paris. 1586 (ed. M); om.* sed *r 2; om.* sed obitis *ed. pr.* p) iis *ed. G;* hos *ed. pr.; om.* his *ed. M.* q) *om.* si *r 1.* r) *fort.* quaequae? s) relecta *R 1.* t) possit *R 1.* u) *corr. in* emendandum *R 1;* emendandum *ed. pr.* v) eodem *corr. ex* eo eum *R 1;* eodem eum *edd. G. M.*

V, 25 Cf. quae de Castorio notario ad ep. praecedentem notavi. *1) Pesaro, in Pentapoli provincia i. e. Piceno annonario. (Cf. subscriptiones epistulae synodi Romanae a. 680.)* *2) Mense Iulio anni sequentis (596) Felix erat Pisaurensis episcopus: ep. VI, 44.* *3) Pontifex, qui* dispensatoris locum in rebus pauperum *tenebat (ep. XIII, 23), etiam procurator erat pauperum in eiusmodi causis.* *4) Diaconiae cum Romae tum in aliis civitatibus constitutae erant, e. g. Neapoli (ep. X, 8).* In diaconia emere *puto idem esse atque* in diaconiam emere, *i. e. emere frumenta, ut in diaconia dispensentur.* *5) An S. Iohannis et Stephani monasterium, quod ep. VIII, 17 commemoratur?* *6) Ex hoc loco intellegi*

V, 26.

Gregorius I. papa Vincomalum ecclesiae defensorem nominat. *595, Febr.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 69 (Ind. XIII. cap. 25).
Edd. M: Lib. V. ep. 29; G: Lib. IV. ep. 25. — Iaffé Reg. 1341 (980).

GREGORIUS VINCOMALO DEFENSORI.

Ecclesiasticae utilitatis intuitu id nostro sedit arbitrio, ut, si nulli condicioni vel corpori[1] teneris obnoxius nec fuisti clericus alterius civitatis aut in nullo tibi canonum obviant statuta, officium ecclesiae defensoris[a] accipias[b] et quicquid pro pauperum commodis[2] tibi a nobis iniunctum fuerit, incorrupte et naviter[c] exequaris usurus hoc privilegio quod in te habita deliberatione contulimus[d]. Omnibus, quae tibi a nobis fuerint iniuncta, complendis operam tuam fidelis exhibeas redditurus de actibus tuis sub Dei nostri iudicio rationem. Hanc autem epistolam Paterio[3] notario ecclesiae nostrae scribendam[e] dictavimus[4].

MENSE MARTIO INDICTIONE XIII.

V, 27.

Gregorius I. papa Gaudentio, episcopo Nolano, mandat, ut clericis Capuanis Neapoli degentibus quartam de hoc, quod ante illi ecclesiae singulis annis accesserit, impertiatur Rusticoque archidiacono ablatos per Festum, quondam episcopum (Capuanum), solidos decem restituat. *595, Mart.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 70 (Ind. XIII. cap. 26).
Edd. M: Lib. V. ep. 33; G: Lib. IV. ep. 26. — Iaffé Reg. 1344 (983).

GREGORIUS GAUDENTIO EPISCOPO NOLANO.

Qui ecclesiasticis famulantur obsequiis, ecclesiastica[a], ut possibilitas exigit, debent adipisci subsidia[b]. Proinde praesentibus fraternitatem tuam hortamur affatibus, ut

V, 26 *in titulo* vincomali *R* 1;* unico mali *ed. pr.; add.* cap. LXVIIII *r 1.* a) defensorum *r 1. 2, edd. G. M;* defensorium *ed. pr.; certe in archetypo abbrev.* def. b) accipies *R 1.* c) *corr. in* gnaviter *r 2; suprascr.* innaviter *R 1;* ignaliter *ed. pr.;* vivaciter *edd. G. M.* d) *add.* ut *R 1, edd. G. M.* e) scribendum *r 1.*

Mense *cet. ad ep. V, 26 revocant r 1. 2 edd.* (dato *cet. ed. pr.*); *cf. not. n ad ep. V, 27.*

V, 27 a) ecclesiasticum *r 2, ed. pr.* b) subsidiam *r 2;* subsidium *ed. pr.*

potest Castorium etiam rectorem patrimonii ecclesiae Romanae in partibus Ravennae fuisse. De hoc patrimonio cf. Grisar, l. l., p. 349 s.

V, 26 *Et haec epistula et ep. IX, 97, in qua verba* si nulli *usque* statuta *desiderantur, sine dubio secundum formulam, qua defensor creabatur, scriptae sunt. Sed formula apud Rozière 113. non genuina, sed ex his epistulis confecta est. Septem defensores regionarii fuerunt, inter quos primus defensor (primicerius defensorum): cf. ep. VIII, 16* (ecclesiasticis utilitatibus). *De defensoribus cf. Wisbaum l. l. p. 9.*
1) Scil. militiae, colonatus, servitutis vel pistorum aliorumve artificum vel cohortalinorum; Nov. Iust. 137 c. 2: nec muneribus publicis addictum aut curialem aut taxeotam sive cohortalem; *Nov. 123 c. 1. 13. 15. Nov. 6 c. 1. C. I. I, 3, 52, ubi et de canonicis impedimentis. Cf. synodi a. 595 (Reg. V, 57ᵃ) c. 6.* *2) I. e. pro patrimonio: cf. Grisar l. l. p. 326. 559 ss.* *3) Paterius in ep. VI, 12 adhuc notarius, in ep. IX, 97 et in Reg. XI, 15 (App. 9) iam secundicerius appellatur; cf. Ioh. diac. vit. Gr. II, 11; idem est, qui libros tres ex*planationum in omnes utriusque testamenti libros *e Gregorii scriptis excerpsit; cf. Galletti, del primicero, p. 91 s.; Lau, Gregor I. der Grosse, p. 325.* *4)* cuique subscripsimus *addit ep. IX, 97.*

V, 27 *De Gaudentio et de clero ecclesiae Capuanae cf. ep. V, 13. 14.*

clericis Capuanae ecclesiae, qui in Neapolitana[c] civitate consistunt, quartam[1] in presbyterium[d] eorum de hoc, quod antedictae[e] ecclesiae singulis annis accesserit[f], iuxta antiquam consuetudinem distribuere secundum personarum studeat qualitatem, quatenus aliquod stipendiorum habentes solacium ministerium officiumque suum circa eandem ecclesiam devotiori mente provocentur impendere.

Praeterea decem solidos, quos Rustico archidiacono suo Festus[g 2] quondam[h] suprascriptae[i] ecclesiae episcopus[k] abstulit, fraternitas tua omni cessante ambiguitate restituat, quia in tantam dicitur cum pauperiem[l] pervenisse, ut conferendum illi potius esset, quam ab eo aliquid auferendum. Durum enim est et procul a sacerdotis officio[m] personam positam sub necessitate neglegere et studio congregandi indecenter inhiare pecuniis[n].

V, 28.

Gregorius I. papa Cypriano diacono mandat, ut Cicerionem monachum a Petro rectore patrimonii paenitentiae damnatum Benenato episcopo ecclesiae Misenatis famulum reposcenti restituat. *595, Mart.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 71 (Ind. XII. XIII. cap. 27).
Edd. M: Lib. V. ep. 34; G: Lib. IV. ep. 27. — Iaffé Reg. 1345 (984).

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO.

Benenatus frater et coepiscopus noster[1] Cicerionem[a] quendam monachum, qui pro suis excessibus a dilectissimo filio nostro Petro diacone, tunc autem subdiacone et rectore patrimonii[b 2], est in paenitentia deputatus, iuris ecclesiae suae famulum esse perhibet eumque sibi cum rebus suis postulat debere restitui. Necesse ergo est, ut dilectio tua studiose perquirat; et si ita verum esse constiterit, suprascriptum Cicerionem[c] cum rebus suis quae apud Fantinum defensorem[3] dicuntur esse depositae dominio Misenatis[d] ecclesiae sine aliqua dilatione restitue, ut, postquam[e] a monachica[f]

c) neapolitane *R 1, r 2.* d) presbiterio *r 1.* e) *ita R 1, edd. G. M;* ante *r 1. 2.* f) accesserat *r 1;* accessit *R* 1, ed. pr.* g) Fuscus *ed. M.* h) quod *r 1. 2; sed r 2 eras. litteras* uod; *om. hoc verbum ed. pr.* i) superscriptae *r 1. 2, ed. M.* k) *om.* episcopus *r 1. 2, ed. pr., suprascr. R 1.* l) tanta . . pauperie *r 2, R 1.* m) *add.* et *edd. G. M.* n) *adnotat ed. M addi in Vatic.* mense Martio Indict. XIII.

V, 28 in titulo cipriano *R 1, R* 1, ed. pr.* a) *ita r 1. 2, R 1; corr. in* Ciceronem *R 1;* Ciceronem *edd.* b) *add.* nostri *edd.* c) *ita r 1;* ciceronem *r 2, R 1, edd.* d) mirenatis *codd., ed. pr.; ex* mireratis *corr. R 1 in* misenatis. e) postquae *r 1;* quem *Vatic. A (ed. M).* f) monachia *r 1.*

1) De quartis cf. ep. V, 12 not. 3, ep. IV, 11 not. 3. Hic de quarta pauperibus et peregrinis *reservanda agi videtur; tempore, quo haec epistula scripta est, nihil certe ecclesiae Capuanae accedebat et clericorum stipendia vel ex ecclesiae Nolanae vel ex ecclesiae Romanae reditibus persolvenda erant.* *2) De Festo cf. ep. III, 34. V, 13. 14.*

V, 28 De Cypriano diacono, rectore patrimonii Siciliae, cf. ep. III, 55 not. *1) De Benenato, episcopo Misenate, cf. ep. II, 25 not.* *2) Campaniae (antea Siciliae) rector indictione XI; cf. de hoc Petro Grisar, l. l. p. 332. 347 et ep. III, 1 not.; Wisbaum, l. l. p. 9 n. 4, non inepte conicit hunc Petrum eundem esse, qui ep. VI, 24:* dil. f. n. Petrus diaconus, tunc illic (Ravennae) defensor *appellatur; idem ergo est, quem noster ep. III, 54 enumerat:* Petrum diaconum atque ...., qui pro diversis responsis Ravennam a nostris decessoribus sunt transmissi, *ita ut cursum honorum huius Petri satis accurate cognoscamus. Eundem in historiola, quam in v. Greg. IV, 69 narrat, Iohannes diac. adhuc a. 604 diaconum vocat.* *3) De Fantino defensore Panormitano cf. ep. III, 55. IV, 43 not.*

conversatione culpae lapsus[g] abripuit[h], iugum dominii[i], quod evadere in conversatione permanens poterat[4], recognoscat.

V, 29.

Gregorius I. papa Iuliano scriboni in causa Maximi (Salonitani), ubi ad se venerit, iustitiam se secuturum esse promittit. *595, Mart. 2.*

Codd. P: cap. 4.

Edd. M: Lib. IX. ep. 41; G: Lib. XII. ep. 11. — Iaffé Reg. 1342 (1038).

GREGORIUS IULIANO SCRIBONI.

Si saecularibus officiis ordo suus et tradita a maioribus disciplina servanda est, quis ferat[a] ecclesiasticos ordines temeraria praesumptione confundi[b], audita[c] neglegere et emendanda non bene[d] remittendo postponere? Et quidem vos bene facitis caritatem diligere et ad concordiam suadere. Sed quoniam loci nostri[e] consideratione compellimur ea quae ad notionem[f] pervenerint[g] minime propter Deum inrequisita relinquere, idcirco veniente Maximo[1] suptiliter ab eo quae de ipso dicta sunt perscrutari[h] curamus[i] et confidimus[k] de creatoris nostri custodia, quia[l] cognita veritate ab statu[m] canonum et aequitatis rectitudine nec gratia cuiusquam nec culpa deflectimur[n], sed libenter quae congruunt rationi servamus. Nam si, quod absit, ecclesiasticam sollicitudinem vigoremque neglegimus, perdit desidia[o] disciplinam et animabus fidelium profecto[p] nocebitur, dum talia a suis pastoribus exempla suscipiunt[q]. Illud autem quod scribitis, quia voluntas palatii et amor ab eo populi non discordet: haec res a[r] iustitiae nos zelo non revocat nec intentionem nostram in requirenda facit veritate deficere[s]. Studendum ergo[t] est, fili magnifice, ut amorem sibi Dei quisque conciliet. Nam sine divina gratia[u] humana dilectio quid[v] dicam in posterum, dum modo quoque[w] amplius nocet?

Data die II. mensis Martii[x] indictione[y] XIII[z].

---

g) lapsu *Vatic. B. C. (ed. M)*; lapsu se *edd.* h) abrupit *ed. pr.* i) domini sui *edd. pr. G.*

V, 29 in titulo Iuliano *in secundo iudice ex* Ioliano *corr. Pb 1.* a) *ex* fecerat *corr. 2. Pa 1.* b) temeraria presumptione ordinem ecclesiasticum confundi *Pa 2.* c) aut ita *Pa 2.* d) *ex* non debere *corr.* non de bene *Pb 1.* e) *ex* vestri *corr. Pb 3.* f) moninitionem *Pb 1;* notitiam *Pb 3;* nostram *ante* not. *add. edd.* g) *ex* pervenerit *corr. 1. Pa 1.* h) praescr. *Pb 3.* i) *ita Pb 1. 2;* curamur *Pa 1;* conamur *Pa 2; ex* curamur *corr.* curavimus *Pb 3;* curavimus *edd. pr. G;* curabimus *ed. M.* k) confundimus *Pa 2.* l) *ex* qui ei *corr. 1. Pa 1.* m) quis *add. Pa 1, sed del. corr. 1.* n) *in* deflectemur *corr. 2. Pa 1.* o) desidia *add. in marg. corr. 1. Pa 1.* p) perfectum *Pa 2.* q) perceperit *Pa 2.* r) ad *Pb 3.* s) *ita Pa 1. 2. Pb 3;* peccare *Pb 1, ed. pr.;* peccare *et in marg.* deficere *Pb 2;* peccare deficere *Pb 4. 5;* peccando deficere *edd. G. M.* t) itaque *Pa 2.* u) divinae gracia *Pb 1.* v) quod *Pa 2.* w) quod *coni. Mommsen;* queque *Pb 1;* aput *add. sed del. Pa 1;* apud nos *edd.* x) X secunda men. mar. *Pa 1;* X mense mar. *Pa 2, Pratell. et alii Norm. (ed. M);* die sec. m. m. *Pb ad ep. V, 30.* y) indiccio *Pa 1.* z) II *omnes codd. praeter Vatic. D (sec. ed. M:* indict. XIV*). — Om. haec verba edd.*

4) Nov. Iust. 5 c. 2 § 2: τοῦ τριετοῦς δὲ ἅπαξ διελθόντος χρόνου ..... εἴτε οἰκέτης, εἴτε ἐλεύθερος εἴη, μένειν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀσκήσεως βουλόμεθα. Cf. synodi a. 595 (Reg. V, 57a) c. 6.

V, 29 Idem Iulianus scribo in ep. X, 15 Maximo Salonitano directa commemoratur; de scribonibus cf. ep. II, 38 p. 137 n. 3 et adde Theophan. p. 284. 297 ed. de Boor. Non est dubium, quin scribones in administranda re militari versati sint, sed non solum in tironum collectione. Tironum collectio nunc aliter fieri solita esse videtur atque antea; cf. de hac re Mommsen in Hermae t. XXIV p. 245 ss. 1) De Maximo,

V, 30.

Gregorius I. papa Mauricio imperatori, qui triginta auri libras miserit, agit gratias; eas sacerdotibus egenisque erogatas militumque murmurationem stipendio per Busam scribonem dato sedatam esse nuntiat. *595, Mart. 12.*

Codd. P: cap. 5.

Edd. M: Lib. V. ep. 30; G: Lib. VIII. ep. 2. — Iaffé Reg. 1343 (981).

GREGORIUS MAURICIO AUGUSTO.

Dominorum pietas, quae suos consuevit misericorditer famulos continere, ita benigna hic[a] subventione resplenduit[b], ut cunctorum debilium[c] inopia largitatis[d] eius sit consolatione[e] sublevata[1]. Pro qua re lacrimabili omnes prece[f] deposcimus, ut omnipotens Deus, qui clementiae[g] vestrae ad hoc corda compunxit, incolume in[h] amoris sui constantia dominorum servet imperium et victorias eorum in cunctis gentibus auxilio suae[i] maiestatis extendat. Triginta itaque libras auri[2] quas confamulus meus Busa[k] detulit scribo[3], sacerdotibus egenisque et aliis fideliter erogavit[l]. Et quia quaedam in hanc urbem sanctimoniales[m] feminae[4] ex diversis provinciis post captivitatem fugientes venerunt, ex quibus, quantum[n] locorum possibilitas recipit, aliquae[o] in monasteriis datae sunt, quae vero in eis minime capi potuerunt, singulariter degentes inopem vitam ducunt, placuit, ut hoc quod caecis, truncis aliisque debilibus superesse posset[p], eis erogari debuisset, dum modo dominorum misericordiam non solum indigentes indigenae[q], sed advenientes[r] etiam peregrini susciperent[s]. Unde actum est, ut simul omnes pro vita dominorum concorditer orarent, quatenus omnipotens Deus longa vobis[t] et quieta tempora tribuat et pietatis vestrae felicissimam subolem diu in Romana republica[u] florere concedat. Rogae[v] quoque militum[5] ita per praedictum confamulum[w] meum scribonem praesente quoque[x] glorioso Casto[6] magistro

V, 30 in titulo: Mauritio augustino *Pb 1,* Mauricio augustum *Pa 1 in ind.;* Mauricio ag̅. *Pb 3 in ind.;* gr̅arum actiones Marcio augusto *Pb 1 in ind. 2.* a) hic ben. *Pb 3.* b) respenduit *Pb 1; suprascr.* l *Pb 2. 3.* c) *ante* debilium *in Pa 1 incipit alia manus.* d) *ita edd.; sed* lugitatis *Pa 1. Pb 2. 3;* legitatis *Pb 1;* iugitatis *Mommsen sequens cod. Pa 2;* iugitati *Pb 4. 5.* e) *ex* consolaciorum *corr. 1. Pa 1.* f) prece *om. Pb 4. 5.* g) clamentiae *Pb 2.* h) in *del. et suprascr.* ut *Pb 3;* ut *Pb 4. 5.* i) *ex* suo *corr. corr. 2. Pa 1.* k) Busas *Pa 2;* cum famulus m. Bursa *ed. pr.* l) erogavi *Pa 2.* m) sanctae moniales *Pa 2. Pb.* n) tantum *Pa 2;* provinciis *add. ed. pr.* o) *ex* aliiquę *corr. corr. 1. Pa 1.* p) superesset *Pa 1, ubi* posset *a scriptore om. a corr. 1 suprascribitur;* s. possit *Pb 1. Pa 2.* q) *ex* indignę *corr. corr. 1. Pa 1; ex* indigne *(ita et P 4. 5) corr.* indigine *Pb 1; ex* dignae *corr.* indiginae *Pb 2;* indienę *Pb 3;* indigent *ed. pr.* r) *ex* venientes *corr. Pb 3.* s) *ex* susciperemus *corr. Pb 3.* t) nobis *Pb 1.* u) *ex* romane publica *corr. corr. 1. Pa 1.* v) *sec. ed. M „in vet. ed. et in Vatic. male legitur* togae"; *Pb 3:* roget; *ed. pr.:* rogo. w) confamalum *Pa 1;* famulum *Pa 2.* x) queque *Pb 1.*

praesumptore Salonitano cf. ep. V, 6 not. 1, ubi etiam de iussione imperatoris (voluntas palatii). *Adde ep. V, 39. VI, 3 etc. Maurini hanc epistulam falsum datum, quod codices exhibent, sequentes ad indictionem II. transposuerunt. Sed ind. II. causa Maximi iam pridem acta erat.*

V, 30 De Mauricio imperatore cf. ep. III, 61. *1) Continere et continentia eadem vel simili significatione in ep. I, 5. 18. 42. 43. II, 38. III, 28. V, 57. XIII, 37 etc. Hanc liberalitatem imperatoris extraordinariam fuisse opinor, sicut illa annonaria fuerat extraordinaria, quae in vita Benedicti I. commemoratur; nam alias Italiae provinciae cum insulis se ipsae nutrire debebant sine eiusmodi adiumentis. (Cf. librum meum: Untersuchungen etc., p. 100 s. 174). Dona imperatoris commemorantur etiam ep. IX, 240.* *2) 30 librae auri = 2160 solidi = c. 27000 Mark.* *3) De scribonibus cf. ep. praecedentem et II, 38.* *4) Cf. privilegium Bonae abbatissae concessum, IX, 137; ep. VII, 23, ubi noster narrat tria milia monialium Romam confugisse.* *5) Praeter illas XXX libras Mauricius, item extraordinario modo, rogam militibus per scribonem (non per erogatorem) distribuendam transmiserat.* *6) Castus, mag. mil., alius ac Castorius, filius Felicis, Nursiae provinciae nobilis* qui nunc (c. a. 593—4) nobiscum in Romana urbe commoratur

militum[a] factae sunt. ut[b] dona dominorum cuncti sub disciplina debita[c] gratias[d] agendo[e] susciperent et hoc quod prius eis dominari consueverat[f] omne murmur averterent[g] [1].

Data die XII mensis[h] Martii indictione XIII[i].

V, 31.

Gregorius I. papa conductores massarum sive fundorum per Galliam constitutos hortatur, ut Arigio patricio oboediant, donec aliquis a latere suo cum litteris commendaticiis ad excellentissimum regem advenerit. *595, Apr. 15.*

Codd. P: cap. 6.
Edd. M: Lib. V. ep. 31; G: Lib. XII. ep. 12. — Iaffé Reg. 1346 (982).

GREGORIUS CONDUCTORIBUS MASSARUM SIVE FUNDORUM PER GALLIAM CONSTITUTIS.

Quamvis inter medias sitis turbas gentium constituti, tamen ratio ipsa nos suspicari compellit multum[a] vos ab aliis bona actione distare. Sicut enim appellatio beati Petri apostolorum principis familiam ecclesiae tantae multitudini clariorem[b] demonstrat, ita debetis ceteros morum claritate praecedere atque eos quibus praeestis[1], ut bene agant, ut agnoscant cui serviunt[c], adsidue commonere, ut rapinis gentium atque pravitatibus abstineant[2] et familia[d] ecclesiae non solo nomine, sed et meritis honoretur[e]. Nos autem de vobis cognoscite studiosissime cogitare. Disposuimus enim hominem nostrum[3], qui vos possit tueri atque regere, cum litteris[f] com-

a) magni vel *Pa 1, sed in marg. z vitii signum appositum est, corr. 2 delet* vel facte, *corrigit* magni *in* magnifico *et add.* date ante sunt; magni vel *Pb 1. 2. 3. 4 (in Pb 2:* magnił, *ut facile intellectu sit ex* mag. mł. *esse corruptum);* magnivo *Pa 2;* magne *ed. pr.* b) et *Pb 1.* c) *ex* dibiti *corr. 1. Pa 1;* debiti *Pb.* d) *om.* sub *et postea suprascr.* gratias *Pa 2.* e) agendos *Pb 1.* f) solebat *ex* solebant *corr. Pa 2.* g) averteretur *Pa 2.* h) mense *Pa 2.* i) *Om. haec verba edd.*

V, 31 in titulo: massorum *Pa 1 in ind.;* Gallias *Pa. b in indic.;* conductoribus fundorum in gallias *Pa 2 in ind.;* per galliam consistentium *P* 1, ed. pr.;* hortatorium conductoribus massarum sive fundorum galliae *Vatic. A;* (frundorum *Pb 1*). a) *ex* multo *corr. 1. Pa 1.* b) *ex* clamorem *corr. 1. Pa 1.* c) serviant *Pb 3.* d) familię *Pb 3.* e) *ex* onaretur *corr. 1* onoretur *Pa 1.* f) hominibus *Vatic. A sec. ed. M.*

(Dial. I, 4), esse videtur: cf. Cohn, l. l., p. 40 s.; sed nova certe lectione constat illum eundem esse ac Castum (non Castorium), quem ex ep. V, 36 cognoscimus ab imperatore propter minus diligentem urbis Romae defensionem vehementer increpatum esse: non multo ante m. Iunium a. 593 Romam venisse videtur, iam magister mil., cum iam in ep. III, 51 gloriosus appelletur; cf. de eo not. 4 Ewaldi, p. 208. — Sed tunc milites nondum castra stativa Romae habuisse puto: nam mense Maio a. 598 noster scribit: sine adiutoriis militum tot annis inter gladios inlaesi servamur *(ep. VIII, 22). Sed m. Aug. a. 599 aliquot, quamvis pauci, milites Romae erant, secundum ep. IX, 240. Non multo post Gregorii mortem Romae militarem custodiam positam esse constat: cf. librum meum Untersuchungen etc., p. 152 s.*

1) Seditio militum in urbe Roma commemoratur in ep. I, 3.

V, 31 Cum hac epistula conferas formulam epistulae colonis et familię massarum sive fundorum in provincia ill. constitute *(Diurn. 53) et* preceptum commendaticium eunte rectore in patrimonio ad patricium *(Diurn. 55). — De patrimoniolo Gallico cf. I.-K. 943. 947. Armbrust, die territoriale Politik der Paepste, p. 46; Grisar l. l. p. 353 s. Loening, Gesch. d. D. Kirchenr., II p. 97 s.* *1) Scil. colonos sive rusticos.* *2) Cf.* capitulare *I, 39ᵃ, c. 2. 3 et Diurni f. 53.* *3) Candidus presbyter, ut ex ep. VI, 6 intellegi potest, loco Dynamii patricii (ep. III, 33 not.) constitutus est; et hic observari potest Gregorium officia, quibus*

mendaticiis ad excellentissimum regem[1] Christo auxiliante transmittere. Sed quia[a] tempus hiemis[b] impedivit, viro glorioso Arigio patricio[2] vos praevidimus commendandos: cui interim cum summa benignitate atque oboedientia, sicut beati Petri famulos decet, oboedire studete atque ea quae[c] pro ecclesiastica utilitate vobis praecipiuntur implere. Visum autem nobis est, ut consuetudinaria excepta[3] eius utilitati[d] debeatis inferre. Pensiones vero fideliter cum omni collectae diligentia apud unum quemcumque[e] vestrum, quem communi consensu elegeritis, reiaceant[4]; a quo[f], cum venerit is[g], quem a latere[h] [5] nostro transmiserimus, eas[i] possit accipere[k]. Non enim sumus dubii[l], quod per eum[m] qui vobis visus fuerit possint fideliter[n] conservari. Ita ergo in omnibus inreprehensibiles atque oboedientes existite, quatenus veniens ad vos is, qui patrimonium ipsum[o] recturus est, sciat, quemadmodum unicuique vestrum pro sua debeat strenuitate rependere[p].

Data die XV mensis Aprilis[q] indictione[r] XIII[s].

V, 32.

Gregorius I. papa Cypriano diacono mandat, ut quosdam clericos 'cantermae' noxios a Maximiano quondam episcopo (Syracusano) in custodiam missos severe puniat Libertino praetore adiuvante Archelaique medici possessiones tueatur. *595, Apr. 20.*

Codd. P: cap. 7.

Edd. M: Lib. V. ep. 32; G: Lib. XII. ep. 13. — Iaffé Reg. 1347 (1032).

a) viam *edd. G. M.* b) genus *Pb 1* (*pro* hiemis). c) atque aeque *corr. 2 in* ea atque aeque *corr. Pa 1.* d) *ita Pb 1. 2. Pa 2, ed. pr.;* utilitate *ceteri codd., edd.; cf. Wisbaum, l. l., p. 7, n. 2.* e) *ita Pa 1. Pb 1. 2. 4;* quemcumque *om. Pa 2.* f) iaceant ad quem *Pa 2.* g) *ita ed. pr., Ew.;* veneritis *edd. G. M.* h) altare *Pb 4.* i) ea *Pb 1.* k) eas acc. poss. *Pa 2.* l) *ex* dubium *corr. Pb 2.* m) ille *pro* per eum *Pa 2.* n) possit ea fideliter *Pa 2.* o) *ex* ipsud *corr. Pa 1;* ipsud *Pb 1. 2. 4;* ipsut *Pb 3.* p) reipraehendere, *suprascr.* rependere *Pb 3;* impendere *P* 1.* q) mense aprili *Pa 1.* r) indictio *Pa 1.* s) III *Pa. Pb;* VIII *Par. 2280;* IV *sec. ed. M. Colbert.; om. Victor. — Om. haec verba edd.*

antea laici fungebantur, propriis clericis tribuisse: cf. Reg. V, 57ª c. 2; ep. VI, 5. IX, 204 et Ioh. diac. v. Greg., II c. 15. — Loening, l. l., et Ewaldus in n. ad ep. III, 33 contendunt alteram partem patrimonii (Arelatensem) quondam ab episcopo Arelatensi, Vergilii praecessore, administratam esse. Quem patrimoniolum quoddam in Gallia administrasse apparet ex ep. VI, 51. 53; sed utrum partem tantum administraverit, an totum, post Placidi patricii mortem et ante Dynamium, ignoramus. Mihi quidem verisimilius esse videtur Licerium (praecessorem Vergilii), qui iam a. 588 mortuus est, utramque partem, et Arelatensem et Massiliensem ante Dynamium administrasse. Nam quis Arelatensem partem inter Licerium et Candidum administravit?

1) Childebertum. 2) De Arigio patricio cf. ep. VI, 55. IX, 211. 3) De exceptis agunt Marini, l. l. p. 370; Wisbaum, l. l. p. 7; a colonis exiguntur; accipit ea hic patricius, qui quasi pro rectore est; secundum ep. I, 42 (p. 64), ubi excepta et vilicilia *commemorantur, vilicus vel conductores; sec. ep. IX, 78 conductor vel qui pro conductore est; secundum ep. Felicis papae apud Agnellum (c. 60 = I.-K. 877) episcopus Ravennae, non clerici. In specie, non in nummis exiguntur sec. ep. IX, 78. (Cf. etiam Marini pap. nr. 137.) Equidem puto excepta ea esse, quae (excepta ex pensione) non ei debentur, cui pensio solvitur, sed ei, qui in villa est, eidem certe, cui operae debentur. 4) Hoc praecipit papa, quia is, cui hoc munus alias impositum erat, rector nempe, non aderat. 5) Eadem elocutione* a latere *usus est noster in ep. IX, 11.*

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO.

Vir sanctissimus Maximianus coepiscopus[a] noster[1] ecclesiam Dei pravis hominibus purgare desiderans[b] laudabiliter erga ecclesiasticorum vitam fuit, sicut nosti, sollicitus. Qui dum eorum actus vigilanter cura pastorali intenderet[c], maleficio, quod vulgo canterma[d] dicitur[2], quosdam didicit maculatos. Quos etiam, sicut et dilectionis tuae nuntiavit epistola, dedit in custodia[e] retinendos. Sed quia peccatis nostris facientibus morte praeventus crimen ipsum ulcisci non valuit[f], necesse est, ut dilectio tua cum omni hoc suptilitate[g] indagare festinet atque ita in[h] eos secundum immanitatem studeat facinoris vindicare, qualiter[i] superscriptum[k] episcopum zelo correctionis ac iustitiae in hac ultione[l] propter Deum novit potuisse, si viveret[m], commoveri. Omni ergo virtute[n] omnique instantia tua dilectio in hac causa zelum suum erga omnipotentem Dominum curet ostendere[o] et inimicis illius adversitatem dignam in- Ps. 138, 21.
flictis[p] ultionibus exhibere, ut impleas[q] quod scriptum est: 'Nonne qui te oderunt[r], Deus, oderam illos et super inimicos tuos tabescebam?' Si igitur hoc zelo dilectio tua accenditur, in eorum, qui Deum reliquerunt et contra eum aliquid maleficiis[s] egerunt, poena monstretur. Quod si recte illic exequi non valet[t], nobis qui tales sunt transmitti debent, si tamen hic monstrari[u] poterint[v], unde illic[w] possunt[x] absque difficultate convinci[y]. Sed quia hoc impossibile esse existimo, illic per[z] te debet districta atque[a] fortis correctio[b] provenire[c] [3]. Virum autem gloriosum domnum Libertinum[d] praetorem[4] in tali loco per complacationem[e] omnipotentis[f] Dei adiutorem te habere confido. In hac[g] tamen causa mitescere minime debuisti, etiam si tibi quilibet saecularis iudex adversarius potuisset existere.

Possessiones praeterea Archelai[h] medici[5] dilectio tua rationabiliter tueatur, ut ab aliquibus iniuste eum minime gravari[i] permittatis.

Data die[k] XX mensis Aprilis indictione XIII[l].

V, 32 *in titulo:* Cipriano *Pa 1 in ind. Pb 2. Pb 3 in ind. Pb 4. P* 1.* Cybriano *Pb 1 in ind. secundo. Pb 3.* a) *ex* episcopus *(ita Pb 3) corr. Pb 2.* b) *ex* desiderat *corr. Pb 3.* c) *ex* intendere *corr. Pa 1;* intercederet *Pb 1.* d) anterma *Pb 3;* canterina *Vatic. A; Ducange.* e) custodienda *Pb 3.* f) potuit *Vatic. A.* g) sub utilitate *Pb 3.* h) in *om. Vat. A.* i) secundum leges *add. edd. G. M.* k) s̄c̄s super. *Pb 3.* l) in hac ultione *om. Pa 2.* m) propter deum nosti si viveret *Pa 2.* n) omni ergo virtute *om. Pa 2.* o) ostenderet *Pa 1.* p) dignam adv. inflictibus (*corr. in* is) *Pa 2; ex* inflectis *corr. 2* inflictis *Pa 1.* q) impleatur *Pb 3.* r) *ante* deus *add. corr. 2* te *Pa 1.* s) maleficii *Pa 2.* t) valent *Pa 2.* u) monstrare *Pa 2.* v) *in* poterit *corr. Pa 1;* poterunt *Vat. A.* w) *ex* illinc *corr. Pb 3;* illi *scr. Mommsen.* x) possint *Pa 2.* y) *ex* conmunici *corr. 2. Pa 1.* z) per *om. Pb 1.* a) itaque *Pb 1.* b) correptio *Vatic. A.* c) pervenire *Pa 2.* d) libertimum *Pb 1.* e) conplacationem *omnes codd. praeter Pb 4. 5* (complectionem); *edd. G. M.:* contemplationem; *ed. pr.:* complationem. f) omn. *om. Pa 2.* g) in hac *ab corr. 1 suprascr. Pa 1; hic in margine Pb 3 signum* z *scribit, quod secundum epistulam Pauli Adalardo missam signum vitii est: cf. Ewald, N. A. III, p. 467. 473.* h) Archellici *Pb 3.* i) *ex* grabare *corr. 1. Pa 1;* gravare *Pb.* k) die *om. Par. 2280.* l) mense (*corr. 1:* mensis) indiccio II. *Pa 1;* men apr indict. III. *Pa 2;* men apl ind. II. *Pb ad ep. V, 38;* III. *om. Victor.*

V, 32 De Cypriano, rectore patrimonii Siciliae cf. ep. III, 55 not. 1) De Maximiano, episcopo Syracusano, cf. ep. V, 20 not. 2) Canterma quid sit ignoro: priorum editorum coniecturas haud satis probatas repetere supervacaneum est. 3) Dubium esse potest, utrum mera ecclesiastica poena rector punire an saeculari iudici tradere debuerit post custodiam, quae hic non poena (ut in concil. Matiscon. I. a. 581 c. 5. 8), sed, ut nostra lingua dicimus: Untersuchungshaft *est. 4) De Libertino praetore cf. ep. III, 37 not. 5) Idem medicus in ep. IX, 32 commemoratur. De medicis cf. C. I. I, 27, 1, 41. X, 53.*

MENSE MADIO INDICTIONE XIII.

V, 33.

Gregorius I. papa Cypriano diacono praecipit, ut Theodosio, monasterii S. Martini abbati, monachos tres in Sicilia morantes mancipiaque quaedam, ab ecclesiae Romanae hominibus inique detenta, restituat. *595, Mai.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 72 (Ind. XIII. cap. 28).
Edd. M: Lib. V. ep. 35; G: Lib. IV. ep. 28. — Iaffé Reg. 1348 (985).

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO.

Pervenit ad nos insinuante Theodosio abbate monasterii sancti Martini[1] tres se illic in Siciliam monachos, quos pro utilitate monasterii sui transmiserat[2], retinuisse[a]: et petit[b] a nobis, ut cum tuo eos solacio in suo debeat monasterio revocare. Dilectio ergo tua, quae nos huiusmodi causas[c] zelari valde ferventerque cognovit, eos sollicita faciat indagatione perquiri et inventos[d] ad suprascriptum[e] abbatem cui contumaces extiterunt sub competenti cautela atque districtione transmitti[3]. Esto itaque sollicitus, ne regularis districtio vel dilatione aliqua vel deputatorum remissione laedatur[f]. Praesentibus vero portitoribus, qui pro agendis ibidem[g] suprascripti monasterii utilitatibus a supradicto Theodosio abbate noscuntur esse transmissi, in omnibus te instanter volumus praebere solacia, quatenus te concurrente rationabiliter quae sibi iniuncta sunt valeant explicare. Mancipia autem eiusdem monasterii, quae praedictus abbas ab hominbus ecclesiae nostrae indebite perhibet detineri, necesse est te modis omnibus perscrutari. Et si ita reppereris, sine aliqua ea facito dilatione restitui[4].

V, 34.

Gregorius I. papa Severo, scholastico exarchi, significat Agilulfum, Langobardorum regem, generalem pacem facere non recusare, si exarchus iudicium fieri voluerit; mandat igitur, exarcho persuadeat, ut pacem generalem faciat; si consentire noluerit, se specialem pacem facturum esse scribit, sed diversas insulas et loca peritura esse. *595, Mai.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 73 (Ind. XIII. cap. 29).
Edd. M: Lib. V. ep. 36; G: Lib. IV. ep. 29. — Iaffé Reg. 1349 (986).

Mense *ad ep. in R et r praecedentem (V, 28) trahunt r 1. 2, R* 1, edd.* — Data mense *cet. R* 1.* — Madius *R 1;* Mai *abbrev. r 1. 2; om. haec ed. pr.*

V, 33 tituli loco: cui supra *(cf. ep. V, 28) R* 1.* a) *om. antea* se *et scr.* remansisse *edd. pr. G.* b) petiit *r 2, ed. M.* c) causa *r 1.* d) intentos *r 2.* e) superscr. *r.* f) *in ras.* lentetur *R 1;* letaetur *r 2.* g) *ita Ew.;* idem *r 1. 2; corr.* itidem *ex* isdem *R 1;* eiusdem *edd.*

V, 33 Cf. ep. praecedentem. *1) Hoc monasterium, in Campania situm, a Liberio patricio conditum esse apparet ex IX, 162. Dubium est, an Servandus primus abbas ibidem fuerit: cf. Dial. II, 35. Ante Theodosium abbates fuere Andreas et Secundinus. De Theodosio cf. ep. III, 23 not. 1.* *2) Verisimile ergo est etiam monasterium S. Martini in Sicilia possessiones habuisse.* *3) Nov. 123 c. 42: προνοεῖν δὲ τοὺς ὁσιωτάτους τῶν τόπων ἐπισκόπους, ἵνα μήτε μόναχοι μήτε μονάστριαι εἰς τὰς πόλεις περιέρχωνται, ἀλλ' εἴ τινα ἀναγκαίαν ἀπόκρισιν ἔχοιεν, διὰ τῶν ἰδίων ἀποκρισιαρίων ταύτην πραττέτωσαν ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτοὶ μένοντες μοναστηρίοις· ἐὰν μόναχος καταλείψῃ τὸ μοναστήριον — ἐκ τοῦ ἐπισκόπου τῶν τόπων καὶ τοῦ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος εἰς μοναστήριον βάλλεσθαι etc. et al. loc.* *4) Cf.* capitulare *I, 39a c. 3.*

GREGORIUS SEVERO SCOLASTICO EXARCHI.

Qui adsistunt iudicibus et sinceris erga eos dilectionibus obstringuntur[a], illa eis suadere debent atque suggerere, quae et animam salvant et opinioni non derogant. Proinde quoniam novimus, quanta fidei sinceritate excellentissimum exarchum diligatis, idcirco magnitudini vestrae, quae acta sunt, indicare curavimus, ut haec cognoscentes ad consentiendum eum rationabiliter provocetis.

Scitote autem, quia Agilulfus[b][1] Langobardorum rex generalem pacem[2] facere non recusat, si tamen domnus[c] patricius iudicium esse voluerit. Nam multa sibi in locis suis intra pacis terminum[3] queritur esse commissa. Et quoniam sibi, si ratio iudicantium[d] invenerit, satisfieri postulat, et ipse quoque se satisfacturum modis omnibus pollicetur, si quid a partibus suis constiterit in pace commissum[e]. Quia ergo rationi non ambigitur convenire quod petit, oportet esse[f] iudicium, ut, si qua ab utraque parte male[g] facta sunt, componantur, dum modo generalis pax[h] Deo valeat protegente firmari[4]. Nam qualiter nobis sit omnibus necessaria, bene nostis. Sapienter itaque, sicut consuestis[i], agite, ut excellentissimus exarchus[k] ad hoc sine mora debeat consentire, ne per eum pax rennui, quod non expedit, videatur. Si enim consentire noluerit, nobiscum quidem specialem pacem facere repromittit[5]; sed scimus, quia et diversae insulae et[l] loca sunt alia procul dubio peritura[6]. Haec autem consideret et pacem habere festinet, quatenus in hac saltem dilatione et nos quietem habere possimus ad modicum et reipublicae resistendi vires adiuvante Domino melius reparentur.

V, 35.

Gregorius I. papa Heliae, presbytero et abbati provinciae Isauriae, qui Romam non adierit, ignoscit. Evangelia solidosque septuaginta duos mittit. Epiphanium, filium eius, diaconum factum, sed Romae detentum esse nuntiat. *595, Mai.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 74 (Ind. XIII. cap. 30).
Edd. M: Lib. V. ep. 38; G: Lib. IV. ep. 30. — Iaffé Reg. 1350 (987).

V, 34 in titulo om. exarchi *R* 1, ed. pr.* a) astringuntur *R 1.* b) gisulfus *R 1.* c) *ex imo corr.* dms *R 1.* d) iudicandum *R 1, ed. M eorumque codd.;* iudicantum *r 1. 2;* iudicantium *edd. pr. G;* indicatum *Mommsen.* e) communi *R 1.* f) eum *r 1.* g) mala *R 1.* h) *add.* fiat atque *edd. pr. G.* i) consuetis *R 1.* k) *om.* exarchus *R 1.* l) ad *r 2;* et *in ras. R 1.*

V, 34 Severus fortasse idem est atque is Severus, vir magnificus, qui (ep. IX, 238) tribus fere annis post Romani exarchi obitum in Siciliam profectus est, ut quiete frueretur. De scolasticis cf. ep. I, 3 not.; scolastici aut, ut hic, magnitudinis, *aut* gloriae *appellatione honorantur; Matheus solus* vir clarissimus *appellatur in ep. IX, 136. Omnes certe sunt* viri eloquentissimi. 1) *De Agilulfo vel Agone cf. ep. IV, 2, not. 13.* 2) Pacem *i. e. indutias, ut ex verbis in fine huius epistulae positis:* dilatione, reparentur *apparet;* generalem *i. e. cum Romano exarcho et pro tota Italia.* 3) *His verbis efficitur indutias pro certis locis, intra certos terminos iam factas esse, de quibus arbitrium postulat Agilulfus. Non puto de pace cum Ariulfo cogitandum esse, quam Gregorius in ep. V, 36 sibi sumptam esse queritur — nam anterioris temporis (cf. ep. II, 45) neque cum rege facta erat — neque omnino de pace a Gregorio facta — nam postea de tali pace loquitur Gregorius — sed de indutiis alius nescio cuius partis Italiae.* 4) *De Gregorio pacis mediatore cf. ep. IV, 2 in f. VI, 63. IX, 44:* qui inter eum (Agilulfum) et excellentissimum f. n. d. exarchum (Callinicum) petitores sumus et medii. 5) *Cave ex hoc loco conicias Gregorium sine exarcho legitimam pacem facere potuisse; si ipse pacem facere volebat (sicut cum Ariulfo) ius, quod Romano pontifici non competebat, usurpabat; de subscriptione Gregorii cf. ep. IX, 44.* 6) Iam et partes istae et diversae insulae in gravi sunt periculo positae: *ep. VI, 63 (596, Apr.); adde ep. IX, 11.*

GREGORIUS HELIAE PRESBYTERO ET ABBATI PROVINCIAE ISAURIAE.

Dulcissima sanctitatis vestrae scripta suscepi, in quibus mihi satisfecistis, ut contristari non debeam, quod secundum meum desiderium ad beati Petri apostolorum principis limina non venistis. Et ego quidem omnino videre vos volui. Sed si molestia corporis aut aetatis[a] impedimento extitit[b], hoc mihi sufficit, ut ubicumque tua sanctitas fuerit pro me[c] sollicite oret, quia, etsi locis corpore dividimur, caritate semper indisiuncti sumus[1].

Evangelia autem, sicut mandastis[d], transmisimus.

Filium vero vestrum Epiphanium mandastis, ut ad sacrum ordinem provehere deberemus vobisque retransmittere. Sed in uno vos audivimus, in altero audire minime potuimus. Diaconus quidem factus est[2], sed quisquis semel in hac ecclesia sacrum ordinem acceperit, egrediendi ex ea ulterius licentiam non habet. Si ergo videre vos non potui, hac ex re consolationem habeo, quia in filio vestro requiesco.

Solidos autem vobis voluistis pro necessitatibus cellae quinquaginta transmitti; quos multum esse aestimantes[e] ex eis nobis decem donastis, ut quadraginta mitteremus. Sed ne forsitan vel hoc[f] grave esset, alios nobis ex eis adhuc estis dignati largiri. Sed quia vos valde in[g] continentia nostra[h] benignos invenimus, eidem benignitati vice simili respondemus. Quinquaginta transmisimus et, ne forsitan minus essent, alios decem superaddidimus. Ne vero et hoc adhuc minus esset, alios duodecim iungi fecimus[3]. In hoc autem cognoscimus caritatem vestram, quia de nobis ita praesumitis, sicut vos[i] praesumere debetis. Sed per omnipotentem Dominum rogo, ut adsiduas preces pro me facias, quatenus de[k] peccatis in quibus obligatus sum[l] et tribulationibus quibus premor citius absolvar et patriae caelestis gaudiis perfruar. Hoc autem quod pro me qualiter oratis in epistolis vestris indicastis, me cognoscite quia valde relevavit. Sed iam post petitionem meam amplius facite, quam me etiam non petente fecistis. Praefatum vero dilectissimum filium meum Epiphanium diaconem quia huic ecclesiae diaconatu interveniente ligavimus, sanctitatem tuam non debet contristare, quod sancto Petro apostolorum principi, quia[m] per temetipsum corpore non vales, ei per filium tuum ipse deservias et lucro caelestis remunerationis perfruaris.

Sancta autem trinitas sua te protectione custodiat et in praesentis vitae eremo a subsequentibus atque obviantibus hostibus tegat, ut et[n] si qua sunt vestra praeterita peccata relaxet et ea quae adhuc ante faciem veniunt a vobis manu[o] suae pietatis amoveat. Ipsa[p] te ducat et ipsa perducat atque in aeterno gaudio ipsa suscipiat. Det tibi ad electorum sortem pertingere et pro peccatore me[q], ut absolvi merear, orare.

V, 35 in titulo om. provinciae *ed. M; om.* prov. Isauriae *ed. pr.* a) aetati *corr. in* aetas *R 1; add.* infirmitas *edd. pr. G.* b) fuit *ed. M;* obstitit aut impedimento fuit *edd. pr. G.* c) nobis *R 1;* pro *suprascr. R 1.* d) mandasti *R 1.* e) extimantes *corr. in* exsistimantes *r 2.* f) con (*suprascribit* hoc) *R 1.* g) in *om., sed in marg. add. r 1.* h) vestrá *Vatic. D (ed. M).* i) *add. manu post.* de nobis *r 2.* k) *om.* de *r 1;* a *ed. M.* l) *ita r 1; om.* sum *R 1; add.* sum *man. post. r 2;* teneor *edd. pr. G.* m) *om.* per — ei *R 1.* n) *om.* et *r 1.* o) *corr. ex* manus *R 1.* p) *ex* ipse *R 1.* q) peccatis meis *edd. pr. G.*

V, 35 Helias alias non occurrit. — Prima pars huius epistulae excusatoria *est; cf. Diurni f. 43. 44.* *1) Similis sententia saepius occurrit et apud nostrum et apud alios auctores; Venantii Fort. carm. VI, 9, 4:* si fugias oculos, non fugis hinc animos. *2)* Is qui praesto est, filius meus Epiphanius diaconus, Isauria provincia exortus *in hom. ad Evang. XXXIX, c. 10 commemoratur, quae dicta est ante homiliam XXXX., quam a. 593 die 31. m. Mai dictam esse contendit Ewald in not. ad ep. IV, 37ᵃ; a. 592, m. Sept., Epiphanius subdiaconus appellatur (ep. III, 1. 2) Epiphanius diac. etiam in ep. XIII, 45 (— an* ab epistulis Graecis *erat —) et XIV, 3 commemoratur.* *3) 50 + 10 + 12 = 72 solidi = una libra auri. Eleemosynas Gregorii Iohannes diac. in vita eius, l. II c. 56 ss., ex epistulis enumerat.*

MENSE IUNIO INDICTIONE XIII.

V, 36.

Gregorius I. papa apud Mauricium imperatorem queritur se urbano simplicitatis vocabulo ab eo fatuum appellatum esse, velut Ariulfi astutia deceptum: quem venire ad rempublicam paratum fuisse; sed sibi, quam Nordulfo et Leoni, minorem fidem haberi. Vires Langobardorum cotidie excrescere scribit et imperatorem admonet, ne ex terrena potestate citius indignetur sacerdotibus, quippe qui dei aut angeli vocentur. Miserias suas enumerat: pacem sibi sumptam esse, quam cum Langobardis in Tuscia positis fecisset; de Romana civitate milites ablatos esse Narnias et Perusiam; ut Perusia teneretur, Romam relictam esse; postea Agilulfum advenisse atque ante oculos suos Romanos funibus ligatos ad Franciam ductos esse venales; tum quaesitum esse, cur frumenta defuerint et non solum se, sed etiam Gregorium praefectum praetorio et Castum magistrum militum gravi dominorum indignatione percussos esse. *595, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 75 (Ind. XIII. cap. 31).
Edd. M: Lib. V. ep. 40; G: Lib. IV. ep. 31. — Iaffé Reg. 1359 (990).

GREGORIUS MAURICIO AUGUSTO.

In serenissimis iussionibus suis dominorum pietas, dum me de quibusdam redarguere studuit, parcendo mihi minime pepercit. Nam in eis urbano simplicitatis vocabulo me fatuum appellat. In scriptura etenim sacra cum[a] in[b] bona intellegentia simplicitas ponitur, vigilanter[c] saepe prudentiae aut rectitudini[d] sociatur. Unde etiam
de beato Iob scriptum est: 'Erat vir simplex et rectus'; et beatus Paulus apostolus Iob 1. 1.
ammonet dicens: 'Estote simplices in malo et prudentes in bono'; et per semetipsam Rom. 16. 19.
veritas in evangelio ammonet dicens: 'Estote prudentes sicut serpentes et simplices Math. 10. 16.
sicut columbae' esse valde inutile indicans, si aut simplicitati prudentia aut prudentiae simplicitas desit. Ut ergo servos suos ad cuncta eruditos[e] efficeret, esse eos et simplices sicut columbas[f] et prudentes ut serpentes voluit, quatenus in eis et serpentis astutia columbae simplicitatem acueret et columbae simplicitas serpentis astutiam temperaret.

Ego igitur, qui in serenissimis dominorum iussionibus ab Ariulfi[1] astutia deceptus, non adiuncta prudentia simplex denuntior, constat proculdubio quia fatuus appellor; quod ita esse ego quoque ipse[g] confiteor. Nam si hoc vestra pietas taceat, causae clamant. Ego enim si fatuus non fuissem[h], ad ista toleranda, quaequae[i] inter Langobardorum gladios hoc in loco patior, minime venissem. In ea autem re quam[k] de[l] Ariulfo perhibui[m], quia toto corde venire ad rempublicam paratus fuit[2], dum mihi

Mense *cet. ad ep. praecedentem V, 35 trahunt r 1. 2, edd. (citat ed. M Colb. vet. et Vatic.). R* 1, ed. pr.:* Data mense *cet.*

V, 36 titulo add. ut *et verba quae legi iam non possunt R 1;* Mauritio *r 2.* a) ei *corr. in* cum *r 2, R 1.* b) *om.* in *R 3.* c) *corr. man. post. in* vigilanterque *R 3.* d) *corr. ex* aud rectitudinis *R 1.* e) *corr.* cautos *ex* ereditos *R 1;* perditos *R 3.* f) columbae *r 1.* g) *om.* ipse *R 1.* h) Ego enim fatuus non fuissem si *R 1.* i) *ita r 1;* quae *ex* quacque *corr. R 1;* quaeque *r 2;* quae *edd.* k) quam quia *corr. in* que quia *R 3.* l) *om.* de *R 3.* m) *corr. in* prohibui *R 3.*

V, 36 una certe transmissa cum ep. V, 37 - 39. 44—46 et cum ep. V, 35. 40—43. De Mauricio Augusto cf. ep. III, 61. V, 30. 1) *De Ariulfo, duce Spoletano, cf. ep. II, 7. II, 45 not. et infra:* mihi pax sumpta est, quam cum Langobardis in Tuscia positis feceram. 2) *I. e. foedus facere, reipublicae foederatum servire.*

non creditur, etiam mentitus esse reprehendor. Sed[a] etsi[b] sacerdos non sum, scio[c] gravem[d] esse hanc iniuriam sacerdoti, ut veritati serviens fallax credatur; et dudum novi, quoniam Norduulfo[e] [1] plus est creditum quam mihi[f], Leoni[2] amplius quam mihi, et nunc eis qui esse ad medium videntur plus quam meis assertionibus credulitas impenditur[g].

Et quidem si terrae meae[3] captivitas per cotidiana momenta non excresceret, de despectione mea atque inrisione laetus tacerem. Sed hoc me vehementer affligit, quia unde ego crimen falsitatis tolero inde Italia cotidie ducitur sub Langobardorum iugo captiva dumque meis suggestionibus in nullo creditur, vires hostium immaniter excrescunt. Hoc tamen piissimo domino suggero, ut de me mala omnia quaelibet existimet, de utilitate vero reipublicae et causa ereptionis[4] Italiae non quibuslibet facile pias aures praebeat, sed plus rebus quam verbis credat. Sacerdotibus autem non ex terrena potestate dominus noster citius indignetur; sed excellenti consideratione propter eum cuius servi sunt eis ita dominetur, ut etiam debitam reverentiam impendat[h]. Nam in divinis eloquiis sacerdotes aliquando dii, aliquando angeli vocantur.
Exod. 22, 8. Nam et per Moysen[i] de eo qui ad iuramentum deducendus est dicitur: 'Applica illum
Ibidem 28. ad deos', videlicet ad sacerdotes; et rursum scriptum est: 'Diis non detrahes', scilicet
Malach. 2, 7. sacerdotibus; et propheta ait: 'Labia sacerdotis custodient[k] scientiam et legem requirent[l] ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est'. Quid ergo mirum si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem[m] tribuens eos aut angelos aut deos ipse etiam appellat Deus? Ecclesiastica quoque testatur historia, quia cum piae memoriae Constantino principi scripto oblatae accusationes[n] contra episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit et eosdem qui accusati fuerant episcopos convocans in eorum conspectu libellos quos acceperat incendit dicens: 'Vos dii estis, a vero Deo constituti. Ite et inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est, ut nos iudicemus deos'[5]. In qua sententia, pie domine, sibi magis ex humilitate quam illis aliquid praestitit ex reverentia impensa. Ante eum quique[o] pagani in republica principes fuerunt, qui verum Deum nescientes deos ligneos et lapideos colebant et tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid[p] igitur mirum, si christianus imperator veri Dei sacerdotes dignetur honorare, dum pagani, ut praedixi[q], principes honorem impendere sacerdotibus noverunt, qui diis ligneis et lapideis serviebant?

a) *add. manu post.* ego *R 3.* b) si (*om.* et) *R 1.* c) nescius *Mommsen; add. manu post.* tamen *R 3.* d) grave *R 1.* e) *ita r 1. 2, R 3;* nordolfo *ed. pr.;* nordulfus *R 1;* Nordulpho *ed. M citans Vatic. Anglic. Norm. Corb.;* Ariulfo *ed. G;* Arnulfo *cod. Reg. (ed. M).* f) *add. manu post.* et *r 2.* g) impeditur *R 1.* h) impendant *R 1.* i) mosen *r 2.* k) custodiunt *r 1.* l) exquirent *R 1.* m) honore *corr. in* honores *R 1;* tribuens (ens *in ras.*) deus eos, *om. postea* deus *R 1.* n) scripta oblate accusationis *R 1.* o) *ita r 2, R 1, Norm. (ed. M),* (*om.* eum) *ed. pr.,* quoque *r 1 et sec. ed. M 3 Vatic.,* quippe *ed. M.* p) quia *r 1.* q) praedicti *r 1.*

1) *De Norduulfo cf. ep. II, 45 not. 7 p. 144; idem esse videtur atque* gloriosus Nordoulfus patricius, *qui* omnes suos homines ad serviendum seren. nostris dominis recollegit: *ep. Romani exarchi, Troya, C. d. n°. 46 (I, p. 132).* 2) *An Leo exconsul in Sicilia, qui in ep. I, 3. 70 commemoratur?* 3) Terrae meae *i. e. terrae, quae a me habitatur; recte Wisbaum, l. l. p. 12 n. 4, eos refutat, qui ex his verbis iura quaedam papae demonstrare conantur et contendit in Dial. III c. 1:* in terra sua *significare:* in seiner Heimat. 4) *Ex hoc verbo ereptionis intellegere possumus Romanos nondum statum, quo res erant Italiae, pace conservare voluisse, sed indutiis vires suas reparare ad recuperandas omnes Italiae provincias; cf. Diurni f. 60:* de restituta plenius Romani imperii prisca ditione. 5) *Haec historiola narratur a Rufino, h. e., X, 2; brevissime etiam a Socrate, h. e., I, 8 et a Sozomeno I, 17 (sine his verbis:* dii estis *etc.).*

Haec ergo pietati dominorum non pro me, sed pro sacerdotibus suggero. Ego enim peccator homo sum et, quia omnipotenti Deo incessanter cotidie delinquo, aliquod[a] mihi apud tremendum examen illius esse remedium suspicor, si incessantibus cotidie plagis ferior: et credo, quia eundem omnipotentem Dominum tanto vobis amplius placatis[b], quanto me ei male servientem districte[c] affligitis. Multas enim iam plagas acceperam et supervenientibus dominorum iussionibus inveni[d] consolationes quas non sperabam. Si enim possum, has celeriter[e] plagas enumero.

Primum quod mihi pax sumpta est, quam cum Langobardis in Tuscia positis sine ullo reipublicae dispendio feceram. Deinde corrupta pace de Romana civitate milites ablati[f] sunt: et quidem alii ab hostibus occisi, alii vero Narniis et Perusiae[g] positi; et ut Perusia teneretur[h], Roma relicta est[i] [1]. Post hoc plaga gravior fuit adventus Agilulfi, ita ut oculis meis cernerem Romanos more canum in collis funibus ligatos, qui ad Franciam ducebantur venales[2]. Et quia nos qui intra civitatem fuimus Deo protegente manus eius evasimus, quaesitum est, unde culpabiles esse videremur, cur[k] frumenta[3] defuerint, quae in hac urbe diu multa servari nullatenus possunt, sicut

a) *ex* aliquid *R 3.* b) placeatis *r 1.* c) districtius *R 3 et edd.* d) *corr. in* invenique *R 3. Pro* consolationes *coniec.* contristationes *aut sim. Mommsen.* e) haec celebriter *r 1.* f) adlati *r 1.* g) perusio *R 3 et sec. ed. M Norm. Corb. et al.* h) perusie (*ex* perusia) tenerentur *R 1.* i) *om.* est *r 1.* k) cum *R 1, ed. pr.*

1) Quae hic de bello Langob. narrantur cf. cum ep. II, 7. 45. 32. 33. Paul. diac. IV, 16. *2) Homil. in Ezech. l. II praef.:* iam Agilulfum, Langobardorum regem, ad obsidionem nostram summopere festinantem Padum transisse cognovimus; *hom. in Ezech. ultima (II, 10) c. 24:* undique gladiis circumfusi sumus undique imminens mortis periculum timemus; alii detruncatis ad nos manibus redeunt, alii capti, alii interempti nuntiantur. *Cf. Paul. IV, 8 et L. pont. in vita Greg.-Diurni f. 60 non multo post Gregorii mortem composita:* propinquantium quoque inimicorum ferocitatem quam nisi sola Dei virtus atque apostolorum principis per suum vicarium, hoc est Romanae urbis pontificem, ut omnibus notum est, aliquando monitis conprimit, aliquando vero et flectit ac modigerat hortatus, singularem interventum indigeant, cuius solius pontificalibus monitis ob reverentiam apostolorum principis parientiam offerunt voluntariam et quos non virtus armorum humiliat, pontificalis increpatio cum obsecratione inclinat. *Contin. Prosperi Havn., qui quinquaginta fere annis post haec scripsit (A. a. IX: Chron. min. p. 339):* (Agilulfus) cum totius robore exercitus ad obsidionem urbis Romae perrexit ibique cum beatum Gregorium, qui tunc egregie regebat ecclesiam, sibi ad gradus basilicae b. Petri ap. princ. occurrentem reperisset, eius precibus fractus et sapientia atque religionis gravitate tanti viri permotus ab urbis obsidione abscedit. *Hanc historiolam ad exemplar illius historiolae de Leone et Attila confictam esse credo. Nam noster eam, si vera esset, hic certe silentio non praeteriret. Sed talis fabula facile ex verbis Gregorii (*Petri ap. in hac urbe protectio: *ep. VIII, 22) et Diurni oriri poterat. Quaenam vera causa fuerit, cur Agilulfus recesserit, nescimus: utrum pactum cum Gregorio an seditiones domesticae an aliae causae. De tempore huius obsidionis dubitari potest et utrum primae epistulae indictionis XII. ante obsidionem an post eam scriptae sint. Plurimae temporis notae ad a. 593 vel 594 conveniunt: quod ante obsidionem, sed post ep. II, 45 (592 Iul.) Romani exarchi, tum Agilulfi expugnationes oppidorum, quae Paulus enumerat, evenerunt; quod inquisitione certe post obsidionem facta Mauricius Gregorium fatuum appellavit, antequam noster respondit; quod Castus (cf. ep. III, 51) non multo ante m. Iun. 593 Romam venit. Ultimi menses a. 593 et primi anni 594 optime omnibus notis conveniunt: nam et post homilias in evangelia, i. e. post d. 31. Mai 593, homilias in Ezech. absolvere potuerat et in nostra collectione epistulae mens. Dec. Ian. Febr. desunt.* *3) Frumentum, quod ex capitatione vel coemptione urbi Romae destinabatur, non secus ac id, quod ex patrimoniis ecclesiae proveniebat, in horreis ecclesiae conservabatur; cf. libr. meum: Untersuch. etc. p. 100 ss.; ep. IX, 115. De horreis ecclesiae cf. Greg. Tur. X, 1; v. Sabiniani c. 1; G. B. de Rossi, bullett. della Comm. archeol. di Roma, 1889, Miscell. p. 49. Ioh. diac. in v. Greg. II, c. 30, tradit extare in Lateranensis palatii scrinio* volumen, in quo communis sexus cunctarum aetatum ac professionum nomina tam Romae quam per suburbana civitatesve vicinas nec

in alia suggestione[1] plenius indicavi. Et quidem de memetipso in nullo turbatus sum, quia — teste conscientia fateor — adversa quaelibet pati paratus sum, dum modo haec omnia cum salute dumtaxat meae animae evadam. Sed de gloriosis viris Gregorio praefecto praetorio[a] [2] et Casto[b] [3] magistro militum[c] non mediocriter sum afflictus, qui et omnia quae potuerunt fieri nullo modo facere neglexerunt et labores vigiliarum et custodiae civitatis in obsessione eadem vehementissimos pertulerunt et post haec omnia gravi dominorum indignatione percussi sunt. De quibus patenter intellego, quia eos non sua acta, sed mea persona gravat, cum quo[d], quia pariter in tribulatione laboraverant, post laborem pariter tribulantur.

Quod[e] autem dominorum pietas illud mihi pavendum et terribile omnipotentis Dei iudicium intentat, rogo per eundem omnipotentem Dominum, ne hoc ulterius faciat. Nam adhuc[f] nescimus, quis ibi qualis sit; et Paulus egregius praedicator
1. Cor. 4, 5. dicit: 'Nolite iudicare ante tempus, donec veniat Dominus, qui et inluminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium'. Hoc tamen breviter dico[g], quoniam[h] peccator et indignus plus de venientis Iesu misericordia, quam de vestrae pietatis iustitia praesumo. Et sunt multa quae de iudicio illius homines ignorant, quia fortasse quae vos laudatis ille reprehendit et[i] quae vos reprehenditis ille laudabit. Inter[k] ergo omnia incerta ad solas lacrimas redeo petens, ut isdem omnipotens Deus piissimum dominum nostrum et sua hic manu regat et in illo terribili iudicio liberum ab omnibus delictis inveniat et me ita placere, si necesse est, hominibus faciat, ut aeternam eius gratiam non offendam.

V, 37.

Gregorius I. papa Mauricii imperatoris zelum pro pace ecclesiae laudat; sed eam superbi cuiusdam vocabuli inventione turbari; neque S. Petrum neque Romanos pontifices, quibus appellatio „universalis" a synodo Chalcedonensi oblata esset, hac appellatione usos esse docet. Imperiali coercitione Iohannem episcopum Constantinopolitanum adducendum esse, ne diutius superbum sibi nomen imponat. *595, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 76 (Ind. XIII. cap. 32).
Edd. M: Lib. V. ep. 20; G: Lib. IV. ep. 32. — Iaffé Reg. 1360 (972).

GREGORIUS MAURICIO AUGUSTO.

Piissimus atque a Deo constitutus dominus noster inter ceteras augustorum ponderum curas et[a] conservandae quoque sacerdotali caritati rectitudine studii spiri-

a) *certe sigla* ppo *in authentico adhibita sunt cf. ep. III, 28. quae servavit r 2:* ppo *in marg. adiciens* prefecto; papo *r 1;* papa *R 3;* preposito *R 1, ed. pr.;* praefecto *edd. G. M.* b) Castorio *ed. M.* c) *ita r 1;* mił *abbrev. r 2;* miliciae *R 1, ed. pr.* d) qua *r 2.* e) quia *R 1.* f) nam et adhoc *R 1.* g) dico *r 1; item al. manu r 2;* dicam *ed. pr.; om. R 1.* h) *add. manu post* ego *r 2.* i) *verba* quae *usque* et *om. ed. M.* k) inter omnia ergo *r 2.*

V, 37 in titulo Mauritio *r 2.* a) pro (*pro* et) *R 1.*

non longinquas maritimas urbes degentium, cum suis cognominibus, temporibus et remunerationibus expressius continentur.

1) *Haec epistula desideratur in nostris collectionibus.* 2) *Gregorius, praef. praetorio, ut ex mss. apparet, neque urbi; verisimile ergo est lacunam tituli ep. III, 28 non, ut Ewald proposuit,* Georgio, *sed* Gregorio *explendam esse, ita ut efficiatur Gregorium praefecturam post m. Martium a. 591 (cf. ep. I, 36) et ante m. Apr. a. 593 iniisse; expraefectus dicitur a. 598 Sept.-Oct., quo tempore rationes reddere debet (ep. IX, 4); cf. de eo ep. IX, 45. 50. 55—57. 61. 62. 77. 125. Idem possidebat agros in Italia.* 3) *De Casto cf. ep. V, 30 not. 6.*

talis[a] invigilat, videlicet pie veraciterque considerans neminem recte posse[b] terrena regere, nisi noverit divina tractare, pacemque reipublicae ex universalis ecclesiae pace pendere. Quae enim, serenissime domine, virtus humana quodque[c] carnei robur brachii contra vestri christianissimi culmen imperii inreligiosas praesumeret manus erigere, si studeret concors sacerdotum mens redemptorem suum lingua pro vobis atque, ut oportebat, meritis exorare? Aut quis ferocissimae gentis gladius in necem[d] fidelium tanta crudelitate grassaretur, nisi nostra vita, qui sacerdotes nominamur et non sumus, a[e] pravissimis gravaretur operibus? Sed dum nos competentia nobis derelinquimus[f] et nobis incompetentia cogitamus, peccata nostra barbaricis viribus sociamus, et culpa nostra hostium gladios exacuit, quae reipublicae vires gravat. Quid autem dicturi sumus, qui populum Dei cui indigne praesumus peccatorum nostrorum oneribus premimus, qui quod[g] per linguam praedicamus per exempla destruimus, qui iniqua docemus operibus et sola voce ea quae sunt iusta praetendimus? Ossa ieiuniis[1] atteruntur, et mente turgemus. Corpus despectis vestibus tegitur, et elatione cordis purpuram superamus. Iacemus in cinere et excelsa respicimus[h]. Doctores humilium, duces superbiae[i] ovina facie lupinos dentes abscondimus. Sed quis horum finis est, nisi quod hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus? Quamobrem providentissime piissimus dominus ad compescendos bellicos motus pacem quaerit ecclesiae atque ad huius compagem sacerdotum dignatur corda reducere. Quod quidem ego opto atque, quantum ad me attinet, serenissimis iussionibus oboedientiam[k] praebeo. Quia vero non causa mea, sed Dei est, et quia non solus ego, sed tota turbatur ecclesia, quia piae leges, quia veneranda synodus[l], quia ipsa[m] etiam domini nostri Iesu Christi mandata superbi atque pompatici cuiusdam sermonis inventione[n] turbantur, piissimus dominus locum secet vulneris[o] atque resistentem aegrum[p] augustae[q] vinculis auctoritatis astringat[r]. Dum[s] enim ista reprimitis[t], rempublicam sublevatis; et dum talia reciditis, de regni vestri prolixitate tractatis.

Cunctis ergo evangelium scientibus[u] liquet, quod voce Dominica sancto et om-

a) *hunc locum R 1 ita praebet:* pro conservanda quoque sacerdotalis caritatis rectitudine studio spiritali. b) posset *R 1.* c) quod de *r 2* (de *del.*); quod *ed. pr.* d) nece *R 1.* e) a *om. r 1.* f) *ita r 1;* delinquimus *r 2;* deliquimus *ed. pr.;* relinquimus *R 1, edd. G. M.* g) quicquid (*pro* qui quod) *R 1.* h) *ita r 1;* despicimus *r 2, R 1;* non despicimus *edd. pr. G.* i) superbi *R 1.* k) obaudientiam *codd.* l) *ita r 1 et sec. ed. M Norm. et Corb.; corr. ex* venerandae synodus *r 2;* venerandę synodus *R 1, ed. pr.* m) ipse *R 1.* n) *corr. in* mentione *R 1.* o) *corr. in* vulneri *R 1.* p) agrum *r 1.* q) *ita r 2, R 1;* angustet *r 1 et sec. ed. M: Gemet. Audoen. Pratell. Lyr. cum 3 Vatic. Regius, Becc., Corb.;* augustae *edd. pr. M (M. ad fidem Vatic. A et aliorum).* r) adstringendo *r 1 plurimique codd. ab ed. M citati;* adstringendum *r 2;* astringat dum (at dum *in ras.*) *R 1; om. hoc verbum codd. Becc. Corb. (ed. M);* constringat adstringendum *ed. pr.;* constringat adstringendo *ed. M cum codd. Vat. A et aliis.* s) Dum *ex* adstringendum *traxit Ewald: cf. not.* r; *om.* dum *(scribentes* astringendo*) plurimi codd. atque edd.* t) *ita R 1, Becc. et Corb. (ed. M); (pro* ista reprimitis:*)* stare primitus *r 1. 2,* ista re penitus *Gemet. Audoen. Pratell. Lyr. 3 Vatic., quos ed. M citat; om.* reprimitis *ed. M.* u) scribentibus *r 1.*

V, 37 Una certe cum praecedente ep. transmissa; cf. ib. not. — Haec est prima earum epistularum, quibus Gregorius contra titulum οἰκουμενικοῦ vel universalis *pugnabat, quem patriarchae Constantinopolitani sibi vindicabant. Haec contentio numquam ad finem perducta, sed aliquantum interrupta est tempore Bonifatii papae III., qui* obtinuit apud Phocam principem, ut sedes apostolica b. Petri apostoli caput esset omnium ecclesiarum, i. e. Romana ecclesia, quia ecclesia Constantinopolitana se primam omnium ecclesiarum scribebat *(L. pont. in v. Bon. III.). De hac contentione cf. Ioh. diac., v. Gr. III, 51—60; Lau, l. l. p. 149 ss.; Grisar in Zeitschr. f. kath. Theol., t. IV. p. 468—523 (a. 1880); Wisbaum, l. l. p. 15. 19. Langen, Gesch. d. röm. Kirche von Leo bis Nicolaus p. 446 ss. Epistulae, quae de hac lite scriptae sunt, sunt hae: V, 39. 41. 44. 45. VII, 24. 30 s. VIII, 29. IX, 156.* 1) *De Iohanne Ieiunatore, patriarcha Constantin., agitur.*

nium apostolorum principi Petro apostolo, totius ecclesiae cura commissa est. Ipsi
Ioh. 21, 17. Luc. 22, 31. quippe dicitur: 'Petre, amas me? pasce oves meas'. Ipsi dicitur: 'Ecce satanas expetiit cribrare vos sicut triticum; et ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides
Matth. 16, 18. tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos'. Ipsi dicitur: 'Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni caelorum: et quodcumque ligaveris super terram, ligatum erit et in caelo, et quodcumque[a] solveris super terram, soluta erunt et in caelo'.

Ecce claves regni caelestis accipit[b], potestas ei ligandi et solvendi tribuitur, cura ei totius ecclesiae et principatus committitur et tamen universalis apostolus non vocatur: et vir sanctissimus consacerdos meus Iohannes vocari universalis episcopus conatur. Exclamare compellor ac dicere: O tempora, o mores[1].

Ecce cuncta in Europae partibus barbarorum iuri sunt tradita, destructae urbes, eversa[c] castra, depopulatae provinciae; nullus terram cultor inhabitat; saeviunt et dominantur cotidie in nece fidelium cultores idolorum: et tamen sacerdotes, qui in pavimento et cinere flentes iacere debuerunt, vanitatis sibi nomina expetunt et novis ac profanis vocabulis gloriantur.

Numquid ego hac in re, piissime domine, propriam causam defendo? Numquid specialem iniuriam vindico[d]? causam omnipotentis Dei, causam universalis ecclesiae.

Quis iste est qui contra statuta evangelica, contra canonum decreta novum sibi usurpare nomen praesumit[2]? utinam vel sine[e] inminutione unus sit[f], qui vocari appetit universus.

Et certe multos in Constantinopolitanae hereseos[g] voragine[h] cecidisse novimus sacerdotes et non solum hereticos, sed etiam heresiarchas factos[i]. Inde quippe Nestorius, qui mediatorem Dei et hominum Christum Iesum duas esse personas existimans, quia Deum hominem fieri potuisse non credidit[k], usque ad Iudaicam perfidiam erupit. Inde Macedonius[l], qui consubstantialem Patri et Filio Spiritum sanctum deum esse denegavit. Si igitur illud nomen in ea[m] ecclesia sibi quisquam arripit, quod[n] apud bonorum omnium iudicium fecit[n], universa ergo ecclesia, quod absit, ab statu suo corruit, quando is[o] qui appellatur universalis cadit. Sed absit a christianis cordibus nomen istud blasphemiae, in quo omnium sacerdotum honor adimitur, dum ab uno sibi dementer arrogatur.

Certe pro beati Petri apostolorum principis honore per venerandam Chalcedonensem synodum Romano pontifici oblatum est[3]. Sed nullus eorum umquam hoc singu-

a) quaecumque *r 2.* b) accepit *R 1.* c) *in ras. R 1* cesa. d) *add. ed. G. cum Vatic. D (ed. M)* et non magis. e) siue *corr. in* sine *r 2.* f) siue *corr. in* sit *r 2.* g) multos in Constantinopolitana civitate in haer. *ed. pr.* h) voraginem *r 1.* i) factas *r 1.* k) credit *r 1.* l) machedonius *r 1. 2.* m) *om.* ea *R 1.* n) *locus fortasse corruptus, quem ita proferunt codd. nostri (erad.* apud omnium bonorum *R 1) et edd. (ed. M. ad fidem Norm. Reg. 3 Vatic. et plurimorum); om.* apud *Vatic. D; ex Anglic. citat Iamezius (p. 130)* quo caput se b. o. facit. *Citat ed. M ex Sagiensi* quod caput. — fuit *(pro* fecit*) ed. G.* o) his *r 2;* iis *R 1.*

1) O tempora! o mores! *Cic. in Verr. II, IV, 25, 56; pro Deiot. XI, 31. Sed dubitari potest, an noster haec imitatus sit.* *2) Grisar, l. l. p. 472, contendit Iohannem primum in synodo a. 588 (de qua cf. ep. V, 44) titulum* universalis *sibi ipsum vindicasse. Sed et ab aliis patriarchae Constantinopolitano hic titulus iam antea tribuitur et imp. Iustinianus complures constitutiones inscripserat:* τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδης ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ. *3) Non ita res se habet. Concilium Chalcedonense nihil concessit vel obtulit; sed quidam petitores libellis suis, qui in acta sessionis III. recepti sunt, et Paschasinus, legatus Leonis papae, sessione VI. hac appellatione papam honoraverunt. Alii etiam papae, sexto saeculo, non secus ac patriarchae Constantinop., hoc titulo in epistulis ad se datis*

laritatis nomine[a] uti consensit, ne, dum privatum aliquid daretur uni, honore debito sacerdotes privarentur universi[1]. Quid est ergo, quod nos huius vocabuli gloriam et oblatam non quaerimus et alter sibi hanc arripere etiam non oblatam praesumit?

Ille ergo magis est piissimorum dominorum praeceptione flectendus, qui praeceptis canonicis oboedientiam praebere contemnit. Ille coercendus[b] est, qui sanctae[c] universali ecclesiae iniuriam facit[d], qui corde tumet, qui gaudere de nomine singularitatis appetit, qui honori quoque vestri imperii se per privatum vocabulum superponit. Ecce omnes hac de re scandalum patimur. Ad vitam igitur rectam revertatur auctor[e] scandali, et omnia sacerdotum iurgia cessabunt. Ego enim cunctorum sacerdotum servus sum[2], in quantum ipsi sacerdotaliter vivunt. Nam qui contra omnipotentem Deum per inanis gloriae tumorem atque contra statuta patrum suam cervicem erigit, in omnipotente Domino confido, quia meam[f] sibi nec cum gladiis flectit[g].

Quid autem nuper in hac urbe ex huius vocabuli auditu gestum sit, Sabiniano[h] diacono[i] ac responsali meo suptilius indicavi[3]. Cogitet igitur dominorum pietas de me proprio suo, quem specialiter prae ceteris semper fovit atque continuit, qui et vobis oboedientiam praebere desidero et tamen de mea neglegentia repperiri reus superno tremendoque iudicio pertimesco, ac secundum petitionem praedicti Sabiniani diaconi aut piissimus dominus ipsum dignetur iudicare[k] negotium aut saepe nominatum virum, ut[l] ab hac intentione tandem cesset[m], inflectere. Si ergo iustissimo iudicio pietatis vestrae vel clementibus ammonitionibus cesserit, omnipotenti Deo gratias referimus atque de[n] concessa per vos omni ecclesiae pace gaudemus. Sin autem in eadem diutius contentione perstiterit, hac de re iam veritatis sententiam certam
tenemus, quae[o] ait: 'Omnis qui se exaltat humiliabitur' et unde rursus scriptum Luc. 14, 11 et 18, 14.
est: 'Ante ruinam exaltatur[p] cor'. Ego autem dominorum iussionibus[4] oboedientiam Prov. 16, 18.
praebens praedicto consacerdoti meo et dulciter scripsi et humiliter[5], ut ab hac inanis gloriae appetitione sese emendet, ammonui. Si[q] igitur me audire voluerit, habet devotum fratrem. Si vero in superbia persistit, iam quid sequatur aspicio, quia illum
sibi adversarium invenit, de quo scriptum est: 'Deus superbis resistit, humilibus autem Iac. 4, 6.
dat gratiam'.

---

a) nomen assumpsit nec *edd. pr. G.* b) coherendus *r 1;* cohercendus *r 2.* c) *add.* et *R 1.* d) fecit *r 1. 2 (corr. in* facit *r 2).* e) auctori *corr. in* auctor istus *r 2.* f) me non *R 1.* g) *corr. in* flectet *r 2.* h) Savinian. *hic et infra r 1. 2; r 2 add. in marg.:* apocrisiarius est legatus responsalis. i) diaconi *r 2.* k) indicare *codd. n.* l) *om.* ut *codd.;* et *(pro* ut*) r 1. 2; hoc loco ras. 1 litterae R 1.* m) non cesset *r 1 et tres Vatic. (ed. M); suprascr.* non *R 1.* n) *om.* de *R 1.* o) qui *r 1.* p) exaltabitur *r 1.* q) cum *(pro* si*) R 1.*

appellabantur: cf. Grisar, l. l. p. 507. — Eandem fabulam profert noster in ep. V, 41. 44. VIII, 29 et Leo IX: I-L. 4302 (Mansi XIX, 664). Sed illud verum est, pontifices ipsos numquam hoc titulo usos esse, quamquam ab orientalibus clericis et Hormisdas et Agapitus et Bonifatius II universales vel oecumenici appellati sunt (Mansi, conc., VIII col. 741. 896. Thiel, ep. Rom. pont. p. 814. Grisar, p. 505 ss.) nec raro haec verba: catholica *vel* universalis Romana ecclesia *occurrunt.*

1) Hoc argumento Gregorius in iis epistulis praecipue utebatur, quas ad ceteros patriarchas de hac re scribebat. *2) De titulo* servus servorum dei *cf. Ewald, N. A. III p. 544 ss.; Grisar, l. l. p. 478.* *3) De Sabiniano cf. ep. III, 51 n. 3. — Epistula, in qua papa* quid in urbe gestum sit *indicarit, in nostris collectionibus desideratur.* *4) De his iussionibus cf. ep. V, 45.* *5) Ep. V, 44.*

V, 38.

Gregorius I. papa apud Constantinam Augustam queritur Sardiniam, Corsicam, Siciliam insulas per iudices violentissimis exactionibus compilari. In Sardinia iudices ab iis, qui idolis immolent, praemia exigere; ex Corsica possessores propter nimiam exactionem ad Langobardos fugere cogi; in Sicilia Stephanum „marinarum chartularium" sine dictione causarum per possessiones ac domos titulos ponere. Imperatorem ut ad levanda mala hortetur, rogat, etiamsi dicat in Italiae expensas exactiones ex illis insulis transmitti.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 77 (Ind. XIII. cap. 33); P: cap. 8. *595, Iun. 1.*
Edd. M: Lib. V. ep. 41; G: Lib. IV. ep. 33. — Iaffé Reg. 1351 (991).

GREGORIUS CONSTANTINAE AUGUSTAE.

Cum serenissimam dominam sciam de caelesti patria atque animae suae[a] vita cogitare, culpam me committere vehementer existimo[b], si ea, quae pro timore[c] omnipotentis Domini sunt suggerenda, siluero.

Dum in Sardinia insula multos esse gentiles cognovissem[d] eosque adhuc pravae gentilitatis more idolorum sacrificiis deservire et eiusdem insulae sacerdotes ad praedicandum redemptorem nostrum torpentes existere[e], unum illic ex Italiae episcopis misi, qui multos gentilium ad fidem Domino cooperante perduxit[1]. Sed[f] rem mihi sacrilegam nuntiavit: quia hi qui in ea idolis immolant iudici[2] praemium[g] persolvunt, ut hoc eis facere liceat[h]. Quorum dum quidam baptizati essent et iam immolare idolis deseruissent[i], adhuc ab[k] eodem insulae iudice etiam post baptismum illud praemium[l] exigitur, quod dare[m] prius pro idolorum immolatione consueverant[n]. Quem cum praedictus episcopus increparet, tantum se suffragium promisisse[o] respondit[3], ut nisi de causis etiam talibus impleri non possit[p]. Corsica vero insula tanta nimietate exigentium et gravamine premitur exactionum[q] [4], ut ipsi qui in illa sunt eadem quae[r] exiguntur complere vix filios suos vendendo[s] sufficiant[5]. Unde fit, ut derelicta

V, 38 in titulo: constantiae *Pb 4. 5;* constantina *R 1;* constantinae *ceteri codd.* — augusta *R 1;* eugae *r 2;* augustum *in* auguste *corr. 1. Pa 1.* a) *ex* sua *corr. 1. Pa 1.* b) aestimo *Pa 2.* c) amore *Pa 2;* timore *(om.* pro*) r 1.* d) cognovissent *Pb 4. 5.* e) existerent *r 1.* f) quidam *add. Pa 1. Pb 1. 2. 4;* quandam *add. Pa 2;* quidem *add. Pb 3.* g) debitum *R 1.* h) liceant *Pb 1. 3. 4.* i) *ita Pa 2. R 1. r 1. 2 et sec. ed. M. tres Vatic. Reg. et Norm.;* desuissent *Pa 1. Pb;* desivissent *edd.* k) *ex* in *corr. Pb 1.* l) post bapt. praemium *om. Pa 2.* m) dari *Pb 1. 3. 4. Pa 2. R 1. r 1.* n) consueverat *R 1.* o) praemisisse *r 1.* p) posset *r 1.* q) exactionem *Pb 1; (post rasuram unius litterae:)* actionum *R 1;* et actionum *r 1; (post ras. 2 litt.:)* actionum *r 2.* r) *ex* eam qui *corr.* eamdem que *Pb 1;* eademq. *Pb 2.* s) vix fil. s. vend. compl. *Pa 2;* vendendos *Pb 3.*

V, 38. De Constantina cf. ep. IV, 30 not. *1) De Felice episcopo cum Cyriaco abbate misso cf. ep. IV, 23 n. 1 et l. ib. l. Ibidem de gentilibus in Sardinia consistentibus. Addè etiam ep. XI, 12.* *2) Et praeses et dux Sardiniae commemorantur; sed hic de civili iudice, de* iudice provinciae *(cf. Hegel, l. l. I p. 143) vel praeside agitur. Spesindeus praeses Sardiniae erat a. 600 Oct. (ep. XI, 12). Praesides Sardiniae in Caralitana civitate residebant,* magnifici *appellabantur, sub dispositione praefecti Africae erant. Cf. I-E. 2015.* *3) Suffragium est honoris adipiscendi causa data vel promissa pecunia (sic fere Gussanv.); suffragii nomine quicquam dare vel accipere a Iustiniano vetitum est cum aliis legibus tum nov. 8 et pragmatica sanctione pro pet. Vig. c. 12; sed etiamtunc pro codicillis certae pecuniae praestandae erant certis personis; neque umquam ille abusus eradicatus est. Cf. ep. Leonis III, 2. (Iaffé, bibl. IV, p. 312):* duces minime possunt suffragium nobis plenissime praesentare. — *Edicto nov. 8 adiecto, ut lex illa servetur, praecipitur episcopis:* εἴ τι παραβαίνοιτο παρὰ τῶν ἀρχόντων, εἰς ἡμᾶς (i. e. ad imperatorem) μηνύειν. *4) Possessores tributo, coemptionibus, muneribus gravabantur atque superexactionibus: Nov. Iust. 128.* *5) De legibus, quibus permittitur* sanguinolentos *(c. Th. V, 8, 1) vendere cf. Loening, l. l. I p. 326 ss. et legem*

pia republica possessores eiusdem insulae ad[a] nefandissimam Langobardorum[b] gentem cogantur[c] effugere[1]. Quid enim gravius, quid crudelius a barbaris pati possunt[d], quam ut constricti atque compressi suos vendere[e] filios compellantur? In Sicilia autem insula[f] Stephanus quidam marinarum[g] cartularius[h][2] tanta praeiudicia tantasque oppressiones operari dicitur[i] invadendo loca singulorum atque sine dictione causarum per possessiones ac domos titulos ponendo[3], ut, si velim acta eius singula, quae ad me pervenerunt, dicere, magno[k] volumine haec[l] explere non possim.

Quae omnia serenissima domina sollerter aspiciat et oppressorum gemitus compescat. Haec enim ego ad piissimas aures vestras pervenisse non suspicor. Nam si pervenire potuissent[m], nuncusque minime[n] permansissent. Quae piissimo domino apto sunt[o] tempore suggerenda, ut ab anima, ab imperio atque a filiis suis tale hoc tantumque[p] peccati pondus amoveat. Qui scio, quoniam dicturus est, quia[q] nobis in Italiae[r] expensis transmittitur, quicquid de praedictis insulis adgregatur[4]. Sed ego[s] suggero, ut, etsi minus expensae[t] in Italia[u] tribuantur[v], a suo[w] tamen[x] imperio oppressorum lacrimas compescat[y]. Nam et idcirco fortasse tantae expensae[z] in hac terra minus ad utilitatem proficiunt, quia cum peccati aliqua admixtione colliguntur. Praecipiant ergo serenissimi domni nihil cum peccato colligi. Et scio, quia, etsi parum[a] reipublicae[b] utilitatibus[c] tribuitur, ex eo ipso[d] respublica multum adiuvatur. Quam etsi[e] fortasse contingat expensis[f] minoribus[g] minus adiuvari, melius est[h] temporaliter nos non[i] vivere, quam vos ad aeternam vitam obstaculum aliquod[k] invenire. Quae enim mentes, qualia viscera parentum esse possunt, perpendite, quando filios suos

a) ac *Pb 1.* b) Longob. *Pb 4. 5.* c) coguntur *Pb.* d) possint *Pb 3.* e) venderent, *m. post.:* vel vendere *suprascr. Pb 3.* f) autem *in ras.*, insula *om. Pa 2.* g) partium *add. edd.* h) *ex* cartalarius *corr. Pb 3.* i) dic. op. *Pa 2.* k) magna *Pb 3.* l) hac *Pb 3;* hoc *R 1.* m) pervenissent *Pa 2.* n) nuncusque non *Pa 1. Pb 2. 3. 4.;* nuncusque (*om.* non) *Pb 1;* hucusque non *Pa 2.* o) in *Pa 2.* p) tantumque *ex* omnique *corr. 1. Pa 1;* tamenque *Pb 1;* tamque *Pb 2. 4;* tamen *Pb 3.* q) a *add. Pa 2.* r) Italiae *om. Pb 1;* Italiae *in* Italia *corr. Pa 1;* in *post* It. *add. Pa 1. Pb 2. 3. 4.* s) sed ego *om. P.* t) expensa *R 1.* u) in italię *Pb 1.* v) tribuatur *R 1. Pb 3.* w) *ex* sua *corr. Pb 3.* x) adsueta sed non *Pa 2.* y) lacr. comp. *om. P, sed ascribitur bis in margo signum vitii* Z *Pa 1.* z) tantae exp. fort. *Pa 2.* a) quia si parvum *P.* b) publice (*suprascr. corr. 1:* rei) *Pa 1;* rem (n *eras.*) pblce. *Pb 3.* c) utilitati *R 1.* d) res ipso puplica *Pa 1;* res ipsa p. *Pa 2;* ipse (*corr. in* ipso) resp. *Pb 1;* ipse (*corr. in* ipsa) resp. *Pb 3;* ipsa resp. *Pb 4. 5.* e) quod si *in ras. R 1;* quam si *Pb 2.* f) *ex* expensi *corr. 1. Pa 1.* g) *ex* minoris *corr. Pa 2.* h) est *suprascr. Pb 1;* enim *add. Pb 3. 4. 5.* i) non *om. Pb 4. 5.* k) *ex* aliquid *corr. 1. Pa 1. Pb 3;* aliquid *R 1.*

Valentiniani III. a. 451 Aetio inscriptam de parentibus, qui filios suos distraxerint per necessitatem, et ne ingenui barbaris venundentur neque ad transmarina ducantur. *C. Th. III, 3. C. I. IV, 43.*

1) De fuga Romanorum ad barbaros in omnibus reipublicae provinciis auctores nostri narrant; cf. ep. X, 5; Jung in Histor. Zeitschr. XLII p. 66 ss.; Hartmann in Archiv f. soc. Gesetzgebung II p. 493 ss. *2) De chartulariis cf. Krüger, zur Kritik d. iust. Codex, p. 175. De officio huius chartularii nihil scimus: fortasse tale erat, quale in Oriente chartulariorum τῶν θεμάτων officium: τοῦ στρατοῦ καταγραφή τε καὶ ἀναζήτησις (Leonis imp. tactica IV, 31). Ducange s. v. χαρτουλάριος adnotat: χαρτουλάριος τῶν πλωΐμων, chart. classis: Nicephorus Presb. in vita ms. S. Andreae Sal. — Ewald hic notavit in partibus Venetiae tribunos maritimorum fuisse, de quibus cf. Cohn, l. l. p. 12. — Idem Stephanus chartularius in Sicilia in ep. II, 29. III, 3 commemoratur, ex quibus apparet illum in rebus fisci versatum esse.* Magnitudinis *titulo appellatur.* *3) De titulis cf. ep. I, 39ᵃ, p. 54 not. 2 et synodum (V, 57ᵃ) a. 595 c. 3; adde constit. Theodos. et Valent. de tributis fiscalibus et Gothofredum ad C. Th. II, 14, 1.* *4) Cf. ep. V, 30 not. 1. V, 36, p. 319 n. 3 et de annona Romanis concessa pragm. sanct. pro pet. Vig. c. 22. Ep. I, 2. 70: frumenta ex Sicilia transmissa. Adde IX, 5. 115.*

distrahunt, ne torqueantur[a] [1]. Qualiter autem miserendum sit[b] filiis aliorum[c], hoc bene sciunt qui habent proprios. Unde mihi haec breviter suggessisse sufficiat, ne si[d] ea[e] quae in[f] his partibus aguntur pietas[g] vestra non[h] cognosceret, me apud districtum iudicem silentii mei culpa multaret.

Data die[i] kalendarum[k] Iuniarum[l] indictione XIII[m].

V, 39.

Gregorius I. papa Constantinam Augustam propter favorem S. Petro tributum laudat monetque, ut Iohannis episcopi Constantinopolitani, qui se universalem appellet, superbiae obnitatur. Se in urbe inter gladios Langobardorum imperatoris saccellarium esse scribit. Maximo, episcopo Salonitano, ordinationem se inscio acceptam ad imperatoris voluntatem ignoscit; quin reliqua vero illius delicta animadvertantur, propter Deum effici posse negat. *595, Iun. 1.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 78 (Ind. XIII. cap. 34); P: cap. 9.
Edd. M: Lib. V. ep. 21; G: Lib. IV. ep. 34. — Iaffé Reg. 1352 (973).

GREGORIUS CONSTANTINAE AUGUSTAE.

Omnipotens Deus, qui[a] pietatis vestrae cor suae[b] dextera[c] maiestatis[d] tenet, et nos ex vobis protegit et vobis pro temporalibus actibus aeternae praemia remunerationis parat. Nam Sabiniano diacone[e] responsali meo [1] scribente cognovi in causis beati Petri apostolorum principis contra quosdam[f] superbe[g] humiles [2], ficte[h] blandos, quanta se iustitia vestra serenitas impendat. Et in redemptoris nostri largitate confido[i], quia bonum hoc in serenissimo[k] domino et piissimis[l] filiis, in caelestis quoque patriae retributione recipiatis[m]; nec dubium est peccatorum vinculis solutis[n] aeterna vos bona recipere, quae in causis eius ecclesiae ipsum vobis, cui potestas[o] ligandi et solvendi data est, debitorem fecistis. Unde adhuc peto, ut nullius praevalere contra veritatem hypocrisin[p] permittatis, quia sunt quidam, qui iuxta egregii praedicatoris
Rom. 16, 18. vocem 'per dulces sermones et benedictiones[q] seducunt corda innocentium'; qui veste[r] quidem despecti sunt, sed corde tument[s] et quasi in hoc mundo cuncta[t] despiciunt, sed tamen ea quae mundi sunt cuncta[t] simul adipisci quaerunt; qui indignos se

a) *ex* torqueentur *corr. 1. Pa 1.* b) *ex* sia *corr. 1. Pa 1.* c) filius alienorum *Pa 2.* d) nisi *Pb 3. Pa 2.* e) haec *Pa 2.* f) in *om. Pa 1. 2.* g) pietatis *Pb 3.* h) non *om. Pa 2.* i) diem *Pb 1; om. verba* data *usque* XIII *codd. R. r.* k) kalendarum *Pb 1. 2;* kl. *Pa 2. Pb 3. 4. 5.* l) ianr. *Pa 1;* ianuar *Pb 3;* ian. *cet. codd.* m) *Pa 2:* II; *ceteri codd. P:* III.

V, 39 in titulo: Constantiae *Pa 1 in ind.* — ag. *Pb 2.* a) qui *post. add. Pb 1.* b) sua *Pb 2.* c) dextere *Pb 1. 3. 4; ex* dextere *corr. 1.* dextera *Pa 1.* d) magistatis *Pa 1.* e) (saviniano *r 1*) diacono *(ita r 1) ex* diaconi *corr. r 2.* f) *ex* condam *corr. 1. Pa 1.* g) superbiae *Pa 2. Pb 3.* h) facile *Pb 4. 5, sed corr. Pb 4;* facietenus et *ed. G.* i) (con)fido *in ras. Pb 1.* k) hoc ipse renissimo *Pb 1.* l) *ex* piissimos *corr. 2. Pa 1.* m) *in* recipietis *corr. R 1;* recipietis *r 1;* recipitis *r 2.* n) solutum *in* solutus *corr. Pb 3.* o) *ex* potestati *corr. R 1.* p) inprochinsin *corr. in* inprochysin *Pb 1.* q) et ben. *om. R 1.* r) vestre *Pb 1.* s) tamen sunt *Pb 1. 2. 3;* non sunt *Pa 1. 2. Pb 4. 5.* t) *ex* cunta *corr. 1. Pa 1.*

1) Tormentis in collatores utendi facultatem complures leges exactoribus denegabant: C. Th. XI, 7, 3 (cum commentario Gothofredi) = C. I. X, 19, 2.

V, 39: Cf. ep. praecedentem. *1) De Sabiniano diac. cf. ep. III, 51 n. 3.* *2) Scil. Iohannem, Constantinopolitanum patriarcham.*

omnibus hominibus[a] fatentur, sed privatis vocabulis contenti esse non possunt, quia illud appetunt, unde omnibus digniores esse videantur[b][1]. Vestra itaque pietas, quam omnipotens[c] Deus cum[c] serenissimo domino universo mundo praeesse constituit, illi[d] per favorem iustitiae suum famulatum[e] reddat, a quo ius tantae[f] potestatis accepit, ut quanto verius in executione[g] veritatis auctori[h] omnium servit, tanto securius commisso[i] sibi mundo dominetur.

Praeterea indico, quia piissimi domini scripta[2] suscepi, ut cum fratre et consacerdote meo Iohanne[k] debeam esse pacificus. Et quidem sic[l] religiosum dominum decuit[m], ut sacerdotibus ista praeciperet. Sed cum se nova praesumptione atque superbia[n] isdem frater[o] meus universalem episcopum appellet[p], ita ut sanctae memoriae decessoris[q] mei tempore ascribi se in synodo[3] tali[r] hoc superbo vocabulo faceret[s], quamvis cuncta acta[t] illius synodi sede apostolica contradicente soluta sint: triste mihi[t] aliquid serenissimus dominus innuit, quod non eum corripuit qui superbit, sed me[u] magis ab intentione mea declinare studuit, qui in hac causa evangeliorum et canonum statuta[v], humilitatis atque rectitudinis veritatem[w] defendo. Qua in[x] re a praedicto fratre et consacerdote meo contra evangelicam sententiam, contra quoque[y] beatum Petrum apostolum et contra omnes ecclesias canonumque agitur statuta[z]. Sed est[a] omnipotens Deus, in cuius manu[b] sunt omnia, de quo scriptum est: 'Non est sapientia, Prov. 21, 30.
non est prudentia, non est consilium contra Deum'[c]. Et quidem[d] saepe fatus[e] sanctissimus frater serenissimo domino multa suadere conatur; sed bene novi, quia tantae illae orationes eius et[f] lacrimae nihil ei a quoquam contra rationem aut[g] animam suam subripi permittunt.

Triste tamen valde est, ut patienter feratur, quatenus despectis omnibus praedictus frater et coepiscopus meus solus conetur appellari episcopus. Sed in hac eius superbia quid aliud nisi propinqua iam Antichristi esse[h] tempora designantur? Quia[i] illum videlicet imitatur, qui spretis in sociali gaudio angelorum legionibus ad culmen conatus est singularitatis erumpere[k] dicens: 'Super astra caeli exaltabo solium meum, Isai. 14, 13 s.
sedebo in monte testamenti, in[l] lateribus aquilonis, ascendam[m] super altitudinem nubium, similis ero altissimo'. Unde per omnipotentem Dominum[n] rogo, ne pietatis vestrae tempora permittatis[o] unius hominis elatione maculari neque tam perverso

a) homin. *om. R 1.* b) *verba* non possunt *usque* digniores esse *om. Pb 4. 5; ex* videantur *corr.* videntur *Pb 4.* c) *hoc verbum om. Pa 2.* d) ille eum *Pa 2.* e) famulum *Pa 2.* f) *ex* a cuius tante *corr. 1. Pa 1; post* ius *ras. 2 litt. Pb 3.* g) excusatione *Pa 2.* h) auctor *r 1.* i) commissos *Pa 1.* k) ut *(post add.)* fratre et consacerdote m. iohanne *r 2;* fratri et consacerdoti m. iohanni *r 1.* l) se *Pb 4. 5.* m) *ex* docuit *corr. 1. Pa 1. R 1.* n) superbe *corr. 1 ex* super *corr. Pa 1;* superbe *Pb 1. Pb 2 (in ras.) Pb 4;* superbae *Pa 2;* superbiae *Pb 3.* o) *ex* fratre *corr. 1 Pa 1.* p) se ep. appellaret *Pa 2.* q) decessori *Pa 2;* decessores *Pb 3.* r) ascribisse in s. t. *Pb 4. 5;* meo (*om.* tempore) adscripsisse in s. (*om.* tali) hoc superbum vocabulum *Pa 2.* s) facere *Pb 1. 3. 4.* t) *hoc verbum om. r 1.* u) ne *Pa 2.* v) *ita Pb. Pa 2;* statutam *add. in marg. corr. 2. Pa 1.* w) veritatis rectitudinem *Pa 2.* x) in *add. corr. 2. Pa 1, sed post* re: in *deletum est.* y) quoque *om. R 1;* contra b. quoque Petrum *r 1.* z) et contra *(suprascr.)* canonum statuta agitur *R 1;* canonumque stat. ag. *r 1;* et *(post. add.)* canonum statuta ag. *r 2.* a) et *Pb 2. 3.* b) manus *R 1;* manum *Pb 3.* c) dominum *r 1.* d) *ex* quid et *corr. Pa 1.* e) *ita Pa 1. 2. Pb 4, r 1; ex* saepe factus *corr. Pb 1;* sepe factus *in* s. facus *corr. Pb 2;* seprefatus *Pb 3;* saepe praefatus *cet. codd.* f) ac lacr. *corr. ex* alacr. *Pa 2.* g) et *Pa 2.* h) esse *om. Pa 2.* i) *ex* quam *corr. 1. Pa 1.* k) erumpe *Pb 2.* l) in *add. corr. 1. Pa 1.* m) *ex* inscendam *corr. 1. Pa 1.* n) dominum *om. P.* o) remittatis *Pa 2.*

1) Scil. nomen οἰκουμενικοῦ. 2) Cf. ep. V, 37, p. 323 n. 4. 3) De hac synodo agunt Grisar, l. l. p. 472; Ioh. diac. III, 51; noster in ep. V, 41. 44; IX, 156. De pontificis Romani in synodos auctoritate cf. Wisbaum, p. 14.

vocabulo ullum quoquo modo[a] praebeatis assensum atque hac in[b] causa nequaquam me[c] pietas vestra despiciat, quia, etsi peccata Gregorii tanta[d] sunt, ut pati talia debeat, Petri apostoli peccata nulla sunt, ut vestris temporibus pati ista mereatur[e]. Unde iterum atque iterum per omnipotentem Dominum rogo, ut, sicut parentes vestri[f] priores principes[g] sancti Petri apostoli gratiam quaesiverunt, vos quoque hanc vobis et quaerere et servare curetis et propter peccata nostra, qui ei[h] indigni[i] servimus, eius[k] apud vos honor nullatenus minuatur, qui et modo vobis adiutor esse in omnibus, et postmodum vestra[l] valeat peccata[m] dimittere.

Viginti autem[n] iam et septem[o] annos ducimus, quod[p] in hac urbe inter Langobardorum[q] gladios vivimus[r] [1]. Quibus quam[s] multa ab hac[t] ecclesia cotidianis diebus erogantur, ut inter eos vivere possimus, suggerenda non sunt[2]. Sed breviter indico, quia, sicut in Ravennae[u] partibus dominorum pietas apud primi exercitus[v] Italiae[w] [3] saccellarium[x] habet, qui[y] causis supervenientibus cotidianas expensas faciat, ita et[z] in hac urbe in[a] causis talibus eorum saccellarius ego sum[4]. Et tamen haec[b] ecclesia, quae uno eodemque[c] tempore clericis, monasteriis, pauperibus, populo atque insuper Langobardis[d] tam multa indesinenter expendit, ecce adhuc ex omnium ecclesiarum afflictione premitur, quae de hac[e] unius hominis superbia multum gemunt, etsi dicere nihil[f] praesumunt.

Salonitanae[g] vero civitatis episcopus me ac[h] responsali meo nesciente ordinatus est[5], et facta res est[i], quae sub nullis anterioribus principibus evenit. Quod ego audiens ad eundem praevaricatorem, qui inordinate ordinatus est, protinus misi[k], ut omnino missarum sollemnia celebrare nullo modo praesumeret, nisi prius a serenissimis dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi iussissent[l]; quod[m] ei sub[n] excommunicationis

a) illi quo *(in ras.)* quomodo *R 1;* ullum quoq. modo *r 1;* quoque *corr. 1. in* quoquo *Pa 1.* b) hoc in *Pb;* hoc in *corr. 1. in* hac in *Pa 1;* in hac *Pa 2, r 1;* in hac in *r 2.* c) me *add. corr. 1. Pa 1.* d) vitanda *Pa 2;* multa *R 1.* e) *ex* meatur *corr. 1. Pa 1.* f) *ex* vestris *corr. 1. Pa 1.* g) principis (*om.* priores) *Pb 1.* h) quia ei *Pa 2.* i) indigne *R, r.* k) ei *r 1.* l) vestra *om. P.* m) *ex* pecca *corr. 1. Pa 1.* n) autem *om. P.* o) octo *Pb 3.* p) quo *R 1;* quos *Pa 2.* q) *ex* Long. *corr. 1. Pa 1.* r) ducimus *Pa 2.* s) *ex* tam *corr. Pb 1.* t) hac *om. R 1.* u) ravenna *Pb 3.* v) primi in exercitu *Pa 1. Pb 3. 4.* (exercitu *ex* exercitui *corr.:*) *Pb 1;* primos in exercitu *Pa 2;* primum in exercitu *Pb 2;* primi (*corr. in* primum) exercitus *R 1;* primi exercitum *r 1. 2.* w) Italiae *suprascr. Pb 2.* x) *ex* secularium *corr. 1. Pa 1;* sacellarius *Pb 1. 2. 3;* sacellarios *Pb 4. Hic in margine Z apposuit Paulus in Pa 1.* y) quia *Pb 1. 3. Pa 2.* z) et *om. R 1;* ut *Pa 2.* a) in *om. Pb 1.* b) haec *om. R 1.* c) eodem *r 1. 2.* d) *ex* Long. *corr. 1. Pa 1;* Long. *Pb 1.* e) ex *add. Pa 2.* f) dicere multum *Pa 2;* dicere nil *R, r.* g) *ex* solanitane *corr. 1. Pa 1.* h) me ac *add. corr. 1. Pa 1;* me *om. Pb.* i) est res *Pa 1.* k) praevaricatorem protinus misi, qui iniuste est ordinatus *etc. Pa 2.* l) iuss. fieri ipsi *Pb 2;* f. iuss. ipsi *Pb 3.* m) quid *Pb 3.* n) eis ubi *Pb 1;* sub *hic add. corr. 1. Pa 1 et post* interpositione *delet.*

1) *Orig. gent. Lang. c. 5:* movit Albuin . . . de Pannonia mense Aprilis a pascha ind. I. *(a. 568).* Secunda vero ind. *(a. 568—9)* coeperunt praedare in Italia. *Similia Paul. II, c. 7—8 narrat. Secundus ep. Tridentinus (SS. r. Lang. p. 25 n. 3):* secunda ind. in ea (Italia) ingressi sunt mense Maio. *Eadem computatione utitur Gregorius in ep. XIII, 41.* 2) *Ex his verbis non necessario concluditur pontificem Langobardis tributum persolvisse. Nam etiam pro redemptione captivorum aliisque cotidianis causis pecuniam Gregorius solvebat.* 3) *Cf. L. p. v. Constant. c. 2:* mittens quippe Iustinianus imp. Theodorum patricium et primi exercitus insulae Siciliae cum classe Ravennam civ. coepit; *recte monet Duchesne ab Agnello c. 137 eundem Th. μονοστρατηγόν appellari.* 4) Sacculus ecclesiae *in ep. I, 42 (p. 65 l. 26);* oblatis in sacella consuetudinibus *(pro chartis exconsulatus) in ep. II, 36. Saccellarium non, ut Ducange interpretatur, custodem sacci aut thesauri fiscalis, sed, ut Galletti, l. l. p. 125, contendit, distributorem denariorum esse recte monuit Ewald; σακκελλάριοι saepius apud Theophanem;* Donus mag. mil. et saccellarius *(exarchi Ravennae) commemoratur in L. pont. in v. Theodori c. 2; Domnello erogatori scribit noster in ep. IX, 240 de pecuniis quae* in cotidiana militum praefecturae *sunt mutuatae. Tertium comparationis sunt expensae, quas papa — plurimas ex horreis ecclesiae: cf. ep. V, 36, p. 319 n. 3; V, 38, p. 325 n. 4 — faciebat, erogationes; mox papae etiam rogas ab imperatoribus susceptas militibus erogasse videntur: L. p. v. Severi c. 1—4.* 5) *De Maximi ordinatione cf. ep. V, 6 n. 1.*

interpositione[a] mandavi. Et contempto me[b] atque despecto in audacia quorundam[c] saecularium hominum, quibus denudata sua ecclesia[d] praemia multa[e] praebere dicitur, nuncusque missas facere praesumit atque ad me venire secundum iussionem dominorum noluit. Ego autem praeceptioni pietatis eius oboediens eidem Maximo[f], qui me nesciente ordinatus est, hoc quod in ordinatione sua me vel responsalem meum[g] praetermittere praesumpsit, ita ex corde laxavi[h], ac si me auctore fuerit ordinatus. Alia vero perversa illius, scilicet mala corporalia[1], quae cognovi, vel quia cum pecuniis est electus vel quod excommunicatus missas facere praesumpsit, propter Deum inrequisita praeterire non possum. Sed opto et Dominum[i] deprecor, quatenus nihil in eo de his quae dicta sunt valeat[k] inveniri et sine periculo animae meae causa ipsius terminetur[l]. Prius tamen quam haec cognoscantur[m], serenissimus dominus discurrente[n] iussione praecepit, ut eum venientem cum honore suscipiam; et valde grave est, ut[o] vir de quo tanta et talia nuntiantur[p], cum ante requiri et discuti debeat[q], honoretur; et si episcoporum causae mihi commissorum[2] apud piissimos dominos aliorum patrociniis[r] disponuntur, infelix ego[s] in ecclesia ista quid facio[t]? Sed[u] ut episcopi mei me despiciant et contra me refugium ad saeculares iudices habeant, omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo. Hoc tamen breviter suggero, quia aliquantulum expecto et, si ad me venire diu[v] distulerit, exercere in eo districtionem canonicam nullo modo cessabo. In omnipotente autem Domino[w] confido, quia longam piissimis dominis vitam tribuet[x] et nos[y] sub manu vestra non secundum peccata nostra, sed secundum suae gratiae dona disponet[z]. Haec ergo tranquillissimae[a] dominae suggero, quia integerrima[b] serenitatis eius conscientia[c] quanto moveatur zelo rectitudinis atque iustitiae, non ignoro[d].

Data[e] die kalendarum[f] Iuniarum[g].

V, 40.

Gregorius I. papa Sebastiano episcopo Resiniensi scribit malitiam amici eius domni Romani gladios Langobardorum vincere. Sebastianum, qui ecclesiam ab Anastasio, patriarcha Antiocheno, oblatam abnuerit, laudat eique unam ex vacuis ecclesiis Siciliae offert. *595, Iun. (1.)*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 79 (Ind. XIII. cap. 35); P: cap. 10.
Edd. M: Lib. V. ep. 42; G: Lib. IV. ep. 35. — Iaffé Reg. 1353 (992).

a) interp. exc. *P.* b) contentio me *Pb 3 corr. in* conteptione. *Pb 4:* contemptione. c) *ex* quorum *corr.* 1. *Pa 1;* mandati *(suprascr.)* audatia aquorum *Pb 3;* in audacia quorum *Pb 1. 2. 4.* d) *ex* suae ecclesiae *corr. Pa 1; ex* ecclesiae *corr.* ecclesia *Pb 2.* e) multae *Pb 1. 2. 4; ex* multe *corr.* multa *Pa 1.* f) maxime *Pb 1.* g) meum *om. r 1. 2.* h) relaxavi *R 1.* i) deum *P.* k) valeant *R 1, r 1. 2.* l) *ex* termini *corr. Pb 3.* m) *Pb 1 ex* cognoscant, *R 1 ex* cognoscatur *corr.* cognoscantur. n) discurrenti *Pb 1. 2. 4. R 1, r 1. 2;* discernenti *Pa.* o) *ex* et *corr. Pb 1.* p) nuntiatur *Pa 2.* q) debeant *Pa 1.* r) patrocinio *r 1. 2.* s) *ex* ergo *corr.* 1. *Pa 1.* t) quod facio *Pa 2;* faciam (?) *Pa 1.* u) restat *add. R 1;* sed ut *om., add.* si *Pa 2.* v) diu *om. P.* w) domino *om. P.* x) *ex* tribuit *corr.* tribuat *Pb 1,* tribuet *r 2;* tribuit *r 1.* y) nobis *P;* nos *R, r.* z) disponit *Pa 1. r 1. 2;* disponit *corr. in* disponet *R 1.* a) tranquillimae *r 1.* b) integerrimam *Pa 1 (corr. 2 m.). 2;* integerrime *r 1.* c) conscientiam *Pa 1. 2. Pb 2. 3.* d) *ex* ignorat *corr. Pa 1. R 1, r 2;* ignorat *r 1. Pb (in ras.);* ignoro *Pa 2.* e) datur *Pa 2.* f) *ita Pb 3, ex quo verbo formavit* kl. *Pb 4. 5.* g) *om. Pb; Pa 2:* iul. X, *sed* X *Ewald recte contendit in codd. P numerum epistulae sequentis esse neque ad hanc ep. pertinere; ex* iul. *emendavit:* iun., *quia haec ep. in collectione R inter epistulas mensis Iunii relata est.*

1) Scil. impedimenta canonica. *2) Cf. Wisbaum, l. l. p. 27. Episcopi pontifici Romano specialiter* commissi *enumerantur inscriptione ep. VIII, 10.*

GREGORIUS SEBASTIANO EPISCOPO RESINIENSI.

Dulcissima atque suavissima fraternitatis tuae scripta suscepi, quae mihi, quamvis numquam[a] desit[b] a corde, sanctitatem tamen vestram[c] quasi corporaliter[d] praesentem fecerunt. Sed omnipotentem Dominum[e] rogo[f], ut sua vos[g] dextera protegat vobisque et hic[h] tranquillam vitam et, quando ei placuerit, praemia aeterna concedat. Sed peto[i], si illo me amore diligitis, quo[k] praesentem semper amastis, ut pro[l] me enixius exoretis[m], quatenus omnipotens Deus[n] a peccatorum meorum nexibus me citius solvat et corruptionis[o] huius pondere exutum[p] suo conspectui[q] liberum existere[r] faciat. Quamvis enim[s] inaestimabilis sit caelestis patriae dulcedo, quae trahat, multi tamen in hac vita dolores sunt, qui ad[t] amorem caelestium cotidie impellant. Qui mihi in[u] hoc solum vehementer placent, quia placere in hoc mundo aliquid non permittunt.

Quae enim, frater sanctissime, de amici vestri domni Romani[1] persona in hac terra patimur, loqui minime valemus[v]. Breviter tamen dico, quia eius in nos[w] malitia[x] gladios Langobardorum[y] vicit[z], ita ut benigni[a] videantur hostes, qui nos interimunt, quam reipublicae iudices, qui nos malitia sua, rapinis atque fallaciis[b] in cogitatione consumunt. Et uno tempore curam episcoporum atque clericorum, monasteriorum quoque[c] et populi[2] gerere, contra hostium insidias sollicitum[d] vigilare, contra ducum fallacias atque malitias suspectum[e] semper existere, cuius laboris[f], cuius doloris[f] sint[g], vestra fraternitas tanto verius pensat[h], quanto me, qui haec[i] patior, purius[k] amat.

Praeterea[l] debitum[m] salutationis[n] alloquium solvens indico, quod ad me Bonifatio[o] defensore[3] referente[p] pervenerit, quia vir sanctissimus frater noster domnus Anastasius[q] patriarcha[4] in una[r] suarum civitatum regendam vobis[s] ecclesiam committere[t] voluit[5] et consentire noluistis[u]. Quem sensum atque sapientiam[v] vestram

V, 40 in titulo: sevastiano *r 1. 2;* sabastiani *etc. Pb 1 in ind. secundo.* — Resiniensi *scripsi ep. I, 27 sequens;* Rhiziniensi *G;* Sermensis *R 1;* Sermiensi *R* 1. r 1. 2;* Rimiensi *Pa 1 (etiam in ind.) Pb 2. 3. 4. 5. Vat. D (ed. M);* Rimensi *Pb 1. Pa 2 in ind.;* Riminensi *Pa 2;* Sirmiensi *sec. ed. M. tres Vatic., Norm. omnes, Reg., Colb., Corb. etc., etiam Iohannes diac. III, 13 et 49 „tam in mss. quam editis".* a) *ita r 1. Pa 2 et ex* quamvis umquam *corr. Pa 1. r 2;* qu. umquam *Pb;* quamvisus *(in ras.:* num*)* quam *R 1.* b) *ita Pa 2 et ex* desint *corr. R 1;* desint *Pa 1. Pb 1. 2. 3. r 1. 2;* desinit *Pb 4.* c) amor de scitate nra tamen *Pa 2;* vestram *ex alio verbo corr. Pb 3.* d) te *add. Pa 2.* e) dominum *om. P.* f) *ex* roga *corr. 1. Pa 1.* g) *ex* nos *corr. Pb 1;* nos *Pb 4.* h) *ex* hanc *corr. R 1.* i) ut *add. Pa 2.* k) *ex* quod *corr. Pb 3;* quoque *Pb 2.* l) per *Pb 2. 3.* m) *verba* quo *usque* exoretis *om. Pb 1.* n) deus *om. Pb 1.* o) correptionis *R 1.* p) *ex* exitum *corr. 1. Pa 1.* q) *ex* conspectus *corr. 1. Pa 1.* r) *in* assistere *corr. r 2.* s) enim *om. Pa 2.* t) ad *om. P;* amore *Pb 3.* u) ad *Pa 2.* v) *in* valeamus *corr. Pb 3.* w) in eius nos *Pb 1.* x) malitiae *Pb 3.* y) *ex* long. *corr. 1. Pa 1;* long. *Pb 2.* z) *ex* eunit *corr. 1. Pa 1.* a) *in* benigniores *(ita et edd.) corr. R 1.* b) rapinis fallaciis atque flagitiis *Vatic. D sec. ed. M.* c) monasteriumque *Pa 2.* d) sollicite *(*e *in ras.) R 1.* e) suspectam *Pb. Pa 1.* f) labores — dolores *corr. in* -is *R 1. r 2.* g) *in* sit *corr. R 1.* h) *ex* pensant *corr. Pa 1.* i) in *ante* haec *add. sed del. Pa 1;* hac *Pb 1.* k) *ex* prius *(ita Pa 2) corr. Pb 2.* l) propterea *P.* m) *ex* debi *corr. 1. Pa 1.* n) salutionis *Pa 2.* o) *ita R 1. Pb 2;* bonifacio *cet.* p) ferente *P.* q) amastasius *Pb 2.* r) unam *R 1.* s) nobis *Pb 1.* t) communicare *Pa 2.* u) noluisti *Pa 2.* v) sententiam *Pb 1.*

V, 40 Cf. ep. V, 36. Sebastianus idem esse videtur atque is, cui ep. I, 27 scripta est, fortasse propter incursionem barbaricam ep. I, 43 commemoratam Constantinopoli degens. De urbe Resino cf. I, 27 not. 1) *De Romano patricio et exarcho Italiae cf. II, 45. V, 19 not.* 2) *Ita fere etiam ep. V, 39.* 3) *Eundem Bonifatium esse puto, quem ex ep. I, 25. 26 Constantinopolim missum esse scimus. Cf. ep. V, 6, p. 287 n. 2.* 4) *De Anastasio, patriarcha Antiocheno, cf. ep. I, 7. 25 not. Huic de eius restitutione gratulatur noster ep. V, 42.* 5) *Formula 8. Diurni:* fratrem et coepiscopum nostrum ill. cuius ecclesia est ab hostibus occupata, cardinalem vestrę ecclesiae sicut petistis constituimus sacerdotem. *Eodem modo e. g. ep. I, 77 noster Martinum episcopum ad Aleriensem ecclesiam transfert.*

valde ego libenter amplexus sum, laudavi vehementer et vos felices[a], me infelicem esse[b] deputavi, qui tali hoc tempore regimen ecclesiae[c] suscipere consensi. Si tamen animus vester[d] fortasse fratribus condescendendo et misericordiae operibus intentus ad hoc umquam consentire decreverit[e], peto[f], ut amori meo alium minime praeponatis. Sunt enim in Sicilia insula ecclesiae vacantes[g] episcopis[1], et si vobis placet auctore Deo ecclesiam[h] regere, iuxta beati Petri apostoli limina cum eius adiutorio melius potestis. Sin vero non placet, feliciter state[i], et pro nobis infelicibus exorate[k]. Omnipotens autem Deus, in quocumque loco vos esse voluerit, sua protectione custodiat et ad caelestia vos dona perducat.

V, 41.

Gregorius I. papa Eulogio Alexandrino et Anastasio Antiocheno episcopis tam Pelagii (II.) quam suas ad Iohannem, episcopum Constantinopolitanum, litteras mittit universalisque nomen Romanis pontificibus a synodo Chalcedonensi oblatum, sed non acceptum esse contendit; hortatur, ut „scripta cum universalis nominis falsitate nec dare umquam nec suscipere praesumant“. *595, Iun. (1).*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 80 (Ind. XIII. cap. 36); P: cap. 11.
Edd. M: Lib. V. ep. 43; G: Lib. IV. ep. 36. — Iaffé Reg. 1354 (994).

GREGORIUS EULOGIO EPISCOPO ALEXANDRINO ET ANASTASIO EPISCOPO ANTIOCHENO.

Cum praedicator egregius dicat: ‘Quamdiu quidem sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo’, qui rursus aliis[a] dixit[b]: ‘Facti sumus parvuli in medio Rom. 11, 13. Thess. 1, 2, 7.

a) *in* felicem *corr. Pa 1;* felicis *Pb 2;* felicissimę *(om.* me*) Pb 1.* b) esse *om. Pa 2.* c) ecclesiis *Pb 2. 3.* d) vester *add. corr. 1. Pa 1.* e) decrevit *R 1.* f) puto *Pa. Pb 1—3; corr. Pb 4.* g) *ex* vocantes *corr. 1. Pa 1;* insula *om. Pb 4;* in sic. ins. *om. Pb 5. — Hic finit epistula in P; in Pa 1 in marg.: Z et ipsa correctoris 1. man. add.:* ista epistola finita non est; *verba:* sunt enim *usque* perducat *post ultimam epistulam P et interrogationes Augustini in fine manuscripti supplet Cod. Oxoniensis bibl. Laud. misc. 449 s. XII (N. A. III p. 490 s.).* h) eclas *R 1.* i) *ita r 1, Ioh. diac.; ex* ista *(pro* state*) corr.* insta *r 2;* insta *R 1, ed. G; pro* state *add.* ista intentio in vobis permaneat *R*1; edd. G. M:* (state) ut ista in vobis intentio permaneat. k) *ita r 1, Ioh. diac.;* exora *R 1. r 2.*

V, 41 in titulo: exemplar notissimum epistolę *etc. Pb 1 in ind. secund.* — Eugolio *Pb 1 in ind. primo* — Alexander *Pb 1, Pa 1 in ind.,* Alaxand. *Pb 1. in ind. 1, om. Pa 2* — Antiochiae *Pa 2* — *verba* et *usque* Antioch. *om. Pa 2 in ind.* a) alias *r 1; Pb 4. 5.* b) *ita P;* dicens *R. r.*

1) Vacabant tunc episcopis in Sicilia ecclesia Syracusana (V, 20. V, 54) et, ut videtur, Lilybitana (V, 23) atque Agrigentina (V, 12).

V, 41: ut ex ep. VI, 58 apparet, primum Constantinopolim et tum per Sabinianum Alexandriam (et Antiochiam) transmissa. Cf. V, 36. 37. Ad Eulogium noster multas epistulas misit, primam: I, 24, ultimam: XIII, 45. Eulogius episcopus consecratus est a. 580 (Theophan. ad a. 6072). Euagr. V, 16. VI, 24. Cf. de eo Lau, l. l. p. 77. 157 s. Photium in bibliotheca saepe scriptorum Eulogii mentionem facere notat Gussanv. — De Anastasio cf. ep. I, 7. 25. V, 42. Hic episcopatu privatus est a. 570 (Theophan. ad a. 6062), sed τῷ οἰκείῳ ἀποδοθεὶς θρόνῳ μετὰ τρεῖς καὶ εἴκοσι χρόνους: Euagr. VI, 24, anno igitur 593. Pagius ad a. 594 citat orationem Anastasii patriarchae (quem iure, ut videtur, alium putat esse atque Anastasium, monachum Sinaitam) cum post XXIII annos ad thronum patriarchalem reverteretur, habitam die XXV. Martii feria IV. sanctae hebdomadis, indictione XI., imper. piiss. Mauricio *i. e. a. 593 et contendit eum a. 599 (sex annis post: Theophan.; Niceph.; cf. ep. IX, 135, a. 599 Apr. successori missam) mortuum*

vestrum'[a]. exemplum procul dubio nobis se[b] sequentibus ostendit, ut et[c] humilitatem teneamus in mente et tamen ordinis nostri[d] dignitatem servemus in honore, quatenus in nobis nec humilitas timida nec erectio sit superba[e]. Ante hos siquidem annos octo sanctae memoriae[f] decessoris mei Pelagii tempore frater et coepiscopus noster Iohannes in Constantinopolitana[g] urbe[h] ex causa alia occasionem quaerens synodum fecit[1], in qua se universalem appellare[i] conatus est. Quod mox isdem decessor meus[k] agnovit, directis epistolis ex auctoritate sancti Petri apostoli eiusdem synodi acta cassavit. Quarum[l] videlicet epistolarum sanctitati vestrae studui exemplaria destinare. Diaconem vero, qui iuxta morem pro responsis ecclesiae[m] faciendis piissimorum dominorum vestigiis adhaerebat[2], cum praefato consacerdote[n] nostro missarum sollemnia celebrare prohibuit. Cuius ego[o] quoque[p] sententiam[q] sequens similia praedicto consacerdoti[r] nostro[s] scripta[3] transmisi, quorum exemplaria vestrae beatitudini censui transmittenda hoc praecipue intendens, ut hac de re, quae ex nova[t] superbia tota universalis ecclesiae viscera perturbat[u], prius saepe fati[v] fratris nostri animum modesta intentione pulsemus. Qui si nequaquam a suae elationis rigore voluerit inclinari, tunc quid fieri debeat, cum omnipotentis Dei solacio suptilius pertractetur[w].

Sicut enim veneranda mihi vestra sanctitas novit[x], per sanctam Chalcedonensem synodum pontifici sedis apostolicae, cui Deo disponente deservio, hoc universitatis nomen oblatum est[4]. Sed nullus umquam[y] decessorum meorum hoc tam profano vocabulo uti consensit, quia videlicet, si[z] unus patriarcha universalis dicitur, patriarcharum[5] nomen ceteris derogatur. Sed[a] absit hoc, absit a christiana[b] mente id sibi velle quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum inminuere ex quantulacumque parte videatur. Cum ergo nos hunc honorem[c] nolumus oblatum[d] suscipere, pensate, quam ignominiosum[e] sit hunc sibi quempiam violenter[f] usurpare voluisse.

Propterea sanctitas vestra in suis epistolis neminem umquam universalem nominet, ne sibi debitum detrahat, cum alteri honorem offert indebitum. Nec hac in re de serenissimis dominis animum vestrum[g] mordeat sinistra[h] suspicio, quia omnipotentem Dominum[i] metuit et contra statuta[k] evangelica[l], contra[m] sacratissimos canones agere aliquid nullo modo consentit. Ego vero quamvis a vobis per longa terrarum atque maris intervalla disiunctus sim[n], sum tamen omnino[o] vobis corde coniunctus idque de vestra beatitudine erga me modis omnibus confido, quia, cum me vicissim

a) vestri *P.* b) se *om. R. r.* c) et *om. Pb 4.* d) vestri *P.* e) superbia *Pb 1.* f) memorię *add. corr. 1. Pa 1.* g) constantinepolitana *Pb 1.* h) *ex* orbe *corr. 2. Pa 1.* i) appellari *Pa 2.* k) ut *add. r 1, edd.* l) *ex* quorum *corr. 1. Pa 1.* m) ecclesiasticis *R 1.* n) sacerdote *Pa 1. Pb 3.* o) ergo *Pb. Pa 2.* p) quoque *om. P.* q) praesentiam *Pa. Pb 2. 3.* r) sacerdoti *Pa 2.* s) nostro *om. Pb. Pa 2.* t) *ex* novo *corr. 1. Pa 1;* novo *P.* u) *ita codd. praeter r 2:* perturbant. v) fati *om. r 2;* facti *Pb 1;* se prefati *Pb 3.* w) *ex* pertractatur *corr. 1. Pa 1, Pb 3, R 1, r 2 corr.;* pertractatur *Pb 1. 2;* pertractetur *r 1. Pb 4.* x) sicut enim nov. v. m. v. sanctitas *P.* y) numquam *Pb 3.* z) etsi *Pa 2. Pb 1. 3. 4. R, r.* a) et *R, r.* b) *ita Pb. R 1 et ex* christiani *corr. r 2;* christiani *cet. codd. et edd.* c) *ex* morem *corr. Pb 1;* honerem *Pb 3.* d) oblatam *Pb 1;* oblato *Pb 3.* e) igniosum *Pb 3.* f) violenter *om. Pa 2;* volenter *R 1. r 2.* g) nostrum *Pa 1. Pb.* h) si $\overline{\text{nra}}$ *Pb 1. 2. 3. Pa 2. r 2;* si $\overline{\text{nro}}$ *Pb 4; ex* nisi $\overline{\text{vra}}$ *corr.* nisi bona *R 1.* i) deum (omnip. *om.*) *Pa 2.* k) statuta *om. P.* l) evangelia et *Pa 2.* m) con *Pb 1.* n) sum *Pb 1.* o) omnino *om. Pa 2.*

esse. — Hanc epistulam, quamquam a paribus *titulo non additur, a paribus scriptam esse ex eo apparet, quod Gregorius patriarchas numero singulari adloquitur. — Multa ex hac epistula in falsa epistula Pelagii II. a. 582: I-K. † 1051 repetuntur.*

1) De hac synodo cf. ep. V, 39 n. 5. Ex hoc loco videtur fictio epistulae Pelagii II. originem sumpsisse. *2) Honoratus tunc apocrisiarius fuisse videtur: cf. ep. I, 6, n. 6.* *3) Ep. V, 44.* *4) Cf. ep. V, 37 n. 4.* *5) Hic* patriarchae *loco* sacerdotis *(ep. V, 37) positi sunt.*

diligitis, a me non longe estis[a]. Unde magis gratias referimus illi grano sinapis, qui[b] ex modici despicabilisque seminis specie ita est ramis ex eadem radice surgentibus atque se distendentibus usquequaque diffusus[c], ut in eis volatilia caeli[d] cuncta nidificent[1]. Gratiaque[e] sit fermento[f] illi, quod tribus[g] farinae satis totius[h] humani generis massam in unitate conspersit[2], atque parvo[i] lapidi, qui abscissus[k] de monte sine manibus occupavit[l] universam faciem orbis terrae[3]. Qui ad hoc se usquequaque distendit, ut ex[m] omni humano genere[n] in unitatem redactum[o] totius[p] corpus perficeretur ecclesiae[q] atque ita ad[r] totius compagis[s] pertineret[t] commodum membrorum partitialis ista distinctio.

Unde nos quoque nobis longe non sumus, quia in illo qui ubique est unum[u] sumus. Agamus ergo ei[v] gratias, qui solutis inimicitiis in carne sua fecit[w], ut in omni orbe terrarum unus esset grex et unum ovile sub se uno pastore, semper memores,
quid nos veritatis praedicator ammoneat[x] dicens: 'Solliciti[y] servare unitatem spiritus Ephes. 4, 3.
in vinculo[z] pacis'. Et: 'Pacem sectamini cum omnibus et sanctimoniam sine qua Hebr. 12, 14.
nemo Deum videbit umquam'[a]. Qui aliis[b] quoque discipulis dicit: 'Si fieri[c] potest, Rom. 12, 18.
quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem[d] habentes'. Vidit enim pacem bonos cum malis[e] habere non posse; et idcirco, sicut nostis, praemisit: 'Si[f] fieri potest'.

Sed quia pax nisi in[g] duabus partibus firmari non valet, cum hanc mali fugiunt, boni tenere medullitus debent. Unde et mire dicitur: 'Quod ex vobis est', ut videlicet in nobis maneat, etiam cum[h] a pravorum hominum mente repellitur. Quam videlicet pacem tunc veraciter tenemus[i], cum superborum culpas caritate et iustitia simul insistente persequimur[k], cum eos diligimus et eorum vitia[l] odio habemus. Opus quippe Dei homo est, sed opus hominis vitium. Nos ergo discernamus, quid Deus, quid autem homo fecerit, et neque propter errorem odio habeamus[m] hominem neque propter hominem diligamus errorem.

Unita igitur mente insequamur[n] in homine malum superbiae, ut ab hoste suo, videlicet errore, prius ipse homo liberetur. Praestabit[o] vires omnipotens redemptor noster caritati atque iustitiae[p], praestabit[o] nobis longe a nobis[q] positis unitatem spiritus sui ipse, cuius artificio, quasi in arcae modum quattuor mundi[r] constructa lateribus atque imputribilium lignorum compage et bitumine caritatis astricta nullius[s] adversitate spiritus, nullius venientis[t] extrinsecus tumore fluctus perturbetur ecclesia.

a) longe non estis *P*. b) qui *Pb. Pa 1. R 1;* quod *Pa 2;* qua *r 1.* c) diffusum *Pa 2.* d) caeli *om. Pb 4.* e) gratiasque *Pb 1. Pa 2.* f) frumento *Pb 3.* g) quod tribuis *Pb 1;* qui tribus *Pb 4.* h) totius *om. Pa 2.* i) parvulo *Pa 2.* ~~k)~~ est *add. Pb 3.* l) *ex* occupavi *corr. 2. Pa 1.* m) ex *om. Pa.* n) humani generi *(ita Pa 1, m. 1. Pb 2). Pb 1. 3.* o) *ex* redactum *corr. 2.* redacto *Pa 1;* redacto *Pa 2;* redactam *Pb 4.* p) totum *Pa 2.* q) *ex* ecclesia *corr. Pa 1;* ecclesia *Pb 2. 3.* r) ad *om. Pa 2;* ut *cet. codd. P.* s) compagiis *Pb 3.* t) permaneret *Pb 3.* u) *ex* unus *corr. Pa 1.* v) *ex* et *corr. Pa 1;* et *Pa 2. Pb 1. 2. 4.* w) fecit nos unum *Pa 2.* x) ammonet *R 1.* y) sollicite *Pa 1. 2. Pb 3; sed corr. corr. 2. Pa 1.* z) *ex* vincula *corr. 2. Pa 1.* a) *ita Pa 1;* deum nemo v. u. *Pa 2;* d. nemo u. vid. *Pb 1;* n. deum vidit umquam *Pb 3;* umquam *om. R. r;* deum nemo videbit *R 1;* n. vid. d. *r 1. 2.* b) alias *Pb 4.* c) feri *r 1.* d) *hic inc. in Pa 1 al. m., quae 9 tantummodo lineas scribit; tunc prior prosequitur.* e) cum aliis *Pb 3;* malos cum bonis *Pa 2.* f) si *om. Pb 1.* g) in *om. Pb 3.* h) cum *om. Pb 1.* i) *ex* teneamus *corr. 1. Pa 1.* k) exsequimur *Pa 2.* l) vitam *r 1.* m) *ex* habemus *corr. 1 Pa 1;* habemus *Pb 1.* n) sequamur *Pa 2.* o) *ex* prestavit *(corr. 2.) Pa 1. R 1;* praestavit *Pb 1. 3;* prestet *(primo tantum loco) Pa 2.* p) qui *add. Pa 2.* q) vobis *Pa 2.* r) est *postea add. r 2.* s) *ex* illius *corr. 2. Pa 1;* ut nullius *R 1;* ut *superscr. r 2.* t) advenientis *Pb 3.*

1) Cf. Matth. XIII, 31. Marc. IV, 31. Luc. XIII, 19. 2) Cf. Matth. XIII, 33. Luc. XIII, 21. 3) Dan. 2, 34.

Sed quemadmodum illius gubernante[a] gratia petendum est, ut[b] nulla nos superveniens exterius unda conturbet[c], ita ex totis orandum est visceribus, frater carissime[d], ut suae providentiae dextera[e] cumulum sentinae nobis interioris[f] exhauriat. Adver-
1. Petr. 5, 8. sarius quippe diabolus, qui contra humiles 'saeviens[g] sicut leo rugiens circuit quaerens, quem devoret', non iam, ut cernimus, caulas circuit, sed ita valide in quibusdam[h] ecclesiae[i] necessariis membris dentem[k] figit, ut nulli sit dubium, quia, nisi unanimiter[l] favente Domino cunctorum provida pastorum turba concurrat[m], omne, quod absit, citius ovile dilaniet. Perpendis[n], frater carissime[o], quis e[p] vicino subsequitur, cuius et in sacerdotibus erumpunt tam perversa primordia. Quia[q] enim iuxta est ille de
Iob. 41, 25. quo scriptum est: 'Ipse est rex[r] super universos filios superbiae'; quod non sine gravi dolore dicere[s] compellor, frater et coepiscopus noster Iohannes mandata dominica[t], apostolica praecepta[u], regulas patrum despiciens eum[v] per elationem praecurrere conatur in nomine.

Vestrae autem beatitudini indicet omnipotens Deus, quam gravi considerationis huius gemitu torqueor, quod ille quondam[w] mihi notissimus[x] [1], ille omnibus dilectus, ille qui in elemosinis, orationibus atque ieiuniis videbatur occupatus, ex eo in quo[y] sedebat[z] cinere, ex ea quam[a] praetendebat[b] humilitate, iactantiam sumpsit, ita ut universa sibi temptet ascribere et omnia quae soli uni capiti cohaerent, videlicet Christo, per elationem pompatici sermonis eiusdem Christi sibi studeat membra subiugare. Nec mirum, quod ille temptator, qui initium omnis peccati scit esse superbiam, et tunc ea[c] in primo homine[d] ante omnia usus[e] est et nunc eam quibusdam[f] hominibus ponit in fine virtutum[g], ut[h], qui aliquatenus bonis vitae studiis videbantur[i] crudelissimas manus eius[k] effugere, eis in ipsas metas[l] boni operis[m] et in ipsa[n] quodammodo apponat perfectionis conclusione tendiculum.

Unde magnopere orandum est et omnipotens Deus adsiduis precibus implorandus[o], ut hunc a mente[p] illius avertat errorem, hoc[q] ab unitate[r] atque humilitate ecclesiae malum superbiae et confusionis amoveat, et favente Domino[s] omnibus viribus concurrendum atque providendum[t], ne in unius veneno sermonis viventia in Christi[u] corpore membra moriantur[v]. Si enim hoc[w] dici licenter[x] permittitur, honor patriarcharum omnium negatur, et cum fortasse is in errore periit[y], qui universalis dicitur, nullus iam episcopus remansisse in statu veritatis invenitur.[2]

a) *ex* gobernate *corr. 2.* gobernante *Pa 1.* b) petendum est ut *add. corr. 2. Pa 1;* ut *om. Pb 1. 3;* pet. est ut *om. R. r.* c) conturbat *R. r; ex* conturbit *corr. 2. Pa 1.* d) *ita Pa 1. Pb 3. r 1. 2;* fres carisime *Pb 1;* frs kmi *R 1.* e) providentia dexterae *r 1. 2.* f) interioribus *Pb 3; ex* interios *corr.* interius *Pa 2.* g) saevit *Pa 2.* h) quibus *Pb 1.* i) ecclesiis *r 1.* k) dentes *R. r.* l) unianimiter *Pb.* m) *in* concurrant *corr. r 2.* n) *in* perpenditis *corr. R 1.* o) *in* fres kmi *corr. R 1.* p) *in* quid e *corr. 2. Pa 1;* qui de *Pb 1;* quid e *Pa 2. Pb 3.* q) *ex* qui *corr. r 2.* r) rex *om. Pb.* s) dicere *om. R 1.* t) atque *m. post. add. R 1.* u) et *m. post add. R 1;* praecepta *om. Pb 3.* v) *ex* cum *corr.* eum *Pa 2;* cum *ed. Ven.* w) ille qđ, *suprascr.* quondam, *om.* quod *R 1.* x) *ita Pa. Pb; ex* modestissimus *(ita r 1. 2, edd.) corr.* honestissimus *R 1.* y) eo quo *ex* ea que *corr. Pa 1;* ea que *Pa 2;* ea que *Pb.* z) (quae) sebat *Pb 3.* a) quę *Pb 1. Pa 2; (ea suprascr.)* qua *Pb 3.* b) praedicabat *R, r.* c) ea *om. Pb 3;* eam *Pa 2 et sec. ed. M. Vatic. D.* d) primo homini suadere *Vatic. D.* e) ausus *Vatic. D.* f) *ex* quibus *corr. 2. Pa 1;* in quibusdam *Pa 2.* g) (ponit *om.*) in fine virtutum intendere *Vatic. D.* h) et quia *Pa 1;* et *(om. qui) Pa 2. Pb 3;* qui *suprascr. r 2;* et qui *Vatic. D.* i) *ex* bidebuntur *corr. R 1.* k) manus eius *P,* eius *post* studiis *add. cet.* l) in eis ipsis metas *Pa 2;* etsin ipsis metas *Pb 1;* eis in ipsis metas *Pa 1. Pb 3;* eis in ipsas metas *R, r;* in ipsius meta *scr. Mommsen.* m) bonis operibus *Pa 1.* n) ipsis *Pa 2.* o) est *add., sed erad. R 1.* p) amante *Pb 1.* q) et *Pa 2.* r) a bonitate *Pa 2.* s) deo *P.* t) est *add. Pa 2.* u) christo *Pb.* v) moriatur *Pa 2.* w) hoc *om. Pb 1.* x) *pro* dici licenter: diligenter *Pa 2. R 1.* y) *ita Pa 1. Pb;* reperiit *Pa 2;* perit *cet.*

1) Eo tempore quo noster apocrisiarius Constantinopoli fuit. *2) Idem scribit noster in ep. V, 37.*

Oportet[a] ergo[b], ut[c] constanter ac sine praeiudicio servetis, sicut accepistis, ecclesias et nihil sibi in vobis haec temptatio diabolicae usurpationis[d] ascribat. State fortes, state securi, scripta cum[e] universalis nominis falsitate nec dare[f] umquam nec suscipere praesumatis[g]. Omnes episcopos curae[f] vestrae subiectos ab huius adulationis[h] inquinatione prohibete, ut[i] universa vos ecclesia[k] patriarchas[l] non solum in bonis operibus, sed etiam in veritatis auctoritate cognoscat[m]. Si qua autem forsitan adversa[n] subsequantur, unanimiter persistentes etiam moriendo debemus ostendere, quia in damno generalitatis[o] nostrum specialiter aliquid non amamus. Dicamus[p] cum Paulo: (Philipp. 1, 21.) 'Mihi vivere Christus est et mori lucrum'. Audiamus quod primus[q] omnium pastorum[r] (1. Petr. 3, 14.) dicit: 'Si quid patimini propter iustitiam, beati eritis'[s]. Mihi enim credite, quia[t] honorem, quem pro praedicanda[u] veritate suscepimus, si necessitatis causa exigat, securius pro eadem veritate[v] relinquimus, quam tenemus. Pro hoc[w], sicut vestram carissimam beatitudinem[x] decet, orate, ut hoc[y] quod vobis[z] loqui audeo operibus ostendam[a].

V, 42.

Gregorius I. papa Anastasio, episcopo Antiocheno, de restitutione gratulatus de Langobardorum gladiis, de iniquitatibus iudicum, de molestiis corporis queritur.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 81 (Ind. XIII. cap. 37); P: cap. 12. *595, Iun. 1.*
Edd. M: Lib. V. ep. 39; G: Lib. IV. ep. 37. — Iaffé Reg. 1355 (993).

GREGORIUS ANASTASIO EPISCOPO ANTIOCHENO.

'Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis'[1], quia mag- (Luc. 2, 14.) nus ille fluvius, qui quondam arentia Antiochiae saxa reliquerat, tandem ad proprium alveum reversus subiectas et iuxta positas valles rigat, ut unum tricesimum[a], aliud sexagesimum[b], aliud vero centesimum[b] fructum ferat[2]. Iam nunc dubium[c] non est multos in eius vallibus animarum flores excrescere[d] eosque[e] usque[f] ad maturos fructus[g] per linguae vestrae fluenta pervenire. Unde omnipotenti Deo[h] debitam laudem[i] cordis

a) *ita codd. P nostri et sec. ed. M. Vatic. D., 5 Anglic., omn. Norm., Corb.;* optestor *r 2 et sec. ed. M. Reg. et quidam Vatic.:* hoc testor *R 1.* b) *ex* ego *corr. r 2;* ego *R 1.* c) et *Pa 1.* d) usurpatio nisi *Pb 3;* observationis *Pa 2.* e) scriptaque *P.* f) dare *om. Pa 2; verba* nec dare *usque* curae *om. Pb 3.* g) presumatur *R 1.* h) *ita P;* elationis *R, r.* i) et *Pb 3.* k) universę vos ecclesię *R 1.* l) *ex* patriarchę *corr. R 1.* m) *in* cognoscant *corr. R 1.* n) diversa *Pa 1.* o) gentilitalitatis *Pa 2.* p) *ex* dicat *corr. R 1.* q) prius *Pa 2.* r) *ex* apostolorum *corr. Pb 1;* pastor *Pb 3.* s) eritis *om. R. r., sed* estis *superscr. R 1.* t) *ex* qui *corr. R 1.* u) pro *om. Pa 2;* propter dicanda *Pb 3.* v) *ex* per eadem veritate *corr.* per eandem veritatem *Pa 2.* w) *ita P* (per hoc *Pb 4); pro* me autem (me *suprascr. R 1) R, r.* x) *ex* beatitudini *corr. 2. Pa 1.* y) *ex* uti ut quod *corr. 1. Pa 1.* z) verbis *Pa 2.* a) *ex* ostendas *corr. 2. Pa 1.*

V, 42 in titulo: Anastasium *corr. 1. in* Anastasio *Pa 1;* Anestasio *Pb 3.* — episcopus *Pa 1 in ind.* — Antiochiae *Pa 2* — item Anastasio ep̄o Antiocheno ep̄o *Pb 1 ind. 1;* Eulogio *(cf. ep. praeced.)* ep̄o exortatorium pulcherrimum *Pb 1 ind. 2.* a) et *add. r 1.* b) sexagissimum, centissimum *Pb 1. 2; Pa 1, sed corr. Pa 1. corr. 1.* c) diu *Pb 4.* d) exercere *r 1. 2, sed* vel excrescere *suprascr. r 2.* e) eos *Pb 1. 2. 4.* f) usque *om. R. r.* g) fluctus *Pa 2.* h) (omnip. *om.*) dn̄o *Pa 2.* i) devitas laudes *R 1;* debitam *(in* debitum *corr. r 2)* laudis *r 1. 2.*

V, 42 De Anastasio, eius depositione atque restitutione cf. epistulam praecedentem, cum qua haec transmissa est. 1) *Pagius hunc locum ex oratione Anastasii post reditum:* pacem et iterum pacem et tertium pacem in honorem videlicet sanctissimae Trinitatis *confert cum initio huius epistulae.* 2) *Cf. Matth. XIII, 23.*

atque oris vocibus ex omnibus medullis reddimus[a] et in vestra beatitudine non vobis[b] tantummodo[c], sed omnibus[d] qui vobis subiacent[e] congaudemus. Suscepi vero epistolas dulcissimae mihi atque[f] suavissimae sanctitatis vestrae ipsum, ut ita[g] dicam[h], laborem sudantes[i]. Et quidem[k] scio, quod[l] post illa quietis culmina, in quibus secreta[m] caelestia cordis tangebas manu, valde grave sit exteriora[n] tolerare[o]. Sed memento, quia[p] apostolicam sedem regis et dolorem citius[q] temperas, quoniam omnibus omnia[r] factus es. In libris Regum, sicut perfecta[s] vestra sanctitas novit, quidam[t] describitur, 'qui[u] utraque manu pro dextera utebatur'[1]. In qua re ego de[v] dulcissimo atque suavissimo[w] dudum patrono domno meo Anastasio dubius non sum, quia, dum terrena opera ad caelestem utilitatem pertrahit[x], in usu dexterae vertit[y] sinistram, ut et[z] caelestis intentio opus suum videlicet dextera peragat et cura temporalium dum[a] ad iustitiae utilitatem ducitur[b], ad fortitudinem dexterae sinistra permutetur[c].

Et quidem haec esse sine gravi dolore[d] ac taedio[e] nequaquam possunt. Sed re-
Act. 14, 22. cordemur laboris[f] praecedentium, et dura non erunt[g] quae toleramus[h]. 'Per multas
2. Cor. 1, 8 s. enim tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.' Et 'supra modum gravati sumus,
supra virtutem, ita ut et[i] taederet nos etiam vivere. Sed et[k] ipsi in[l] nobis respon-
Rom. 8, 18. sum mortis[m] habuimus, ut non simus[n] fidentes in nobis'. Et[o] tamen 'non sunt condignae passiones huius temporis ad superventuram[p] gloriam, quae revelabitur in nobis'[o]. Quomodo igitur sine labore transire possumus aestum huius saeculi, infirmae nos oves, in quo graviter sudasse novimus[q] et arietes?

Quantas vero in hac terra tribulationes de Langobardorum gladiis, de iniquitatibus[r] iudicum, de insolentia atque importunitate causarum, de cura[s] subiectorum, de molestiis[t] etiam corporis patior, explere haec nec[u] calamus[v] nec lingua sufficit[w]. De quibus et si qua breviter possum loqui, dubito[x], ne[y] vestrae[z] sanctissimae[a] caritati, dum de suis tribulationibus[b] affligitur, etiam meas augeam. Sed omnipotens Deus et suae largitate pietatis sanctissimae vestrae beatitudinis mentem omni consolatione repleat et indignum me aliquando ab his quae patior malis quiescere pro vestra intercessione concedat. 'Amen. Gratia'[c]. Quae videlicet verba de scriptis[d] vestris accepta idcirco in meis epistolis pono, ut de sancto Ignatio vestra beatitudo cognoscat, quia non solum vester est, sed etiam noster[2]. Sicut enim magistrum eius apo-

a) reddidimus *(in* reddimus *corr. r 2) r 1. 2.* b) nobis *Pb 1.* c) *ex* tammodo *corr. 2. Pa 1.* d) omnibus *om. Pa 2.* e) *ex* subiaceant *corr. Pa 1;* subiaceant *Pb.* f) atque mihi *r 1.* g) ita *add. corr. 1. Pa 1. R 1; om. Pb, r.* h) dicamus *Pa 2.* i) suadentes *Pa. Pb 3.* k) equidem *Pa 2.* l) quia *Pa 2.* m) *ex* segata *corr. Pb 3.* n) sit austeriore *Pb 1. 2. 3. Pa 1;* sit austeritate *Pb 4;* sint exteriora *Pa 2; Pa 1 add. signum* Z *in marg.* o) tolerare *om. P.* p) qui *add. r 1. 2.* q) citius, *sed* c *in* e *mut. et* ius *suprascr. Pa 1.* r) omnia *om. Pb 3.* s) perfecte *Pa 2.* t) quidem *Pb 1; ex* qui *corr. 1.* quidam *Pa 1.* u) *ex* quia *corr. R 1.* v) de *om. Pb 3. r 1.* w) *ita P;* sanctissimo *R. r.* x) protrahit *Pb 1.* y) vertis *R 1.* z) et *om. r 1. 2.* a) dum *om. Pb 1.* b) dicitur *Pb 1.* c) permutatur *P.* d) labore *r 1. 2.* e) *ex* accedio *corr. R 1* ac tedio. f) labores *R. r.* g) *ex* erant *corr. 1. Pa 1.* h) *ex* tolleremus *(ita Pb 1. 2) corr. 1. Pa 1;* toleremus *Pb 3. 4.* i) *ita Pa 1. Pb 2. 3; om.* et *cet. codd.* k) *ita R, r; om.* et *cet. codd.* l) *ex* si in *corr. 1.* ipsi in *Pa 1;* ipsum *Pb 1.* m) *ex* mortem *corr. 1. Pa 1.* n) sumus *Pa 2;* fid. *ex* vid. *corr. Pa 1.* o) *verba* et *usque* nobis *om. Pa 2. Pb 3.* p) *ita P et sec. ed. M. Vatic. D;* futuram *R, r, ed. pr. et sec. ed. M. 3 alii Vatic.* q) nolumus *Pa 2.* r) iniquitatis *Pa 2.* s) causa *Pb 3.* t) molestia *R, r.* u) *ex* hę *corr. 1* hęc *(om.* nec*) Pa 1;* haec *om. R. r.;* nec *om. Pb 2. 4.* v) *ex* calamo *corr. 1. Pa 1;* calamo *R, r.* w) sufficio *R, r.* x) dubito *ex* debito *corr. 1. Pa 1;* debito *cet. codd. P. R 1.* y) ne *add. corr. 1. Pa 1;* nec *r 1; om. Pb 1. 2. 4.* z) vestram *Pb 3.* a) *ex* sanctitati *corr. 1.* sancte *Pa 1;* sanctitati *Pb;* sanctae *Pa 2.* b) tribulationis *Pa 2.* c) grataeque *Pa 2.* d) *ex* scribitis *corr. R 1;* scripturis *Pa 2.*

1) Aod sec. Iud. 3, 15. 2) Ἀμὴν ἡ χάρις: ita in fine longioris textus epistulae S. Ignatii ad Ephesios c. 21. Cf. Corpus Ignatianum, by W. Cureton, 1849, p. 176. 37.

stolorum principem habemus communem[1], ita quoque eiusdem principis discipulum nullus nostrum habet privatum. Benedictionem autem vestram qua[a] debuimus mente suscepimus bene redolentem[b], bene sapientem. Et omnipotenti[c] Deo gratias agimus, quia et odora sunt[d] et sapora[e] quae agitis, quae dicitis, quae datis[f]. De vita[g] igitur vestra dicamus pariter, dicamus omnes: 'Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis'. Luc. 2, 14.

Data[h] die kalendarum Iuniarum[i] indictione XIII[k 2].

V, 43.

Gregorius I. papa Domitiano, episcopo metropolitano (Melitinensi), respondet se adversis rebus afflictum ex litteris eius solacium percepisse. Sabinianum diaconum „curanda vulnera sua aperturum" nuntiat. *595, Iun. 1.*

Codd. P: cap. 13.
Edd. M: Lib. V. ep. 16; G: Lib. XII. ep. 14. — Iaffé Reg. 1356 (969).

GREGORIUS DOMITIANO EPISCOPO METROPOLITANO.

Scripta dulcissimae et cordis ulnis omnibus amplectendae[a] vestrae beatitudinis tristis accepi[b], laetus relegi. Quis enim in hac terra non lugeat, quae[c] barbarorum gladiis tradita paene iam non habet qui in ea vivant[d 1] et tamen habet cotidie qui[e] moriantur? Sed in[f] quantalibet tristitia quem non vestrae epistolae in gaudium[g] exultationis exciterent? in quibus cum oris[h] efficacia, cum praepollentis sapientiae ingenio mihi medullitus loquebantur[i] non carnis lingua[k], sed caritatis. Quia vero ego de fonte vestrae securitatis hauriens ex aliquanto laetificatus sum, vos quoque rogo, nostrae tristitiae lutum[l] tangite et afflictionem nostram in vobismetipsis magistra caritate pertrahite. Neque enim[m] nostri maeroris[n] sordes[o] mundabitis, nisi ipsi quoque[p] per compassionem manum vestri[q] cordis inquinctis. Nam sordida vascula, ut inquina-

a) *ex* que *corr. 1. Pa 1.* b) *ex* rodolentem *corr. r 1; ex* recolentem *corr. 1. Pa 1.* c) omnip. *om. Pa 2.* d) *ex* sua *corr. 1. Pa 1;* odora sua *Pb;* odorosa *Pa 2.* e) *ex* sapore *corr. 1. Pa 1;* saporosa *Pa 2.* f) quae datis *om. Pb 1.* g) *ex* debita *corr. 1. Pa 1;* debita *r 1. 2.* h) datur *Pa 2.* i) in die *(om.* k. I.*) Par. 2280;* die kal. ianr. *Pb. Pa 1;* d. kl. ian. *Pa 2;* k. ianrii *P 1*.* k) *ita Par. 2280;* VII. *P* 1;* III *cet. codd. P. —* Dat. *etc. om. R, r.*

V, 43 in titulo: domitiano *et* domiciano *Pb 1. Pa 1 in ind. Pb 1 et Pb 3 in ind.;* datiano *Pa 1. Pb 2. 4. 5. P* 1, edd.; Pb 1 in indice secundo:* daciani epi textum epistule laudat; *Pa 2 in ind.:* domiciano, *sed man. rec. superscr.:* datiano. — metropol. *corr. 1 add.:* itano *Pa 1 et in ind.:* metropolitae *(ita et Pb 1. 3 in ind.);* metropolim *Pb 1.* a) amplectente *Pb 1;* amplectenda *Pa 2.* b) et *add. Pb 4.* c) qui *Pa 2.* d) vivatur *Pb 3.* e) in ea *add. Pa 2.* f) in *om. Pb 1.* g) *ex* gaudio *corr. 1. Pa 1.* h) cum moris *Pb 2.* i) *ita codd. fort. pro* loquebatur. k) *ex* lingue *corr. 1. Pa 1.* l) lutum *codd., ed. pr.; cf. infra:* lutum, sordes; *edd. G. M.:* luctum. m) enim *add. corr. 1. Pa 1.* n) *ita Pb 1. 2; ex* memores *corr. 2. Pa 1;* memores *Pa 2;* memoris *Pb 3.* o) nostra *Pa 2.* p) quo *Pa 2.* q) *ex* nostri *corr. Pa 1;* nostri *Pb 2. 3.*

1) De tribus sedibus apostolicis cf. ep. VI, 58. VII, 37. *2) Pagius contendit hanc epistulam in priorem librum inserendam esse, quia Anastasius iam 27 mensibus ante restitutus sit. Equidem non credo ordinem immutandum esse; nam nuntii certe non saepe Roma Antiochiam proficiscebantur neque scimus, quando Anastasius synodicam suam* (epistolas) *transmiserit, cui hac epistola noster respondet.*

V, 43 Una cum praecedentibus transmissa. — De Domitiano, episcopo metropolitano Melitinensi (Armeniae secundae), cf. ep. III, 62 n. Degebat Constantinopoli. *1) Cf. ep. V, 37:* depopulatae provinciae; nullus terram cultor inhabitat.

tione terrae careant, cum terra mundari solent: et vos si parumper ad curam[a] nostram[b] animum[c] ducitis[d], ut nobis opitulari valeatis, quasi cum luto[e] mundatis lutum. Sed quia hoc[f] operando simul et orando agitis, si quid pro nobis in vobis terrena[g] actio inquinat, statim aqua orationis lavat. Quia enim si quid patitur[h] unum membrum, compatiuntur omnia membra, compatiendo laboribus nostris ostendite, quia unum sumus. Narrare etenim mala quae extrinsecus et intrinsecus patior[1], epistolari brevitate[i] prohibeor. Sed communis filius Sabinianus diaconus[2] vestrae dulcissimae sanctitati curanda nostra vulnera aperiet[k]; sed ex ope supernae gratiae[l] subsequente salute cognoscat[m], quia medicus est, qui vulnus videt. Pueros vero episcopo similes[n] [3] non transmitto[o], nisi prius cum[p] omnipotentis Dei et beatitudinis vestrae solacio a terrenis[q] implicationibus exutus ipse episcopus fuero. Quando enim me apud me ipsum invenero[r], tunc foris mei similes videlicet deformes quaero.

Data[s] die[t] kalendarum Iuniarum[u] indictione XIII[v].

V, 44.

Gregorius I. papa Iohannem, episcopum Constantinopolitanum, blande admonet, ne uti universalis episcopi nomine pergat, quo ipsi Romani pontifices, universales a synodo Chalcedonensi appellati, abstineant. De Iohannis et Athanasii presbyterorum causa responsum differt propter tribulationes barbarorum, propter quas sibi respirare vix liceat.

595, Iun. 1.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 82 (Ind. XIII. cap. 38); P: cap. 14.
Edd. M: Lib. V. ep. 18; G: Lib. IV. ep. 38. — Iaffé Reg. 1357 (970).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

Eo tempore quo fraternitas vestra in sacerdotali honore provecta est, quantam[a] ecclesiarum pacem atque concordiam invenerit, recolit[b]. Sed quo ausu quove tumore nescio, novum sibi conata est nomen[c] arripere, unde omnium fratrum corda potuissent[d]

a) *ex* coram *corr. Pa 1.* b) nostrae *Pb.* c) animus *Pb.* d) ductus *Pb 4.* e) multo *Pb 2.* f) hoc *add. corr. 1. Pa 1.* g) terrenȩ *Pb 1.* h) si conpatitur *Pa 2; ex* si q. patimur *corr. 1. Pa 1.* i) *ex* breviter *corr. 1. Pa 1.* k) *ex* aperiit *corr. Pa 1. Pb 4;* aperiit *Pb 1. 2. 3.* l) gracia *Pb 1.* m) cognuscat, *in marg.:* Z *Pa 1.* n) *sec. ed. M.:* puero episcopos similes *Vatic. A,* pueros episcopos similes *Colb.;* simile *Pa 2.* o) transmittȩ *Pb 1.* p) cum *om. Pa 2.* q) aeternis *Pa 2.* r) *verba:* quando *usque* invenero *in marg. adscr. Pb 3.* s) date *Pb 1;* data *et rel. om. P* 1.* t) X *Vatic. D. sec. ed. M.;* in die *Par. 2280.* u) klr. ianr. *Pa 1. Pb 3;* kal. ian. *Pb 1. 2. 4. 5.* v) III. *omnes codd. praeter Par. 2280:* XIII; *om.* ind. XIII *Colb. sec. ed. M.*

V, 44 in tit.: constantinopoł *Pb 1;* epistola exemplis divine scripture fulgida ad ioh. constantinopolim epm̄ *Pb 1 in ind. 2;* constantinopoli *Pb 3;* constantip̄ *Pa 1. Pb 2;* Iohanni ẹpiscopus constantinopolit. *Pa 1 in ind.* a) quantum *Pa 2.* b) *ex* recolet *corr. 2. Pa 1;* recolet *Pa 2. Pb 1. 2. 3.* c) quia nomen sibi nov. con. est *Pa 2.* d) patuissent *Pb 4. 5.*

1) *Cf. in ep. praeced.:* de Langobardorum gladiis, de iniquitatibus iudicum *etc.* 2) *De Sabiniano, apocrisiario Constantinopolitano, cf. ep. III, 51 n. 3. V, 45.* 3) *Equidem puto haec verba ex scriptis Domitiani esse, quibus petierit, ut Gregorius pueros sibi similes transmitteret. [D. cum rogasset, ut G. mitteret sibi pueros indolis sanctae et episcopalis, id est Gregorianae probitatis, negat eorum copiam sibi fore dum vivat; nam ut ipsum se examinans pravitatem cordis sui deprehensurus est, ita apud suos quaerens eandem deformitatem deprehendet. Mommsen.]*

V, 44 Cf. ep. V, 37: et dulciter scripsi et humiliter; *ep. sequentem:* (epistula) breviter facta est, quae utrumque habere videretur admixtum, id est et rectitudinem et blandimentum. *Per Sabinianum apocrisiarium Iohanni reddita. — De contentione ob titulum:* οἰκουμενικός *exorta cf. ep. V, 37 n. et de Iohanne ep. I, 4 n. I, 24. III, 52. VI, 15.*

ad scandalum pervenire. Qua in re vehementer[a] ammiror, quia[b], ne ad episcopatum venire potuisses[c], fugisse memini te velle[d] [1]; quem tamen adeptum ita exercere desideras[e], ac si ad eum ambitioso desiderio cucurrisses[f]. Qui enim indignum te fatebaris esse, ut episcopus dici debuisses[g], ad hoc quandoque[h] perductus es, ut despectis fratribus episcopus appetas solus[i] vocari. Et quidem hac de re sanctae memoriae decessoris mei Pelagii[k] gravia ad sanctitatem vestram scripta transmissa sunt, in quibus synodi[l], quae apud vos de fratris quondam[m] et consacerdotis nostri Gregorii causa congregata est, propter nefandum elationis vocabulum[n] acta dissolveret, et[o] archidiaconem, quem iuxta morem ad[p] vestigia dominorum transmiserat, missarum vobiscum[q] sollemnia celebrare prohibuit[2]. Post eius vero obitum, cum indignus ego ad ecclesiae regimen adductus sum[r], et[s] ante per[t] alios responsales meos[3] et[s] nunc per communem filium Sabinianum[u] diaconem alloqui[v] fraternitatem vestram, ut a tali se praesumptione compesceret, non equidem[w] scripto[x], sed nudo sermone curavi, et[y] si emendare[z] nolles, eum[a] missarum sollemnia cum fraternitate vestra celebrare prohibui[b], ut sanctitatem vestram prius sub quadam verecundiae[c] reverentia pulsarem[d], quatenus, si emendari nefandus ac profanus tumor verecunde non posset[e], tunc ad ea debuisset[f], quae sunt districta[g] atque canonica, perveniri. Et[h] quia resecanda vulnera leni prius manu palpanda sunt, rogo, deprecor et quanta possum[i] dulcedine exposco, ut fraternitas vestra cunctis sibi adulantibus atque erroris nomen deferentibus contradicat nec stulto ac superbo vocabulo appellari consentiat[k]. Vere enim flens[l] dico atque ex intimo viscerum dolore peccatis meis reputo, quod ille meus frater nuncusque ad humilitatem reduci non valuit, qui ad hoc in episcopatus gradu[m] constitutus est[n], ut aliorum animas ad humilitatem reducat; quod ille, qui veritatem docet alios[o], semetipsum docere[p] nec me quoque deprecante consensit.

Perpende, rogo[q], quia[r] in hac praesumptione temeraria pax totius turbatur ecclesiae et gratiae[s] contradicitur communiter omnibus effusae[t]. In qua nimirum ipse tantum crescere[u] poteris[v], quantum penes[w] temetipsum decreveris, tantoque[x] maior efficeris, quantum[y] te a superbiae et stultitiae vocabulo restringis[z], atque

a) *ex* veheterre *corr.* vehementer *Pa 1 et add.* re *corr. 1.* b) *ex* qui *corr. 1. Pa 1.* c) *ex* patuisses *Pb 3.* d) *ita Pa 1;* velle te mem. *R, r;* te v. mem. *Pb 1. 4.;* te mem. v. *Pa 2. Pb 3.* e) desideres *Pb.* f) concurrisses *Pa 1. Pb 2. 3.* g) *ex* potuisses *corr. Pb 3;* pot. *Pb 4. 5. R 3.* h) quoque *R 3.* i) solus *om. Pb 4.* k) tempore *add. R 1.* l) sinodus *Pa 2.* m) fratri *scr. et* quondam *om. P.* n) *ex* nefandam el. vocabulo *corr. 1. Pa 1;* nefandam el. vocabulo *Pb; om.* nefandum *R 3.* o) *ita r 1;* dissolvere et *cet. codd., sed in* dissolvit et *corr. R 1.* p) a *Pb 3.* q) nobiscum *Pb 3.* r) sum *om. r 1.* s) *verba* et *usque* et *om. Pa 2.* t) post *Pb;* per *ex* post *corr. 2. Pa 1.* u) sabianum *r 1.* v) adlocutus sum *Pa 2.* w) quidem *(post ras. 1 litt.) Pb 1. Pa 2.* x) per scripta *Pa 2.* y) et *om. Pa 2.* z) emendari *r 1. 2.* a) *ex* eam *corr. 1. Pa 1.* b) *ex* prohibuit *corr. R 1.* c) *ex* verecundia *corr. R 1.* d) pulsaret *R 1.* e) possit *Pa 1. 2.* f) debuisset *om. P;* debuissent *R, r.* g) decreta *suprascr. et* quae sunt *om. R 3.* h) *ita r;* pervenire et *R 1;* perveniret *ex* pervenirent *corr. 1. Pa 1;* perveniret *P.* i) deprecor et quantum posso et quanta possum *Pa 2.* k) consentias *P.* l) infelix *P.* m) ad hoc episcopii gradum *R 1;* ad hoc in episcopatus gradum *R 3;* ad epatus (episcopatis *r 1*) gradum *r 1. 2.* n) est *add. corr. 1. Pa 1; om.* est *Pb 2. 3. 4.* o) aliis *r 1. Pa 2.* p) non docet *Pa 2.* q) ergo *Pb 2. 4.* r) qui *Pa 1; ex* qui *corr.* quia *r 2.* s) gratia *Pb 3.* t) infusae *Pb 4.* u) cresci *Pa 2.* v) poteras *r 1.* w) poene *r 2.* x) *ex* quantoque *corr. 1. Pa 1;* quantoque *Pb 1. 2. 3;* tantumque *R, r.* y) *ita Pb. R, r, sed in* tantum *corr. al. m. Pb. 2;* quantu *in* quanto *corr. 1. Pa 1.* z) *ex* ad superbiae stulti vocabuli restringi *corr. 1. Pa 1;* a vocabulo superbiae restringis *Pa 2;* a superbie stulticię vocabulo restringis *Pb;* a superbi et stulti vocabuli usurpatione *R, r; post* superbi *ras. 1 litt. R 1.*

1) Cf. ep. I, 4. Ioh. diac. v. Gr. III, 51. Lau, l. l. p. 50, et ep. V, 51 n. *2) De hac synodo cf. ep. V, 39 p. 327 n. 3.* *3) Cf. in f. huius ep.:* servamus quod praecepit veritas dicens: si peccaverit *etc. (Matth. 18, 15). Honoratus erat apocrisiarius ante Sabinianum; Bonifatius synodicam Constanti-*

in tantum proficis, quantum tibi non studueris derogando[a] fratribus arrogare[b]. Humilitatem ergo, frater carissime[c], totis visceribus dilige, per quam cunctorum fratrum concordia[d] et sanctae universalis ecclesiae[e] unitas valeat custodiri. Certe Paulus
1. Cor. 1, 12. apostolus cum audiret quosdam dicere: 'Ego sum Pauli, ego Apollo, ego vero[f] Cephae', hanc dilacerationem[g] corporis dominici, per quam membra eius[h] aliis[i] quodammodo[k]
Ibid. v. 13. se capitibus sociabant, vehementissime perhorrescens exclamavit dicens[l]: 'Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis'? Si ergo ille[m] membra dominici corporis certis[n] extra Christum quasi capitibus et ipsis quidem[o] apostolis[p] subici partitialiter[q] evitavit: tu quid Christo, universalis scilicet ecclesiae capiti, in extremi[r] iudicii es dicturus examine, qui cuncta eius membra tibimet[s] conaris universalis appellatione supponere? Quis, rogo[t], in hoc tam perverso vocabulo nisi ille ad imitandum proponitur, qui despectis angelorum legionibus secum socialiter constitutis ad culmen conatus est singularitatis erumpere, ut et nulli subesse et solus[u]
Isai. 14, 13. omnibus praeesse videretur? Qui[v] etiam dixit: 'In caelum conscendam[w], super astra caeli exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo'.

Quid enim fratres tui[x] omnes ecclesiae universalis episcopi nisi astra caeli sunt, quorum vita simul et lingua inter peccata erroresque hominum quasi inter noctis tenebras lucent[y]? Quibus dum cupis temetipsum[z] vocabulo elato praeponere eorumque nomen tui comparatione calcare, quid aliud dicis nisi: 'In caelum conscendam[a], super astra caeli exaltabo solium meum'[b]? An non universi episcopi nubes sunt, qui et verbis praedicationis pluunt et bonorum operum luce[c] coruscant? Quos dum vestra fraternitas despiciens sub se premere conatur, quid aliud dicit nisi hoc, quod ab antiquo hoste[d] dicitur: 'Ascendam super altitudinem nubium'? Quae cuncta ego[e] cum flens conspicio[f] et[g] occulta Dei iudicia pertimesco, augentur lacrimae, gemitus se in meo corde non capiunt, quod ille noster[h] sanctissimus domnus[i] Iohannes, tantae abstinentiae atque humilitatis vir[k], familiarium[l] seductione[m] linguarum ad tantam superbiam erupit[n], ut in[o] appetitu perversi[p] nominis illi esse[q] conetur similis, qui, dum superbe esse[r] Deo[s] similis voluit[t], etiam donatae similitudinis gratiam amisit et ideo[u] veram beatitudinem perdidit[v], quia[w] falsam gloriam quaesivit[x]. Certe Petrus apostolorum[y] primus[z], membrum sanctae et universalis ecclesiae est[a]; Paulus, Andreas, Iohannes quid aliud quam singularum sunt plebium capita? et tamen sub uno capite

a) derogandis *r 2.* b) erogare *Pa 2.* c) *ex* fratres carissimi *corr. 1. Pa 1.* d) cunctorum corda fratrum *Pa 2.* e) ecclesia *Pb 1;* ecclesiis *Pb 3.* f) vero *om. r 1.* g) *hic 2 folia desiderantur in r 2 usque ad verba* „nostri humilitate". h) eius *om. R 1.* i) alii *Pb 3.* k) quodammo *Pa 1.* l) dixit *Pa 2, om.* excl. m) illi *Pb 1.* n) corporis domini incertis *Pa 2;* vel ceteris *suprascr. R 3;* ceteris *Vatic. AB. sec. ed. M.* o) quidem *om. P.* p) apostolos *Pa 2;* apostolus *Pb 1.* q) *ita r 1;* particialiter *Pa 1. Pb; ex* patialiter *corr.* partitialiter *R 1; ex* particialiter *corr.* participaliter *(ita Pa 2) R 3. Pb 2.* r) extremo *P.* s) tibi *Pa 2.* t) *ex* ergo *corr. Pb 2;* ergo *Pb 4.* u) solis *Pb 1.* v) *ex* quod *corr. Pb 1.* w) ascendam *Pb 3.* x) tu *Pb 4.* y) luceant *Pb 1.* z) te *Pa 2.* a) ascendam *Pb 3.* b) meum *om. R 1.* c) luce *om., sed add. corr. 2. Pa 1;* actis *(pro* luce*) R 1.* d) ab hoste *om. Pb 4.* e) *ex* ergo *corr. R 1;* ergo *Pb 1;* qui cuncta haec *Pa 2.* f) suspicio *Pa 2.* g) et *om. Pa 1.* h) *ita Pb. Pa 2; ex* vester *corr. 2* noster *Pa 1;* vir *R 1, r 1.* i) domnus *om. Pa 2.* k) *ita P;* suę *(pro* vir*) R 1; om. hoc verbum r 1.* l) familiarum *Pb 2. 3.* m) sedvectione *et in marg.* subv. *Pb 1.* n) erumpit *Pb 1.* o) in *om. Pb 3.* p) superbi *Pa 2.* q) *ex* se *corr. 1. Pa 1;* se *Pb.* r) *ita R 1, r 1;* superesse, *sed* super *del. Pa 1. Pb 4;* superesse *Pb 1. 2. 3. 5;* conetur esse *Pa 2.* s) deo *om., sed suprascr. R 1.* t) noluit *Pb 3.* u) ideo *om. R 1, r 1; Pa 1, sed add. corr. 1. Pa 1.* v) *ex* perdit *corr. 1. Pa 1.* w) qui *R 1.* x) *ex* quesit *corr.* quesivit *R 1.* y) apostolus *P.* z) primum *Pa 2.* a) *ita R 1, r 1;* est *om. P;* ecclesias *Pb 2. 3.*

nopolim apportavit. Item, ut ex epistulis apparet, m. Oct. a. 590; m. Apr. et Iul. a. 592; m. Aug. a. 593; m. Iun. et m. Sept. vel Oct. a. 594, nuntii Roma Constantinopolim missi sunt.

omnes membra. Atque ut cuncta brevis[a] cingulo locutionis astringam, sancti ante legem, sancti sub lege, sancti sub gratia, omnes hi perficientes corpus Domini in membris sunt ecclesiae constituti, et nemo se umquam universalem vocari[b] voluit. Vestra ergo sanctitas agnoscat[c], quantum apud se tumeat, quae[d] illo nomine vocari appetit, quo vocari nullus praesumpsit, qui veraciter sanctus fuit[e].

Numquidnam[f] non, sicut[g] vestra fraternitas novit[h], per venerandum Chalcedonense concilium[i] huius apostolicae sedis antistites, cui Deo disponente deservio, universales oblato[k] honore vocati sunt? Sed tamen nullus umquam tali vocabulo appellari voluit, nullus sibi hoc temerarium nomen arripuit, ne, si sibi in pontificatus gradu gloriam singularitatis arriperet[l], hanc omnibus fratribus denegasse videretur[1].

Sed haec scio quia vestrae sanctitati ab illis oriuntur, qui vobis deceptiosa familiaritate deserviunt: contra quos peto ut vestra fraternitas sollerter invigilet, ne[m] se eorum verbis fallendum praebeat[2]. Tanto enim maiores hostes credendi sunt, quanto magnis laudibus adulantur. Relinque tales: et si omnino decepturi sunt, saltem terrenorum hominum et non sacerdotum corda decipiant. 'Sine mortuos, sepeliant[n] Luc. 9. 60. mortuos suos'. Vos autem cum propheta dicite[o]: 'Avertantur statim erubescentes[p], Ps. 69. 4. qui dicunt mihi: Euge, euge' et rursus: 'Oleum autem peccatoris non impinguet Ps. 150. 5. caput meum'. Unde et bene quidam[q] sapiens ammonet: 'Multi sint pacifici tui, con- Eccl. 6. 6. siliarius autem sit tibi unus de mille. Corrumpunt enim[r] mores bonos colloquia mala'. 1. Cor. 15. 33. Antiquus enim hostis cum cor robustum inrumpere non valet, subiunctas ei infirmas personas quaerit et quasi contra alta moenia scalis appositis ascendit. Sic[s] Adam per subiunctam mulierem decepit[t]. Sic beato Iob cum filios occidit, infirmam mulierem reliquit, ut qui eius[u] cor per se minime poterat, saltem[v], si posset, per mulieris verba penetraret. Quicumque ergo iuxta vos infirmi ac saeculares sunt, in sua semper persuasione atque adulatione[w] frangantur[x], quia inde aeternas Dei inimicitias parant[y], unde[z] ipsi perverse[a] amatores videntur.

Certe olim clamatur per apostolum[b]: 'Filioli, novissima hora est', secundum quod 1. Ioh. 2. 18. veritas praedixit. Pestilentia[c] et gladius per mundum saevit, gentes insurgunt[d] gen- Luc. 21. 10. tibus, terrae[e] concutitur orbis, urbes[f] cum habitatoribus suis terra dehiscente[g] sorbentur[h]. Omnia quae praedicta[i] sunt, fiunt[k]. Rex superbiae prope est, et, quod dici nefas est, sacerdotum ei praeparatur[l] exercitus[m]: quia cervici[n] militant elationis, qui[o] positi fuerant, ut ducatum praeberent humilitatis. Sed hac in re, etiamsi nostra[p] lingua minime contradicat, illius virtus in ultione[q] erigitur, qui superbiae vitio[r] per semetipsum specialiter adversatur. Hinc enim scriptum est· 'Deus superbis resistit, Iac. 4. 6.

a) *ita Pb. R 1, r 1;* brevi *Pa.* b) appellari *Pa 2.* c) cognoscat *r 1.* d) qui *P.* e) extitit *Pa 2.* f) numquid *Pa 2.* g) sicut *om. Pa 2.* h) v. novit frat. quia *Pa 2.* i) venerandam calcedonensem synodum *(erad.* concilii*) R 1;* sanctum *ante* conc. *add. Pa 2.* k) *ex* universalis oblatio *(ita Pb 2) corr. 1. Pa 1.* l) arripere *r 1. Pb 2.* m) *ita P;* nec *R 1, r 1.* n) *ex* sepelire *Pb 1.* o) *ex* dicente *corr. 1. Pa 1.* p) erubescant *R 1.* q) quibusdam *r 1;* de quibusdam *R 1;* quidem *Pb 1; Pa 2, sed corr. Pa 2.* r) autem *P.* s) hic, *suprascr.* ille *R 3.* t) subiectam m. decipitur *Pa 2.* u) ei *Pb 4.* v) *ita Pa 2. R 1, r 1;* saltem *om. Pa 1. Pb.* w) atque adulatione *om. P.* x) franguntur *r 1.* y) pariunt *R 1, r 1.* z) ut de *Pa 2.* a) perversi *r 1.* b) apostolus *corr. 2 in* apostolos *Pa 1;* aplos *Pa 2. Pb 3.* Iohannem *add. edd. G. M.* c) pestilentię *Pa 1. Pb 2.* d) in *add. Pa 2. Pb 4.* e) terrae *om. Pa 2.* f) urbes *Vatic. D sec. ed. M, om. codd. cet., edd., sed* orbis *in* urbes *corr. 2. Pa 1;* urbis *in* orbis *Pb 2.* g) *ita Pa. Pb 4. Vat. D;* dehisciente *Pb 1. 2. 3, sed corr. Pb 2;* desciente *corr. in* dehiscens *R 1 (ita edd G. M.);* dehiscentes *ed. pr.;* deficiente *r 1.* h) *ita Pb 1. 3. Pa 2. Vat. D; ex* sorventur *corr. Pb 2;* sorventur *Pa 1;* solventur *r 1;* solv *(ras. 1 litt.) suprascr.* itur *R 1;* solvitur *ed. M;* soluuntur *ed. pr.;* sorbetur *Pb 4, ed. G.* i) praedicata *Pa 2.* k) fuit *Pb 4.* l) et praeparatus *Pb.* m) exercitus *corr. ex* excitus *Pb 1; om. hoc verbum Pb 4.* n) cervi *r 1.* o) quia *r 1.* p) $\overline{\text{vra}}$ *R 1.* q) *ita P;* in elatione *R 1, r 1;* contra elationem in ultione *edd.;* sine elatione *coni. Mommsen.* r) vicię *Pb 1.*

1) *Cf. V, 37 p. 322 n. 3.* 2) *Cf.* familiaris vester ille iuvenculus *in ep. III, 52, p. 209 l. 9.*

Prov. 16, 5. humilibus autem[a] dat gratiam'. Hinc rursus dicitur: 'Inmundus est apud Deum, qui
Eccl. 10, 9. exaltat cor'[b] [1]. Hinc contra superbientem hominem scriptum est: 'Quid superbit[c] terra
Luc. 14, 11. et cinis'? Hinc per semetipsam[d] veritas dicit: 'Omnis qui se exaltat humiliabitur'[e].
Quae ut nos ad viam vitae per humilitatem reduceret, in semetipsa[f] dignata[g] est,
Matth. 11, 29. quod nos ammoneat[h], demonstrare dicens: 'Discite a me, quia mitis sum et humilis
corde'. Ad hoc namque unigenitus Dei filius formam infirmitatis nostrae suscepit: ad
hoc invisibilis non solum visibilis, sed etiam despectus[i] apparuit: ad hoc contumeliarum ludibria, inlusionum probra, passionum tormenta toleravit, ut superbum non esse hominem doceret humilis Deus. Quanta[k] ergo humilitatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendam[l] is qui sine aestimatione magnus est usque ad passionem factus est parvus? Quia enim originem perditionis[m] nostrae[n] se praebuit superbia diaboli, instrumentum redemptionis[o] nostrae inventa est humilitas Dei. Hostis quippe noster inter omnia conditus videri supra omnia[p] voluit elatus. Redemptor autem noster magnus manens supra omnia fieri inter omnia dignatus est parvus.

Quid ergo nos episcopi dicimus, qui honoris locum ex redemptoris nostri humilitate suscepimus et tamen superbiam hostis ipsius[q] imitamur? Ecce novimus creatorem nostrum de suae[r] celsitudinis culmine, ut[s] humano generi daret gloriam[t], descendisse; et nos de infimis[u] creati, de fratrum minoratione gloriamur[v]. Humiliavit se usque ad nostrum[w] pulverem Deus; et in caelo os suum ponit et super terram lingua pertransiit pulvis humanus et[x] non erubescit: non metuit extolli homo putredo et filius hominis vermis. Reducamus ad animum[y], frater carissime[z], hoc quod per
Eccl. 32, 14. sapientissimum[a] Salomonem dicitur: 'Ante tonitruum praeibit[b] coruscatio, et ante ruinam exaltabitur cor'; ubi e diverso subiungitur: 'Ante gloriam humiliatur'[c]. Humiliemur igitur in mente, si conamur ad solidam venire celsitudinem: Nequaquam per elationis fumum oculi cordis obscurentur; qui[d], quanto magis excreverit[e], tanto celerius evanescit. Pensemus quid nos praecepta ammoneant[f] redemptoris nostri dicentis:
Matth. 5, 3. 'Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum caelorum'. Hinc etiam per pro-
Isai. 66, 2. phetam[g] dicit[h]: 'Super quem requiescit spiritus meus nisi super humilem et quietum
et trementem sermones meos'? Certe cum Dominus ad humilitatis viam adhuc in-
Matth. 20, 27. firmantia discipulorum corda reduceret[i], dixit: 'Si quis vult primus esse, erit omnium minimus'. Qua in re aperte cognoscitur, quoniam ille veraciter sublimis est, qui in suis cogitationibus humiliatur. Formidemus ergo in illorum numero ascribi, qui primas in synagogis[k] cathedras quaerunt et salutationes in foro et vocari ab hominibus
Matth. 23, 7 s. Rabbi. Quocontra[l] discipulis[m] Dominus dicit[n]. 'Vos autem nolite vocari Rabbi; unus est enim[o] magister vester[p]: vos autem omnes fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram; unus est enim[q] pater vester'.

a) autem *om.* *Pb 4.* b) exaltator *Pb 1.* c) *in* superbis *corr.* *R 1.* d) se ipsam *Pa 2.* e) humiliat exaltabitur *r 1.* f) per ipsam *Pa 2;* in semetipsum *Pb 4.* g) dignatus *Pb 4.* h) ammonet *R 1, r 1. Pa 2.* i) dispectusque (*om.* non solum — sed etiam) *Pa 2.* k) est *add.* *Pa 2.* l) docendam *R 1.* m) perditioni *Pa 1. Pb 2.* n) *verba* nostrae *usque* redemptionis *om.* *Pb 4.* o) *ex* rediptionis *corr. 1. Pa 1;* redemptoris *Pb 3.* p) s. omn. *om.* *Pb 3.* q) h. i. sup. *R 1;* tore nostri humilitate *inc.* *r 2.* r) in suae *Pb 1. 2. 3. Pa 2;* in sua *Pb 4.* s) *ex* et *corr.* *Pb 1.* t) gloriam dare *Pa 2.* u) et nos *om.* *P;* nosque de infirmis *Pa 2.* *In margine Pa 1 prima manu scripta verba* de celis nos, *quo loco adicienda sint, non satis liquet, fortasse post* descendisse. v) gloriantur *Pb 4.* w) nostram *Pb.* x) ut *Pb 4.* y) *ex* animam *corr. 1. Pa 1. r 2;* animam *R 1. Pb.* z) stissime *R 1.* a) sap. *om.* *Pa 2.* b) *ex* prachibit (*ita Pb 2*) *corr.* *Pb 4;* prachibet *Pb 1;* perhibit *Pa 2.* c) humiliabitur *Pb 1. 4, r 1;* *ex* humilietur *corr.* humiliatur *Pb 2;* humiliatur *cet. codd.* d) quia *Pa 2.* e) excrevit *Pb 4.* f) *ex* ammoneat *corr. 1. Pa 1.* g) propheta *om.* per *R 1.* h) dicitur *Pb 3.* i) certe dn̄s volens ad humilitatem adhuc infirma discipulorum corda reduci *Pa 2.* k) synagogas *Pb 1. 4.* l) *e* quos contra *corr. 1. Pa 1;* quos contra *Pb 1;* qui contra *Pa 2.* m) ad disc. (*om.* dns) *Pa 2.* n) *ex* dicitur *corr. 1. Pa 1.* o) autem *r 1. 2;* est *om.* *r 1. 2, sed post add.* *r 2.* p) *verba* vos autem *usque* vester *om.* *R 1.* q) autem *R 1.*

1) *Ital. vet. verbis noster hic utitur.*

Quid ergo, frater carissime[a], in illo terribili examine venientis iudicii[b] dicturus es, qui non solum pater, sed etiam generalis pater in mundo vocari appetis? Caveatur igitur malorum prava suggestio, fugiatur omnis instigatio scandali[c]. 'Oportet' quidem (Matth. 18, 7.) 'ut veniant scandala, verumtamen[d] vae illi per quem veniunt'[e]. Ecce ex hoc nefando elationis vocabulo[f] ecclesia scinditur, fratrum omnium corda ad scandalum[g] provocantur[h]. Numquidnam[i] mente excidit[k], quod[l] veritas dicit: 'Qui scandalizaverit unum (Matth. 18, 6.) de pusillis istis, qui in me credunt, expedit[m] ei ut suspendatur mola asinaria in[n] collo eius et demergatur in profundum maris'? Scriptum vero[o] est: 'Caritas non quaerit (1. Cor. 13, 5.) quae sua sunt': et[p] ecce vestra fraternitas sibi arrogat et aliena. Rursum scriptum est: 'Honore invicem praevenientes'; et tu eum[q] conaris omnibus tollere, quem tibi (Rom. 12, 10.) inlicite desideras[r] singulariter usurpare. Ubi est[s], frater carissime, quod scriptum est: 'Pacem[t] habete cum omnibus[u] et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum'? Ubi (Hebr. 12, 14.) est[v] quod scriptum est[t]: 'Beati pacifici, quoniam ipsi[w] filii[x] Dei vocabuntur'? (Matth. 5, 9.)

Considerare vos[y] convenit, ne qua radix amaritudinis rursum[z] germinans impediat et per illam[a] coinquinentur[b] multi. Quod tamen si considerare neglegimus, contra tantae elationis tumorem iudicia superna[c] vigilabunt. Et nos quidem, in quibus talis tantaque per ausum nefarium culpa committitur, servamus quod praecepit veritas dicens: 'Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter[d] te et ipsum solum[e]. (Matth. 18, 15 s.) Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiae. Si autem ecclesiam[f] non audierit, sit tibi sicut ethnicus[g] et publicanus'. Ego itaque[h] per responsales meos semel et bis[i] verbis humilibus hoc quod in tota ecclesia peccatur corripere studui[k], per me scribo. Quicquid humiliter facere debui[l], non omisi. Sed[m] si[n] in mea correptione despicior, restat, ut[o] ecclesiam[p] debeam adhibere.

Haec itaque dicens omnipotens Deus fraternitati vestrae indicet, quanto circa vos amore constringor quantumque[q] in hac causa non contra vos, sed pro vobis lugeo. In qua tamen praeceptis evangelicis, institutionibus canonum, utilitatibus fratrum personam praeponere non possum, nec eius quem multum amo.

Scripta autem sanctitatis vestrae dulcissima atque suavissima[r] de causa presbyterorum Iohannis et Athanasii[s] [1] suscepi, de qua vobis in subsequentibus Domino adiuvante respondeo, quia sub tantis tribulationibus circumfusus[t] barbarorum gladiis premor, ut, non dico[u] multa tractare, sed mihi[v] respirare vix liceat[w].

Data die kalendarum Iuniarum[x] indictione XIII.

---

a) *ex* fratres carissimi *corr. 2. Pa 1.* b) dei (*pro* ven. iud.) *Pa 2.* c) diaboli *Vatic. D sec. ed. M.* d) vae autem (*om.* verumtamen) *Pa 2.* e) *ex* venit *corr. 1. Pa 1;* veniunt *Pa 2;* venit *cet. codd.* f) nomine *Pa 2.* g) scandala *Pa 2.* h) provocatur *r 1.* i) numquidnon *Pb 4.* k) menti excedit *Pb. R 1;* excedit *in* excidit *corr. 2. Pa 1. R 1, r 2.* l) quid *Pa 1. Pb 1. 3.* m) expetit *Pa 1.* n) in *om. r 2.* o) vero *om. Pa 2;* namque *R 1.* p) et *om. Pb 1, r 1. 2.* q) tu cum *r 2;* tuum *Pb 3;* tu eum nunc *R 1.* r) consideras *Pa 2.* s) est *add. corr. 1. Pa 1.* t) *verba* pacem *usque* scriptum est *om. R 1.* u) *ex* hominibus *corr. 1. Pa 1;* hominibus *Pb 1.* v) est *om. P.* w) ipsi *om. P.* x) filii *post. add. R 3.* y) *in* nos *corr. R 3.* z) sursum *r 1. 2, edd.* a) illum *r 1.* b) quod inquinentur *Pa 1;* quidem inquinentur *Pb;* inquinentur *Pa 2.* c) dei *Pa 2.* d) intra *Pb 3.* e) et *add. R 1.* f) ecclesiae *Pb 3.* g) et hinicus *Pb 1;* et inimicus *Pa 1.* h) ita *Pa 2.* i) ex tuis, *suprascr.* exortatus *R 3.* k) studuit *Pa 2.* l) potui *R 3.* m) sed *om. R, r.* n) si *om. P.* o) ut *add. corr. 1. Pa 1.* p) ecclesiae *r 1. 2.* q) quantumcumque *r 1.* r) dulcissime atque suavissime *P. „Vatic. B“.* s) anastasii *Pa.* t) circumfusis *R 1, r. „Corb. et alii, praes. Norm.“* u) *in* dicam *corr. R 3;* dicam *Pa 2.* v) mihi *om. Pb. Pa 2.* w) valeat *Pb 1. 4;* licet *Pa 2.* x) ianurii *corr. 1* ianuriarum *Pa 1;* ian̄ *Pa 2. Pb 2;* ian̄r *Pb 1. 3; om.* kl. iun. *Pb 4. 5. — Om.* data *etc. R, r.*

1) *Cf. de causa Iohannis et Athanasii causa ep. III, 52 n. 3.*

V, 45.

Gregorius I. papa Sabiniano diacono Constantinopolitano mandat, ut superiorem epistulam, propter voluntatem imperatoris scriptam, Iohanni, episcopo Constantinopolitano, reddat, quem refert sub occasione presbyteri Iohannis gesta transmisisse, quibus se oecumenicum patriarcham nominaret; severiores litteras subsecuturas esse; sibi rectam viam tenere propositum esse neque scelesto vocabulo consentire. *595, Iun. 1.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 83 (Ind. XIII. cap. 39).
Edd. M: Lib. V. ep. 19; G: Lib. IV. ep. 39. — Iaffé Reg. 1358 (971).

GREGORIUS SABINIANO DIACONO CONSTANTINOPOLITANO.

De causa fratris nostri viri reverentissimi Iohannis episcopi Constantinopolitani duas epistolas facere nolui, sed una breviter facta est, quae utrumque[a] habere videretur[b] admixtum, id est et rectitudinem et blandimentum[1]. Tua itaque dilectio eam epistolam, quam nunc direxi, propter voluntatem imperatoris dare studeat. Nam de subsequenti talis alia transmittitur[c], de qua eius superbia non laetetur[2]. Ad hoc enim usque pervenit, ut sub occasione presbyteri Iohannis gesta hic[d] transmitteret[3], in qua se[e] paene per omnem versum[f] ycomenicon[g] patriarcham nominaret. Sed spero in omnipotentem Deum, quia hypocrisin illius superna maiestas solvit[h]. Miror autem, quod[i] dilectionem tuam fallere potuit, ut permitteres domno imperatori persuaderi, quatenus ad me sua[k] scripta de hac causa transmitteret, in quibus ammoneret, ut cum eo pacem habere debuissem[4]. Qui si iustitiam tenere vult, illum debuit ammonere, ut se a superbo vocabulo compesceret, et protinus inter nos pax fuerat[l]. Tamen qua calliditate a praedicto fratre nostro Iohanne factum sit, suspicor, minime pensasti[m]. Idcirco enim hoc ille fecit, ut audiretur[n] domnus imperator et ille in sua vanitate confirmatus esse videretur aut[o] non a me audiretur et eius animus contra me irritaretur[o]. Sed nos rectam viam tenemus nihil in hac causa aliud nisi omnipotentem Dominum metuentes. Unde tua dilectio in nullo trepidet, omnia quae in hoc saeculo videt alta esse contra veritatem, pro veritate despiciat, in omnipotentis Dei gratia atque beati
1. Ioh. 4, 4. Petri adiutorio confidat, vocem veritatis recolat dicentis: 'Maior est qui in vobis[p] est, quam qui in mundo'; et in hac causa quicquid agendum est, cum summa auctoritate agat. Postquam enim defendi ab inimicorum gladiis nullo modo possumus, postquam pro amore[q] reipublicae argentum, aurum, mancipia, vestes perdidimus, nimis ignominiosum est, ut per eos etiam fidem perdamus. In isto enim sceleste[r] vocabulo consentire nihil est aliud quam fidem perdere. Unde, sicut tibi iam transactis epistolis[5] scripsi, numquam cum eo procedere[6] praesumas.

V, 45 in titulo: Saviano *r 1;* Saviniano *R 1, r 2 et sec. ed. M. Norm. et plerique:* aniano *R 3. R* 1:* constantinopol. *abbrev. r 2;* constantinopolim *r 1; om.* Constantinopolitano *edd.* a) utrumque *om. r 1;* utraque *R 1.* b) videtur *R 1.* c) transmittetur *r 1.* d) huic *r 1.* e) *suprascr.* me *R 3.* f) *suprascr.* vel terram *r 2.* g) *ita r 1. 2, ed. pr.;* hicomenium *R 1;* ycomenium *R 3.* h) solvet *r 1.* i) quo *(ita r 1) corr. ex* quod *r 2;* quod *R 1, ed. pr.* k) sua *om. r 1.* l) *suprascr.* vel fieret *r 2;* fieret *r 1.* m) *ex* pensanti *corr. R 3.* n) *suprascr.* a me *R 3.* o) ut *r 1; om.* aut non — irritaretur *R 1. 3 (sed in margine verba omissa add. R 3).* p) caelis *ed. G.* q) utilitate *ed. G.* r) *ita r 1;* scelesti *R 1;* scelesto *r 2, edd.*

V, 45 una cum praecedentibus transmissa. — De Sabiniano apocrisiario cf. ep. III, 51 n. 3. 1) *De epistula V, 44 agitur.* 2) *Haec epistula desideratur.* 3) *Iohannes, qui initio dubitabat, ep. III, 52, m. Iul. 593, admonitus gesta denique transmisisse videtur, ut Romae de presbyterorum causa iudicaretur. De hac causa cf. Lau, l. l. p. 78 ss.; Grisar, l. l. p. 482 s.* 4) Serenissimae iussiones *illae etiam commemorantur in ep. V, 37 et 39.* 5) *Hae litterae deperditae sunt.* 6) *De hoc verbo cf. ep. VII, 31.*

V, 46.

Gregorius I. papa Theodoro, medico imperatoris, de pecunia ad redimendos captivos missa gratias agit. Ad sacras litteras legendas hortatur. De suis afflictionibus scribit. Narsetem, Theodori susceptum, commendat. „Unam anatem cum duobus parvulis aetacis“ mittit. *595, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 84 (Ind. XIII. cap. 40).
Edd. M: Lib. IV. ep. 31; G: Lib. IV. ep. 40. — Iaffé Reg. 1361 (923).

GREGORIUS THEODORO MEDICO IMPERATORIS.

Ago omnipotenti Deo gratias, quia eorum qui se vicissim veraciter diligunt loca animum non dividunt. Ecce enim, dulcissime et gloriosissime fili, longe a nobis distamus corpore et tamen praesentes nobis existimus caritate. Hoc vestra opera[a], hoc scripta testantur; hoc de praesenti expertus sum, hoc de absenti vestra gloria recognosco: hoc vos et hominibus amabiles et omnipotenti Deo dignos in perpetuum faciat. Quia enim virtutum mater est caritas, idcirco bonos operum fructus profertis, quia ipsam eorundem[b] fructuum in mente radicem tenetis. Ea autem quae in redemptionem captivorum Deo vobis aspirante transmisistis laetus, fateor, et tristis accepi: laetus videlicet vobis[c], quos[d] de praeparanda mansione caelestis patriae cogitare cognovi: tristis vero[e] vehementer mihi, qui super curam rerum sancti Petri apostoli adhuc etiam de rebus dulcissimi filii mei domni Theodori rationes positurus sum[f], sollicite[g] an[h] neglegenter eas expenderim[i], requirendus vado. Omnipotens autem Deus, qui menti vestrae suae misericordiae viscera infudit, qui vobis sollicite cogitare concessit, hoc quod de salvatore nostro per egregium praedicatorem dicitur: 'Quia pro nobis[k] egenus (2. Cor. 8. 9.) factus est, cum dives esset', in eiusdem salvatoris adventu, vos virtutibus divites ostendat, ab omni culpa liberos adsistere faciat et pro terrenis caelestia, pro transitoriis gaudia vobis mansura concedat.

Hoc autem quod pro vobis agere apud sacratissimum corpus sancti Petri apostoli scribitis, certum tenete, quia etsi lingua vestra taceat, fieri vestra caritas iubet. Sed utinam digni simus, qui[l] pro vobis orare debeamus[l]! Quia vero[m] ego dignus non sum, non ambigo. Sed multi hic digni sunt, qui ex oblatione vestra ab hostibus redimuntur, et fideliter nostro creatori deserviunt, de quibus hoc egistis quod scriptum est: 'Absconde elemosinam in sinu pauperis, et haec pro te exorabit'[n]. (Eccl. 29. 15.)

Sed quia ille plus diligit, qui plus praesumit: erga dulcissimam mentem gloriosissimi filii mei domni Theodori habeo aliquam querellam, quia donum ingenii, donum rerum, donum misericordiae atque caritatis a sancta trinitate percepit, sed tamen indesinenter saecularibus causis astringitur, adsiduis[o] processionibus occupatur et cotidie legere neglegit verba redemptoris sui. Quid autem est scriptura sacra, nisi quaedam epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam? Et certe sicubi esset vestra gloria alibi constituta et scripta terreni imperatoris acciperet, non cessaret.

V, 46: imp. *r 1. 2;* imperiali *R 1; om. hoc verbum R* 1.* a) corpora *r 1.* b) *ita r 1. 2. R 1, sed eras. R 1 et suprascr.* eiusdemque. c) ex vobis *R 1.* d) quos *eras. et suprascr.* cum *R 1.* e) vero *om. r 1.* f) si *suprascr. R 1.* g) *ex* solliciter *corr. R 1.* h) *ex* ante *corr.* autem *r 2.* i) *ex* expenderint *(ita r 1) corr. r 2.* k) vobis *r 1. 2.* l) *ex* quod — debemus *corr. R 1.* m) quia *in ras.*, vero *om., sed in marg. add. r 1.* n) orabit *r 1.* o) ac suis *R 1.*

V, 46 Una certe cum quibusdam aliis epistulis transmissa: cf. V, 36 n. — De ordine chronologico cf. III, 63 not. — De Theodoro cf. n. 5 ad. ep. III, 63.

non[p] quiesceret, somnum oculis non daret[p], nisi prius, quid sibi imperator[r] terrenus scripsisset[q], agnovisset[r]. Imperator caeli, dominus hominum et angelorum pro vita tua tibi suas epistolas transmisit, et tamen, gloriose fili, easdem epistolas ardenter legere neglegis. Stude, quaeso, et cotidie creatoris tui verba meditare; disce cor Dei in verbis Dei, ut ardentius ad aeterna suspires, ut mens vestra ad caelestia gaudia maioribus desideriis accendatur. Tanto enim tunc maior ei erit requies, quanto modo ab amore conditoris sui requies nulla fuerit. Sed ad haec agenda infundat vobis omnipotens Deus[s] consolatorem spiritum; ipse mentem vestram sua praesentia impleat et implendo levet.

De me autem cognoscite, quia multas hic et innumeras amaritudines patior. Sed ago omnipotenti Deo gratias, quia minus affligor valde, quam mereor.

Carissimum autem filium meum susceptum[1] vestrum domnum Narsetem[2] gloriae vestrae commendo. Quem quidem, scio, commendatum in omnibus habetis: sed facere vos rogo quod facitis, ut, dum peto quod fieri video, mercedi vestrae[t] me petendo[u] subiungam. Praeterea excellentiae vestrae benedictionem ea qua transmissa est caritate suscepi. Unam vero anatem cum duobus parvulis actacis[v][3] pro vestri amoris gratia transmittere praesumpsi, ut, quotiens ad respiciendum eam vester oculus ducitur[w], memoria etiam[x] inter occupationes tumultusque causarum in animo vestro revocetur.

V, 47.

Gregorius I. papa Luminoso, monasterii S. Thomae Ariminensis abbati, significat se Castorio episcopo eiusque successoribus monasterii laedendi potestatem ademisse.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 85 (Ind. XIII. cap. 41). 595, *Iun. (6).*
Edd. M: Lib. II. ep. 42; G: Lib. IV. ep. 41. — Iaffé Reg. 1363 (996).

GREGORIUS LUMINOSO ABBATI MONASTERII SANCTI THOMAE DE ARIMINO.

Petitionem tuam congregationisque[a] tuae libenter suscepimus secundum statuta patrum iurisque formam tuis precibus adcommodantes effectum. Castorio fratri et

p) *verba* non quiesc. *usque* daret *om. R 1.* q) scripsisse *r 2.* r) *verba* imperator *usque* agnovisset *om. R 1 et suprascr.* imp. iuberet ageret. s) deus *om. R 1.* t) vestra *r 1.* u) me petendo *edd. G. M;* metendo *r 1. 2;* petendo *(om.* me*) R 1;* me redde subiugatum *Vatic. A sec. ed. M.* v) *ita R 1. r 1. 2;* anaticis *ed. M sequens Vat. A. B. C. D; sed D add.* aquaticis; atticis *Norm. Corb. et ed. G.* w) *ex* dicitur *corr. r 1.* x) mei, *quod verbum ante* memoria *fortasse deesse notat Mommsen, hic add. edd. G. M.*

V, 47 in titulo monasterio *r 1, R 1* — Theodori *R 1,* Andreae *in 1 Teller. (ed. M)* — Arim *abbr. r 1;* Ariminu *corr. in* Arimino *R 1;* Ariminensis *R 4; om.* monasterii — Arimino *ed. pr.* a) que *om. r 1.*

1) Susceptus: is cui patrocinium aliquis praebet; cliens *Dirksen. Alteserra et Maurini notant medicos aegrotos suos vocare susceptos, id est clientes et add. locum Augustini in ps. 45:* aegrotat nescio quis, adhibetur medicus; susceptum suum medicus dicit aegrotum. *2) De Narse cf. ep. I, 6 not.* *3)* Tria mancipia dono dat, illam Anaitem (ab Anaea, urbe Cariae) et duos parvulos Atticos *interpretatur Gussanv.; sed equidem cum Maurinis illius opinionem improbo; neque praefero opinionem, quam Alteserra profert: unam anacem (i. e. vas ansatum vel urceum) et duas Atticas (quae sunt vasa fictilia) a Gregorio missa esse; neque tabellas tres, scil. anatem et actacas (ab ἀκτή) pictas, fuisse credo; Ewald putarit* pictaciis *legendum esse; praefero, quod Maurini et scriptores codd. Vat. (de quibus cf. conspectum codd.) coniciunt* anatem cum duobus parvulis anaticis, *i. e. anaticulis, legendum esse. Hehn, Culturpflanzen und Hausthiere, p. 323 s., notat anatem in antiqua lingua Slavonica* ątica *vocari et anseres quondam non raro dono datos esse.*

V, 47 Cf. ep. V, 49; de temporis notis harum epistularum cf. Ewaldum, N. A. III, 613. — Luminosus non nisi hac et ep. V, 49 commemoratur. — Ecclesiae S. Thomae a. 1157 (et usque ad a. 1806) parochialis

coepiscopo nostro nostra praeceptione[1] transmissa ei successoribusque eius a te[b] monasterioque tuo cunctam laesionis abstulimus funditus potestatem, ut nec ultra in vestro versetur gravamine nec monasterii res describat[c] nec publica illic debeat esse processio, illa videlicet ei[d] iurisdictione relicta, ut in defuncti abbatis locum alium, quem dignum communis consensus congregationis elegerit, debeat ordinare[e] [2]. His autem ita perfectis in Dei opere estote sollicití et adsiduae orationi operam date, ne non videatur magis vobis quaesita mentis in oratione securitas, sed male, quod absit, degentibus episcopalis evitata districtio.

V, 48.

Gregorius I. papa Leontio episcopo (Urbinati) praescribit, ut, cuius visitationem susceperit, ecclesiae Ariminensis patrimonium per eiusdem ecclesiae homines, non per alienos gubernari sinat; de quattuor portionibus ex reditibus ecclesiae faciendis et aliis quibusdam addit. *595, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 86 (Ind. XIII. cap. 42).
Edd. M: Lib. V. ep. 44; G: Lib. IV. ep. 42. — Iaffé Reg. 1364 (995).

GREGORIUS LEONTIO EPISCOPO VISITATORI ARIMINENSIS ECCLESIAE.

Clero Ariminensis ecclesiae, cuius visitator es, querente comperimus, quod[a] remotis omnibus[b] fraternitas tua hominibus suis patrimonii eius gubernationem ceterasque utilitates[c] commiserit peragendas[1]. Quod si ita est, querellam eiusdem cleri ineptam esse non credimus. Ea de re his te hortamur affatibus, ut omnia quae ad suprascriptam ecclesiam pertinent per proprios eius homines, quos ipse praevideris, sive per diaconem latorem praesentium gubernari agique disponas, ut nulla eis adversum te iusta murmurandi relinquatur occasio. Si vero quaedam de eis infidelitatis est fortasse suspicio, cum eis quoque homines tuos in actione[2] constitue, ut alterna erga se sollicitudine debeant esse custodes rationes tibi modis omnibus posituri.

b) ante *corr. in* a te *r 2.* c) describant *codd. nostri et ed. pr.* d) *ita r 2;* eis *r 1. R, ed. pr.* e) ordinari *R 4;* ordinare *cet. codd.*

V, 48 in titulo visatori *R 1; om.* visitatori — ecclesiae *ed. pr. — add. rubro quod post delet R 1:* ut non removeantur proprii clerici et exteri ordinentur. a) eis *add. r 1.* b) *add.* clericis *ed. pr.* c) hutilitates *corr. ex* humilitates *R 1.*

erat, nunc oratorium; cf. Tonini, st. d. Rimini, II p. 175. Pleniore nomine idem monasterium appellatur SS. Andreae et Thomae in ep. V, 49.

1) Scil. ep. V, 49. 2) Recte, ut mihi quidem videtur, Wisbaum, l. l. p. 35, monet neque hac neque ep. VIII, 17 singulis monasteriis nova iura vel privilegia concedi; sed hunc fuisse communem statum monasteriorum, ut monachi ipsi res suorum monasteriorum administrarent, ipsi abbatem sibi eligerent neque episcopo liceret missas, cum vellet, in monasteriis celebrare; sed episcopum electum abbatem ordinasse hancque fuisse episcopi iurisdictionem. Cf. ep. III, 23. VI, 44. IX, 165. Abusivae consuetudines emendantur, non nova iura conduntur.

V, 48 una certe cum praeced. ep. transmissa. — De Leontio, quem Ioh. diac. Urbinatem episcopum fuisse commemorat cf. notam Ewaldi ad. ep. III, 24. 1) Saepe est in mandatis visitatoris ut nihil de . . . reditu . . . a quoquam usurpari patiatur. *2) Actus, actio, actor tam pro civilibus quam pro ecclesiasticis magistraturis usitata verba; cf. e. g. C. I. XII, 3, 3 pr.:* in actu positus; *Diurn. 54; in Cod. Bav. (ed. Bernhard) et multis diplomatibus: actores ecclesiastici; Cod. Carol. ep. 56:* praecepta actionum.

Quicquid vero de reditibus ecclesiae ipsius accesserit, quattuor iuxta consuetudinem oportet fieri portiones[3]: una scilicet, quae clero praebenda sit, alia pauperibus; de reliquis autem duabus partibus tres fieri volumus: unam sartatectis profuturam, aliam pro sustentatione sua Castorio proprio episcopo[4] dirigendam, reliquam tibimet retinendam.

Si quis igitur in suprascriptae[d] ecclesiae clero dignus fuerit presbyter vel diaconus sive in gradu alio ordinari, liberam habebis ex[e] nostra auctoritate eum provehendi[f] licentiam[5].

In lucrandis ergo animabus invigila, circa cleri rectitudinem esto sollicitus, utilitates ecclesiae, cuius visitationem geris, iniuste perire vel deteriorari nulla subreptione permittas, ne, quod absit, et apud Deum perpetui labem periculi et apud nos[g] reatum culpae possis incurrere.

Comperimus praeterea aliquot[h] te annonas de publico[6] consequi et hac ex re verecundia comprimi atque in causis ecclesiae vel defensione pauperum non esse, ut congruit, efficacem. Propterea abstinendum est ab hoc quod verecundiam incutit, et stipendiis, quae de ecclesia consequeris, debes esse contentus. Nam si aliter facere post nostram adhortationem volueris, aliam de te aestimationem habebimus, quippe qui commissos tibi avaritiae militare doces, quos sufficientibus stipendiis instituis non esse contentos.

V, 49.

Gregorius I. papa Castorium episcopum Ariminensem eiusque successores monasterii sanctorum Andreae et Thomae privilegia servare iubet. *595, Iun. 6.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 87 (Ind. XIII. cap. 43); P: cap. 15.
Edd. M: Lib. II. ep. 41; G: Lib. IV. ep. 43. — Iaffé Reg. 1362 (997).

GREGORIUS CASTORIO EPISCOPO ARIMINENSI.

Luminosus[a] abbas[b] monasterii sanctorum[c] Andreae et Thomae in Ariminensi[d] civitate constituti quas nobis lacrimabiliter[e] preces effuderit[f], inditae[g] textus[h] peti-

d) *sigla* sstae *corrumpunt in* s̄cāe *(i. e.* sanctae*) r 1. 2 et ed. pr.* e) in *(pro* ex*) delet R 1.* f) *ita scr. Mommsen;* provocandi *r 2;* prebendi *r 1; ex* provocando *corr.* promovendo *R 1;* promovendi *edd.* g) nos *om. r 1.* h) aliquo *r 1;* aliquod *corr. in* aliquis *R 1.*

V, 49 in titulo: Ut abbas in monasterio non per episcopum aut per quemlibet exterum ordinetur neque missa ab episcopo ibi celebretur, et ut nulli ecclesiae subiciatur *add. Montecas. 353.* — Arimino *R, r;* Ariminensi *Pa 1 in ind. Monac. 14, 641;* Ariminensis *Pb 4. 5.* a) Liminosus *Pb 3.* b) abba *r 1. Pb 4. 5.* c) apostolorum *Pa 2.* d) *ex* Arminensi *corr. 1. Pa 1;* arminensi *Pb 3. Monac.;* arninensi *Pb 1.* e) lacramabiliter *Pb 1.* f) *ex* effenderit *corr. 1. Pa 1.* g) *ex* indictae *corr. r 2; ex* indit et *corr. 2* inditus *(ita Pa 2; Montecas. 353, p. 259) Pa 1; ex* inditet *corr.* indicet *Mon.;* indicet *Pb 1. 3; ex* indicet *corr.* index *(ita Pb 5) Pb 4;* inditae te *scr. Mommsen.* h) tectus *Pb 1.*

3) *De quartis cf. ep. V, 12 n. 3.* 4) *De Castorio, episcopo Ariminensi, cf. ep. III, 24 n. 1.* 5) *Ep. III, 24* praeter ordinationes clericorum cetera omnia *Leontio concessa erant.* 6) *Cf.* in publico detur *ep. I, 42, p. 64 l. 15.*

V, 49 Cf. ep. V, 47 et de Castorio, infirmitate Romae retento, ep. III, 24 n. 1. — Praeter hanc formam epistulae in quibusdam codicibus a Maurinis citatis et in cod. Escor. d. I, 1 = H. 4 (cf. ep. I, 39a) et praeter interpolationes, quas e diversis codicibus in notis dedi, epistula quaedam valde amplificata nobis traditur, Castorio quidem inscripta, sed qua de privilegiis monasteriorum in universum agitur; equidem, quamquam Ewald coniecit epistulam, quae in registro exstat, ex illa ampliore contractam esse (N. A. VII, 597), tamen Wisbaumi (l. l. p. 37 ss.) argumentis persuasus illam opus falsarii esse existimo. Eadem,

tionis[1] informat. Pro qua re fraternitatem tuam hortamur, ut obeunte[a] abbate monasterii[b] ipsius[c] ecclesia[d] tua in describendis providendisque[e], adquisitis adquirendisve[f] eiusdem[g] monasterii rebus nulla se occasione permisceat. Abbatem vero eidem monasterio[h] non alium, sed quem dignum moribus atque aptum[i] disciplinae monasticae[k] communi consensu congregatio tota proposcerit, ordinare[l] te volumus[2]. Missas autem illic[m] publicas per episcopum fieri omni modo[n] prohibemus, ne in servorum Dei recessibus[o] popularibus occasio praebeatur ulla[p] conventibus et simpliciores ex hoc animas plerumque, quod absit, in scandalum trahat frequentior quoque muliebris[q] introitus. Hanc autem scriptorum nostrorum paginam omni in futuro tempore a te[r] vel post te episcopis ordinandis firmam statuimus inlibatamque servari[s], ut et tua[t] ecclesia iuvante Domino[u] suo tantummodo[v] sit iure contenta[w] et monasterium illud nulli alterius alii quam[x] generali canonicaeve[y] iurisdictioni[z 3] deserviens[a] remotis vexationibus ac cunctis[b] gravaminibus divinum opus cum summa animi[c] devotione[d] perficiat[e].

Data[f] die VI mensis Iunii indictione XIII[g].

V, 50.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut oratorium ab Andrea, S. Martini monasterii quondam abbate, conditum S. Petro et S. Michaeli consecret. *595, Iun. 6*

Codd. P: cap. 16.
Edd. M: Lib. V. ep. 37; G: Lib. VII. ind. II. ep. 15. — Iaffé Reg. 1365 (988).

a) ab eundem *Montecas. 353.* b) monasterię *Pb 1.* c) in *add. P. Montecas. 353.* d) eclae *r 1.* e) praevidendisque *(ita Mon.)* ut *(corr. in* vę*) Pb 1;* praevid. at *Pa 2.* f) inquirendisvae *(om.* adquisitis*) Pa 2.* g) eidem *Pa 1. Pb, r:* eius *Pa 2.* h) eiusdem monasterii *Pa 2;* monasterii *Monac. Montecas. 353.* i) *ita R 1;* actuum *(*actum *Pb 3) P. Montecas., r.* k) *ita R 1. Pa 1 (?);* monachicae *Pa 2. Pb 3. 4, r. Monac. Montecas. 353;* manachiae *Pb 1. — (Item* monachica disciplina *in Diurn. 64 (ed. Sick. p. 60, 16) Garn. Bal., sed:* monastica *Vatic.)* l) ordinari *(ex* ordinare *corr. 1. Pa 1. Mon.) P, Montecas. et om.* te; *cf. ep. V, 47 not. e.* m) *ex* illi *corr. 1. Pa 1.* n) omnino *R 1, r 1.* o) secessibus *Pa 2, r 1.* p) illa *Pb.* q) mulieribus *P.;* mulierum *Montecas. 353; post* introitus *add.* detur *Pa 2.* r) a te *om., sed suprascr.* ante *R 1; post* ordinandis *add. Montecas. 353; Barber. XI, 64 et XIV, 52:* tam in vestra civitate quam et in cuncto orbe terrarum. s) *ex* servare *corr. Pa 1;* servare *Mon.* t) et tua] hoc textu *r 1;* textu *r 2.* u) deo iuvante *Pa 2.* v) suo tamen modo *Pb.* w) contempta *Pb 4.* x) ali quam *Pa 1;* aliqua *Pa 2. Mon.;* aliquam *cet. codd. Pb.* y) ve *om. P.* z) iuris dilectioni *r 1.* a) monast. illud cuncta que in universis regionibus cenobia constituta *(in ras.:* nulli alterius eccle subiaceat aliquando tantummodo suę regn . .) deserviens *Montecas. 353 cum 2 Barber.* b) a cunctis *Pb 1. Mon. Pa 2. r 2.* c) animę *R 1. om. Montecas. 353.* d) devoticione *Pb 1.* e) *ita Pa 2 et ex* perficiant *corr. 1. Pa 1, r 2;* perficiant *Pb. R 1, R* 1, r 1;* perficiant *etiam Montecas. 353, cum duob. Barb., qui post* opus *add.:* sub suo abbate degentes fratres. f) *om. R* 1.* g) XIIII. *fortasse Pa 1;* VII. *R* 1. —* Hęc epistola requiratur in didascalio *add. Montecas. — Om. verba* data *etc. R, r.*

quae illa epistula, continent acta falsae synodi I-E. † 1366 (998). Utrumque monasteriorum privilegium ex nostra epistula et ep. VIII, 17 adhibitis quoque ep. VII, 12. XII, 6 confictum est.

1) Haec petitio aut non in registrum recepta aut non a librariis exscripta est. *2) In bulla Nicolai II., a. 1059 monasterio Petri et Pauli Ariminensi concessa, (I-L. 4398 = Tonini, Rimini II p. 528) repetitur,* quod b. papa et doctor Gregorius Castorio, Ariminensi episcopo, statuisse dignoscitur, scilicet obeunte abbate ipsius etc.; *occurrunt ibid. etiam haec verba:* gratis ordinari volumus. *3) De iurisdictione episcopi cf. Wisbaum, l. l. p. 35; ep. V, 47 n. 2.*

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Theodosius[a] abbas monasterii[b] sancti Martini[c 1] petitorii[d] nobis insinuatione[e] suggessit, quae[f] habetur in subditis. in domo quondam Marini[g] ex eius voluntate secundum testamenti seriem[h] oratorium[i] decessorem[k] suum Andream abbam[l], in qua[m] monachi habitare debeant, construxisse. Et quia id[n] in honore beati Petri[o] principis apostolorum et sancti archangeli Michaelis[p] postulat dedicari, dilectionem tuam praesentibus apicibus duximus adhortandam, quatenus ad praedictum locum, cum postulaverit, ingravanter accedas venerandae sollemnia dedicationis impendens[q], et, quotiens necesse fuerit, a[r] presbyteris ecclesiae tuae in sancto[s] loco deservientibus celebrentur sacrificia veneranda missarum, ita ut in eodem monasterio neque fraternitas tua neque presbyteri praeter[t] diligentiam disciplinae aliquid molestiarum[u] inferant aut[v], si quid illic pro[w] diversorum devotione commoditatis accesserit, sibi aestiment vindicari, cum monachis in eodem loco deservientibus debeat proficere, quicquid a fidelibus offerri contigerit[x].
Data die quo supra[y].

MENSE IULIO INDICTIONE XIII.

V, 51.

Gregorius I. papa Andreae scolastico Marinianum, quondam presbyterum, reiectis competitoribus Donato archidiacono et Iohanne presbytero episcopum Ravennatem ordinatum commendat. *595, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 88 (Ind. XIII. cap. 44).
Edd. M: Lib. V. ep. 48; G: Lib. IV. ep. 45. — Iaffé Reg. 1367 (999).

GREGORIUS ANDREAE SCOLASTICO.

Excellentissmi viri domni patricii[1] voluntatem in persona Donati archidiaconi implere voluimus[a]; sed[b] quia valde periculosum est animae temere cuiquam manum

V, 50 in titulo: Fortunato *Pa 2. Pb 1. 4. 5. P* 1;* Furtunato *Pa 1 in ep. et in ind. Pb 1 in utroque ind. Pb 2. 3 in ep. et in ind.* — Neapolitano *ex* Nepol. *corr. Pa 1; in ind.:* Naeapoli; *Pa 2 in ind.:* Neapoli; *Pb 3:* Neapli; Neapolim *Pb 2. Monac.* a) Theudosius *Pb 1.* b) monasterio *Pb 4. 5.* c) marini *Pa 2.* d) petitoria *(ita Diurn. G.) ex* petitorii *corr. 2. Pa 1;* petiit a *Pa 2;* petitorii *Diurn. 11 (Vat.), ceteri codd.* e) *om. Pa 2.* f) suggerensque quia *Pa 2.* g) *ex* martini *corr. Pb 1.* h) *ita coni. Mommsen;* secundum scripti seriem *Pa; (*m scripti *in ras. corr. 2. Pa 1);* secundum termis erię *(*erae *Pb 5) Pb et sec. ed. M. Vatic. et Colb. vet.; om. edd. G. M.* i) oratorium *om. edd. et post* abbatem *add.* monasterium. k) decessoremque *Pa 2.* l) *Pb 3. 4. 5. Pa 2:* abbatem. m) in quo *Pa 2;* in quam *Pb 3.* n) id *om. Pa 2.* o) petri *om. Pb 4.* p) mihaelis *Pa 1;* michahelis *Pb 1. 2. 3 (*archangelis *Pb 3) Pa 2.* q) inpendas *Pa 2.* r) *om.* a *Pa 2.* s) suprascripto *Diurn. 15.* t) propter *Vatic. D. sec. ed. M.* u) molestiae *Pa 2.* v) ut *Diurn. 15 (Vat.).* w) per *Pa 2.* x) *ex* contingerit *corr. 1. Pa 1;* contingerit *Pb 1. 3;* constiterit *Diurn. 15.* y) quo supra *Pa 1 add. corr. 1.*

Mense *cet. ad ep. praecedentem V, 49 r 1. 2 revocant. Recte R 1. R* 1, sed R 1 lapsu calami:* iunio *pro* iulio *scripsit.*

V, 51 a) volumus *R 1, r 1, ed. pr.* b) et *(pro* sed*) R 1.*

*V, 50 Huius epistulae formula non multum discrepat a formulis Diurni 15. 16 et ab ea, qua noster ep. III, 58 utitur. Sed hic desideratur arenga epistularum illarum (*religiosis — effectum*). — De Fortunato cf. ep. III, 58 not.; die V. mensis Iulii synodo Romae habitae subscripsit.* *1) Cf. ep. V, 33 n. 1.*

V, 51 De Andrea scholastico cf. ep. IX, 101. 151; vir gloriosus appellatur; itaque dubitari potest, an is, qui in ep. VI, 31: Andreas, vir magnificus, appellatur, idem sit. — De scholasticis cf. ep. I, 3. V, 34 not. *1) Scil. Romani exarchi, cuius non minus, quam pontificis, intererat, utrum amicus in sede episcopali Ravennae esset, an inimicus.*

imponere, curae nobis fuit vitam actumque eius suptili investigatione discutere[2]. Et quoniam multa inventa sunt, sicut eidem domno[c] patricio scripsimus[3], quae eum procul[d] ab episcopatu removerent, Dei iudicium metuentes in ordinando eo non praesumpsimus[e] consentire. Sed nec Iohannem presbyterum psalmorum nescium[4] praevidimus[f] ordinare, quia haec cum res minus[g] sui profecto habere studium demonstrabat. His igitur remotis cum ad eligendum de suis a nobis partes urguerentur et[h] nullum se habere ad hoc officium faterentur[h] idoneum maiorque nos una cum eis teneret afflictio, tandem venerabilem fratrem Marinianum[i 5] presbyterum, quem diu mecum[k] didicere[l] in monasterio conversatum, communi concordantique voce atque consensu[m] saepius petiverunt. Cuique refugienti diversis modis vix aliquando[n] potuit suaderi[o], ut eorum praeberet[p] petitioni consensum[6]. Et[q] quia bene nobis eius vita est cognita atque in lucrandis illum animabus novimus esse sollicitum, nullam in ordinatione ipsius moram attulimus. Gloria itaque vestra eum, sicut decet[r], suscipiat novitatique eius consolationis auxilium porrigat. Nam omnibus, sicut nostis, cuiuslibet officii valde onerosa est novitas. Ego autem magnam confidentiam habeo, quia omnipotens Deus, qui eum suo est dignatus gregi[s] praeponere, et ad interiora illum curanda exacuit[t] et[u] ad exteriora gerenda gratiae suae pietate confortat. Sed quia post longa quietis otia eius, ut praediximus, novitas proculdubio perturbatur, peto, ut, cum venerit tempestatum saecularium procellas fugiens, semper apud vestram mentem portum quietis inveniat et de vestrae bono caritatis hilarescat. Quantum vero vobis cum illo convenire valeat, citius cognoscetis, quia ad episcopatum venit invitus.

---

c) *abbr.* dom̄ *R 1.* d) pro culpa *Vatic. B (ed. M).* e) praevidimus *cum Vatic. Norm. Corb. Rem. ed. M.* f) presumpsimus *ed. M.* g) minorem *r 1, R 1.* h) *om.* et nullum — faterentur *R 1;* fatentur *r 1.* i) *ita in ras. R 1;* marianum *corr. in* marinianum *r 2;* marianum *r 1.* k) medicum *R 1.* l) *corr. in* didiceram *r 2.* m) sensu *r 1.* n) a. ei *in ras. R 1;* aliquandoque *r 1;* aliquando quae *(sed delet* quae*) r 2.* o) *ita r 1;* suadere, *post* potui *ras. R 1;* potui, *corr.* suadere *in* suaderi *r 2.* p) *corr. ex* praevidere *r 2.* q) ut *R 1.* r) *om.* decet *r 1.* s) in suo est dignatus grege *R 1.* t) exacuet *R 1.* u) ut *R 1.*

2) *De morte Iohannis, episcopi Ravennatis, et electione novi episcopi cf. ep. V, 21. 22. 24. De ordinatione episcoporum in universum cf. ep. V, 20 n. 4. De Donato cf. ep. VI, 31 n.* 3) *Haec epistula deperdita est.* 4) *Clericos eruditos esse, litteras scire, sacras ediscere liturgias debere iussit Iustinianus in Nov. 6 c. 4. 123 c. 12. 137 c. 1. — Etiam ep. XIV, 11, quia psalmos ignorat Rusticus quidam diaconus, Gregorius perscrutatur, ne ignorans ad episcopatum accedat. Gussanr. citat concilii Nicaeni secundi canonem 2.:* decernimus quemlibet, qui ad episcopalem gradum est provehendus, psalterium omnino nosse, ut ex eo omnem quoque suum clericum ita institui moneat. — *Donatum et Iohannem electos esse atque cum legatis Romam venisse, ut noster ep. V, 24 praecipit, ex hac epistula conici potest.* 5) *Prima epistula Mariniano episcopo directa est V, 61 ultima XIV, 6, multae inter eas. Actis synodi Romanae, d. V. m. Iulii a. 595 habitae, iam episcopus subscripsit. Obiit 23. die m. Octobr., ut ex Agnello comperimus, circa a. 606. Idem contendit (c. 99) eum Iohannis, praedecessoris sui, nepotem fuisse atque confirmat eum Romae consecratum esse. Spurium privilegium a Gregorio huic datum apud Rubeum, hist. Rav., p. 189 ss. (cf. SS. rer. Langob. p. 343 n. 6). Adde Ioh. diac., v. Greg. III, 7.* 6) *Moris fuisse videtur episcopatum humilitatis causa declinare, ut Gregorius ipse fecerat, vel* invitum ad episc. accedere. *Reg. past. I, 6:* humilitas . . . . tunc ante Dei oculos vera est, cum ad respuendum hoc, quod utiliter subire praecipitur, p e r t i n a x non est *etc. — C. J. I, 3, 30, 4:* tantum ab ambitu debet esse sepositus, ut quaeratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat.

V, 52.

Gregorius I. papa Theodelindam, Langobardorum reginam, admonet, ut Constantii episcopi (Mediolanensis) ordinationem et communionem probet, cum professio catholicorum quattuor synodorum maximeque Chalcedonensis fidem amplectatur. *594, Iul.*

Codd. R et r: *1.) Indictio XII. cap. 33.* *2.) Indictio XIII. cap. 45.*
Edd. M: Lib. IV. ep. 38; G: Lib. III. ep. 33. — Iaffé Reg. 1308 (943).

Haec epistula (= IV, 33) tantummodo errore librarii iterum inter ind. XIII. epistulas recepta esse videtur. Cf. not. Ewaldi ad ep. IV, 33.

V, 53.

Gregorius I. papa Leandro episcopo (Hispalensi) per Probinum presbyterum librum de regula pastorali mittit. Mittit et expositionem in beatum Hiob, cuius tertiae et quartae partis codices non adicit, quia hos codices monasteriis dederit. De causarum tumultibus queritur. *595, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 90 (Ind. XIII. cap. 46); coll. can. Hispana: H 1—4 (cf. ep. I, 39 a).
Edd. M: Lib. V. ep. 49; G: Lib. IV. ep. 46; Gonzalez, coll. canon. Hisp. Pars II. p. 157. — Iaffé Reg. 1369 (1000).

GREGORIUS LEANDRO EPISCOPO SPANIARUM.

Quanto ardore videre te sitiam, quia valde me diligis, in tui tabulis cordis legis. Sed quia longo terrarum spatio disiunctum te videre nequeo, unum quod mihi de te dictavit caritas, feci[a], ut librum regulae pastoralis[1], quem in episcopatus mei exordio scripsi, et libros, quos in expositione beati Iob iamdudum[b] me[c] fecisse cognovisti[d], sanctitati tuae communi filio[e] Probino presbytero[2] veniente transmitterem[f][3]. Et[g] qui-

V, 53 De codd. H 1—4 cf. ep. I, 39 a not. — Titulus H 1: epistola eiusdem sc̄issimi Gregorii pape ad eundem dominum Leandrum Spalensem episcopum. reverentissimo et sanctissimo fratri Leandro coepiscopo G. s. s. d. — Spaniarum *r 1. 2 (cf. ep. I, 41);* Hispaniarum *R 1. R* 1 et 3 Vatic. quos ed. M citat;* Hispalensi *ed. M; om.* Spaniarum *ed. pr. — Addit titulo rubro, quod post delet, R 1:* de libris moralibus transmissis et pastorale. — *Gonzalez:* reverentissimo et sanctissimo fratri Leandro episcopo (Leandrum quoep̄m: *H 3)* Gregorius servus servorum dei *et antea:* de directis libris regulę pastoralis et *(et del. H 4)* in expositione beati Iob. a) fecit *H 4.* b) iamdum *H 4.* c) *om.* me *r 1.* d) cognovimus *r 1.* e) commune consilio *r 1.* f) transmittere *r 2 (add. post.* curavi*);* transmittere curavi *ed. pr.* g) *add.* tu *(quod corr.* in tibi*) r 2; add.* tuae caritati *edd.*

V. 53 Haec epistula duplici traditione, et per registrum et per collectionem canonum Hispanam (nondum auctam) relata est (cf. Maassen, Gesch. d. Quellen etc. I, 302. 697), quarum altera ex authentico hausta est. In collectione Hispana signatur numero CI, si Maassen sequimur, numero XCVIII, si editionem Gonzalez, numero C, si codices nostros disquirimus. — Una cum libro de regula pastorali et expositione in Hiob (cum ep. V, 53 a) transmissa est. — De Leandro cf. ep. I, 41 not. 1) *Cf. ep. I, 24 n.; I, 24 a not.* 2) *Idem certe in ep. IX, 228 commemoratur, etiam a. 599 internuntius inter Gregorium et Hispaniam.* 3) *Nota Gregorium expositionem in librum Hiob iam a. 591, m. Apr., Leandro promisisse; nam ep. I, 41 scribit de hoc opere:* nisi portitoris praesentium me festinatio coangustasset, cuncta vobis transmittere sine aliqua inminutione voluissem. *E quattuor annis sequentibus usque ad tempus, quo nostra epistula scripta est, omnino nulla epistula in Hispaniam missa exstat. — Taio, episcopus Caesaraugustanus, in epistula ad Eugenium II., ep. Toletanum, directa, quam libris sententiarum (e Gregorii et Augustini operibus congestarum) praemisit, narrat se Romae opera Gregorii, quae desiderabantur in Hispania, exscripsisse atque*

dem in eo opere tertiae et quartae partis[4] codices non transmisi, quia eos solummodo ex eisdem partibus codices[f] habui quos iam[g] monasteriis dedi[h]. Hos itaque sanctitas tua studiose percurrat et peccata mea studiosius defleat, ne mihi culpae gravioris sit, quod quasi scire videor quod agere praetermitto. In hac vero ecclesia quantis causarum tumultibus premor, ipsa caritati tuae epistolae meae brevitas innotescit, quando ei parum loquor, quem magis[i] omnibus diligo[k 5].

V, 53a.

Gregorius I. papa Leandro episcopo (Hispalensi) expositionis in beatum Hiob praefationem inscribit; nam quod apocrisiarii munere Constantinopoli fungens amicis et maxime ipso Leandro compellentibus per homilias conscribere coepisset, per libros emendando composuisse se scribit; qua in expositione loquendi artem se despexisse. Idem opus se iam antea monasteriis urbis Romae dedisse.

Edd. Maur.: op. S. Gregorii I, 1; Gussanv.: op. S. Gregorii I, 1. — Iaffé Reg. 1368.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI LEANDRO COEPISCOPO GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI.

I. Dudum te, frater beatissime, in Constantinopolitana urbe cognoscens, cum me illic sedis apostolicae responsa constringerent[1] et te illuc iniuncta pro causis fidei

f) *ex* codicis *r 2;* codicis *r 1, ed. pr.* g) *ita Gonz. H 3. 4;* habui *omis. r 1. 2. R 1 (erad.* quos *R 1);* quosdam *corr. in* quibusdam iam *r 2; Vatic. Norm. Corb. Rem.:* iam *(ed. M);* quas iam *ed. pr.* h) *add.* excerpsi *edd. pr. G.* i) maius *r 1. R 1. H 3. 4.* k) Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater *add. Gonzalez ex „cod. bibl. Reg. et Esc. 3".*

V, 53a Maurini in notis hos codices laudant: Remensem 1. (s. VIII.) et 2; b. Mariae de Lyra (c. a. 1000); S. Albini Andegavensem; Bigotianum; Colbertinum; Corbeienses; Ebroicensem; Floriacensem; Germanensem; S. Michaelis; Normannos; Regium; 1. et 2. Remigianum; 1. et 2. Vindocinensem. Equidem contuli Vindobonensem 673 s. XII. et editiones principem (sine anno et loco; ante a. 1468 impressam Basileae aput Rot; cf. Brunet, Suppl. I, c. 163) et a. 1503. In titulo: proemium *seu* prologus *in quibusdam codicibus inscribitur —* patri *(pro* fratri*) cod. Rem.*

cum sociis et notariis illius collocutum esse (España sagrada, ed. Florez-Risco 1876, t. XXXI p. 166 ss.). Postea de hoc itinere fabula haec narrabatur: expositionem in Hiob Gregorii Romae deperditam fuisse, Taioni autem in basilica S. Petri pernoctanti ipsum S. Gregorium per visionem monstrasse, in quo bibliothecae Vaticanae scrinio conservata esset. (Aliam huius legendae formam exhibet Isidorus Pacensis c. 13 [Migne 96 c. 1256 s.]; aliam Maurini in ed. op. S. Gregorii, I p. XXI: qualiter reperti sunt libri Moralium *e cod. mon. Longipontis. Adde f. 1 ed. pr.). Cf. Gams, Kirchengesch. von Spanien, II, 2 p. 227.*

4) De modo, quo libri Moralium conscripti sint, cf. ep. seq.; divisio huius operis in sex partes etiam in codicibus, qui extant, observata est: cf. Maur. op. S. Gregorii, I p. XVII. Birt, das antike Buchwesen, p. 117. *5) Eadem fere verba in fine ep. IX, 227 eidem Leandro missae.*

V, 53a Haec epistula in registrum non recepta per illos codices, qui primam partem expositionis in librum Hiob (Moralium) continent, tradita est. — Huius epistulae mentionem facit et ipse Gregorius in Mor. XI, 1 et Isidorus, de vir. ill. c. 40: scripsit etiam et quasdam epistolas ad praedictum Leandrum, e quibus una in eisdem libris Iob titulo praefationis annectitur. *Cf. etiam ep. I, 41 in f.:* hoc ipsum opus (Moralia) ad vestram reverentiam (Leandrum) scripsi. *— De Leandro cf. ep. I, 41 not.* *1) Gregorius in fine anni 584 adhuc Constantinopoli erat, ut ex epistula Pelagii Gregorio diacono missa et ab Iohanne diac. asservata (l. I, c. 32 = I-K. 1052) apparet et baptismati Theodosii, Mauricii filii, a. 585 interfuit. Sed non multo post reversus est, si Paulo diac., III, 20 credimus narranti eas epistulas, quas Pelagius Eliae Aquileiensi c. a. 586 misit, per Gregorium conscriptas esse. Constantinopolim missus erat a Pelagio II*

Wisigotharum[a] legatio perduxisset[1], omne in tuis auribus, quod mihi[b] de me displicebat, exposui, quoniam diu longeque conversionis gratiam distuli et postquam caelesti sum desiderio afflatus, saeculari habitu contegi[c] melius putavi. Aperiebatur enim mihi iam de aeternitatis amore quid quaererem, sed inolita me consuetudo devinxerat, ne exteriorem cultum mutarem. Cumque adhuc me cogeret animus praesenti mundo quasi specie tenus deservire, coeperunt multa contra me ex eiusdem mundi cura succrescere, ut in eo iam non specie, sed, quod est gravius, mente retinerer. Quae tandem cuncta sollicite fugiens portum monasterii petii et relictis quae mundi[d] sunt, ut frustra tunc credidi, ex huius vitae naufragio nudus evasi. Quia enim plerumque navem incaute religatam[e] etiam de sinu tutissimi litoris unda excutit, cum tempestas excrescit, repente me sub praetextu ecclesiastici ordinis in causarum saecularium pelago repperi[f] et quietem monasterii, quia habendo non fortiter tenui, quam stricte tenenda fuerit, perdendo cognovi. Nam cum mihi ad percipiendum sacri altaris ministerium oboedientiae virtus opponitur, hoc sub ecclesiae colore susceptum est, quod, si inulte liceat, iterum fugiendo deflectatur[g] [2]. Postque hoc nolenti mihi atque renitenti[3], cum grave esset altaris ministerium, etiam pondus est curae pastoralis iniunctum. Quod tanto nunc durius tolero, quanto me ei imparem[h] sentiens in nulla fiduciae consolatione respiro. Quia enim mundi iam tempora malis crebrescentibus termino propinquante[i] [4] turbata sunt, ipsi nos, qui interius mysteriis deservire credimur, curis exterioribus implicamur; sicut eo quoque tempore quo ad ministerium altaris accessi, hoc de me ignorante me[k] actum est, ut sacri ordinis pondus acciperem, quatenus in terreno palatio licentius excubarem; ubi me scilicet multi ex monasterio fratres mei germana vincti caritate secuti sunt. Quod divina factum dispensatione conspicio, ut eorum semper exemplo ad orationis[l] placidum litus quasi anchorae fune restringerer, cum causarum saecularium incessabili impulsu fluctuarem. Ad illorum quippe consortium velut ad tutissimi portus sinum terreni actus volumina fluctusque fugiebam, et licet illud me ministerium ex monasterio abstractum a pristinae quietis vita mucrone suae occupationis extinxerat, inter eos tamen per studiosae lectionis alloquium cotidianae[m] me aspiratio compunctionis animabat. Tunc eisdem fratribus etiam cogente te placuit, sicut ipse meministi, ut librum beati Iob exponere importuna me petitione compellerent et, prout veritas vires infunderet, eis mysteria tantae profunditatis ape-

a) *ita in antiquior. codd. sec. ed. M.* b) mihi *om. Vindob.* c) secularem habitum contemnere *ed. pr., ed. a. 1503 et aliae.* d) huius mundi *ed. 1503.* e) relictam *Corbeienses et Vindocinenses codd. et Vindob.* f) pelagus repperit *Vindob., ed. pr.* g) *ita Corb. et Colb. codd.;* deseratur *vel* defleatur: *duo Rem. secundus Remig. et Lyr.;* defleatur *Vindob.;* defleatur deflectat *ed. pr.* h) esse *add. ed. 1503.* i) appropinquante *Vindob., ed. 1503.* k) me *om. ed. pr.;* de me *om. Vindob.* l) adhortationis *ed. pr.* m) cottidie *Vindob.*

anno, ut videtur, 579. Cf. Lau, l. l. p. 25—30; Baxmann, l. l. p. 54 ss.; Wolfsgruber, Gregor d. Gr., (1890) p. 32 ss. Maurinorum v. Greg., ex eius scriptis adorn., I, c. 5. — Paul. diac., v. Greg. c. 7 ss.; Ioh. diac., v. Greg., I, 26 ss.

1) *Ita etiam vitae Gregorii, quarum auctores ex hac epistula hauserunt. Sed Isidorus de Leandro, fratre suo, scripsit:* in exilii sui peregrinatione composuit duos adversus haereticorum dogmata libros; *(de vir. ill. c. 41). Et Gregorius et Isidorus, uterque haud contemnendus auctor, verum dixisse videntur; nam verisimile est Leandrum ab Hermenegildo, qui contra patrem rebellasset, Constantinopolim missum esse atque patre victore ibidem remansisse; cf. praeter Dial. III, 31 et supra laud. auctores Dahn, Gesch. d. Westgothen, p. 141 ss.; Gams, l. l. II, 2, p. 37.* 2) *Quae vitae Gregorii auctores de vita Gregorii usque ad pontificatum narrant, magna ex parte ex hac epistula sumpta sunt; quos cf. de Gregorio praefecto, apocrisiario, abbate.* 3) *Cf. quae disserui n. 6 ep. V, 51; ep. I, 2 ss. etc.* 4) *Hoc Gregorium persuasum habuisse cum ex multis aliis locis, tum ex ep. V, 44. VII, 26 apparet.*

rirem. Qui hoc quoque mihi in onere suae petitionis addiderunt, ut non solum verba historiae per allegoriarum sensus excuterem, sed allegoriarum sensus protinus in exercitium moralitatis inclinarem, adhuc aliquid gravius adiungentes, ut intellecta quaeque testimoniis cingerem et prolata testimonia, si implicita fortasse viderentur interpositione superadditae expositionis enodarem[1].

II. Mox vero ut in obscuro hoc opere atque ante nos hactenus indiscusso ad tanta me pertrahi ac talia cognovi, solo auditus pondere victus, fateor, lassatusque succubui. Sed repente inter formidinem devotionemque deprehensus, cum in largitorem munerum oculos mentis attollerem cunctatione postposita[a] ilico certus attendi, quia impossibile esse non poterat, quod de fraternis mihi cordibus[b] caritas imperabat. Fore quippe idoneum me ad ista desperavi, sed ipsa mei desperatione robustior ad illum spem protinus erexi, per quem aperta est lingua mutorum, qui linguas infantium facit disertas, qui immensos[c] brutosque asinae ruditus[d] per sensatos humani colloquii distinxit modos[2]. Quid igitur mirum, si intellectum stulto homini praebeat, qui veritatem suam, cum voluerit, etiam per ora iumentorum narrat[3]? Huius ergo robore considerationis accinctus, ariditatem meam ad indagandum fontem tantae profunditatis excitavi. Et quamvis eorum, quibus exponere compellebar, longe me vita transcenderet, iniuriosum tamen esse non credidi, si fluenta usibus hominum plumbi fistula ministraret. Unde mox eisdem coram positis fratribus priora libri sub oculis dixi et, quia tempus paulo vacantius repperi, posteriora tractando dictavi, cumque mihi spatia largiora suppeterent, multa augens pauca subtrahens atque ita, ut inventa sunt, nonnulla derelinquens ea, quae me loquente excepta sub oculis fuerant, per libros emendando composui, quia et cum postrema dictarem, quo stilo prima dixeram, sollicite attendi. Egi ergo, ut et ea[e] quae locutus sum studiosa emendatione transcurrens quasi ad similitudinem dictatus erigerem et ea quae dictaveram non longe a colloquentis sermone discreparent, quatenus, dum hoc tenditur, illud attrahitur, edita[f] modo dissimili res non dissimilis formaretur; quamvis tertiam huius operis partem, ut colloquendo protuli, paene ita dereliqui, quia, cum me fratres ad alia pertrahunt, hanc suptilius emendari noluerunt. Quibus nimirum multa iubentibus dum parere modo per expositionis ministerium, modo per comtemplationis ascensum, modo per moralitatis instrumentum volui, opus hoc per triginta et quinque volumina extensum in sex codicibus explevi[4]. Unde et in eo saepe quasi postponere ordinem expositionis invenior et paulo diutius contemplationis latitudini[g] ac moralitatis insudo[5]. Sed tamen quisquis de Deo loquitur, curet necesse est, ut quicquid audientium mores instruit rimetur, et hunc rectum loquendi ordinem deputet, si, cum opportunitas aedificationis exigit, ab eo se[h], quod loqui coeperat, utiliter derivet. Sacri enim tractator eloquii morem fluminis debet imitari. Fluvius quippe dum per alveum defluit, si valles concavas ex latere contingit, in eas protinus sui impetus cursum divertit, cumque illas sufficienter impleverit, repente sese in alveum refundit. Sic nimirum, sic divini verbi esse tractator debet, ut, cum de qualibet re disserit, si fortasse iuxta positam occasionem congruae

a) illud *add. edd. pr., 1503.* b) procedebat vel *ed. 1503.* c) insensatosque *1. Remig.* d) rictus *Vindob., Corb.;* rugitus *in altero cod. Regio et ed. 1503.* e) ea ut *(om. verbis* egi *usque* ea*) Vindob.* f) et ita *ed. pr.* g) altitudini *2. Rem. Floriac. 2. Remig. Reg. Mich. S. Albin., sed* latitudini *in potioribus codd.* h) se *om. Vindob.*

1) Ex his verbis praeter auctores vitae S. Gregorii etiam Beda, h. e. II, 1, hausit. *2) Sap. 10, 21.* *3) Num. 22, 28.* *4) Cf. Birt, das antike Buchwesen, p. 117.* *5) Lau, l. l. p. 312, de expositione in b. Hiob scribit:* dagegen findet sich eine oft masslose allegorische Erklärung nebst moralischen Betrachtungen, die oft ohne bestimmte Anknüpfungspunkte der Erklärung des Textes angehängt werden.

aedificationis invenerit, quasi ad vicinam vallem linguae undas intorqueat et, cum subiunctae instructionis[a] campum sufficienter infuderit, ad sermonis propositi alveum recurrat.

III. Sciendum vero est, quod quaedam historica expositione transcurrimus et per allegoriam quaedam typica investigatione perscrutamur, quaedam per sola allegoricae moralitatis instrumenta discutimus, nonnulla autem per cuncta simul sollicitius exquirentes tripliciter indagamus. Nam primum quidem fundamenta historiae ponimus; deinde per significationem typicam in arcem fidei fabricam mentis[b] erigimus; ad extremum quoque per moralitatis gratiam, quasi superducto aedificium colore vestimus. Vel certe quid veritatis dicta nisi reficiendae mentis alimenta credenda sunt? Quae modis alternantibus multipliciter disserendo ferculum[c] ori offerimus, ut invitati lectoris quasi convivae nostri fastidium repellamus, qui, dum sibi multa oblata considerat, quod elegantius decernit, adsumat. Aliquando vero exponere aperta historiae verba neglegimus, ne tardius ad obscura veniamus; aliquando autem intellegi iuxta litteram nequeunt, quia superficie tenus accepta nequaquam instructionem legentibus, sed errorem (Iob 9, 13.) gignunt. Ecce etenim dicitur: 'Sub quo curvantur qui portant orbem'. Et de tanto viro quis nesciat, quod nequaquam vanas poetarum fabulas sequitur, ut mundi molem (Iob 7, 15.) subvehi giganteo sudore suspicetur? Qui rursum pressus percussionibus dicit: 'Elegit suspendium anima mea et mortem ossa mea'. Et quis rectum sapiens credat virum tanti praeconii, quem videlicet constat ab interno[d] iudice praemia pro patientiae virtute recipere, decrevisse inter verbera suspendio vitam finire? Aliquando etiam ne fortasse (Iob 3, 2.) intellegi iuxta litteram debeant, ipsa se verba litterae impugnant. Ait namque: 'Pereat dies in qua natus sum et nox in qua dictum est: conceptus est homo'. Et paulo post (Iob 3, 5.) subicit: 'Occupet eam caligo et involvatur amaritudine'. Atque in eiusdem noctis male- (Iob 3, 7.) dictione subiungit: 'Sit nox illa solitaria'. Qui nimirum nativitatis dies ipso impulsu temporis evolutus stare[e] non poterat. Quo igitur pacto hunc involvi caligine optabat? Elapsus quippe iam non erat[f] et tamen, si in rerum natura subsisteret, sentire amaritudinem nequaquam posset. Constat ergo, quod nullo modo de die insensibili dicitur, qui sensu percuti amaritudinis optatur. Et si conceptionis nox reliquis noctibus coniuncta discesserat, quo pacto hanc fieri solitariam exoptat[g]? Quae ut a lapsu temporis figi non potuit, ita etiam nec a reliquarum noctium coniunctione separari. Qui rursum (Iob 7, 19.) dicit: 'Usque quo non parcis mihi nec dimittis me, ut glutiam salivam meam'. Et (Iob 6, 7.) tamen paulo superius dixerat: 'Quae prius tangere nolebat anima mea, nunc prae angustia cibi mei sunt'. Quis autem nesciat salivam facilius posse glutiri, quam cibum? Qui itaque se sumere cibum denuntiat, incredibile est valde, quo ordine glutire posse (Iob 7, 20.) salivam negat. Atque iterum dicit: 'Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum?' (Iob 13, 26.) vel certe: 'Consumere me vis peccatis adolescentiae meae?' Et tamen alia responsione (Iob 27, 6.) subiungit: 'Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea'. Quo igitur pacto a corde suo minime in omni vita reprehenditur, qui peccasse se publica voce testatur? Neque enim simul umquam conveniunt culpa operis et inreprehensibilitas cordis. Sed nimirum verba litterae, dum collata sibi convenire nequeunt, aliud in se aliquid quod quaeratur ostendunt, acsi quibusdam vocibus dicant: dum nostra nos conspicitis superficie destrui, hoc in nobis quaerite, quod ordinatum sibique congruens apud nos valeat intus inveniri.

IV. Aliquando autem qui verba accipere historiae iuxta litteram neglegit, oblatum sibi veritatis lumen abscondit, cumque laboriose invenire in eis aliud intrinsecus

a) aedificationis *Ebroic. Lyr. Bigot.* b) fabricamentis ędificia *Vindob.* c) quasi fercula *Vindob.*; ferculo *ed. pr.* d) eterno *ed. 1503.* e) sentire *Vindob.* f) qui et el. iam erat *Vindob.*; qui el. quippe iam erat *edd. pr., 1503.* g) exorat *Norm. S. Alb. Floriac. Colbert.*

appetit, hoc, quod foris sine difficultate assequi poterat, amittit. Sanctus namque vir dicit: 'Si negavi quod volebant pauperibus et oculos viduae expectare feci; si comedi (Iob 31, 16 s.) buccellam meam solus et non comedit pupillus ex ea; si despexi praetereuntem eo, quod non habuerit indumentum, et absque operimento pauperem; si non benedixerunt mihi latera eius et de velleribus ovium mearum calefactus est'. Quae videlicet si ad allegoriae sensum violenter inflectimus, cuncta eius misericordiae facta vacuamus. Divinus etenim sermo sicut mysteriis prudentes exercet, sic plerumque superficie simplices refovet. Habet in publico, unde parvulos nutriat, servat in secreto, unde mentes sublimium in ammiratione suspendat. Quasi quidam quippe est fluvius, ut ita dixerim, planus et altus, in quo et agnus ambulet et elephas natet. Ut ergo uniuscuiusque loci opportunitas postulat, ita se per studium expositionis ordo inmutat, quatenus tanto verius sensum divinae locutionis inveniat, quanto, ut res quaeque exegerit[a], per causarum species alternat.

V. Quam videlicet expositionem recensendam tuae beatitudini, non quia velut dignam debui, sed quia te petente memini promisisse[1], transmisi. In qua quicquid tua sanctitas tepidum incultumque reppererit, tanto mihi celerrime indulgeat, quanto hoc me aegrum dicere non ignorat. Nam dum molestia corpus atteritur, affecta[b] mente etiam dicendi studia languescunt. Multa quippe annorum iam curricula devolvuntur, quod crebris viscerum doloribus crucior, horis momentisque omnibus fracta stomachi virtute lassesco, lentis quidem, sed tamen continuis febribus anhelo[2]. Interque haec dum sollicitus penso, quia scriptura teste: 'Omnis filius, qui a Deo recipitur, flagellatur', (Hebr. 12, 6.) quo malis praesentibus durius deprimor, eo de aeterna[c] certius praesumptione respiro. Et fortasse hoc divinae providentiae consilium fuit, ut percussum Iob percussus exponerem, et flagellati mentem melius per flagella sentirem. Sed tamen recte considerantibus liquet, quia adversitate non modica laboris mei studiis in hoc molestia corporalis obsistit, quod carnis virtus cum locutionis ministerium exhibere vix sufficit, mens digne non potest intimare quod sentit. Quid namque est officium corporis nisi organum cordis? Et quamlibet peritus sit cantandi artifex, explere artem non valet, nisi ad hanc sibi et ministeria exteriora concordent, quia nimirum canticum, quod docta manus imperat, quassata organa proprie non resultant nec artem flatus exprimit, si scissa rimis[d] fistula stridet. Quanto itaque gravius expositionis meae qualitas premitur, in qua dicendi gratiam sic fractura organi dissipat, ut hanc peritiae ars nulla componat? Quaeso autem, ut huius operis dicta percurrens in his verborum folia non requiras, quia per sacra eloquia ab eorum tractatoribus infructuosae loquacitatis levitas[e] studiose compescitur, dum in templo Dei nemus plantari prohibetur. Et cuncti procul (Deut. 16, 21.) dubio scimus, quia, quotiens in foliis male laetae segetis culmi proficiunt, minori plenitudine spicarum grana turgescunt. Unde et ipsam loquendi artem, quam magisteria disciplinae exterioris insinuant, servare despexi. Nam sicut huius quoque epistolae tenor enuntiat, non metacismi[3] collisionem fugio, non barbarismi confusionem devito, situs[4] modosque[f] et praepositionum casus[g] servare contemno, quia indignum vehementer existimo, ut verba caelestis oraculi restringam sub regulis Donati[5]. Neque enim haec

a) se *add. ed. 1503.* b) afflicta *Vindobon., ed. 1503.* c) eternis *edd. pr., 1503.* d) nimis *Vindob.* e) lenitas *edd. pr., 1503.* f) motusque *codd. cet., sed ita Vindob. et Maurini.* g) etiam praepositionumque casus *Vindob.*; (et *om.*) praepositionum etiam casusque *edd. pr., 1503.*

1) Scil. ep. I, 41 in f. *2) Etiam ex hoc loco hausit Beda, h. e. II, 1. — De Gregorii morbis cf. Wolfsgruber, l. l. p. 74 ss.* *3) I. e. myotacismi, ut videtur. Alii interpretes coniciunt: iotacismi; alii: metacismi (a μετάκειμαι) = transpositionis.* *4) Hiatus, quidam interpretes coniciunt.* *5) De stilo Gregorii et de hoc loco disserui in Neues Archiv, XV p. 529 ss. et p. 543 s.; cf. Servii commentarium*

ab ullis interpretibus in scripturae sacrae auctoritate servata sunt. Ex qua nimirum quia nostra expositio oritur, dignum profecto est, ut quasi edita suboles speciem suae matris imitetur. Novam vero translationem dissero; sed cum probationis causa exigit, nunc novam nunc veterem[1] per testimonia adsumo, ut, quia sedes apostolica cui Deo auctore praesideo utraque utitur, mei quoque labor studii ex utraque fulciatur.

V, 54.

Gregorius I. papa nobilibus Syracusanis successorem dignum Maximiano defuncto episcopo expetentibus respondet, et Agatho a clero plebeque electus et aemulus eius ad se veniat necesse esse. *595, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 91 (Ind. XIII. cap. 47).
Edd. M: Lib. V. ep. 22; G: Lib. IV. ep. 47. — Iaffé Reg. 1370 (1001).

GREGORIUS NOBILIBUS SYRACUSANIS.

Laudis vestrae testimonium quam direxistis gerit[a] epistola, quod[a] electionis[b] vos onera sapienter declinasse significat. Et quoniam nostro hoc arbitrio commisistis ac multa bona de venerandae memoriae quondam Maximiano episcopo[1] referentes talem vobis[c] ordinari deposcitis, vos quidem sicut decet fideles filios facitis, quia haec de digno sollicitoque patre testamini et obtrectantibus aliis bona ipsius etiam post obitum non tacetis. Unde oramus omnipotentem Dominum, ut et vobis pro sinceritatis vestrae voluntate retribuat et obloquentibus clementer ignoscat. Hoc tamen sciat magnitudo vestra, quia civitati illi quem dare Maximiano reverentissimo similem non habemus. Sed quia a clero et plebe Syracusanae ecclesiae Agatho, ab aliquibus[2] autem alter eligitur, hunc, qui a clero et plebe electus est, ad nos interim venire necesse est, ut utrisque[d] comminus constitutis ille qui utilior visus fuerit et Deo placuerit, ordinetur[3]. Nam desiderii nostri est talem illic cum Christi gratia ordinare pontificem, qui bonorum suprascripti[e] episcopi, cuius vos actionibus[f] testimonium perhibetis, in omnibus debeat Deo adiutore imitator existere.

V, 54 in titulo siracusanis *R* 1.* a) *om.* gerit, quod *edd. pr. G.* b) quodilectionis *r 1.* c) *om.* vobis *r 1.* d) utriusque *r 1.* e) ssti *codd.; suprascrib.* supradicti *R 1.* f) (*pro* vos actionibus) vocationibus *R 1.*

in artem Donati p. 444 s. Keil. Adde ep. XI, 34, qua episcopum quendam vituperat, quod grammaticam quibusdam exponat. Cf. l. V, c. 3,30 comm. in l. I. Regum: ad hoc quidem tantum liberales artes discendae sunt, ut per instructionem illarum divina eloquia subtilius intellegantur. *Ebert, Gesch. d. Litt. des Mittelalters I², p. 551 n. 2.*

1) Scil. versionem Hieronymi et veterem Italam.

V, 54 Nobiles iidem, qui in Diurni f. 60. 63 axiomatici vocantur. Ex ep. II, 13. I, 79. VI, 46. X, 19 recte efficit Wisbaum, l. l. p. 40: ordinem eandem partem populi esse ac nobiles, scilicet possessores honoratos. *1) De obitu Maximiani episcopi et novo episcopo eligendo cf. ep. V, 20, in qua Traiani presbyteri electionem noster declinat et Iohannem archidiaconum Catanensem commendat, eundem, qui postea (ep. VI, 18) episcopus factus est.* *2) Scilicet a nobilibus, ut videtur; fortasse ille archidiaconus Catanensis, qui iam Romae aderat?* *3) Eodem fere modo Ravennatibus Marinianum imposuit Gregorius, ut ex ep. V, 21. 51 apparet. De hoc modo creationis episcopi in dioecesi metropolitana Romana et in Sicilia cf. Wisbaum, l. l. p. 39—43. 47.*

V, 55.

Gregorius I. papa Iohanni, abbati Regino, mandat de disciplina monasterii S. Andreae iuxta Vulcanum siti corrigenda. 595, *Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 92 (Ind. XIII. cap. 48).
Edd. M: Lib. V. ep. 50; G: Lib. IV. ep. 48. — Iaffé Reg. 1371 (1002).

GREGORIUS IOHANNI ABBATI DE REGIO.

Ea quae ad correptionem religiosarum pertinent personarum nos praeterire nec decet, nec convenit. Pervenit itaque ad nos in[a] monasterio sancti Andreae quod iuxta Vulcanum[b] est positum multa perpetrari facinora. Atque ideo auctoritatis nostrae praeceptione suffultum[c] ad id te monasterium proficisci necesse est et omnia quae dicuntur suptili investigatione discutere. Et si ita, quod absit, inveneris, sic in illos regulariter vindicabis, ut digna eos coercitio a pravis et inlicitis de cetero doceat actibus abstinere.

V, 56.

Gregorius I. papa Petro et Providentio, episcopis Istricis, sui visendi desiderium e Castorio notario reduce cognitum laudi tribuit; se venturis satisfacturum esse, de quibus dubitent, eosque sine molestia relaxaturum esse promittit. 595, *Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 93 (Ind. XIII. cap. 49).
Edd. M: Lib. V. ep. 51; G: Lib. IV. ep. 49. — Iaffé Reg. 1372 (1003).

GREGORIUS PETRO ET PROVIDENTIO EPISCOPIS DE HISTRIA.

Deus, qui laetatur in unitate fidelium et revelat quaerentibus veritatem, cordi vestro, dilectissimi fratres, aperiat, quanto vos desiderio in gremio cupiam sanctae universalis ecclesiae contineri et in eius manere unitate concordes. Quod fore non dubito, si abiecto contentionis[a] stimulo, satisfieri vobis veraciter de his quibus est dubietas intendatis. Remeantis autem Castorii notarii mei[1] edoctus relatione sum fraternitatem vestram ad me habere desiderium veniendi, si promissum fuerit, quia nullam molestiam sustinebit. Hoc ego cognoscens et opto et succensus[b] ardore caritatis invito, ut ad me veniendi[c] debeatis laborem adsumere, quatenus pariter conferentes, quae vera et redemptori nostro sunt placita, et communiter loquamur et modis omnibus teneamus.

V, 55 in titulo abbate egregio (*pro* abbati de Regio) *r 1; om.* de regio *multos et meliores codd. ed. M adnotat.* a) *om* in *r 1.* b) vuleanum *r 1.* c) *ita r 1;* suffultus (us *in ras.*) *R 1 et r 2.*

V, 56 titulum ita praebent r 1. 2; de nistria *R 1;* de hostia *R* 1; om.* de Histria *ed. pr.* a) contententionis *r 1.* b) sensus *in* ac sensus *corr. R 1.* c) veniendis *r 1.*

V, 55 Ex hac epistula conficta est formula Diurni apud Rozière n. 116. Neque de abbate neque de monasterio certi quicquam proferre possum.

V, 56 Petrus, schismaticus episcopus Altini commemoratur ad a. 579 et 590: Paul. diac. III, 26. Concilium Gradense apud Troya C. d. I n. 7 et Chron. patr. Gradens. c. 1 (SS. rer. Lang. p. 393). — Providentius alias ignotus est. — De trium capitulorum schismate cf. ep. Pelagii II: I-K. 1054 s. et 1056 (per Gregorium scriptam), quas in appendice edam, et Gregorii epistulas I, 16 (adde I, 16a. 16b et not.). II, 49. IV, 2. 3. 14. IX, 141. 148. 150. 152—155. 186. 201. XII, 13. XIII, 36. 1) *De Castorio, notario vel cartulario atque apocrisiario, cf. ep. V, 24 n.*

Ego[d] vero divinae protectionis gratia suffragante satisfacere vobis de quibus dubitatis paratus sum et confido de omnipotentis Dei nostri clementia, quia[e] ita vobis satisfactio mea interius inhaerebit, ut nihil caritati vestrae de cetero possit ambiguum remanere. Nam illa quae sanctissimae quattuor synodi sapuerunt[f] atque definierunt, sicuti prodecessor noster sanctissimus Leo papa, ita ea et nos sapimus, sequimur ac tenemus nec ab earum fide aliquo modo dissentimus. Sed quia plus persona praesens quam epistola satisfacit, hortor, dilectissimi fratres, ut ad me venire, sicut praefatus sum, debeatis, dummodo ratione percepta a concordia sanctae universalis ecclesiae dissensio vos nulla dissociet.

Hoc tamen certa vestra sit caritas, quia vos et cum affectu quo decet suscipio et cum gratia relaxabo. Nec aliquam vos vel quoscumque alios, qui pro hac ad me causa[g] venire voluerint[h], afflictionem vel molestiam sustinere promitto. Sed seu ad consentiendum mihi cor vestrum misericordia divina compunxerit, sive, quod absit, in ea vos durare dissensione contigerit, ad propria vos remeare quando volueritis, iuxta promissionem meam sine laesione vel molestia relaxare curabimus.

V, 57.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Corinthiorum, significat quaestione iussu suo habita, cum Secundinus episcopus Anastasium iuste damnasset nonnullosque ipsius arbitrio reservasset, se Paulo diacono et Clematio lectori veniam dedisse, Euphemium et Thomam vero sacris ordinibus privasse; hortatur, ut Paulum diaconum in recipiendis expensis adiuvet. *595, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 94 (Ind. XIII. cap. 50).
Edd. M: Lib. V. ep. 52; G: Lib. IV. ep. 51. — Iaffé Reg. 1373 (1010).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO CORINTHIORUM.

Aequitatem atque sollicitudinem Secundini[a] fratris et coepiscopi nostri, quae olim bene nobis est cognita, etiam series iudicati[b] monstravit. In qua re valde placuit laetosque nos reddidit, quia in causa Anastasii quondam episcopi[1], quam ei examinandam iniunximus, vigilantiam suam et diligenter exercuit et cognita crimina, ut iustitia poscebat et oportuit, vindicavit[c]. Sed pro[d] his omnibus gratias omnipotenti Deo referimus, qui desistentibus quibusdam accusatoribus cognitioni eius veritatem, ne tantorum causa facinorum latere potuisset, ostendit. Quoniam vero in eadem sententia in qua[e] suprascriptum[f] Anastasium iuste damnatum constat esse[g] atque depo-

d) *ex* ergo *R 1.* e) *ex* qui *r 2.* f) *corr. in* decreverunt *r 2.* g) *add.* vel quos *corr. in* vel qui *r 2;* velle *r 1.* h) voluerit *r 1. 2. In marg.* vide satisfactionem *r 2.*

V, 57 in titulo: archiepiscopo *quod nusquam in codd. invenimus ed. M, unanimi, ut dicit, mss. consensu (!);* chorinthiorum *R* 1.* a) *ex* secundiani *r 1.* b) indicata *ed. M cum 3 Vatic.;* scriptorum vestrorum (*pro* iudicati) *ed. pr.* c) *ita codd. nostri cum edd. pr. G; attamen* iudicavit *ad fidem mss., ut praetendit, ed. M.* d) *om.* pro *codd.; suprascr.* pro *r 2, suprascr.* in *R 1.* e) *om.* in qua *R 1.* f) sstum *R 1;* superscriptum *r 2.* g) *ita R 1; om.* esse *r 1. 2.*

V, 57 Transmissa per Paulum diaconum Corinthium. Eidem Iohanni ep. V, 62 et IX, 156 missae sunt. 1) *Anastasius, episcopus Corinthi, praedecessor Iohannis. Cf. ep. I, 26. De* casu fratris *noster etiam in ep. V, 63 scribit; sed cuiusnam sedis episcopus Secundinus ille fuerit, ignoramus. Adde ep. III, 38 n.*

situm, sic quasdam suprascriptus[a] frater et coepiscopus noster ultus personas est, ut nostro arbitrio reservaret[b], idcirco quid de eis[c] tenendum servandumque sit, praesenti epistola signare perspeximus.

Paulum itaque diaconem latorem praesentium quamvis culpa sua[d] vehementer confundat atque redarguat, quod deceptus promissione ab accusatione quondam[e] episcopi sui destiterit et cupiditatis studio silere contra animam suam potius quam prodere vera[f] consensit, tamen quia[g] plus nos esse misericordes[h] convenit quam districtos, hanc ei culpam ignoscimus atque eum in ordine locoque[i] suo recipiendum esse censemus. Nam ei a tempore prolatae sententiae afflictionem quam pertulit credimus ad vindictam huius posse culpae sufficere. Euphemium[k] vero atque Thomam, qui pro deserenda accusatione sacros ordines acceperunt, eisdem ordinibus privatos esse atque ita, sicuti sunt depositi, volumus permanere nec[l] umquam eos sub qualibet excusationis specie in sacros ordines revocare decernimus[1]. Nam nimis indignum et contra ecclesiasticae regulam disciplinae est, ut honorem, quem non ex meritis sed pro sceleris praemio percepere, fungantur. Quia tamen plus[m] misericordiae[n] quam districtae[o] nos convenit operam dare iustitiae, eosdem Euphemium[p] atque Thomam in ordine locoque tantummodo, unde ad sacros ordines promoti fuerant, volumus revocari; et cunctis diebus vitae suae eorundem locorum continentiam[q] [2], sicut consueverant ante, percipiant. Clematium vero lectorem similiter benignitatis intuitu in ordine locoque suo revocandum esse constituo. Quibus etiam omnibus, id est Paulo diacono, Euphemio[r], Thomae atque Clematio commoda sua secundum locum et ordinem, in quo quisque eorum est, sicut solitus erat accipere, a praesenti tertia decima indictione fraternitas vestra sine aliqua studeat inminutione praebere. Quia igitur suprascriptus[s] Paulus diaconus multa se pro utilitate provinciae[t] vestrae memorat expendisse et, ut ea possit recipere, solacio[u] fraternitatis vestrae desiderat iuvari, hortamur, ut, si ita est, omni ei possibilitate ad recipienda quae dedit debeas concurrere atque vestro eum auxilio[v] adiuvare, quia nulla ratio patitur, ut in his quae pro utilitate generalitatis impendit aliquod sustineat iniuste dispendium. Praeterea tres libras auri, quas inminente[w] suprascripto[x] fratre et coepiscopo nostro Secundino eundem Paulum diaconum pro utilitate vestrae dedisse constat ecclesiae[3], fraternitas vestra eas cessante dilatione restituat, ne, quod absit, non rationabiliter, sed sola eum gravare voluntate tantummodo videatur.

---

a) *sigla* ss *adhibet R 1;* scriptus *r 1. 2 (add. manu post.* supra *r 2).* b) servaret *R 1.* c) his *R 1.* d) culpae suae *r 1.* e) qđ, *suprascr.* quondam *R 1.* f) pondere v. *r 1;* perdere verba *ed. pr.* g) pios *add. r 1; ed. M.* h) *ita R 1, ed. pr.; om.* misericordes *r 1. 2, sed post add.* mites *r 2.* i) locaque *r 1.* k) Eufimium *codd.* l) ne *codd. (corr. in* nec *r 2).* m) *add. post.* nos *r 2.* n) misericorditer *R 1;* minime *ed. pr.* o) *corr. in* districtioni *r 2.* p) Eufemium *r 1;* Euphimium *R 1;* Eufim. *r 2.* q) continentia *R 1.* r) Eufemio *r 2;* Eufimio *r 1;* Euphimio *R 1.* s) sstus *R 1;* superscr. *r 1. 2.* t) proū = provinciae *(repetens primas litteras verborum praeeuntium* pro u[tilitate]*) R 1, r 1;* provinciae *Vatic. A. B. C (ed. M);* prov. *om., add.* ecclesiae *ed. M et fortasse r 2.* u) *ita r 1; om.* solacio *ceteri codd. et corr.* fraternitatis vestrae *in* fraternitate vestra *r 2; suprascr.* auxilio *R 1;* iuvamine *ed. pr.* v) auxilium *r 2, R 1;* auxilio *r 1.* w) imminuente *r 1.* x) superscripto *r 2.*

1) *Haec poena in duobus consistit: in depositione et in ea damnatione, ne quis umquam illorum etiam postea maiore dignitate fruatur.* 2) *Scil.* commoda sua: *cf. ep. V, 30 n. 1.* 3) *Pro accusatione, ut videtur.*

V, 57[a].

Synodus episcoporum 23, in qua constituitur 1°, ne in Romana ecclesia sacri altaris ministri cantent; 2°, ut clerici vel monachi cubiculariorum officiis fungantur; 3°, ne quis ecclesiasticorum titulos ponat; 4°, ne ullo tegmine veletur feretrum, quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur; 5°, ne pro ordinatione neve pro pallio neve pro chartis neve pastelli nomine neve ordinandus neve ordinatus quicquam tribuat; 6°, ne ecclesiae servi, nisi examinatis moribus, ad Dei servitium admittantur. *595, Iul. 5.*

Codd. R 1: Ind. XIII. post n. 43. Barcinon. (Cf. Villanueva, V. l., XVIII p. 88 ss.) Monac. 5508. (Parisin. 12, 255. H 3. 4 n. CIII).*

Edd. M: Append. V; G: Lib. IV. ep. 44 et post l. XII. (Gonzalez: Coll. can. Hisp. Pars II p. 162). — Iaffé Reg. post n. 1365 (988).

INCIPIT DECRETUM[1] AD CLERUM IN BASILICA BEATI PETRI APOSTOLI.

Regnante in perpetuum Domino[a] nostro Iesu Christo[b][2], temporibus piissimi ac serenissimi[c] domni[d] Mauricii Tiberii et Theodosii Augustorum[e][3], eiusdem domni imperii[f] Mauricii anno tertio decimo, indictione tertia decima, quinto die mensis Iulii[4]:

V, 57[a] Hoc decretum deest in registro, sed epistulis additur in R, ubi singula capitula aut numeris (I. II. III) aut intervallis (IV. V. VI) distinguntur. Maassen, Quellen u. Litt. des canon. Rechts, I p. 302, decem vetustas canonum collectiones enumerat, in quibus exstat; quarum nonnulli codices collati sunt ab Ewaldo: 1) codex bibliothecae capitularis Barcinonensis (= B), litteris maiusc. scriptus saec. VII. aut VIII., continens homilias S. Gregorii super evangelia, sermonem de mortalitate eiusdem Gregorii et synodum anni 595; cuius synodi ex codice praedicto apographum publicavit Villanueva Viage literario, XVIII, 286 s.; in hoc codice distinctiones capitulorum desiderantur. (Etiam in codice Bigotiano, quo Maurini usi sunt, hoc decretum sequitur homilias in evangelia) — 2) codex Monacensis 5508 (Diessensis 8; cf. Maassen, l. l. p. 632) s. VIII—IX — Initium huius synodi continent 3) H 3. 4 (de quibus cf. ep. I, 39[a] not.) n. CIII (Gonzalez CI); 4) Parisin. 12, 255 (sine capit. distinctione). — Cf. Ewald, N. A. III p. 552 ss.*

Incipit *etc.: ita B;* incipit decretum Gregorii papae *Mon.; (item Mon. 6243 = Fris. 43; cf. Maassen, l. l. p. 477);* incipit ad populum in basilica b. Petri apostoli *Paris.;* beati Gregorii pape *H 4; om. H 3;* acta synodi sancti Gregorii papę *R* 1.* a) deo *add. Mon.* b) *verba* regnante *usque* christo *om. H 3.* c) sincerissimi *B.* d) piissimorum agustorum *(om.* ac ser. domni*) H 3. 4;* piissimi *in* piissimorum *atque* serenissimi *in* serenissimorum *corr. R* 1.* e) *H 3. 4 om. verba* Augustorum *usque* Mauricii. f) imperio *Mon. Par.*

V, 57[a] Huius synodi (capitis V.) mentionem facit Gregorius ep. V, 62, Aug. 15. a. 595 (ib. n. 4) et, ut Maurini putant, Beda, h. eccl. II, 1, his verbis: libello quoque synodico, quem cum episcopis Italiae de necessariis ecclesiae causis utillimum composuit. — *Iohannem presbyterum Constantinopolitanum hac synodo absolutum esse verisimile est: cf. ep. VI, 14 s.; Grisar, in Zeitschr. f. kathol. Theologie IV (1880) p. 496. — Wisbaum thesi dissertationi laudatae adnexa contendit — nescio quibus causis adductus — haec decreta collectionem quandam esse canonum earum synodorum, quae initio pontificatus Gregorii celebratae sint. — De falso quodam de monasteriis decreto huic synodo attributo cf. Iaffé Reg. † 1366 (998).* 1) *Diurn. 83:* omnia decreta predecessorum apostolicorum nostrorum pontificum quoque vel synotaliter vel specialiter statuerunt et probata sunt *etc.* 2) Regnante domino nostro Iesu Christo cum Deo patre per infinita saecula *in epistulis Leonis III: cf. Iaffé Regesta.* 3) *Theodosius a. 590, 26. die m. Martii, a patre Mauricio in imperium adscitus est. Cf. Muralt, Chronographie Byzantine, p. 249.* 4) *Hac forma temporis notas diplomati addendi papae etiam in epistulis utuntur (cf. Ewald, N. A. III, p. 549), ut ex epistulis a Beda traditis, ex formula Diurni 7. etc. apparet; sed mensis et dies ante imperatorem, consulatum, indictionem in epistulis ponitur excepta illa concessione, quae Andreae abbati inscripta est (Reg. XI, 15 = Maur. app. IX). — Raro hoc tempore occurrit mos dies per ordinem enumerandi ratione non habita kalendarum, nonarum, iduum. Cf. Ideler, Handbuch der Chronologie, II p. 191. Savigny, System des röm. R., IV p. 331. Stintzing in Zeitschr. f. Rechtsgesch.,*

Gregorius papa coram sacratissimo beati Petri apostoli corpore[1] cum episcopis et[a] omnibus Romanae ecclesiae presbyteris residens adstantibus[b] diaconibus[2] et cuncto clero dixit:

(I.)[c] In sancta hac Romana ecclesia, cui divina dispensatio[d][3] praeesse me voluit, dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium[e] cantores[4] eligantur et in diaconatus ordine constituti modulationi vocis serviant[f], quos ad praedicationis officium elemosinarumque studium vacare congruebat. Unde fit plerumque, ut ad[g] sacrum ministerium, dum blanda vox quaeritur, quaeri[h] congrua vita neglegatur[i] et cantor minister Deum moribus stimulet[k], cum populum vocibus delectat. Qua de re praesenti decreto constituo, ut in[l] sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant[4] solumque evangelicae lectionis officium inter missarum sollemnia exsolvant. Psalmos vero ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos vel, si necessitas exigit[m], per minores ordines[5] exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire temptaverit, anathema sit. Et responderunt omnes: Anathema sit.

(II.)[n][6] Verecundum mos torporem indiscretionis involvit[o], ut huius sedis pontificibus[p] ad secreta cubiculi servitia laici pueri ac saeculares obsequantur et, cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plerumque clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis[q], nesciunt, quam tamen, ut dictum est, saeculares pueri sciunt. De qua re praesenti decreto constituo[r], ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi pontificalis obsequantur, ut is qui in loco est regiminis testes tales habeat talesque[s] viri[t] eius[u] in secreto conversationem videant[v], qui[w] ex visione sedula[x] exemplum profectus[y] sumant[z].

a) et *H 3. 4; om. ceteri, sed R* 1 addit post* ecclesiae. b) assistentibus *R* 1.* c) *hoc primum capitulum deesse in codd. Capucin. Rotomagensi notant Maurini.* d) dispositio *R* 1.* e) *corr. in* sacra a. ministeria *R* 1.* f) *ita B;* instent *R* 1;* inserviant *cet. codd.* g) ad *om. R* 1. H 3. 4.* h) quaeri *om. H 3. 4.* i) neglegitur *H 3. 4.* k) famulatur *(superscr.* stimulet*) R* 1.* l) in *om. Par.* m) *ita B. Monac. R* 1;* exiget *H 3. 4;* fuerit *Paris., edd. M. G. inter ep.* n) secundum capitulum *H 3. 4.* o) invaluit *Mon.;* verecundus mos tempore indiscretionis inolevit *ed. M.;* indiscritionis *Mon ;* indiscriptionis *Par.* p) pontifices *Par.* q) vitae suae pontifices *Mon.* r) constituimus, *om. verba* ut *usque* regiminis *R* 1.* s) habeat testes tales *(omisso primo* tales*) B. Mon. Par. R* 1;* testes tales habeat *(omisso altero* tales*) H 3. 4.* t) talesque viri *Monac.;* qui vere *B;* qui vitam *Par. R* 1;* habeat ut eius *H 3. 4.* u) illius et *R* 1.* v) videant *et cetera desunt in Par.* w) *ita B. H 3. 4;* quae *Monac.;* quo *R* 1.* x) ipsa *R* 1.* y) subiectus *R* 1.* z) si quis vero contra hoc decretum meum venerit, ipse de suo loco pereclitabitur *add. H 3. 4; cetera desunt H 3. 4.*

V p. 338, et Mommsen ib., VI p. 88 ss. Hic dies enumerandi ordo in partibus Orientis iam antea, in Italia primum in inscriptione a. 619 invenitur (sed in Gallia haec forma: ubi fecit mensis — dies tot *iam saeculo sexto usitata); cf. etiam Diurni f. 7. — Etiam quibusdam Gregorii epistulis, quae in collectionem Pauli receptae sunt, notae temporis tales adduntur. (Ewald, N. A. III p. 581.)*

1) Cf. superscriptionem et in ep. V, 62: ante corpus b. Petri apostolorum principis. *2) Nota presbyteros* r e s i d e r e *et partem synodi esse, diaconos vero* a d s t a r e *neque subscribere.* *3) Diurn. 46:* quibus divini dispensatione consilii preesse nos contigit; *saepius occurrit:* cui deo auctore deservimus. *4) Hilarum papam cantores instituisse eiusdem papae vita contendit. Iohannes diac., II, 6 narrat: (Gregorius)* scholam quoque cantorum . . . constituit eique cum nonnullis praediis duo habitacula . . . . fabricavit, *eo certe quod post hoc decretum clericis, qui officiis cantorum fungebantur, certus cantorum ordo substituebatur. Formulae Diurni 3. post presbyteros etc. et lectorem* cantor et ceteri *subscribebant. (Cf. Ducange s. v. cantor.)* *5) Scilicet acolytum vel lectorem; cf. Diurni f. laud.* *6) Cf. Ennodii 8. (M. G. p. 12):* praeceptum quando iussi sunt omnes episcopi cellulanos habere. *De cubiculariis cf. Ducange h. v.; etiam in ecclesia Constantinopolitana cubicularii serviebant.*

(III.) Consuetudo nova[a] in hac ecclesia et valde reprehensibilis erupit, ut, cum rectores eius patrimonii urbana vel rustica praedia iuri[b] illius competere posse suspicantur, fiscali more titulos[1] imprimant atque hoc quod competere pauperibus aestimant non iudicio, sed manibus defendant. Et cum per praedicatores suos veritas
Philipp. 2, 3. dicat: 'Nihil per contentionem', etiam ipsum[c] litigiosae contentionis malum transcendunt[d], et res quaelibet, cum aestimatur ecclesiae posse competere, per vim tenetur. Proinde praesenti decreto constituo, ut, si quis ecclesiasticorum umquam titulos ponere sive in rustico sive in urbano praedio sua sponte praesumpserit, anathema sit. Et responderunt omnes: Anathema sit. Is autem qui ecclesiae praeest, si hoc vel ipse fieri praeceperit[e] vel, si[f] sine sua praeceptione factum reppererit[f], digna punire animadversione[g] neglexerit, anathema sit. Et[h] responderunt omnes: Anathema sit.

(VI.) Sicut indignos nos per[i] beati Petri apostoli[k] reverentiam[l] mens fidelium veneratur, ita nostram infirmitatem decet semetipsam semper agnoscere et[m] impensae sibi venerationis onera[n] declinare. Ex amore quippe fidelium huius sedis rectoribus mos ultra meritum erupit, ut, cum eorum corpora humi mandanda[o] deferuntur, haec dalmaticis[2] contegant easdemque dalmaticas pro sanctitatis reverentia sibimet partiendas[p] populus scindat: et cum adsint multa a sacris corporibus apostolorum martyrumque[q] velamina, a[r] peccatorum corpore sumitur, quod pro magna reverentia reservetur[s]. De qua re praesenti decreto constituo, ut feretrum[3] quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere sedis huius presbyteros ac diaconos censemus. Si quis vero ex eorum ordine haec[t] curare neglexerit, anathema sit. Et[u] responderunt omnes: Anathema sit.

(V.) Antiquam[v] patrum regulam sequens nihil umquam de ordinationibus accipiendum esse constituo[4] neque ex datione pallii[5] neque[w] ex traditione cartarum[6] neque ex ea quam nova per ambitionem simulatio invenit appellatione pastelli[7]. Quia

a) mala *R* 1.* b) iure *B. Monac.* c) ipsum *om. R* 1.* d) transcenditur *Mon. R* 1.* e) fieri praecepit *B;* fecerit *R* 1.* f) si *om. codd. n., scr. Mommsen* — reppererit *om. Mon. R* 1. edd.* g) animadversitate *R* 1.* h) *verba* et *usque* sit *om. R* 1.* i) nos per *om. R* 1.* k) apostoli *om. R* 1.* l) reverentia *B. R* 1.* m) *verba* et *usque* declinare *om. B.* n) *verba* onera *usque* easdemque *om. R* 1.* o) *ita B;* humanda *Mon.* p) partientes *R* 1.* q) que *om. B.* r) velamine *(om.* a*) Mon.* s) servetur *R* 1;* habetur *Mon.* t) hoc *Mon.* u) *verba* et *usque* sit *om. R* 1.* v) antiquorum *Mon.* w) *verba* neque *usque* cartarum *om. R* 1.*

1) De titulis cf. ep. V, 38 p. 325 n. 3. 2) De genere vestium, quod dalmatica appellatur, cf. Ducange h. v.; tempore Gregorii et antea diaconos Romanae ecclesiae dalmaticis usos esse ex Dial. IV, 40. Ioh. diac. IV, 83. 84 apparet. Cf. etiam ep. IX, 219. 3) Cf. Dial. IV, 40. 4) De simonia cf. ep. Gregorii passim et de sportulis ordinanti lege concessis Nov. 123 c. 3. 5) Consuetudinem hanc noster abolere non potuit. In vita Leonis II (a. 682—83) narratur: fecit constitutum . . . ut qui ordinatus fuerit archiepiscopus (Ravennas) nulla consuetudine pro usu pallii aut diversis officiis ecclesiae persolvere debeat; *ex quo intellegi potest ceteros has consuetudines persolvere debuisse. Etiam ex ep. Zachariae papae Bonifatio scripta I-E. 2271 (a. 744 Nov. 5) apparet morem commoda accipiendi pro pallii datione extinctum non esse. De maioribus in dies huiusmodi oblationibus cf. Woker, das kirchl. Finanzwesen der Paepste (1878), p. 9 ss. Cf. etiam Diurni f. 74:* sacerdotium nullo praemio concedi, excepto officiis, quibus ex antiqua consuetudine dari solet. *6) Eadem distinctio inter commoda ordinanti et commoda eius ministris praestanda occurrit in Nov. 123 cit. et ep. Zachariae cit.; cf. Nov. 8. Postea differentia eadem statuitur inter servitia communia (propinas) et servitia minuta* (minutiae *in ep. I, 42, p. 64, 1). Cf. Woker l. l. p. 15 ss. 7) Cf. verba: libellus, libellaticum; caena, caenaticum etc. Gussanvill. putat pastellum idem esse ac pastum, convivium; pro hac opinione citantur nonnulla concilia aliquot saeculis post hanc synodum habita. Macer in Hierolexico (cf. Ducange h. v.) contendit illam vocem derivandam esse a voce: pastellus = sigillum sive eius impressio in massa cerea, ita ut pastellaticum esset donum pro sigilli impressione (postea etiam pro plumbo pecunia dabatur; cf. Woker, l. l.). Cf. Ioh. diac. II, 5:* de pastillatico.

enim ordinando episcopo pontifex manum ponit[a], evangelicam vero lectionem minister legit, confirmationis autem eius epistolam notarius scribit[b], et[c] sicut pontificem non decet manum[d] quam imponit vendere, ita minister vel notarius non debet in ordinationem eius vocem suam vel calamum[e] venumdare[f]. Pro ordinatione ergo vel pallio[g] seu cartis atque pastello eundem qui ordinandus est vel ordinatus[h] omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus praedictis rebus si quis hunc[i] aliquid commodi appellatione exigere vel petere forte praesumpserit, in districto[k] Dei omnipotentis examine reatui[l] subiacebit. Is autem[m] qui ordinatus fuerit, si non ex placito neque exactus aut petitus[n] post acceptas cartas et pallium offerre aliquid cuilibet ex clero gratiae[o] tantummodo causa[p] voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia eius oblatio nullam culpae[q] maculam ingerit, quae ex accipientis ambitu non processit[r].

(VI.) Multos ex ecclesiastica[s][1] familia novimus ad omnipotentis Dei servitium festinare, ut ab humana servitute liberi in divino servitio valeant[t] in monasteriis conversari[2]; quos si passim dimittimus, omnibus fugiendi[u] ecclesiastici iuris dominium occasionem praebemus. Si vero festinantes ad omnipotentis Dei servitium incaute retineamus[v], illi invenimur negare quaedam, qui dedit omnia. Unde necesse est, ut quisquis ex iure ecclesiasticae[w] servitutis[x] ad Dei servitium converti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus[3] et, si mores eius[y] atque conversatio bono desiderio illius testimonium ferunt[z], absque ulla retractatione[a] servire in monasterio omnipotenti Domino permittatur, ut[b] ab humano servitio liber recedat, qui divino obsequio[c] districtiorem subire appetit servitutem[d].

INCIPIUNT SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM[e].

Gregorius gratia[4] Dei episcopus his decretis subscripsi. Marinianus[f][5] episcopus

a) *ita B; ex* ponat *corr. Mon.;* imponit *R* 1; Ioh. diac.* b) excipit *R* 1.* c) et *om. Mon. R* 1; Ioh. diac.* d) pontificis domu non decet *(suprascr.* manum*) R* 1.* e) *ex* calcolum *corr. B.* f) vendere *R* 1.* g) palle *(om.* vel*) R* 1;* usu pallii *Ioh. diac.* h) qui o. est vel ordinatur *Ioh. diac.;* qui accepit vel ordinatur *R* 1.* i) hunc *om. R* 1;* hinc *Ioh. diac.* k) districti *Mon.* l) *ita B. Ioh. diac.;* reatus *Mon.;* reatu *R* 1.* m) vero *R* 1.* n) exactione petitur *R* 1.* o) gratia *Mon.* p) dare *add., om. ante* offerre *R* 1.* q) nulla culpa *Mon.;* nullam culpa *R* 1.* r) quam accipientis ambitio non praecessit *R* 1 (*praecessit *etiam Mon.).* s) seu saeculari *add. edd. G. M. et secundum ed. M. Ioh. diac.* t) familiarius *add. R* 1, edd., Ioh. diac.* u) fugientibus *R* 1;* eccl. vel saecularis *Ioh. diac.* v) retinemus *R* 1.* w) vel saecularis militiae *add. R* 1, Ioh. diac., edd. G. (int. ep.) M.* x) iuris eccl. servitute *Mon., R* 1, edd.* y) illius *R* 1.* z) bono desiderio fuerint *R* 1.* a) retractatio *R* 1.* b) et *Monac.;* ut *et quae sequuntur cum omnibus subscriptionibus om. R* 1, in quo spatium quoddam vacat.* c) divini obsequii *Mon.;* in divino obsequio *edd.* d) *hic explicit cod. Marcianus secundum editionem Venetam itemque vetustus valde codex Frisingensis, quo Mansi usus est. Ioh. diac. II, 16 addit:* si autem et in monachico habitu secundum patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conversatus, post praefixa sacris canonibus tempora, licenter iam ad quodlibet ecclesiasticum officium provehatur, si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quae in testamento veteri morte multantur. e) *ita B;* explicit decretum Gregorii papę. subscriptio episcoporum *Monac.:* subscriptio episcoporum *Maurini, qui in nota subscriptiones codicis Bigotiani (qui etiam homilias in evangelia continet) addunt. In Monacensi subscriptiones non eodem ordine proferuntur, atque in ceteris, ita ut secundus, quartus etc. episcopus usque ad Anastasium primum omittantur, tum post Proculum Praenestinum addantur eodem inter eos ordine servato, quo in ceteris codicibus exhibentur (ita: 1., 3., 5. . . . . 21., 23. + 2., 4., 6. . . . . 20, 22). Duabus ergo columnis in archetypo scriptae erant.* f) Maurianus *B;* Marianus *Mon.*

1) *Hoc capitulo non nisi de servis* ecclesiae *agitur; sed editores cum Iohanne diac. interpolant praeceptum Gregorii addendo servos laicorum.* 2) *Nota* servum Dei *vel* ancillam Dei *saepe a nostro pro monachis vel monachabus dici.* 3) *Per tres annos secundum Nov. Iust. 5 c. 2.* 4) gratia Dei episcopus *in subscr. f. 84 Diurni et in conc. a. 649; cf. form. I, 12 (= syn. Gregorii II a. 721):* subscriptio constituti. Ill. episcopus sanctae ecclesiae catholicae atque apostolicae urbis Romae huic constituto a nobis facto subscripsi, *omissa scilicet hac formula in superscriptione usitata:* servus servorum Dei. 5) *De Mariniano*

civitatis Ravennae. Paulus[1] episcopus civitatis Neptesenae[a]. Iohannes[2] episcopus civitatis Surrentinae[b]. Gratiosus[c 3] episcopus civitatis Nomentum[d]. Iohannes[4] episcopus civitatis Falaritanae[e]. Agnelius[f 5] episcopus civitatis Terracinensis. Romanus[6] episcopus civitatis Blentanae[g]. Dominicus[7] episcopus civitatis Centumcellensis. Pelagius[8] episcopus civitatis Anagninae[h]. Felix[9] episcopus civitatis Portuensis. Iohannes[10] episcopus civitatis Belliternae[i]. Candidus episcopus civitatis Bulsinensis[k 11]. Luminosus[12] episcopus civitatis Ferentinae[l]. Virbonus[13] episcopus civitatis Tuscanensis[m]. Balbinus[n 14] episcopus civitatis Rosellensis[o]. Secundinus[p 15] episcopus civitatis Taurominensis[q]. Martianus[16] episcopus civitatis Ferentis[r]. Homobonus[17] episcopus civitatis Albanensis[s]. Dominicus[18] episcopus civitatis Utricolanae[t]. Constantinus[u 19] episcopus civitatis Narniensis. Fortunatus[v 20] episcopus civitatis Neapolitanae[w]. Anastasius[21] episcopus civitatis Tyburtinae. Proculus[22] episcopus civitatis Praenestinae.

SUBSCRIPTIONES PRESBYTERORUM[x 23].

Laurentius presbyter tituli[y] sancti Silvestri[24]. Iohannes presbyter tituli sancti

a) *ita B:* Nepesinae *Mon. Big.* b) Tarrentinae *B;* Turrentinae *Mon.* c) *ita B. Mon. Big.;* Gratianus *edd.* d) *ita B;* Num. *Mon.* e) Falaritanae *om. Big.;* Falerinae *edd.* f) Agellus *Mon. Big.* g) *ita B. Mon.;* Bleritanae *Big.;* Bleranae *ed. M.* h) Anagnae *B.* i) *ita B. Big.;* Beliterne *Mon.* k) *ita B. Mon.;* Dulcimensis *Big.;* Fulginiensis *edd.* l) Terrentinae *B;* Ferentino *Mon. Big.* m) *ita B;* Turcunensis *Mon.;* Fuscanensis *Big.;* Virbonus ep. civ. Tusc. *om. edd.* n) Baldinius *edd.* o) *ita B;* Rosellas *Mon. Big.* p) Secundus *Big.* q) *ita B;* Tauraminio *Mon.;* Tauromaenio *Big.* r) Ferensis *edd.* s) Albunensis *Mon.* t) Viriculane *Mon.; „alias* Ocricolanae“ *notant Maurini.* u) *ita B. Mon.;* Constantius *Big. edd.* v) Furtunatus *Mon.* w) Neapolim *Mon.* x) *ita B;* incipit subscriptio presbyterorum *Big.;* subscriptio presbyterorum *edd. — Presbyterorum subscriptiones eodem ordine exhibet Monac. atque supra episcoporum.* y) tituli, *quod* tt *abbrev. codd., et hic et ceteris locis om. editiones.*

non multo ante consecrato cf. ep. V, 51 n. 5. — Subscriptiones quae sequuntur sunt episcoporum ad dioecesim metropolitanam urbis Romae pertinentium, praecipue eorum, qui prope Romam erant.

1) Cf. ep. II, 12 n. 1. 2) Cf. ep. I, 40 n. 1. 3) Cf. ep. III, 20 (eidem Gratioso missam), qua ecclesia Curium Sabinorum unitur Nomentanae. Gratioso ante a. 600 m. Oct. Constantius successerat: cf. reg. XI, 15. 4) Iohannes idem esse videtur, cui ep. II, 26 visitatio ecclesiae Nepesinae, non multum ab ecclesia Faleritana distantis, iniungitur. 5) Agnellus antea Fundensis episcopus fuerat: cf. ep. II, 6. III, 13. 6) Hic alias ignotus est. 7) Idem Dominicus ep. I, 13 commemoratur. 8) Hic alias ignotus est. 9) Idem Felix commemoratur ep. IX, 45. 98. Dial. IV, 51. 55. 10) De hoc Iohanne cf. ep. II, 17. 48 not. 11) Volsinii appellatur Urbs vetus; *duae enim erant urbes* Volsinii: *urbs vetus (Orvieto) et altera non multum distans in lacu sita, post illius expugnationem condita (Bolsena). Candido ep. II, 11. VI, 27 missae sunt. 12) Hic alias ignotus est; a. 585–6 Redemptus, episcopus Ferentini (in Hernicis) mortuus est, ut apparet ex Dial. III, 38. 13) Hic alias ignotus est; de civitate Tuscanensi (Toscanella) cf. Troya, C. d. V p. 419 ss. 14) Balbino, episcopo Rosellano, ep. I, 15 visitatio ecclesiae Populoniensis iniungitur. 15) De Secundino, qui solus ex Siciliae episcopis huic concilio subscripsit, cf. ep. I, 71 n. 4. 16) Hic alias ignotus est; Bonifatius quidam* qui in ea civitate quae Ferentis dicitur *(Ferentia in Tuscia)* episcopatus officium tenuit *commemoratur in Dial. I, 9. 17) De hoc cf. ep. III, 11 (n. 1), ex qua apparet eum a. 592, Oct., episcopum Albae factum esse. 18) Totila regnante Fulgentius episcopus in civitate Utricolana erat: cf. Dial. III, 12. 19) Constantinus, ut videtur a. 593 fin., Praeiecticio successit (cf. ep. II, 4 n.) et, ut ex ep. IX, 60 apparet, a Gregorio visitator ecclesiae Interamnensis factus est. Narniam iam a. 591 m. Sept. in Langobardorum potestate fuisse Ewald in n. 1 ad ep. II, 4 contendit; non ita Troya, C. d. I p. 248 n. 1, qui putat in hac civitate milites Langobardos transfugas quidem fuisse, sed non dominos. 20) De Fortunato cf. ep. III, 58 n. 21) Anastasius alias ignotus est; in Dial. III, 35 (a. 593) Floridus, Tiburtinae ecclesiae episcopus, commemoratur. 22) Proculus alias ignotus est. 23) De titulis cf. Hinschium, Kirchenrecht I p. 309 ss. (§ 32) et Gregorovium,*

Vitalis[1]. Speciosus presbyter tituli sancti Clementis. Deusdedit presbyter tituli sanctae Praxedis[a]. Deusdedit[2] presbyter tituli sanctorum Iohannis et Pauli[3]. Andromacus[4] presbyter tituli sanctorum[b] Apostolorum. Crescens[c] presbyter tituli sancti Laurentii. Rusticus[5] presbyter tituli sanctae Susannae. Vibolus[d][6] presbyter tituli sancti Marcelli. Petrus[e] presbyter tituli sancti Iulii et Calisti[f]. Expectatus[g] presbyter tituli sancti Vitalis. Stephanus presbyter tituli sancti Marci. Felix[7] presbyter tituli sancti Sixti[h][8]. Petrus presbyter tituli sanctae Balbinae[i]. Iustus[9] presbyter tituli sanctorum Nerei[k] et Achillei[l][10]. Speciosus presbyter tituli sancti Damasi[m]. Maurus presbyter tituli sanctae Priscae[n]. Placitus[o] presbyter tituli sanctae Savinae[p]. Victor presbyter tituli[q] sanctae Caeciliae[r]. Iohannes presbyter tituli sancti Chrysogoni[s]. Aventius presbyter tituli sanctae Praxedis. Andreas presbyter tituli sancti Marcelli[t]. Iohannes[11] presbyter tituli sanctorum Iohannis et Pauli. Agapitus presbyter tituli Apostolorum[12]. Felix[13] presbyter tituli sanctae Savinae[u]. Donus[v] presbyter tituli sancti Eusebii. Bassus presbyter tituli sancti Pudentis[w]. Iohannes presbyter tituli sancti Silvestri. Albinus presbyter tituli sanctorum Marcellini et Petri. Antoninus[x] presbyter tituli sanctae Balbinae[y]. Candidus presbyter tituli sancti Clementis[z]. Romanus presbyter tituli sancti Marcelli. Leo presbyter tituli sancti Damasi. Aventinus[a][14] presbyter tituli sancti Quiriaci. Fortunatus[z] presbyter tituli sanctorum quattuor Coronatorum.

Explicit[b] decretum a sancto Gregorio constitutum pro Romanorum salute.

a) *omisit* Deusdedit presbyter tituli s. Praxedis *B; item editiones; sed in Big. hoc loco haec verba inveniuntur et in Monac. suo loco:* Deusdedit presbyter tituli sancti Paraxedis. b) *ita B;* sanctorum *om. cet.* c) Cresces *Mon.;* Croeseus *vel* Craeseus *edd.* d) Vibulus *Mon. Big.* e) *hunc Petrum atque Stephanum om. Monac., cuius librarii oculi a primo* Petrus *ad alterum* Petrus *aberraverunt.* f) Calistae *B.* g) *ita B;* Spectatus *Big. edd.* h) Syxti *Mon.* i) Balbini *B.* k) Nebei *Mon.* l) Achiles *B.* m) Damasi *Mon. edd.;* Damasiani *B;* Damaseae *Big.* n) Prisci *B.* o) Placidus *Big. Mon.* p) Savini *B;* Sabinae *Big. edd.* q) presbyter tituli *et hic et postea om. edd.* r) ecclesiae *pro* Caeciliae *Big.* s) Chrisogoni *Mon. Big.* t) *ita B;* Marci *Mon. Big. edd.* u) Savini *B;* s. Sabinae *Mon. Big. edd.* v) *ita B. Mon.;* Domus *Big., qui hunc et 4 sequentes* episcopus *vocat;* Bonus *edd.* w) *ita B;* Putentis *Mon.;* Prudentis *Big. edd.* x) Antuninus *B; om. hunc Mon.;* Antonius *Big. edd.* y) Balbini *B.* z) Candidum *om. Big. atque titulum* s. Clementis *tribuit* Romano; s. Marcelli: Leoni; s. Damasi: Aventio; s. Quiriaci *et* ss. quattuor Coronatorum: Fortunato. a) *ita B;* Aventius *cet.* b) finit pbri XXXIII, *om. cet., Mon.;* explicit decretum ad clerum, pontificali auctoritate Gregorii papae urbis Romae constitutum in Christo Iesu domino nostro. Cui honor et gloria et imperium cum Patre et Spiritu sancto in secula seculorum. Amen. *Big.* —

l. l. I p. 258–273. Non nisi in ecclesiis titularibus Romae sacramentum paenitentiae atque baptisma dabatur. Tituli viginti quinque a Marcello papa instituti esse traduntur; concilio Symmachi a. 499 presbyteri 28 titulorum subscripserunt, e quibus ecclesiarum Aemilianae, Anastasiae, Byzantis, Crescentianae, Gai, Matthaei, Nicomedis, Romani, fortasse etiam Fasciolae, Lucinae, Pammachii in nostro concilio mentio non fit; novae accesserunt ecclesiae: S. Balbinae, Marcellini et Petri, quattuor Coronatorum, fort. etiam Iohannis et Pauli atque Nerei et Ach. Bini presbyteri harum ecclesiarum subscripserunt: SS. Apostolorum, Balbinae, Clementis, Damasi, Iohannis et Pauli, Praxedis, Sabinae, Silvestris, Vitalis; tres: tituli S. Marcelli. Primi in quoque titulo presbyteri postea cardinales appellabantur. — (Cf. protocollum: cum omnibus Rom. eccl. presbyteris residens.*)* *24) Equitii in conc. Symm. (Duchesne, L. p., p. 68).*

1) Vestinae in conc. Symmachi (v. Innoc. c. 3). Gervasii et Protasii in reg. XI, 15, ubi idem, ut videtur, Iohannes commemoratur. 2) Idem in reg. XI, 15. 3) Pammachii in conc. Symm.? 4) Idem in ep. XI, 15 (tit. Eudoxiae). 5) Idem ib. 6) Idem ib. 7) Bonifatius in reg. XI, 15. 8) Tigridae in conc. Symm. (de Rossi, inscr. chr. II p. 108). 9) Gratiosus in reg. XI, 15. 10) Fasciolae in conc. Symm.? 11) Idem in reg. XI, 15. 12) Idem ib. Cf. n. 4. 13) Idem ib. 14) Probinus ib.

MENSE AUGUSTO INDICTIONE XIII.

V, 58.

Gregorius I. papa Vergilio, episcopo Arelatensi, vices suas in regno Childeberti committit iuxta morem, metropolitis proprio honore servato, pallium transmittit conceditque, ne episcopis sine eius auctoritate longius pergere liceat; eorum causae in synodo duodecim episcoporum iudicentur et non discussae causae sibi referantur; addit secundum morem de simonia et de episcopis ex laicorum ordine non sumendis. *595, Aug. 12.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 95 (Ind. XIII. cap. 51); P: cap. 17.
Edd. M: Lib. V. ep. 53; G: Lib. IV. ep. 50. — Iaffé Reg. 1374 (1004).

GREGORIUS VERGILIO EPISCOPO ARELATENSI IN GALLIAS MISSA PER IOHANNEM PRESBYTERUM ET SABINIANUM DIACONUM.

O quam bona est caritas, quae absentia per imaginem praesentia sibimetipsis[a] exhibet[b] per amorem, divisa unit, confusa ordinat, inaequalia sociat, imperfecta consummat[c]! Quam recte praedicator egregius vinculum perfectionis vocat[1], quia virtutes quidem ceterae perfectionem generant, sed tamen eas caritas etiam ligat, ut ab amantis mente dissolvi iam[d] nequeant[e]. Hac[f] itaque virtute, frater carissime, plenum te esse repperio[g], sicut mihi de te et hi qui ex Gallicanis partibus veniunt et epistolae tuae ad me directae verba testantur.

Quod vero in eis iuxta antiquum morem[2] usum pallii ac[h] vices[i] sedis apostolicae postulasti, absit, ne aut transitoriae potestatis culmen aut exterioris cultus ornamentum in vicibus nostris ac pallio quaesisse te suspicer[k]. Sed[l] quia cunctis liquet,

Mense *cet. ad ep. in R et r praecedentem V, 57 revocant r 1. 2. R* 1, ed. pr.*

V, 58 Et hanc et duas sequentes epistulas etiam in codd. Paris. 5537 et Carpentor. Peirescii 74 collectionis canon. Arelatensis exstare notat Maassen l. l. p. 302. In titulo Virgilio *Pa 1 (corr. 1). 2. Pb 3 in ind. 4. 5. Monac. 14, 641. Pb 1 in ind. 1;* Vergillius *R 1 —* ēps Arelatensis *R 1;* Arelatenses *corr. in* Arelatensis *Pb 2;* Aralat., *om.* Virg. ēpō *et cetera omnia Pa 1, sed erad.* Aralat. *et add.* V. ēpō Arelatensi *corr. 1;* ēpō Arlatensi *Pa 2 — Verba* in *usque* diac. *exhibent Pb. R, r. Pa 1 in ind.; om. Pa 1. 2 —* Gł *Pb 1;* Gał *Pb 2;* Gall. *Monac. Pb 1. ind. 1;* Gallia *Pa 1. Pb 3. 4. 5;* Galliis *R* 1 —* pro *Pb 1 —* Sabinum *Pa 1 ind. Pb 1 in ind. 1. R 1. R* 1;* Savinum *r;* Sabinianum *Pb et sec. ed. M. (in qua, ut in ed. G, verba* in *usque* diac. *desiderantur) 2 Vatic., 2 Teller. et Rem. („parum discrepant duo alii Vatic.") — r 1. 2 add.* ecclae suprascriptae (s̄se *r 1); R 1* ecclesiis *et erad.:* quod non liceat accepto premio aliquem neque de laicis ordinare.
a) *ex* simitipsis *corr. 1. Pa 1; ex* sisemetipsis *corr.* semetipsis *Pb 1;* semetipsis *Pb 2. 3. 4;* sibimetipsi *Pa 2.* b) exhibent *Pb 3.* c) consumit *Pa 2;* consumat *Pb 1. Monac.; ex* consumat *corr.* consumit *Pb 2.* d) dissolvam *Pa 2.* e) *ex* nequent *corr. 1. Pa 1;* nequent *Mon.* f) *ex* hec *corr. 1. Pa 1.* g) *ex* reperior *corr.* repperio *Pa 1.* h) ad *Pa 1.* i) vicem *R 1.* k) quaescisscitet suspicor *Pb 3.* l) sunt *r 1.*

V, 58 una certe cum duabus sequentibus epistulis transmissa per Iohannem et Sabinianum. De Vergilio cf. ep. I, 45. Eiusdem formae epistula ab Iohanne VIII Rostagno, archiepiscopo Arelatensi, m. Maio 878 missa est: I-E. 3148 (codicis Vaticani ep. 120 s.; in ed. Carafae ep. 94). — Eadem epistula cum duabus sequentibus reperitur in illis codicibus ms., qui epistularum Arelatensium collectionem continent in appendice: cf. Gundlach, der Streit der Bisthümer Arles u. Vienne um den Primatus Galliarum (1890) p. 31. 33. — De Vergilio cf. ep. I, 45 not. 1) Cf. Col. 3, 14. 2) De pallio episcoporum Arelatensium saeculo V. et VI. cf. Gundlach, l. l. p. 185 ss. Ante Vergilium Caesario papa Symmachus (I-K. 766), Auxanio et Aureliano Vigilius (I-K. 912. 918), Sapaudo Pelagius I (I-K. 944) pallium tribuerunt.

unde in Galliarum[a] regionibus fides sancta prodierit[1], cum priscam consuetudinem sedis apostolicae vestra[b] fraternitas repetit, quid aliud quam bona suboles ad sinum matris recurrit? Libenti ergo animo postulata concedimus, ne aut vobis quicquam de debito honore subtrahere aut praecellentissimi filii nostri Childeberti[c] regis petitionem contempsisse videamur[2]. Sed iam[d] nunc studio maiori res[e] indiget, ut[f], cum honor crescit, etiam sollicitudo proficiat et erga ceterorum custodiam vigilantia excrescat, vitae quoque merita subiectis in exemplum veniant[g] [3] et numquam sua per suscepti[h] honoris gratiam, sed lucra caelestis patriae vestra fraternitas exquirat. Nostis enim, quid[i] beatus apostolus gemens dicat[k]: 'Omnes enim[l] quae sua sunt quaerunt, non quae Philipp. 2,21 sunt[m] Christi Iesu'.

Quibusdam[4] namque narrantibus agnovi, quod[n] in Galliarum vel Germaniae partibus nullus[o] ad sacrum ordinem sine commodi datione[p] perveniat. Quod si ita est, flens dico, gemens denuntio[q], quia, cum sacerdotalis ordo intus[r] cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex evangelio, quid[s] redemptor noster[t] per semetipsum fecerit, quia ingressus templum cathedras vendentium[u] columbas evertit. Columbas enim[v] vendere est de spiritu sancto[w], quem Deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere[x]. Ex quo, ut praedixi, malo[y] iam innuitur, quid sequatur, quia[z] qui[a] in templo Dei columbas vendere praesumpserunt, eorum Deo iudice[b] cathedrae ceciderunt. Qui[c] videlicet error in subditis cum augmento[d] propagatur. Nam ipse quoque qui ad[e] sacrum honorem[f] perducitur[g], iam in[h] ipsa provectus[i] sui radice vitiatus[k], paratior[l] est aliis[m] venundare quod emit. Et[n] ubi est quod scriptum est[o]: 'Gratis accepistis, Matth. 10, 8. gratis date'? Et cum prima[p] contra sanctam ecclesiam simoniaca heresis sit exorta[q], cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum quem quis cum pretio ordinat provehendo agit[r], ut hereticus fiat[s]?

Alia quoque nobis est[t] res valde detestabilis nuntiata, quod quidam ex laico habitu per appetitum gloriae temporalis defunctis episcopis tonsurantur et fiunt subito[u]

a) *ex* Galliaribus *corr. 1. Pa 1.* b) vestrae *Pb.* c) *ex* Hildeperti *corr. 1.* Hildeberti *Pa 1; ita et Pa 2. Pb 3. 4, r 1;* Hildiberti *Pb 1. 2. Monac.;* Cheldiverti *R 1;* Celdib. *corr. in* Childeb. *r 2.* d) iam *suprascr. r 1.* e) maior res *r 2;* maiores *Pb 1;* maioris *Pa Pb 2. 3. 4. Monac.* f) ut *add. corr. 1. Pa 1;* et *r 1.* g) veniat *r 1. Pa 2.* h) suam per | cepti *r 1;* sua per suscepta *Pb 3.* i) quod *Pb 1. 4.* k) dicit *Pa 2.* l) enim *om. P a. Pb 3. 4.* m) sunt *om. P.* n) *ex* quid *corr. Pa 1.* o) nullum *Pb 1. 4.* p) *ex* commodatione *corr. 2. Pa 1;* commodatione *Pb 4;* commoditacione *Pb 1. 2. 3.* q) pronuntio *Pa 2.* r) intus *add. corr. 1. Pa 1.* s) *ex* quia *corr. 1. Pa 1; ex* qui *corr. r 2;* quid, *sed* d *in ras. r 1;* quidquid *Pb 3.* t) noster *om. Pb 1. 4.* u) vendenti *Pb 3.* v) etenim *r 1.* w) sancto spiritu *R 1, r 2.* x) *ex* commodam temporalem susciperem *corr. 1. Pa 1; ex* commodam temporalem percipere *Pb 4;* commodam temporalem p. *Pb 1. 2. 3.* y) mala *Pb 1.* z) *ex* qua *corr. Pb 1.* a) qui *om. Pb.* b) *in* iudicio *corr. 2. Pa 1.* c) quia *Pb 3 et Diurn. G.* d) cum augmento *om. P.* e) quia *Pb 1.* f) ordinem *P.* g) perducit *Pa 2.* h) iam in *om. Pa 2.* i) *ex* perfectus *corr. 1. Pa 1.* k) vitiatur *Pa 2. Diurn. Vat.* l) patior *Pb 1.* m) *ex* alli *corr. R 1.* n) et *om. R 1, r 1.* o) est *add. corr. 1. Pa 1.* p) *ex* primam *corr. 1. Pa 1;* primam *Pb 1. 2. 3;* primum *Pb 4.* q) exorta est *Pb 4.* r) agitur *Pa 2.* s) *hic in marg. add. m. post. r 1:* valde tremendum istud. t) et *Pa 1,* est *add. corr. 2.* u) subiectos *Pa 2.*

1) *I-K. 328 (ep. Zosimi):* sane quoniam metropolitanae Arelatensium urbi vetus privilegium minime derogandum est, ad quam primum ex hac sede Trophimus summus antistes, ex cuius fonte totae Galliae fidei rivulos acceperunt, directus est. *Gundlach l. l. p. 187 s. et Loening, Gesch. d. Deutschen Kirchenrechtes, I p. 468 s. Historiam S. Trophimi in maiorem gloriam ecclesiae Arelatensis confictam esse viri docti consentiunt.* 2) *Nota de duplici hic petitione nostrum scribere: et regis et episcopi. De Childeberto cf. ep. sequentes.* 3) Itaque vita tua filiis tuis sit regula *et alia his similia in f. Diurni 45.* 4) *Haec verba usque* hereticus fiat *ex f. Diurni 46; vide ep. seq. et V, 62 s. Cf. Hom. in Ev. IV, 4.*

sacerdotes[1]. Qua[a] in re[b] iam notum est, qualis ad sacerdotium venit, qui repente de laico habitu ad sacrum[c] transit ducatum: et qui miles numquam extitit, dux religiosorum fieri non pertimescit. Quam iste suam praedicationem habiturus est, qui fortasse numquam audivit alienam? Aut quando aliena mala corrigat, qui nec deflevit[d] sua? Et cum ad[e] sacros ordines Paulus apostolus[f] neophytum venire prohibeat[2], sciendum nobis est, quia, sicut tunc neophytus vocabatur, qui adhuc nova erat[g] plantatus in fide, ita nunc[h] inter neophytos deputamus, qui adhuc novus est in sancta conversatione.

Scimus autem, quod aedificati parietes non prius tignorum pondus[i] accipiunt, nisi a novitatis suae humore siccentur, ne, si ante pondera quam solidentur accipiant, cunctam simul fabricam ad terram deponant[k]. Et cum ad aedificium arbusta succidimus[l], ut prius viriditatis humor exsiccari[m] debeat, expectamus, ne, si eis[n] adhuc recentibus fabricae pondus imponitur, ex ipsa novitate curventur et confracta citius corruant, quae inmature[o] in altum levata videbantur. Cur ergo hoc[p] non suptiliter in hominibus custoditur, quod in lignis quoque ac lapidibus tanta consideratione perpenditur?

Qua de re necesse est, ut vestra fraternitas praecellentissimum filium nostrum Childebertum[q] regem ammonere studeat, ut huius peccati maculam a regno suo funditus repellat, quatenus omnipotens Deus tanto illi apud se maiora[r] retribuat, quanto eum conspicit et amare quod ipse diligit et vitare quod odit.

Itaque fraternitati tuae vices nostras in ecclesiis, quae sub regno sunt[s] praecellentissimi filii nostri Childeberti[t][3] iuxta antiquum morem Deo auctore committimus singulis siquidem[u] metropolitis secundum[v] priscam[w] consuetudinem proprio honore servato. Pallium quoque[x] transmisimus, quo fraternitas tua intra ecclesiam ad sola missarum sollemnia utatur[y][4]. Sicubi autem longius episcoporum quisquam pergere forte[z] voluerit, sine tuae sanctitatis auctoritate ei[a] ad loca alia transire non liceat[b]. Si qua vero inquisitio de fide vel fortasse[c] aliarum rerum inter episcopos causa[d] emerserit, quae discerni difficilius possit, collectis duodecim episcopis ventiletur atque decidatur. Sin autem decidi nequiverit, discussa veritate ad nostrum iudicium referatur[5].

a) *ex* quia *corr. Pa 1. Pb 4;* quia *Pb 1. 3.* b) *ex* se *corr. Pb 4;* se *Pb 1. 2. 3.* c) sanctum sacrum *Pa 1. Pb 1. 2. 3;* sacrum sanctum *Pb 4;* sacrosanctum *Pa 2.* d) necdum flevit sua *R, r;* nec sua deflevit *Pa 2.* e) ad *om. Pb.* f) non *add., sed del. Pa 1;* non *Pb.* g) *ex* noverat *corr. 1. Pa 1;* nova erat *cet. codd. P;* nove erat *r 1. 2;* novus erat *R 1.* h) tunc *r 2.* i) fundus *r 1.* k) *ex* deponunt *corr. 1. Pa 1.* l) *ex* succedimus *corr. 1. Pa 1.* m) *ex* exsiccare *corr. 1. Pa 1.* n) eis *om. R 1.* o) mature *P.* p) hoc *om. Pa 2.* q) *cf. not.* c) *p. 369.* r) *ex* maiore *corr. R 1.* s) sunt *om. Pb 3.* t) *cf. not.* c) *p. 369.* — regis *add. Pa 2.* u) si *expunx. r 2.* v) secum *Pb 2. 3.* w) pristinam *r 1.* x) autem *Pa 2.* y) utetur *Pa 1. Pb.* z) perg. vol. quisquam *Pa 2 om.* forte. a) ei *om. r 1.* b) licet *Pa 2.* c) fortasse *om. Pa 2.* d) causas *Pb 1.*

1) *Eadem monet noster in aliis epistulis in Gallias transmissis, ut in ep. VIII, 4. IX, 213. 215. 218; de hoc abusu in ecclesiis Galliarum cf. Loening, l. l. II, 190 ss. — Adde ep. II, 25. XIII, 16. Nov. Iust. 6 c. 1 § 2; 123 c. 1 § 2. 137 c. 1.* 2) *Cf. 1. Tim. 3, 6. Adde I-K. 333.* 3) *Non totius Galliae vicariatum committit noster (Loening, l. l. II p. 78), sed Austrasiae, Aquitaniae, Burgundiae.* 4) *Haec verba desunt in eis privilegiis, quae antea Romani pontifices episcopis Arelatensibus transmiserant. Cf. ep. V, 11 n. 3. Gundlach, l. l. p. 197 n. 3.* 5) *Loening, l. l. p. 79 ss., contendit vicarium nullo omnino iure, quod ei papa concedere voluit, vere usum esse: neque primi inter Gallicos sacerdotis locum obtinuisse neque concilia Gallica convocasse neque de episcopis iudicasse scribit atque dubium esse, an ille umquam* formatas *dederit. Sed aliter de hac re sentit Gundlach, l. l. p. 193 ss. n. 6, qui non recte, ut Bretholz, vir doctus, affirmat in actis synodi Aurel. V. et Paris. IV. subscriptiones corruptas esse contendit. — Cf. ep. Zosimi I-K. 328:* ad cuius (urbis metrop. Arelat.) notitiam, si quid illic negotium emerserit, referri censuimus, nisi magnitudo causae etiam nostrum requirat examen. *Ibidem de formatis agitur.*

Omnipotens autem Deus[a] sua vos protectione custodiat honoremque perceptum[b] vos in moribus servare[c] concedat[1].

Data die XII[d] mensis[e] Augusti[f] indictione XIII.

V, 59.

Gregorius I. papa universis episcopis Galliarum, qui sub regno Childeberti sunt, se Vergilio, episcopo Arelatensi, vices suas secundum antiquam consuetudinem commisisse nuntiat; cuius privilegia ut observent, praecipit. *595, Aug. 12.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 96 (Ind. XIII. cap. 52); P: cap. 18.
Edd. M: Lib. V. ep. 54; G: Lib. IV. ep. 52. — Iaffé Reg. 1375 (1005).

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS GALLIARUM, QUI SUB REGNO CHILDEBERTI SUNT.

Ad hoc divinae dispensationis provisio gradus et diversos[a] constituit ordines esse distinctos, ut, dum reverentiam minores potioribus exhiberent et potiores[b] minoribus dilectionem[c] impenderent, una concordiae[d] fieret[e] ex diversitate contextio et recte officiorum gereretur[f] amministratio singulorum. Neque enim[g] universitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam[h] differentiae[i] ordo servaret. Quia vero creatura in[k] una eademque aequalitate gubernari[l] vel vivere non potest, caelestium militiarum exemplar[m] nos instruit[n], quia, dum sint angeli, sint[o] archangeli[p], liquet, quia non aequales sunt, sed in potestate et ordine, sicut nostis, differt alter ab altero. Si ergo inter hos[q] qui sine peccato sunt ista constat[r] esse[s] distinctio, quis hominum abnuat huic se libenter dispositioni[t] summittere, cui[u] novit etiam angelos oboedire[u]? Hinc etenim pax et caritas mutua se vice complectuntur[v], et manet firma concordiae in alterna[w] et Deo placita dilectione sinceritas.

Quia igitur unumquodque[x] tunc salubriter completur[y] officium, cum fuerit unus ad quem possit recurri praepositus, idcirco oportunum esse perspeximus[z] in ecclesiis[a],

a) deus autem, *om.* omnipot. *Pa 2.* b) praeceptum *r 1;* preceptis *Pb 3.* c) *ex* reservare *corr. Pb 1.* d) XV. *Pb 1;* VI. 2 *Teller. sec. ed. M.* e) *ex* mense *corr. 1. Pa 1.* f) ags̄. *Pb 3;* iunio 2 *Teller.* — *Desunt* data *etc. R, r.*

V, 59 Cf. not. ad ep. praeced. In titulo: universalis *R 1;* omnibus *Pb 1 ind. 2.* — Galliarum *R, r et codd. P tantummodo in indicib.;* Gallicis *Monac. 14, 641; om. hoc verbum cet.* — *post* regno *add.* filii nostri excellentissimi *R, r* — in regno *Pb 1 in ind. 2* — *ex* Hiltirici *corr. 1.* Hildirici *Pa 1 (ita Monac. 14, 641);* Hilderici *Pa 2. Pb 2. 3;* Childerici *Pb 1;* Chilorici *Pb 6;* Hildeberti *Pb 4. 5. Pb 1 in ind. 1 et 2;* Hildiberti *Pa 1 in ind.;* Hildiberto *Pb 3 in ind.;* Hildebti *r 1; ex* Celdiberti *corr.* Hild. *r 2;* Childeberti *R 1. R* 1* — qui *et seq. om. Pa 2 in ind.* — *ex* sū *corr. 1.* sunt *Pa 1;* fuerant *Pb 1 in ind. 2.* a) diverso c. ordine, *om.* et *R 1.* b) ut illi *Pa 2.* c) diligentiam *R, r.* d) concordia *Pa 1. Pb.* e) *ex* fierent *corr. 1. Pa 1.* f) generetur *Pa 1. Pb.* g) enim *om. P.* h) ea *Pb;* magna *(corr. in* ae*)* se a *Mon.* i) diff. *om. Pa 2.* k) creaturam *Pa 2.* l) *ex* gubernare *corr. 1. Pa 1. Mon.* m) *ex* exempla *corr. 1. Pa 1;* exempla *R, r. Mon.* n) instruunt *R 1 et ex* instruit *corr. r 2.* o) angeli sint *in marg. add. corr. Pa 1;* ang. sicut *Pb 4.* p) sint archangeli *om. R 1.* q) eos *r 1.* r) constet *Pb 1. 2. Pa 1. Mon., sed in* constat *corr. 2. Pa 1, Mon.; om. hoc verb. Pa 2.* s) est *Pa 2.* t) dispositione *Pb et Pa 1, sed corr. Pa 1, Mon.* u) *verba* cui *usque* oboedire *om. P.* v) complectitur *R, r. Mon. et Pa 1, sed corr. Pa 1, corr. 2., Mon.* w) concordia in alterno *Pa 2.* x) unumquoque *Pb.* y) impletur *Pa 2.* z) prospeximus *Pa 2;* nostras *add. Pa 1, Pb 2, Mon.; sed del. corr. Pa 1.* a) ecclesia, quae est sub *r 1.*

1) Cf. cum hac formula finali f. Diurni 46.

V, 59 Cf. ep. praecedentem et ib. p. 370 n. 2. Illius tantum regni vicariatus commissus est, cuius rex, ut concedatur, petiit vel permisit.

quae sub regno praecellentissimi[a] filii nostri Childeberti[b] regis sunt[c], secundum antiquam consuetudinem fratri nostro Vergilio Arelatensis civitatis[d] episcopo vices nostras[e] tribuere[f], quatenus et catholicae fidei[g] integritas, id est sanctarum[h] quattuor synodorum[1], Deo protegente sollicita[i] devotione servetur et, si inter fratres consacerdotesque nostros aliqua evenerit forte contentio, auctoritatis suae vigore, vicibus[k] nempe[l] sedis apostolicae functus[m], discreta[n] moderatione compescat[o]. Cui etiam iniunximus, ut, si quarundam causarum tale fuerit certamen exortum, in quo aliorum praesentia opus sit, congregatis sibi numero competenti fratribus et coepiscopis nostris[p] salubriter servata hoc[p] aequalitate[q] discutiat[r] et canonica integritate[s] definiat[t]. Si quam vero contentionem, quod longe faciat divina potentia[u], de fidei causa evenire[v] contigerit aut negotium emerserit, cuius vehemens sit fortasse dubietas, et pro sui magnitudine iudicio apostolicae sedis indigeat, examinata diligentius veritate relatione[w] sua ad nostram studeat perducere notionem[x], quatenus[y] a nobis valeat[z] congrua sine dubio sententia terminari[2].

Et quoniam necesse est, ut ad eum cui nostras vices indulsimus, quotiens oportere perspexerit[a], pro facienda collatione[b] aptis debeant episcopi temporibus convenire, hortamur, ut nullus mandatis eius inoboediens esse praesumat[c] nec communi congregationi interesse postponat[d], nisi aut corporis infirmitas quempiam fortasse vetuerit aut cuiusdam eum causae[e] iustae excusatio[f] minime venire permiserit[3]. Hi[g] tamen qui prohibente aliqua necessitate nequeunt in synodo convenire, loco suo presbyterum aut diaconem dirigant, quatenus quae a nostro vicario Deo auxiliante fuerint definita[h] ad eum qui absens est per[i] ipsum quem miserit fida[k] relatione perveniant, ut inconvulsa firmitate[l] serventur et nullus ea quae statuimus[m] audeat occasionis excusatione[n] violare.

Hoc etiam vos pariter praevidimus ammonendos, ut nullus vestrum ad longinquiora loca sine praefati fratris et coepiscopi nostri Vergilii[o] auctoritate[p] temptet aliquo modo[q] proficisci, scientes, quia et praedecessorum[r] nostrorum, qui[s] vices suas eius praedecessoribus[r] concesserunt[t], sic procul dubio mandata definiunt[u].

a) praec. *om. Pa 2;* praecellentissimo *Mon.* b) *ex* Celdiverti *corr. r 2;* Hildiberti *Pa 1. Pb 1. 2. Mon.;* Hildeberti *r 1. Pa 2. Pb 4;* Childiberti *R 1.* c) sunt *om. P, r.* d) civitatis *om., sed postea add. Pb 1;* Arelatensi civ. *Pb 2. Pa 2.* e) nostras *del. R 1.* f) *in* retribuere *corr. Pb 1;* tribuimus *Pa 2.* g) fide cath. *Pa 2.* h) *ex* sanctorum *corr. r 1;* sanctorum *Pb. Pa 2.* i) sollicite *r 2.* k) vice *Pa 2.* l) *om. Pa 2;* nemphe *Pb 1.* m) vel fungitur *suprascr. r 2;* functus *om. Pa 2.* n) decreta *P.* o) conpescas *Pa 1.* p) *verba* nostris *usque* hoc *om. Pa 2.* q) aequalitate *P;* aequitate *R, r.* r) *add.* et canonica integritate discutiat *R 1.* s) auctoritate *Pa 2.* t) difiniat *Pa 1. Pb 2;* diffiniat *Pb 1. Mon.* u) deus *pro* div. pot. *Pa 2.* v) provenire *Pa 2.* w) *in* relationem *corr., om.* sua *Pa 1;* relationem *Mon.;* sua *om. et Pa 2. Pb 2. Mon.* x) *ex* nationem *corr. 2. Pa 1;* notitionem *r 2;* vel tiam *add. in marg. r 1.* y) que nos, *sed del.* nos *Pa 1;* quae *Pa 2;* que nos *Pb.* z) a vobis videat *Mon.* a) perspeximus *Mon.* b) collectione *Pa 2.* c) sit *(om.* esse praes.*) Pa 2.* d) praeponat *Pa 1. Pb 1. 2. 3.* e) aut cuiusque causa *Pa 2.* f) iusta *R, r;* excausatio *Pb 1;* exusatione *R 1;* excusatio *corr. in* excusationes *m. post. Mon.* g) hic *Pa 2;* hii *(ut saepe) Pa 1. Pb 1. 2. Mon.* h) diffinita *Pa 1. Pb 1. 2. Mon.;* defuerint def. *r 1.* i) ad *Mon.* k) *ex* fide *corr. r 1.* l) in firmitate *Pa 1. Pb 1. 2, sed del.* in *Pa 1.* m) nullius ea *(om.* quae stat.*) R, r;* statuimus *om. Pa 1, suprascr.* mandamus, *quod del., et in marg. add.* statuimus; quae constituerit *Vat. D sec. ed. M.* n) *ex* excusatio *corr. 1.* excusatione *Pa 1;* excusatione *Pa 2;* excusatio *cet.* o) Virgilii *Pb 3.* p) actoritate *r 1.* q) a loco modo *Pb 1. 2.* r) prodec. *Pb, r 2; ex* dec. *corr.* prodec. *et tunc* predec. *R 1;* prodec. *priore,* decess. *altero loco Pa 2.* s) qui *om. Mon.* t) cesserunt *P.* u) diffiniunt *Pa 1. Pb 1. 2. Mon.*

1) Nota hic quattuor, non quinque synodorum mentionem fieri. De tribus capitulis in Galliis cf. Loening, l. l. II p. 46 ss.; ep. VIII, 4. 2) Cf. ep. praecedentem p. 370 n. 5. 3) Cf. f. Diurni 43—44 (excusatorias).

Hortamur praeterea, ut de officio suo sit quisque vestrum sollicitus, ut[a], qui promissam[b] cupit mercedem pastionis[c] accipere, commissum[d] sibi gregem sollicitudine et oratione[e] custodiat, ne lupus insidians oves creditas invadendo[f] dilaniet et sit in retributione poena pro munere. Optamus igitur, fratres carissimi, et totis omnipotentem Dominum[g] precibus exoramus, ut dilectionem vestram in amoris sui constantiam faciat[h] magis magisque fervescere atque in pace ecclesiae[i] in una vos concedat manere[k] concordia.

Nuntiatum vero nobis est, quod per simoniacam heresem, ad sacros quidam[l] ordines adducantur, et hoc suprascripto fratri[m] et coepiscopo nostro Vergilio[n] per omnia prohibendum mandavimus; quod ut fraternitas vestra cognoscat et studiose custodiat[o], ipsa coram[p] vobis est[q] epistola relegenda.

Data die XII[r] mensis[s] Augusti[t] indictione XIII.

V, 60.

Gregorius I. papa Childeberto, regi Francorum, nuntiat se cognita eius voluntate Vergilio, episcopo Arelatensi, secundum antiquam consuetudinem et vices suas commisisse et pallium misisse. Addit de episcopis ex laicorum ordine non sumendis et de simonia.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 97 (Ind. XIII. cap. 53); P: cap. 19. *595, Aug. 15.*
Edd. M: Lib. V. ep. 55; G: Lib. IV. ep. 53. — Iaffé Reg. 1376 (1006).

GREGORIUS CHILDEBERTO REGI FRANCORUM.

Laetos nos[a] excellentiae vestrae vehementer fecit[b] epistola, quod pia vos affectione de honore et reverentia sacerdotali testatur esse sollicitos. Hinc etenim[c] cunctis ostenditis fideles Dei vos[d] esse cultores, dum[e] sacerdotes ipsius grata ac[f] debita veneratione diligitis et[g] christiana devotione[h] quicquid ad eorum augmentum pertinet agere[i] festinatis. Unde et gratanter quae scripsistis accepimus et quae[k] voluistis

a) et *r 1. 2. Mon.* b) promisse *(e in ras.) R 1.* c) portionis *Pa 2, r 1;* partionis *r 2;* mercedis portionem *R 1.* d) ommissum *Pb 1.* e) ratione *P;* oratione *R, r et ep. VI, 7.* f) invalendo *Pb 1.* g) dn̄m n̄rm, *om.* omnip. *Pa 2.* h) faciant *Pa 1. Pb 1. 2. Monac., sed corr. Pa 1. Pb 2. Monac.* i) et *add. R, r;* in *om. R, r. Monac., sed add. r 1 in marg.;* ecclesia et *Monac.* k) permanere *Pa 2.* l) quidem *R 1.* m) s̄c̄o hoc fratri *P.* n) Virgilio *Pb 3.* o) et *add. Pb.* p) coram *om. R, r.* q) est *corr. 1. add. Pa 1; om. Pb 1;* ep. religenda est *Monac.* r) XI *duo Teller. sec. ed. M.* s) mense *Pa 1;* men̄s *Pa 2. Pb 1;* mensis *Pb 2.* t) agusti *Pb 2. — Desunt* data *etc. R, r.*

V, 60 Cf. not. ad ep. V, 58. In titulo: Childeberto *R 1 et r 2 (ex* Chilverto*);* Hildeberto *r 1. Pa 2 in ind. Pb 4. 5;* Hildiberto *Pa 1 in ind. Pb 1 in ind. 1. Pb 3;* Hilderico *Pa 1. 2. Pb 1. Pb 2 in ind.;* Hildericum regem laudat *etc. Pb 1 in ind. 2;* Hildirico *Pb 2.* a) *ex* vos *corr. r 2.* b) *ex* feci *corr. r 2;* facit *Pb 4. 5.* c) enim *Pa 1. Pb 2. 3.* d) vos *add. corr. 2. Pa 1;* vos dei *Pa 2;* vos *om. Pb 2. 3.* e) dum in, *sed* in *post del. Pa 1. Pb 4;* dum in *Pb 1. 2. 3;* cum *r 1. 2.* f) ḡr̄a ac *Pa 2;* gratia et *r 1.* g) et *post. add. Pb 1.* h) veneratione *Pa 2.* i) augere *P.* k) quod *Pa.*

V, 60 Una transmissa cum duabus epistulis praecedentibus. — Childebertus II, Sigiberti et Brunichildis filius, regnavit a. 575—596 in Austrasia, cum Mauricio imperatore foedere facto cum Langobardis pugnavit, pacto cum Guntchramno a. 587 apud Andelot facto a. 593 post eius mortem Burgundiam adquisivit. Eidem ep. VI, 6 missa est. — Superscriptio et subscriptio ad regem desunt in Diurno; sed notandum est reges eisdem titulis in epistulis ornari, quibus viri primi ordinis vel patricii ornabantur (excellentia, excellentissimus *vel* praecellentissimus). — *Item* excellentissimum filium nostrum ill. regem *in Diurni f. 49.*

animo libenti concessimus; atque ideo fratri nostro Vergilio Arelatensis civitatis episcopo vices nostras iuxta antiquum morem et excellentiae vestrae desiderium Deo favente[a] commisimus; cui etiam et[b] pallii usum, sicut prisca habuit consuetudo, concessimus [1].

Sed quia aliqua ad nos[c] perlata sunt, quae[d] et omnipotentem[e] Dominum[f] nimis offendunt et quam plurimum sacerdotii honorem reverentiamque confundunt, quaesumus[g], ut potestatis vestrae annitente[h] censura modis omnibus emendentur, ne, dum laudandae devotioni vestrae res temerariae ac perversae[i] repugnant[k], aliorum, quod absit, culpa aut regnum vestrum gravetur[l] aut anima.

Pervenit autem ad[m] nos obeuntibus[n] episcopis quosdam ex laicis tonsurari atque ad episcopatum praecipiti saltu conscendere. Et qui discipulus non fuit, inconsiderata ambitione magister efficitur; et quoniam quod possit docere non didicit[o], sacerdotium tantummodo gerit in nomine; nam[p] laicus[q] in sermone perseverat et opere[r]. Quomodo ergo pro aliorum peccatis intercessurus est, qui sua primitus non deflevit? Talis enim[s] pastor non munit gregem, sed decipit, quia[t], dum contradicente verecundia non potest aliis hoc[u] quod ipse non facit persuadere[v], quid est aliud, nisi ut plebs dominica[w] praedonibus populanda permaneat[x] et inde sumat interitum, unde salutiferae protectionis magnum debuit habere subsidium? Quod[y] quam pravum quamve perversum sit, ex sua quoque ordinatione excellentiae vestrae[z] celsitudo perpendat. Certum namque est non vos ante exercitui ducem praeponere, nisi vobis[a] labor eius fidesque[b] constiterit[c], nisi eum ante actae vitae virtus et sollicitudo aptum esse monstraverit. Si vero non aliis nisi huiusmodi viris committitur gubernandus exercitus, qualis dux esse debeat animarum, ex istius bene rei[d] comparatione colligitur. Sed verecundum nobis est et dicere pudet, quia sacerdotes[e] sibi ducatum arripiunt, qui[f] exordium religiosae militiae non viderunt[f].

Simul autem et illud valde execrandum nobis est nuntiatum, quod sacri ordines per simoniacam heresem, id est accepto praemio, conferantur. Et quia[g] pestiferum nimis est et sanctae ecclesiae universali[h] contrarium in sacrum quempiam ordinem non meritis, sed pretio collocari, hortamur, ut[i] tam detestabile facinus de regno suo excellentia vestra prohiberi[k] praecipiat[l]. Nam ipse se ad hoc officium ostendit prorsus[m] indignum, qui donum Dei pecunia mercāri non metuit et commodis praesumit appetere[n] quod habere per gratiam non meretur[o]. Haec igitur, praecellentissime[p] fili, idcirco ammoneo[q], quia animam vestram salvari desidero. Quae[r] etiam[s] dudum scriberem[t], si voluntatem meam occupationes innumerae minime praepedissent; at postquam congruum[u] se scribendi[v] tempus ingessit, quod facere me oportuit non omisi.

a) *ex* faciente *corr. 1. Pa 1.* b) et *om. Pa 2.* c) utique *add. Pa 2.* d) quod *Pa 1.* e) et omnip. *om. Pa 2.* f) deum *Pa 2, r 1. 2.* g) *ita r 1. 2. Pa 2;* q̄s *R 1; ex* quero *corr. 1.* quesomos, *corr. 2.* quęsumus *Pa 1;* quasi *Pb 1;* q̄si *Pb 2.* h) amittente *Pb;* antistites *Pa 2.* i) *ex* per se *corr. 1. Pa 1.* k) repungnant *Pa 1.* l) graciatur *Pb 1.* m) et *Pb 1.* n) oboedientibus *Pb 1, r 1.* o) dedicit *Pa 1.* p) *ex* nam *corr. 2.* non *Pa 1;* nam non *Pa 2.* q) laicus *om. P.* r) *ex* opera *corr. 1. Pa 1.* s) etenim *r 1.* t) d. sed quia *Pa 1. Pb 2.* u) hoc *om. Pa 2.* v) suadere *R, r.* w) *add.* a *corr. 1. Pa 1.* x) remaneat *R, r.* y) quod *suprascr. Pa 1.* z) vestra *Pa 2, om.* excell. a) vos *r 1.* b) fides *Pb 1.* c) *ex* constiteret *corr. 2* constituit *Pa 1;* placuerit *Pa 2.* d) huius reibene *R 1;* i. bene regi *Pb 1; ex* regi *corr. 1.* rei *Pa 1;* i. bonę rei *Pa 2.* e) sacerdotii *Pa 2.* f) *verba* qui *usque* viderunt *om., sed post. add. Pb 1.* g) quasi *Pb 1.* h) universali *om. Pa 2.* i) hort. ut *om. Pa 2.* k) prohibere *P.* l) praecipiat *om. Pa 2.* m) prorsus *om. Pa 2.* n) *ex* petere *corr.* abpetere *Pb 1.* o) merentur *Pa 2.* p) praecell. *om. Pa 2.* q) *ex* ammonit *corr.* admoneo *Pa 1.* r) qua *Pa 1;* qui *Pb 1.* s) qui *add. Pb 1.* t) dudum scribere *Pb 2;* scribere dudum *Pb 3.* u) congruum *om. Pb 4.* v) rescribendi *R 1, r 2;* scribendi *om. P;* se *om. r 1.*

1) *De hac petitione et de his, quae sequuntur, cf. ep. V, 58 et notas.*

Salutantes itaque excellentiam vestram paternae caritatis affectu petimus, ut cuncta quae suprascripto[a] fratri et coepiscopo nostro fieri servarique mandavimus favoris vestri praesidio compleantur[b], ne[c] cuiusquam[d] ea[e] elatione aut superbia convelli[f] aliquo modo permittatis; sed sicut a[g] praedecessore[h] eius sub gloriosae memoriae[i] patris vestri regno servata sunt, ita quoque auxilio vestro sollicita et modo devotione serventur[k]. Oportet ergo, ut hoc nobis vicarie rependatur[l] et, sicut nos vestram implere non distulimus voluntatem, ita et vos propter Deum et beatum Petrum apostolorum principem nostra faciatis in omnibus statuta servari, quatenus excellentiae[m] vestrae[n] laudabilis se[o] et[p] Deo placita circumquaque tendat[q] opinio.

Data die XV. mensis Augusti[r] indictione XIII.

V, 61.

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo Ravennati, ut in propria ecclesia et quater in anno extra ecclesiam pallio utatur, concedit; ecclesiae eius privilegia confirmat.

595, Aug. (15.)

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 98 (Ind. XIII. cap. 54).
Edd. M: Lib. V. ep. 56; G: Lib. IV. ep. 54. — Iaffé Reg. 1377 (1007).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Apostolicae sedis benivolentia et antiquae[a] consuetudinis ordine provocati[b] fraternitati tuae, quam in Ravennati[c] ecclesiae gubernationis suscepisse constat officium, pallii usum praevidimus[d] concedendum. Quo[1] non aliter uti memineris[e], nisi in propria tuae civitatis dimissis iam filiis ecclesiae[f], procedens a salutatorio[g][2] ad sacra missarum sollemnia celebranda[h]; peractis vero missis id[i] in salutatorio[g] rursum curabis deponere. Extra ecclesiam vero non amplius illo tibi nisi quater[k] in anno in letaniis quas ad decessorem tuum Iohannem expressimus uti permittimus[1], hoc nihilominus ammonentes, ut, sicut a nobis huiuscemodi decoris usum ad sacerdotalis officii honorem largiente Domino percepisti, ita etiam morum atque actuum probitate ad Christi gloriam susceptum adornare contendas officium. Sic etenim alterno eris invicem de-

a) sc̄o *P:* sc̄issimo *r 1.* b) compleatur *Pb 4.* c) nec *Pb 2. 4.* d) usquam *Pb.* e) *ita r 1. 2;* ea *om. ceteri.* f) conpelli *vel* compelli *P, r 1;* combelli *R 1.* g) a *om. Pb 4.* h) *ex* prodec. *corr. R 1;* prodec. *r 2. Pb 1. 2. Pa 2.* i) sub gloriosi *R 1;* sub glorioso *r 1;* sub gloria *r 2;* a gloriosissimi *Pb 1;* a glmi *Pb 2:* auglmi *Pb 4;* a gloriose memorię *Pa 1 in ras. corr. 1;* gloriosae memoriae *Pa 2.* k) sollicito modo serventur *Pa 2.* l) rependantur *r 1.* m) excellentiae *om. P.* n) vestrae *om. Pa 2; ex* vrae *corr.* vra *Pb 2.* o) se *om. r 1;* nostra *ante* se *add. Pa 2.* p) et *ex* esse *corr. Pa 1;* deo ac *pro* et deo *Pa 2.* q) ostendat *Pa 2;* pendat *Pb 3.* r) mense mag. *Pa 1;* mēns mai *Pa 2;* mēn *vel* m̄ aug. *Pb.-Desunt* data *etc. R, r.*

V, 61 in titulo Mariano *R*1; abbrev.* Ravenn. *vel* Raven. *codd. R, r.* a) *ex* antiquus *R 1.* b) *ex* provocatis *R 1.* c) Ravennatis *(delet* in*) R 1.* d) pervidimus *R 1.* e) *ex* meminerit *R 1.* f) *ita codd.; cf. ep. V, 11.* g) *ex* salutario *r 2.* h) celebrandum (*ex* celebrantes) *R 1.* i) idem *r 2, edd.* k) quattuor *r 1.*

V, 61 De Mariniani electione cf. ep. V, 51. — Haec epistula secundum formulam Diurni 48 conscripta est. 1) *Haec verba:* quo *usque* permittimus *pro his paucis verbis Diurni posita sunt:* illis videlicet temporibus atque eo ordine, quibus decessorem quoque tuum usum esse non ambigis. *Cf. quae n. 3 ad ep. V, 11 adnotavi. Etiam hic deest:* excepto si reliquiae conderentur; *cf. ep. V, 15 n. 1.* 2) *Hic salutatorium vocatur, quod secretarium dicitur in ep. V, 11. III, 54.*

core conspicuus, si ad huiusmodi corporis habitum mentis quoque tuae bona concordent. Omnia etiam privilegia, quae tuae pridem concessa esse constat ecclesiae, nostra auctoritate firmamus et inlibata decernimus permanere.

V, 62.

Gregorius I. papa Iohannem, episcopum Corinthiorum, hortatur, ut decessoris sui mala sanet; pallium mittit, secundum morem de simonia comprimenda monet, synodum Romanam pallium dato commodo concedi vetuisse nuntiat. De Andrea episcopo tarde suscepto addit. *595, Aug. 15.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 99 (Ind. XIII. cap. 55); P: cap. 20. Edd. M: Lib. V. ep. 57; G: Lib. IV. ep. 55. — Iaffé Reg. 1378 (1008).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO CORINTHIORUM.

Postquam Deus[a] noster, cui nihil occultum est, de ecclesiae suae gubernatione nefandam pollutionis pestem abiciens vos ad eius voluit regimen adducere, magna vobis ope nitendum[b] est, ut post vulnera et diversa prioris mala[c] pastoris in fraternitate vestra grex dominicus consolationem ac salubre medicamentum inveniat. Sic[d] ergo praecedentis[e] contagii maculam manus vestrae actionis abstergeat, ut nulla execrandae[f] pravitatis illius vestigia vel sinat[g] manere memoriam.

Sit igitur erga subiectos[h] sollicitudo laudabilis, exhibeatur cum mansuetudine disciplina, sit cum discretione correptio[i]. Iram benignitas mitiget, benignitatem zelus exacuat; et ita alterum ex altero condiatur[k], ut nec inmoderata ultio ultra[l] quam oportet affligat[m] nec iterum frangat rectitudinem disciplinae remissio. Instructio commissi[n] populi fraternitatis vestrae sit actio[o]; videat in vobis[p] quid[q] diligat, cernat quod imitari festinet, exemplo vestro vivere doceatur, a recto itinere te duce[r] non deviet, ad Deum vos sequendo perveniat, ut[s] tot ab humani[t] generis salvatore retributiones accipias, quot[u] lucra ei operatus fueris[v] animarum. Labora[w] itaque, frater carissime, et ita totam[x] mentis et cordis ad hoc[y] efficaciam dirige, quatenus digne[z] in futuro
Luc. 19, 17. merearis audire: 'Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium domini tui'.

Pallium[1] vero, sicut per epistolam vestram, quam per Andream[a][2] fratrem et coepiscopum nostrum suscepimus, postulastis, direximus, quo[b] vos ita uti necesse

V, 62 in titulo: Iohe Corinthiorum *R 1;* Chorinthiorum *Pa 1 in ind.;* Corintiorum *Pb 3;* pulchra exortatio ad Iohannem *etc. Pb 1 in ind. 2.* a) dns *Pa 2.* b) *ita Pb, et sec. ed. M. Vatic. D. Norm. et Corb.;* magno vobis ope nit. *Pa 1;* magnopere v. nit. *Pa 2. r 1. Vatic. A. B. C;* magna vobis penitendum *corr. in* m. v. ope nit. *R 1;* magna v. penitendum est, *suprascr.* instantia *r 2.* c) mali *Pb 4.* d) sic *ex* si *corr. 1. Pa 1 et Pb 1.* e) praecidentis *Pa 1. Pb 1;* praedicentis *Pb 3.* f) execranda et *R 1;* et *add. r 2.* g) vel signat *Pa 1.* h) subiectis *Pb 1. 4, sed corr. Pb 4.* i) correctio *P.* k) cond. ex altero *R, r.* l) ultra *om. r 2;* plus *r 1.* m) *ex* affliget *corr. 1. Pa 1;* affliget *Pb.* n) instr. comm. *om. R 1.* o) popls frat*(in ras.)* ernitatis vre *(in ras:)* actus inspiciendus *R 1.* p) bonis *R 1.* q) *ita R 1. Pa 1. Pb;* quod *cet.* r) te ducente *Pa 2.* s) et *r 1.* t) humano *r 1. Pa 2.* u) *ex* ut *corr. R 1.* v) *ex* fuerit *corr. Pa 1.* w) *ex* laborat *corr. 1. Pa 1.* x) *ex* totus *corr. 1. Pa 1;* totum *Pb.* y) ad hoc *om. Pa 2.* z) digne *om. R, r.* a) Andream *om. r 1. 2.* b) *ex* quod *corr. 1. Pa 1;* quod *Pa 2;* quem *Pb 4.*

V, 62 una cum sequente transmissa. De Iohanne eiusque praedecessore Anastasio cf. ep. V, 57. De pallio cf. ep. V, 11. 16. 1) *Vices non expresse committuntur.* 2) *Verisimile non est Andream episcopum, qui in hac epistula bis commemoratur, eundem esse atque Andream, episcopum Tarentinum, ep. III, 44 duobus mensibus suspensum. Cf. n. 5.*

est, sicut praedecessores[a] vestri usi concedentibus nostris praedecessoribus[a] adprobantur.

Praeterea[1] pervenit ad nos, quod in illis partibus nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perveniat. Quod si ita est, flens dico, gemens denuntio, quia, cum sacerdotalis[b] ordo intus cecidit, foris quoque[c] diu stare non poterit[d]. Scimus quippe ex evangelio, quid[e] redemptor noster per semetipsum[f] fecerit, quia ingressus templum cathedras vendentium columbas evertit. Columbas enim vendere est de sancto spiritu[g], quem Deus omnipotens consubstantialem sibi[h] per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, ut praedixi, malo[i] iam innuitur, quid sequatur, quia qui[k] in templo Dei columbas vendere praesumpserunt, eorum[l] Deo iudice cathedrae ceciderunt[m]. Qui videlicet error in[n] subditis cum augmento propagatur[o]. Nam ipse quoque[p] qui ad sacrum honorem[q] perducitur, iam in[r] ipsa provectus[s] sui radice vitiatus, paratior est aliis[t] venundare quod emit. Et ubi est quod scriptum est[u]: 'Gratis[v] accepistis, gratis date?' Et cum prima[w] contra sanctam Matth. 10, 8.
ecclesiam simoniaca heresis sit exorta, cur[x] non perpenditur, cur non videtur, quia eum quem quis[y] cum pretio ordinat provehendo agit, ut hereticus fiat? Quia igitur hanc nefandissimam pravitatem sancta[z] universalis omnino[z] damnat ecclesia, hortamur fraternitatem vestram, ut tam detestabile et immane peccatum de locis omnibus, quae sub se sunt, sollicitudinis suae compescat omnibus modis instantia[a]. Nam si quid tale deinceps fieri senserimus, iam non verbis, sed canonica hoc[b] ultione corrigemus[c] et de vobis, quod non oportet, aliud incipiemus habere iudicium.

Novit autem fraternitas vestra, quia prius pallium nisi dato commodo non dabatur. Quod[d] quoniam incongruum erat, facto concilio ante corpus beati Petri apostolorum principis[e] tam de hoc, quam de ordinationibus aliquid accipere[f] sub districta interdictione vetuimus[2].

Oportet ergo, ut neque per commodum neque per gratiam aut quorundam supplicationem aliquos ad sacros ordines consentiatis vel permittatis adduci. Nam et[g] peccatum, sicut diximus, grave est, et sine correctione[h] hoc[i] non patimur remanere.

Suprascriptum[k] vero Andream fratrem et coepiscopum nostrum ob hoc tarde suscepimus[l], quia renuntiante fratre et coepiscopo nostro Secundino didicimus[m] epistolas nostras sibi eum in Iohannis Larissaei[n] episcopi executione[3] finxisse[o]. Et[p] nisi bona vestra nobis, quae[q] audivimus, suasissent, nulla illum habuimus ratione suscipere[r].

Data die XV. mensis[s] Augusti[t] indictione XIII[u].

---

a) *ex* prodec. *corr. R 1;* prodec. *Pb 1. 2. Pa 2, r 1. 2.* b) *ex* quia consacerdotalis *corr. 2. Pa 1.* c) quoque *om. Pa 2.* d) potuit *Pb 4.* e) *ex* quod *corr. 2. Pa 1;* quod *Pa 2. Pb 2;* quo *Pb 1.* f) seipsum *Pa 2.* g) spiritu sancto *Pb 1. 4, r 1. Diurn.* h) sibi *suprascr. R 1.* i) mala *Pb 1.* k) quo *Pb 1. 4. Pa 2.* l) horum *r 1.* m) corruerunt *P;* ceciderunt *R, r. Diurn.* n) errorem *Pa 2.* o) *ex* propagetur *corr. 1. Pa 1.* p) et ipse *Pa 2.* q) ordinem *Pa 2.* r) in *om. R 1, r 1.* s) profectus *Pa 1. Pb.* t) alii *Pa 1; om. Diurn.* u) quod dominus dicit *Pa 2.* v) *ita R, r. Diurn.;* quod gratis *P.* w) *ita R, r. Diurn.;* primo *P.* x) cur *om. R 1.* y) qui *Pb 1.* z) *verba* sancta *et* omnino *om. P.* a) sua sollicitudine compescat omnique instantia *Pa 2.* b) hoc *om. P.* c) *ita corr. 2. Pa 1;* corrigimus *cet. codd.* d) sed *Pb 1.* e) ap. princ. *om. Pa 2.* f) accip. aliquid *Pa 1. 2.* g) *ex* ut *corr. 1.* hoc *Pa 1;* hoc *Pa 2;* ut *Pb* h) *corr. in* correptione *R 1.* i) eum *Pa 2.* k) suprascr. *om. P;* superscriptum *r 1. 2.* l) *ex* suscipimus *corr. 2. Pa 1;* suscipimus *Pb.* m) dedicimus *Pa 1. Pb 2;* deducimus *Pb 3.* n) Larissae *r 1. 2.* o) fixisse *Pb 1.* p) et *om. P.* q) qua *Pb 1.* r) *ita R, r; ex* percipere *corr. 1.* recipere *Pa 1;* precipere *Pb 2;* recipere *Pb.* s) mense *Pa 1;* m̄ *vel* men. *vel* mens. *cet.* t) *ex* ag. *corr. 2.* aug. *Pa 1.* u) XIII *om. Pa 1. Pb 2. 4. 5;* XIV *Vat. D (ed. M.)* — Data *etc. om. R, r.*

1) *Verba* praeterea *usque* hereticus fiat *secundum formulam Diurni 46 scripta sunt. Cf. ep. sequentem et V, 58 s.* 2) *Cf. acta synodi Romanae m. Iulii a. 595, p. 364, (V.) n. 5. Adde ep. V, 16 n. 8.* 3) *Contra Hadrianum, episcopum Thebanum; de hac causa cf. ep. III, 6. 7.*

V, 63.

Gregorius I. papa universis episcopis per Helladiam provinciam constitutis se epistula eorum per Andream episcopum suscepta Iohanni episcopo Corinthiorum pallium misisse nuntiat; cui ut oboediant, monet et de simonia scribit secundum morem.

595, Aug.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. cap. 100 (Ind. XIII. cap. 56); P: cap. 21.
Edd. M: Lib. V. ep. 63; G: Lib. IV. ep. 56. — Iaffé Reg. 1379 (1009).

GREGORIUS UNIVERSIS EPISCOPIS PER HELLADAM CONSTITUTIS PROVINCIAM.

Gratias omnipotenti Deo vobiscum, fratres carissimi, refero[a], qui[b] latens vulnus, quod antiquus hostis intulerat[c], ad omnium fecit pervenire notitiam[d] et de ecclesiae suae[e] corpore salutifera illud incisione[f] compescuit. Ex qua re et gaudendum nobis est et dolendum: gaudendum quippe de correctione facinoris, dolendum vero de casu[g] fratris[1]. Sed quoniam plerumque alterius[h] casus[i] alterius solet[k] esse cautela, hoc, quisquis cadere timet[l], attendat, aditum[m] hosti non praebeat, non putet latere
Matth. 10, 26. quod agitur. Nam veritas clamat[n]: 'Nihil occultum quod non revelabitur'. Haec etenim[o] vox actionis nostrae iam praeco est et ipso teste[p] modis omnibus deducit[q] ad publicum, quod agitur in secreto. Aut[r] quis ante illum actus suos nitatur[s] abscondere, qui eorum testis et[t] iudex est? Quia vero[u] nonnumquam, dum aliud attenditur, aliud non cavetur[v], oportet, ut contra omnes hostis insidias quisque debeat esse sollicitus[w], ne, dum in uno[x] vincit, superetur[y] in altero. Nam et terrenus hostis, qui munita loca[z] cupit[a] invadere, pugnandi arte sic utitur: latenter quidem[b] ponit insidias et ad unius se loci expugnationem totus[c] ostendit, ut, dum ad defensionem loci illius ubi instat periculum convenitur[d], loca alia de quibus nulla est suspicio capiantur. Et evenit[e], ut, qui cognitus resistentis[f] virtute repulsus est, latens optineat quod certando non potuit. Sed quia in his omnibus divinae protectionis auxilio[g] opus est,
Ps. 21, 20. voce cordis singuli clamemus[h] ad Dominum dicentes: 'Domine, ne longe[i] facias auxilium tuum a me, ad defensionem meam aspice'[k]. Manifestum namque est, quia, nisi ipse auxiliatus fuerit et ad se clamantes defenderit, hostis noster vinci non poterit[l].

V, 63 in titulo: universis *ex* universalis *corr. R 1* — per Elladam *Pa 1. Pa 2 in ind. Pb;* per Elledam *Pa 2;* arelladam *R 1;* ar Helladam *r 1. 2;* Helladam *R* 1;* per allam *Pb 1 in ind. 2;* per Archelaidam *Vatic. D;* per Helladiam *Vatic. A. B. C sec. ed. M.* — constitutis provinciis *r 1. 2;* constitis provinciam *R 1;* constitutis provinciae *Pa 1 in ind. Pb 3 in ind. Pb 1 in ind. 1; ex* cons *corr.* constitutis *Pa 1.* — *R 1 add. in marg. nigro atram.:* episcopis Corinthi provincia constit. a) referre *P; add.* debemus *corr. 2. Pa 1.* b) quia *Pa 2.* c) *ex* intulerit *corr. Pa 1;* intulerit *Pb.* d) nociam *Pb 1.* e) suae *om. P.* f) illud incisione *om. P; Pa 1:* conspicuit *et add. in marg.* Z *et corr. 2* pestifera venena conpescuit; pestifera venena conpescuit *Pa 2.* g) cari, *add. corr. 1* casu *Pa 1;* casu cari *Pa 2;* causa *R 1.* h) alteus *Pb 1.* i) carus *Pa 1.* k) *ex* dolet *corr. R 1.* l) timeat *Pb;* audierit ut cadere timeat *Vatic. D.* m) *ex* auditum *corr. R 1.* n) dicit *Pa 2.* o) nec enim *Pb 1.* p) et ipso teste *om. omnes codd. R, r. Pb;* quę *R 1;* et *r 1;* te, *sed expunx. r 2;* te *Pb;* et ipso tes *add. in marg. corr. 1. Pa 1.* q) deducta *Pa 2.* r) *in* at *corr. R 1.* s) nitetur *Pa 1. Pb 1. 2; om. hoc verbum Pb 4;* conetur *Pa 2.* t) et *om. Pb 1.* u) vero *om. P.* v) videtur *Pa 2.* w) sollitos *Pb 1.* x) unum *Pa 1. Pb sed in* uno *corr. Pb 4.* y) superet *Pb 4.* z) loca minuta *Pa 2.* a) *ex* capit *corr. R 1;* capit *r 2.* b) latenter *(ex* latentur*)* quippe *Pa 2.* c) totum *Pa 2.* d) venitur *Pa 2.* e) ecce venit *Pb.* f) resistenti *R 1. Pa 2.* g) *ex* auxilium *corr. R 1;* auxilium *Pa 2.* h) clamamus *Pb 1.* i) ne elonge *r 1.* k) *ita P. R 1;* conspice *r 1;* respice *r 2.* l) possit *Pa 2.*

V, 63 Cf. ep. praecedentem, cum qua haec transmissa est. Hellados episcopi, ut apparet, sunt ii, qui sub metropolitano Corinthio constituti sunt. *1) Cf. ep. praecedentem.*

Praeterea[a] epistolam caritatis vestrae per Andream fratrem et[b] coepiscopum[1] nostrum suscipientes pallium Iohanni fratri nostro Corinthiorum[c] episcopo nos[d] transmisisse cognoscite; cui vos[e] magnopere convenit oboedire[f], praesertim dum hoc sibi et antiquae consuetudinis ordo defendat[g] et bona eius, quibus ipsi testimonium perhibetis[h], invitent.

Quibusdam[2] namque[i] narrantibus agnovi, quod in illis partibus nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione[k] perveniat. Quod si ita est, flens dico, gemens denuntio[l], quia, cum sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu[m] stare non poterit. Scimus quippe ex evangelio, quid redemptor noster per semetipsum fecerit, quia[n] ingressus templum cathedras vendentium columbas evertit. Columbas enim vendere est de spiritu sancto, quem Deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, ut praedixi, malo iam innuitur, quid sequatur[o], quia qui[p] in templo Dei[q] columbas vendere[r] praesumpserunt, eorum Deo[s] iudice cathedrae ceciderunt. Qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque, qui ad sacrum honorem[t] perducitur, iam in ipsa provectus sui radice vitiatus[u], paratior est aliis venundare quod emit. Et ubi est quod scriptum est[v], 'Gratis accepistis, gratis date?' Et cum prima[w] Matth. 10, 8.
contra sanctam ecclesiam simoniaca heresis sit exorta, cur non perpenditur, cur non[x] videtur, quia eum quem quis cum pretio ordinat provehendo agit, ut hereticus fiat? Ideoque hortamur, ut nullus vestrum denuo hoc fieri patiatur, sed neque gratia alicuius neque supplicatione aliquos ad[y] sacros ordines audeat promovere nisi eum, quem[z] vitae et actionis qualitas ad hoc[a] dignum esse monstraverit. Nam si aliter factum denuo senserimus, districta et[b] canonica illud[c] noveritis ultione compesci[d].

EXPLICIT REGESTUM DOMNI GREGORII DE INDICTIONE XIII.

a) propterea *Pa 2.* b) fratrem et *om. Pa 2.* c) *in* Chor. *corr. Pb 2;* Chorinthiorum *Pa 1. Pb 1;* Corintheorum *R 1.* d) nos *om. Pa 2.* e) *ita r 1. 2; R 1* vos *suprascr.;* cuius *P (*cum *Pa 2).* f) oboedire *om. P.* g) defendit *Pb. Pa 2.* h) prebetis *P, sed om. hoc verb. Pa 2.* i) namque *om. P;* vero *Pa 2.* k) *ex* commotatione *corr. 1. Pa 1; in* commodatione *corr. Pb 2;* commoditatione *r 1;* commodotatione *Pb 1;* comodi datu *Pa 2.* l) gemens dico, *om.* flens, denuntio *Pa 2.* m) quoque diu *om. Pa 2.* n) qui *R 1.* o) iam malo imbuitur quid subsequitur *Diurn.;* quid sequatur *om. P, r 1. 2.* p) qui *add. corr. 1. Pa 1.* q) domini *R, r.* r) vende *(om.* re, columbas*) Pa 2.* s) dei *Pb 1.* t) *ita Pa 1. Pb 2, r 1;* ordinem *Pb 1. 4. Pa 2.* u) vitiatur *Pa 2. Diurn.* v) quod dominus dicit *Pa 2.* w) *ex* primo *corr. 2. Pa 1;* primo *Pb. Pa 2.* x) et *pro* cur non *Pa 2.* y) neque aliqua supplicatione ad *Pa 2.* z) *ita P;* quem *add. corr. 1. Pa 1;* eum *om. r 1;* quem *om. R 1, r 2.* a) eum *add. R, r.* b) ac *r 1. 2.* c) *ex* illum *corr. 1. Pa 1.* d) *corr. add.* data indic. XIIII. *Pa 1; eadem in Pa 2. Pb 1. 2. Item sec. ed. Maur. in duob. Teller. et in Vatic. D. Sed haec ad ep. XI, 36 (ind. IIII.) pertinent.*

Explicit *cet. Ita r 1. 2. R 1, sed* regestū *tantum modo r 1,* registrum *R 1, r 2* — de *om. R 1* — expliciunt eplę ind. XIII *R*1, ed. G.* — *Om. haec verba ed. M.*

1) *Cf. ep. praecedentem.* 2) *Inde ab his verbis usque fere ad finem haec epistula secundum formulam Diurni 46 scripta est.*

INCIPIUNT EPISTOLAE
DE REGESTO DOMNI GREGORII.

MENSE SEPTEMBRIO INDICTIONE XIIII.

VI, 1.

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo Ravennati, mandat, ut, quae Iohannes, decessor eius, de ecclesiae rebus testamento contra leges caverit, irrita faciat. Privatis de rebus voluntatem illius servari iubet. De monasterii S. Apollinaris possessionibus tuendis addit. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 101 (Ind. XIIII. cap. 1).
Edd. M: Lib. VI. ep. 1; G: Lib. V. ep. 1. — Iaffé Reg. 1380 (1011).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima desiderantium non est differenda petitio. Presbyteri igitur ac[a] diacones atque clerus fraternitatis vestrae oblata nobis petitione[b] conquesti sunt Iohannem quondam decessorem tuum[1] condito testamento diversa in ecclesiae suae gravamine conscripsisse[c] et petiverunt, ut haec in damno ecclesiae[d] prohibente quippe lege[2] nulla debeant[e] occasione per-

Incipiunt *cet. Ita hanc indictionem inscribunt R 1, r 1. 2* (incip. epla. *abbrev. R 1; corr.* eplae. *ex* eplas. *r 2*). — regesto *r 1. R* 1;* regestro *r 2;* registro *R 1.* — mense septembrio *r 2;* mse. septbro. *r 1;* mse. sep. *R 1.* — Incipiunt eplae. de regesto b. G. primi pp. urbis R. per indictionem XIIII datę *R* 1;* Liber quintus epistolarum ex registro S. Gregorii papae indictione decima quarta, de anno ordinationis eius sexto *ed. G;* Sancti Gregorii papae registri epistolarum liber sextus. Indictione decima quarta, anno ordinationis eius sexto *ed. M.*

VI, 1 in tit.: Ravennae *r 2;* Ravñ. *abbrev. r 1;* Raveñ. *R 1;* Ravennę civitatis *R* 1.* a) et *R 1.* b) petitione nobis *r 1.* c) gravamina conscipsisse *r 2.* d) suae *add. r 2.* e) *corr. ex* debent *r 2.*

VI, 1 Haec epistula, ut ex ep. VI, 28 intellegi potest (cf. ib. n. 3), Mariniano Romae tradita est. De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. 1) *Cf. ep. V, 21 n. 1.* 2) *Cf. ep. V, 23 n. 2. — C. J. I, 3, 41, 5:* episcopis . . . facultatem omnino adimimus testandi vel donandi . . . quid de rebus suis, quas, postquam episcopi facti sunt, . . . adquisierint, nisi ea sola, quae ante episcopatum ex qualibet causa tenuerunt quaeve postea a parentibus patruis avunculis fratribus ad eos pervenerunt *etc. (a. 528).*

solvi. Et quamvis, postquam hereditas ipsius[a] successioque repudiata est[b], ad haec te satisfacienda ratio nulla constringat, verumtamen ex abundanti his te hortamur affatibus, ut ea quae de ecclesiae suae vel de adquisitis in episcopatu rebus[c] contra legum fieri statuta disposuit, fraternitas vestra nec[d] praebeat[e] nec aliqua in his ratione consentiat. Si quid autem de propriis rebus, quas ante episcopatum[f] habuit, quod quidem prius ecclesiae suae non contulit, fieri voluit vel decrevit, firmum per omnia robur optinere necesse est, nec quisquam ecclesiasticorum ea contra rationem qualibet temptet excusatione convellere.

Quia vero, dum viveret, saepius a nobis expetiit, ut ea quae in monasterio illo contulerat, quod iuxta ecclesiam sancti Apollinaris[g] ipse construxerat[1], nostra debuissemus auctoritate firmare, et hoc facturos nos esse promisimus, fraternitatem vestram necessarium[h] praevidimus adhortandam, ut nihil de his quae illic[i] contulit atque constituit, aliquo modo patiatur inminui, sed omnia firma studeat stabilitate servari. Huius igitur monasterii et collatarum[k] illic rerum quia in testamento quod condidit fecisse noscitur mentionem, sciendum vobis est non nos ea ideo confirmasse, quoniam supremam eius sequimur voluntatem, sed quia hoc[l] ei, sicut diximus, viventi promisimus. Haec itaque omnia[m] sic sollicite fraternitas vestra implere festinet, quatenus et quae in suprascripto monasterio[n] constituit et a nobis sunt firmata, serventur et illa quae in damno dari vel fieri per testamentum suae decrevit[o] ecclesiae, nullam prohibente nempe[p] lege optineant[q] firmitatem.

VI, 2.

Gregorius I. papa clero et plebi ecclesiae Ravennatis orthodoxiam Mariniani episcopi, quattuor conciliorum statuta sequentis, commendat; cui ut oboediant, monet. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 102 (Ind. XIIII. cap. 2).
Edd. M: Lib. VI. ep. 2; G: Lib. V. ep. 2. — Iaffé Reg. 1381 (1012).

GREGORIUS CLERO ET PLEBI ECCLESIAE RAVENNAE.

Pervenit ad nos quosdam homines maligni spiritus instigatione pervasos erga opinionem fratris et coepiscopi nostri Mariniani mentes vestras corrumpere falsa locutione voluisse[1] dicentes, quod isdem frater noster minus quam[a] decet sanctam Chalcedonensem synodum veneretur[2]. De qua re omnibus vobis et ipse praesens de

a) hereditas ipsius postquam *r 2;* post hereditatem ipsius postumam *r 1.* b) successioque rep. est *om. r 1. 2.* c) acq. prefatus rebus *(om.* in episc.*) R 1.* d) nec *r 1. 2;* non *R 1;* auctoritatem *add. edd. G. M.* e) provehat *r 1; sec. ed. M.* provehas *Vat. A. C.;* probet *cum Vat. B scr. Mommsen;* prohibeat *Vatic. D.* f) episcopatum] praefatus *R 1.* g) Apollenaris *r 1. 2.* h) *corr. in* necessario *R 1.* i) illi *R 1.* k) collectarum *R 1.* l) quia in hoc *R 1.* m) omnia *om. r 1. 2.* n) monasterio *om. r 1. 2.* o) decreverit *r 1.* p) nempe *om. R 1.* q) *corr. ex* optinent *R 1, r 2.*

VI, 2 in titulo: clero *om. R 1* — eccla Ravenn. *R 1.* a) *pro* minus quam: numquam ut *R 1.*

1) *Agnellus, c. 98, narrat: (Iohannes)* sepultus est in ecclesia b. Apolenaris civitatis Classis extra muros, in monasterio sanctorum Marci, Marcelli et Feliculae, quod ipse a fundamentis haedificavit et tessellis decoravit, et omnia consummavit. *Cf. inscriptionem, cuius mentionem feci in n. 1 ad ep. V, 15.*

VI, 2 1) Adversarios et ecclesiae Romanae et Mariniani Ravennae fuisse et ex ep. V, 51. VII, 42 et ex multis aliis apparere videtur. *2) De tribus capitulis et concilio Chalcedonensi a. 451 cf. quae Ewald ad ep. I, 16. 16ᵃ. 16ᵇ adnotavit et ego ad ep. V, 56.*

integritate suae fidei satisfacit[b], et nos per omnia testamur[c] eum a cunabulis in sanctae universalis ecclesiae gremio nutritum rectam praedicationem fidei cum vitae suae attestatione tenuisse. Veneratur enim sanctam Nicaenam synodum, in qua Arrius, Constantinopolitanam, in qua Macedonius[d], Ephesenam primam, in qua Nestorius, et sanctam Chalcedonensem synodum, in qua isdem Nestorius[e], Dioscorus atque Euthyches damnatus est. Si quis autem contra harum[f] quattuor synodorum fidem[3] et contra sanctae[g] memoriae Leonis papae tomum atque definitionem aliquid umquam loqui praesumit, anathema sit. Proinde satisfactionem plenissimam recipientes caritate integra, puro corde, pastorem vestrum diligite, ut apud Deum purius fusa eiusdem vobis prodesse valeat intercessio pastoris.

VI, 3.

Gregorius I. papa Maximum, praesumptorem ecclesiae Salonitanae, simoniace ordinatum missarumque iam interdictione affectum, Romam evocat. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 103 (Ind. XIIII. cap. 3).
Edd. M: Lib. VI. ep. 3; G: Lib. V. ep. 3. — Iaffé Reg. 1382 (1013).

GREGORIUS MAXIMO PRAESUMPTORI ECCLESIAE SALONITANAE.

Quotiens contra ecclesiasticam quid gestum dicitur disciplinam, ne nos ante Deum culpa ex dissimulatione redarguat[a], inrequisitum hoc relinquere non audemus. Pervenit itaque ad nos, quod per simoniacam heresem fueris ordinatus. Sed et alia de te multa hic dicta sunt, de quibus unum quam maxime[b] fuit, propter quod necesse habuimus te summopere per scripta nostra prohibere, ne missarum sollemnia celebrare debuisses, donec, quid esset, verius potuissemus addiscere. Ne ergo diu filii ecclesiae videantur non habere pastorem et ne[c] haec quae dicuntur si indiscussa remanserint, huiusmodi se vitium tendat in plurimos, hortamur, ut ad nos venire omni postposita excusatione festines, quatenus servata iustitia haec et cognoscere et finire secundum canonica instituta Christo revelante possimus. Ita autem fac, ut ad veniendum amplius iam moras non ingeras, ne ipsa te magis absentia obnoxium his quae dicuntur adsignet et nos in te[d] haec res non solum propter dicta[e] crimina, quae purgare subterfugis, sed etiam propter inoboedientiae culpam durius, scilicet ut in contumacem, cogat ex concilio ferre iudicium.

---

b) *corr. ex* satisfaciat *R 1.* c) *corr. ex* testatur *R 1.* d) Machedonius *R 1.* e) *ita R 1, r 1. 2; om.* isdem *sec. ed. M. tres Vatic.;* i. Nestorium *ed. M. om.* f) horum *R 1.* g) sanctae *om. et suprascr.* beatę *R 1.*

VI, 3 in titulo: Maximiano *R 1* — prasumptori *r 1* — Salonitidę *R* 1.* a) *corr. ex* redarguit *R 1.* b) *corr. ex* maximi *R 1.* c) *ita r 2;* nec *R 1, r 1;* per *postea add. R 1.* d) *corr. ex* inter *R 1.* e) delicta *r 1.*

3) Et hic, ut in ep. 59 (n. 1), quintae synodi (Constantinopolitanae a. 553) mentio non fit. *4) Diurni f. 73:* Leonis . . epistulam ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum datam, qui et tomus appellatur *(p. 71 ed. Sickel.); ib. f. 84. — I-K. 1054 (Pelagii II.). De fidei professionibus cf. Friedrich, Sitzungsber. d. phil.-hist. Cl. der Ak. d. W. zu München 1890, 1, p. 59 ss.*

VI, 3 De Maximi causa cf. ep. V, 6 n. 1. *1) In ep. V, 39 noster Constantiae Augustae significat: (Maximus)* ad me venire secundum iussionem dominorum noluit. *Maximus numquam Romam venit. Quo modo autem haec causa iudicio quorundam episcoporum et Maximi paenitentia finita sit, intellegi potest ex ep. IX, 176 ss. et appendicem VIII. Maurinorum (Reg. VIII, 36).*

VI, 4.

Gregorius I. papa Cypriano diacono mandat, ut Zenoni episcopo modiorum tritici duo milia tribuat egentibus dispertienda. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 104 (Ind. XIIII. cap. 4).
Edd. M: Lib. VI. ep. 4; G: Lib. V. ep. 4. — Iaffé Reg. 1383 (1014).

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO.

Zenon frater et coepiscopus noster quosdam in civitate sua[1] alimoniorum[a] necessitatem innotuit sustinere. Quibus quoniam, ut possibile est, aliquid[b] desideramus ferre consultum, idcirco dilectionem tuam antedicto fratri nostro mille modios tritici aut[c], si plus levare[2] potuerit, usque ad duo milia scriptis te dare praesentibus deputamus. Hortamur ergo, ut in[d] his praebendis nullam moram aut excusationem adducas, quatenus, dum tempus sinit, et hic cum Dei adiutorio sine periculo ad propria remeare et citius necessitatem valeat[e] patientibus subvenire.

VI, 5.

Gregorius I. papa Brunichildae, reginae Francorum, Candidum presbyterum, praesentium latorem, patrimonioli gubernandi causa missum, commendat. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 105 (Ind. XIIII. cap. 5).
Edd. M: Lib. VI. ep. 5; G: Lib. V. ep. 5. — Iaffé Reg. 1384 (1015).

GREGORIUS BRUNIGILDAE REGINAE FRANCORUM.

Excellentiae vestrae praedicandam ac Deo placitam bonitatem et gubernacula regni testantur et educatio filii manifestat. Cui non solum incolumem rerum temporalium gloriam provida sollicitudine conservastis, verum etiam aeternae vitae praemia providistis, dum mentem ipsius in radicem verae fidei materna, ut decuit, et laudabili institutione plantastis. Unde non inmerito contigit, ut cuncta gentium regna praecelleret, quippe qui[a] earundem gentium creatorem et pure colit et veraciter confitetur. Sed ut laudabilius in eo fides cum operibus enitescat, adhortationis vestrae eum verba

VI, 4 in titulo: ita r 1. 2; Cypriano diac. *postea addit nigro sed vetere atramento R 1.* a) *ita R 1, r 1. 2; corr. in* alimoniarum *r 2; hoc verbum modo in genere femin. modo in genere neutro in Diurno; cf. edit. Sick. indicem gramm.* b) aliquod *r 1. 2.* c) ut *r 1.* d) in *delevit R 1.* e) *in* valeas *corr. r 2.*

V, 5 in titulo: R 1 post: Gregorius *aliqua erasit et tunc in fine rasurae nigro atramento scr.* reginę Francorum; *r 1:* Brunihildae; *r 2:* Brunigildę. a) quia *R 1.*

V, 4 De Cypriano, rectore patrimonii Siciliae, cf. ep. III, 55 not. — Haec epistula fortasse una cum ep. VI, 3 et 7 ss. transmissa est per Zenonem. 1) *Ubi Zenon episcopus fuerit, dubitari potest. Equidem crediderim eundem esse, qui in inscriptione ep. VI, 7 inter episcopos Epiri commemoratur. Fortasse Zenonis civitas ob incursionem barbarorum (cf. ep. I, 43 n. 3) fame laboravit.* 2) *Scilicet navi suae imponere.*

VI, 5 una cum ep. VI, 6. 10 per Candidum presbyterum translata. — Brunichildis, Athanagildi, Visigothorum regis, filia, a. 567 Sigiberti, Austrasiae regis, uxor, post eius mortem Meroveccho, Chilperici filio, non diu coniuncta (576) ad filium suum Childebertum II, Austrasiae regem, reversa maiore in dies potestate elata est.

succendant, quatenus, sicut sublimem illum inter homines potentia regalis ostendit, ita ante Deum magnum faciat bonitas actionis[1].

Quia vero multarum rerum experimenta nos ammonent de excellentiae vestrae christianitate confidere, idcirco paterno salutantes affectu quaesumus[b], ut propter amorem beati Petri apostolorum principis, quem toto vos scimus corde diligere, dilectissimum filium nostrum Candidum presbyterum, praesentium portitorem, una cum patrimoniolo ad cuius eum gubernationem transmisimus auxilii vestri patrocinio[c] foveatis, quatenus potestatis vestrae gratia roboratus patrimoniolum ipsum, quod pauperum constat expensis proficere, et salubriter regere et, si qua exinde ablata sunt, ad ius ipsius patrimonioli rationabiliter valeat revocare[d]. Nam non sine laudis vestrae cremento[e] est, quod post tot tempora ad eiusdem patrimonioli regimen proprius ecclesiae homo transmissus est[2]. Excellentia ergo vestra ita se libenter in his quae poscimus dignetur impendere, ut beatus Petrus apostolorum princeps, cui a domino Iesu Christo ligandi ac solvendi data potestas est, et hic excellentiam vestram in subole gaudere concedat et post multorum annorum curricula a malis omnibus absolutam ante conspectum aeterni faciat[f] iudicis inveniri[g].

VI, 6.

Gregorius I. papa Childeberto, regi Francorum, Candidum presbyterum, praesentium latorem, Dynamio patricio in patrimoniolo gubernando succedentem commendat clavesque S. Petri mittit. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 106 (Ind. XIIII. cap. 6).
Edd. M: Lib. VI. ep. 6; G: Lib. V. ep. 6. — Iaffé Reg. 1385 (1016).

GREGORIUS CHILDEBERTO REGI FRANCORUM.

Quanto[a] ceteros homines regia dignitas antecedit, tanto ceterarum gentium regna regni vestri profecto culmen excellit. Esse autem regem, quia sunt et alii, non mirum est, sed esse catholicum[1], quod alii non merentur, hoc satis est. Sicut enim magnae lampadis splendor in tetrae noctis obscuritate luminis sui claritate[b] fulgescit, ita fidei vestrae claritas inter aliarum[c] gentium obscuram perfidiam rutilat ac coruscat. Quic-

b) qs *R 1.* c) *ita R 1, r 2;* auxilio vestri patrocinii *r 1.* d) *ita R 1;* rat. valeat — patr. regimen *om. r 1. 2.* e) *ex* incremento *corr. R 1.* f) faciat *suprascr. R 1.* g) mereatur *in fine del. R 1.*

VI, 6 in titulo: Hildeberto *r 1 et sec. ed. M. 4 Vatic.;* Childeberti *R 1.* a) *ex* quanti *corr. R 1.* b) luminis sui claritate *om. R 1.* c) aliorum *R 1, r 2.*

1) His laudibus, quas noster Brunichildae tribuit, ut eius favorem adipiscatur, permoti nonnulli auctores haud merito contendunt, aut illam tunc temporis nondum crudelem fuisse aut nostrum scelera, quae perpetraverat, ignorasse. Recte de hac re sentit Lau, l. l. p. 192 s. 2) De patrimonio ecclesiae Romanae in Gallia sito eiusque administratione cf. ep. V, 31 n. 3. — Ad hunc locum cf. etiam f. Diurni 55.

VI, 6 Cf. ep. praecedentem et de Childeberto ep. V, 60 not. 1) Catholicae parti nostrae *scribit Childebertus II. in ep. Troya, Cod. dipl. I, n. 11;* christianitas vestra *vel* christiana gens *Romanus exarchus de rege et de Francis loquens dicit in eisdem epistulis, in quibus* christianissimum principem *vel* christianam rempublicam *commemorat (Troya, l. l. n. 45. 46). Franci enim omnes catholici, ceterae gentes omnes fere Arianae haeresi addictae et Childebertus cum suis amici vel socii reipublicae Romanae erant.*

quid autem habere se reges ceteri gloriantur, habetis. Sed ipsi in hac re vehementius superantur, quoniam hoc principale bonum non[d] habent quod habetis. Ut ergo sicut fide ita et actione vincantur, benignam se excellentia vestra suis subiectis semper exhibeat et, si qua sunt quae eius animum offendere valeant, ea indiscussa non puniat[e]. Tunc enim vere regi regum, id est omnipotenti Domino amplius placebit, si potestatem suam restringens minus sibi crediderit licere quod potest.

Quia igitur sinceritatem fidei et mente servatis[f] et opere, beati Petri apostolorum principis amor qui in vobis est evidenter ostendit[g], cuius res christianae religionis intuitu sub vestri culminis potestate bene hactenus gubernatae sunt[h] ac[i] servatae. Sed quoniam Dinamius patricius, qui ex nostra commendatione rebus ipsis sollicitudinem impendebat, eas modo gubernare, ut cognovimus, non potest[2] et[k] ne patrimoniolum ibidem constitutum faciente neglegentia deperiret, idcirco praesentium portitorem dilectissimum filium nostrum Candidum presbyterum[3] ad id gubernandum transmisimus, quem excellentiae vestrae praemisso paterna caritate salutationis alloquio in omnibus commendamus petentes, ut, si aliquod illic fortasse praeiudicium factum est aut res eiusdem patrimonioli ab aliquo detinentur, potestatis vestrae iustitia corrigatur et iuri pristino quae ablata sunt reformentur, quatenus sicut fides vestra ita et aequitas omnibus, quod est valde gloriosum atque laudabile, gentibus enitescat.

Claves praeterea sancti Petri, in quibus de vinculis catenarum eius inclausum[l] est[4], excellentiae vestrae direximus, quae collo vestro[m] suspensae de[n] malis vos[o] omnibus tueantur.

VI, 7.

Gregorius I. papa Theodorito, Demetrio, Philippo, Zenoni et Alcisoni, episcopis Epiri, Andream episcopum Nicopolitanum consecratum gratulatur; cui se et pallium misisse et privilegia asseruisse scribit. De simonia vitanda addit. 595, *Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 107 (Ind. XIIII. cap. 7).
Edd. M: Lib. VI. ep. 8; G: Lib. V. ep. 7. — Iaffé Reg. 1387 (1018).

GREGORIUS THEODORITO, DEMETRIO, PHILIPPO, ZENONI ET ALCISONI EPISCOPIS EPIRI.

Scriptorum vestrorum[a] insinuatio, fratres carissimi, patefecit Andream fratrem nostrum Nicopolitanae[b] civitatis episcopum Deo propitio sollemniter ordina-

d) non *om. r 1.* e) *in* siuat *corr. R 1.* f) servastis *r 1, r 2 (sed corr.).* g) ostenditur *R 1.* h) sunt *om. r 2.* i) et *r 1.* k) et *om. r 1. 2.* l) *ita r 1. 2;* inclausum *in* clausum *corr. R 1.* m) vestrae *r 1.* n) a *r 1. 2.* o) vos *om. R 1.*

VI, 7 in titulo: Theodetrito *R 1:* Theodorico *„Norm. Vat. Colb.“ etc.:* Tedo et *R* 1* — Zenon *r 1. R* 1* — Alcisono *R* 1* — epo *R 1, r 1. 2* — *add. R 1, sed erasit:* de sacris ordinibus non ordinandis neque per s(upplicantis?) pecunia. a) vestrorum *om. R 1.* b) *ita recte edd. G. et M., sed codd.:* Nicomeditanae *(R 1:* Mameditane*).*

2) *De Dynamio patricio, ut Maurini coniciunt, ob proditionem post Guntchrammi mortem (a. 593) a Childeberto rege ab omni ministerio amoto cf. ep. III. 33 not.* 3) *De hoc patrimoniolo et de Candido cf. ep. V, 31, p. 311, n. 3 et ep. Bonifatii IV: I-E. 2001.* 4) *De clavibus S. Petri agit Ewald in nota 5 ad ep. I, 25. Adde etiam ep. Pelagii I.: I-K. 979 et Gregorii III.: I-E. 2252 etc.*

VI, 7 Cf. ep. VI, 4 not. — Epirus in duas provincias divisa erat: novam, cuius metropolis Dyrrhachium, et vetus, de qua hic agitur, cuius metropolis Nicopolis erat, urbs ab Augusto in sinu Ambracio in memoriam victoriae Actiacae condita. Suffraganei metropolitae Nicopolitani sunt episcopi Acheloi, Acti,

tum[1]. Cuius quoniam consecrationem cleri et provincialium provenisse signatis[c] assensu, gaudemus atque bona quae de ipso testamini[d], ut in eo maneant et Dei gratia cooperante augmentum accipiant, exoramus, quia bonitas praepositorum salus est utique subditorum. Oportet ergo, ut ea quae in persona[e] ipsius placere vobis laudantes ostenditis imitari studiosius festinetis. Nam et apud homines culpa et apud Deum poena est nolle quemquam bonum imitari quod placet. Testimonio itaque vestro oboedientia fidem adcommodet[f]; nullus ei in his quae ecclesiae integritate servata[g] pro communi utilitate iniunxerit, contradicat; devotionem suam quisque vestrum libenter exhibeat, ut[h], dum Deo placita sacerdotalis[i] inter vos fuerit et fida[k] concordia[l], nulla vos a[m] caritatis mutuae vinculo invidia solvere aut valeat turbare diversitas. Nec enim callido hosti[n] in cordibus vestris ullus erit accessus, quoniam scit se ullatenus nec capi posse nec recipi, ubi plene[o] sincera[p] locum caritas invenerit.

Estote praeterea solliciti, fratres carissimi, et commisso gregi vigilantiam quam suscepistis et debetis, impendite; inimici fraudibus sollicitudine et oratione resistite[q]; incontaminata fide Deo nostro cui praeestis populum resignate, ut officium vobis sacerdotis ante conspectum aeterni iudicis non ad poenam, sed proficiat ad coronam[2].

Suprascripto[r] igitur Andreae fratri et coepiscopo nostro pallium nos direxisse cognoscite atque cuncta privilegia concessisse quae praedecessores[s] nostri eius praedecessoribus[s] contulere[t] [3].

Praeterea[4] pervenit ad nos, quod sacri ordines in illis partibus cum datione commodi conferantur. Quod si ita est, flens dico, gemens denuntio, quia, cum sacerdotalis ordo intus cecidit[u], foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex evangelio, quid[v] redemptor noster per semetipsum fecerit, quia ingressus templum cathedras vendentium columbas evertit. Columbas enim vendere est[w] de spiritu sancto, quem Deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, ut praedixi[x], malo iam innuitur, quid sequatur, quia qui in templo Dei columbas vendere praesumpserunt, eorum Deo iudice cathedrae ceciderunt. Qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque qui ad sacrum honorem perducitur, iam in ipsa provectus sui radice
Matth. 10, 8. vitiatus, paratus est aliis venundare quod emit. Et ubi est quod scriptum est: 'Gratis accepistis, gratis date?' Et cum prima contra sanctam ecclesiam simoniaca heresis

c) significatis (?) *r 2.* d) testimonia *R 1.* e) presenti *R 1.* f) adcommodent *r 2.* g) *corr. in* servanda *r 2.* h) et *r 1.* i) *add. post* sacerdot.: digni *R 1 quod corr. in* dignitas. k) *ita r 1;* fit a *R 1, r 2, sed corr. R 1.* l) *corr. in* concordiae *r 2.* m) *ita r 1;* a *om. R 1, r 2.* n) callido *(corr. in* -di*)* hostis *R 1.* o) plenum *R 1.* p) sincere *r 1. 2.* q) *ita R 1: om. hoc verbum r 1. 2;* obviate *ed. M. sec. „Vatic. Norm. Corb.“.* r) superscr. *r 1. 2* s) prodec. *r 1. 2;* predec. *ex* prodec. *corr. R 1.* t) contulerunt *R 1.* u) ceciderit *R 1.* v) quod *R 1.* w) est *om. r 1.* x) prediximus *R 1.*

Anchiasmi, Buthroti, Corcyrae, Dodonae, Euriae, Hadrianopolis, Ioanninae, Leucadis, Phoenices, Photices; nonnulli ex his episcopatibus Gregorii temporibus aut vacasse aut nondum conditi fuisse videntur. (Lequien, Oriens Christianus II, p. 134 ss.) De Zenone cf. ep. VI, 4 not. Alciso a. 603—4, ut ex ep. XIV, 7. 8. 13 apparet, episcopus Corcyrae erat. Eodem tempore Iohannes, episcopus Euriae, commemoratur, cuius hic mentio non fit.

1) Eodem modo ac de electione episcopi Primae Iustinianae etiam de electione episcopi Nicopolitani papa post ordinationem demum certior fit. Eidem Andreae inter alios metropolitas Orientis ep. VIII, 10. IX, 156 directae sunt; mortuus est ante a. 603 m. Nov.: cf. ep. XIV, 7; Andreae successor fortasse fuit Sotericus, cui Hypatius successit a. 625: I-E. 2010. 2) Similibus verbis noster in ep. V, 59 episcopos Galliae admonet. 3) Epistula, qua pallium concessum est, deperdita est. 4) Haec usque ad finalem formulam secundum Diurni f. 46 scripta sunt.

sit exorta, cur non perpenditur, cur non videtur, quia cum quem quisque[y] cum pretio ordinat provehendo agit, ut hereticus fiat? Pro qua re ammoneo atque contestor, ut omnino debeatis esse solliciti et[z] nihil sibi commodi datio, nil gratia, nil quarumlibet supplicatio personarum in sacris ordinibus vindicet, sed ille ad hoc officium perducatur, quem morum gravitas commendat et actio. Nam si, quod non credimus, fieri tale aliquid senserimus, canonica illud, ut dignum est, severitate corrigimus. Deus autem omnipotens, qui sapientiae suae potestate cuncta mirabiliter ordinat et misericorditer ordinata[a] custodit, ipse vobis et velle tribuat et operari quod praecipit[b].

VI, 8.

Gregorius I. papa Dono episcopo Messanensi pallii usum tribuit. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 108 (Ind. XIIII. cap. 8).
Edd. M: Lib. VI. ep. 9; G: Lib. V. ep. 8. — Iaffé Reg. 1388 (1019).

GREGORIUS DONO EPISCOPO MESSANENSI.

Apostolicae sedis benivolentia et antiquae[a] consuetudinis ordine provocati, fraternitati tuae, quam in Messanensi ecclesia[b] gubernationis suscepisse constat officium, pallii usum praevidimus[c] concedendum, illis videlicet temporibus atque ordine, quibus decessorem quoque tuum usum esse non ambigimus, hoc nihilominus ammonentes, ut, sicut a nobis huiuscemodi[d] decoris usum ad sacerdotalis officii honorem accepisse te gaudes, ita etiam morum atque actuum probitate ad gloriam in Christo[e] susceptum adornare contendas officium[f].

VI, 9.

Gregorius I. papa Bonifatio, episcopo Regestano, ecclesiam Carinensem illius ecclesiae coniunctam subicit. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 109 (Ind. XIIII. cap. 9).
Edd. M: Lib. VI. ep. 10; G: Lib. V. ep. 9. — Iaffé Reg. 1389 (1020).

y) *ita R 1:* quisque *corr. in* quisquis *et suprascr.* cum *r 1; om.* cum *r 2.* z) ut *r 2, Diurn.* a) operata *R 1.* b) praecepit *R 1.*

VI, 8 a) benivolentiae tantaeque *r 1:* antiquae *ex* antequae *corr. r 2:* et *om. R 1.* b) ecclae. *r 1.* c) pervidimus *R 1, r 1;* providimus *Diurn.* d) huius *R 1. Diurn.* e) *ita r 2. Diurn.:* in Christo nostram *r 1:* Christi *R 1.* f) *haec in codd.; edd. G. M. ultimos versus epistolarum* V, 61. *VI, 18 (= Diurn. 48) addiderunt.*

VI, 8 Donus successit Felici, de quo cf. ep. I, 38 n. Ioh. diac., in v. Gr. l. III c. 7, narrat illum, antequam episcopus factus est, presbyterum cardinalem ecclesiae Romanae fuisse. Ultima epistula, quam Dono noster direxit est ep. XIII, 22 (a. 602 Dec. — 603 Ian.). — Haec epistula tota conscripta est secundum Diurni f. 48 (de usu pallii): item aliud episcopis Siciliae, *sed desunt ultima verba huius formulae. Cf. ep. V, 61. VI, 18. Scriptor registri aut archetypi haec verba, ut satis nota, omisisse videtur. Sententiam, qua in fine formulae privilegia confirmantur, omisit etiam ep. XIII, 40, episcopo Panormitano missa.*

VI, 9 Eadem formula, quae in Diurno sub titulo: preceptum de adunandis ecclesiis *(f. 9) serrata est, noster usus est ep. II, 48. III, 20. Cur hic prima verba formulae desint et alia pro eis posita sint,*

GREGORIUS BONIFATIO EPISCOPO REGESTANO UBI EI CARINENSEM ECCLESIAM CONIUNGIT.

Postquam ecclesiae Carinensis defuncto antistite alium ordinari nec loci desertio[a] nec sinit inminutio personarum[1], maiori cura constringimur, ne defunctis eius[b] sacerdotibus[c] consistentes ibidem, si pastoris fuerint moderamine destituti, per invia[d] fidei hostis callidi rapiantur insidiis[e], hoc nostro sedit cordi consilium[f] tuae eam sollicitudini debere[g] committi: quod facere per praesentia scripta perspeximus. Cuius ut curam gubernationemque[h] studiosius habere gerereque festines, tuae eam ecclesiae adgregari unirique censemus, quatenus utrarumque ecclesiarum[i] sacerdos recte Christo adiutore possis existere et quaeque[k] tibi de eius patrimonio vel cleri ordinatione vigilanti ac[l] canonica visa fuerint cura disponere, quippe ut sacerdos proprius, liberam habebis ex praesenti nostra permissione licentiam. Quapropter, frater carissime, dominicorum reminiscens salubriter mandatorum ita in commissae plebis regimine lucrandisque animabus invigila, ut ante tribunal aeterni iudicis constitutus fructum bonae operationis, quod ad mercedem tuam pertineat, redemptori nostro, in quo laetari possit, exhibeas.

VI, 10.

Gregorius I. papa Candido presbytero eunti in patrimonium Galliarum mandat, ut exactis pecuniis emat et vestimenta pauperibus tribuenda et Anglos septenum denum vel duodevicenum annorum pueros; nam solidos Galliarum in sua terra expendi non posse. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 110 (Ind. XIIII. cap. 10).
Edd. M: Lib. VI. ep. 7; G: Lib. V. ep. 10. — Iaffé Reg. 1386 (1017).

GREGORIUS CANDIDO PRESBYTERO EUNTI IN PATRIMONIO GALLIIS.

Pergens auxiliante domino Deo[a] nostro Iesu Christo ad patrimonium quod est in Galliis gubernandum volumus ut dilectio tua ex solidis quos acceperit vestimenta

VI, 9 in titulo: Bonifatio *R 1;* Bonifacio *R* 1, r 1. 2.* — Regestano *codd. nostri;* Regitano *vel* Registano *codd. Maur.* — ubi — coniungit: *r 1. 2; pro* ubi ei, *ut videtur,* alteri *R 1, sed omnia erasit; desunt haec verba in R* 1.* a) deserti *r 2.* b) def. — sacerd. *om. ed. M.* — earum *r 2 sicut ep. III, 20. II, 48 et Diurn., (in quibus:* ecclesias *praecedit): hoc verbum om. r 1;* eius *R 1.* c) constricti *add. r 1: erasit* instricati ne *et add.* si *R 1.* d) invidiam *Diurn.* e) nisi de his *r 1.* f) ut *post. add. r 2. Vat. B.* g) debemus *in* debeamus *corr. r 2;* debeamus *r 1. Diurn.;* deberem committere *Vatic. B sec. ed. M.* h) ut *ante om. et hic add. r 1. 2.* i) eccle utriusque *R 1.* k) que *R 1.* l) vigilant *(t in ras.)* can. *R 1.*

VI, 10 in titulo: euntis *R 1* — in patrimonio Galliis: *ita R 1, r 1. 2; a Maurinis tantum duo Vaticani B. et C. testes tituli longioris adhibentur in quibus:* eunti ad patrimonium Galliarum. a) deo *om., sed post. add. r 2.*

ignoro; an aliqua causa tunc extitit, ob quam noster de hostili impietate *loqui noluit? — De Bonifatio, episcopo civitatis Regii, agit Ewald in nota ad ep. III, 4. — Ecclesiae Regestana et Carinensis non diu unitae fuisse videntur; nam ep. XIII, 16 (602, Nov.), Barbarus, episcopus Carinensis, visitator ecclesiae Panormitanae constituitur et Iohannes, episcopus Carinensis, subscripsit concilio Romano a. 649: Mansi, X c. 867. 1166. Inter subscriptiones synodi a. 680 desideratur episcopus Carinensis.*

1) Inminutio personarum *etiam in f. Diurni 8* (synodale, ut episcopus alterius civitatis in alia ecclesia possit incardinari).

VI, 10 una cum ep. VI, 5. 6 transmissa; de patrimonio Galliae et de Candido, novo eius rectore, cf. ep. V, 31 n. 3. Candidus in Gallia commendatur ep. VI, 49 ss.; ultima epistula ei missa: IX, 221 (599, Iul.); sed commemoratur adhuc in ep. XI, 44 (601, Iun.) et in ep. Bonifatii IV.: J-E. 2001 (613, Aug.).

pauperum vel pueros Anglos[1], qui sint ab annis decem et septem vel decem et octo[b], ut in monasteriis dati Deo proficiant, comparet[c], quatenus solidi Galliarum[2], qui in terra nostra expendi non possunt, apud locum proprium utiliter expendantur. Si quid vero de pecuniis redituum, quae dicuntur ablatae, recipere potueris[3], ex his quoque vestimenta pauperum comparare te volumus vel[d], sicut praefati sumus, pueros[e], qui in omnipotentis Dei servitio proficiant. Sed quia pagani sunt, qui illic inveniri possunt, volo, ut cum eis presbyter transmittatur, ne quid aegritudinis contingat in via, ut quos morituros conspexerit debeat baptizare[4]. Ita igitur tua dilectio faciat, ut haec diligenter implere festinet.

VI, 11.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, concedit, ut Gratianum, ecclesiae Venafranae diaconum, Neapolitanae cardinalem nominet. Clericos, monachos vel alias religiosas personas ne „conveniri a quoquam vel ad alterius iudicium exhiberi" patiatur, praecipit. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 111 (Ind. XIIII. cap. 11).
Edd. M: Lib. VI. ep. 11; G: Lib. V. ep. 11. — Iaffé Reg. 1390 (1021).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Fraternitatem tuam a[a] nobis petisse recolimus, ut Gratianum ecclesiae[b] Benefranae[1] diaconem tuae cederemus ecclesiae cardinandum[c]. Et quoniam nec episcopum[d], cui obsecundare[e], nec propriam habet ecclesiam, hoste scilicet prohibente, quo[f] suum debeat ministerium exhibere, petitionem tuam non praevidimus differendam[g]; idcirco scriptis tibi praesentibus cum necessario duximus concedendum, habituro[h] licentiam diaconem illum nostra interveniente auctoritate ecclesiae tuae Deo propitio constituere cardinalem[2].

Quia vero pervenit ad nos clericos aliasque civitatis ac parochiae tuae religiosas personas, ab aliis conveniri, fieri hoc de cetero prohibemus et neque clericum tuum[i] neque monachum vel quamlibet civitatis aliam religiosam personam parochiaeque[k] tuae conveniri a quoquam vel ad alterius volumus iudicium exhiberi[3]. Sed si quis contra

b) *R 1:* XVII vel XVIII. c) compares *r 1.* d) ut *r 1.* e) *ex* pueris *corr. R 1.*

VI, 11 in titulo: episcopo *om. R 1 et add., sed eras.:* de diac̄. Benefrane eccl̄e cardinato in Neapoli *R 1.* a) a *om. r 1. 2.* b) ecclesiae *om. R 1.* c) ordinandum *R 1.* d) ep̄s *r 1. 2. R 1, sed corr. R 1.* e) obsecundare *r 1. 2. R 1, sed corr. in* obsecundet *r 2.* f) quod *R 1.* g) differendum *R 1, r 2, sed corr. r 2.* h) *ita edd.;* habiturus *codd. nostri.* i) et — tuum *om. r 2, sed cruce omissionem notavit et in marg. add. illa verba.* k) *om.* que *r 2.*

1) *De missione Augustini in Angliam cf. ep. VI, 49 ss.* 2) *Solidi Gallici minoris pretii erant: cf. not. Ewaldi 2. ad ep. III, 33.* 3) *De his pecuniis cf. ep. V, 31, p. 312, n. 3. VI, 53.* 4) *Similia in Diurni f. 6.*

VI, 11 Cf. de Fortunato notam ad ep. III, 58. 1) *Venafrum, civitas Samnii, ad Volturnum sita, a. 591 m. Aug. adhuc Romana fuerat, ut Troya ex ep. I, 66 efficere conatur; inter a. 591 et 595 igitur a Langobardis capta est.* 2) *Cf. de voce* cardinalis *ep. I, 77 n. 3.* 3) *Nov. Iust. 123 c. 21 (et aliis) statutum est* ut clerici apud proprium conveniantur episcopum *et ut* si quis litigantium intra decem dies contradicat iis quae iudicata sunt (ab episcopo), tunc locorum iudex causam examinet; *sed et Gregorius et ante eum Pelagius I. J-K. 964. 1021 constituerunt,* ne laici a clericis nisi apud provinciae iudicem, neve a laicis clerici nisi apud episcopum vel presbyterum postulentur, *laicorum iudicum sententiam in iis causis, in quibus clerici accusantur, omnino respuentes. Cf. ep. IV, 24. XI, 24. 58 et ep.*

huiusmodi personas cuiuslibet negotii movere voluerit quaestionem, fraternitatem tuam noverit adeundam. Aut si forte, ut adsolet, aliqua[l] illis quolibet modo fuerit nata suspicio et electorum desideraverint[m] fortasse iudicium, sub tua executione eligendi fas habeant cognitores, quatenus hoc modo nec tu amisisse iurisdictionem[n] nec actor[o] apud suspectum litigando[p] videatur praeiudicium sustinere[4]. Hoc etenim servandum et Anthemio subdiacono[q][5] nos praecepisse cognosce.

Oportet ergo, ut fraternitas tua erga monasteria[6] civitatis parochiaeque suae omnesque subiectos pastorali cura diligenter invigilet et de vita actuque[r] eorum sit omnino sollicita[7], ut, sicut nos haec tibi privilegia servare dinoscimur, ita et tu vigilantiam tuam in cunctis sollerter, ut decet, exhibeas, quatenus in nulla re de neglectu possis reprehensibilis inveniri. Porro autem si tu, quod non opinamur, dissimulandum putaveris, rectori patrimonii ecclesiae nostrae, qui illic est vel fuerit constitutus, noveris esse licentiam, ut quod sponte postponis eius facere instantia modis omnibus urguearis. Sed et illud studere te convenit, ut hi qui contra quoslibet iurisdictioni tuae suppositos[s] causam habuerint, nullis apud fraternitatem tuam[t] frustratoriis debeant dilationibus lacessiri, ne[u] ad fatigationem et damnum alterius haec tibi servasse privilegia videamur[v].

VI, 12.

Gregorius I. papa Montanam et Thomam, ecclesiae Romanae famulos, manumittit civitateque Romana donat. Utrique, quod in Gaudiosi presbyteri testamento habeat legatum, asserit. Montanam in monasterio sancti Laurentii converti, Thomam inter notarios militare consentit. (Quam manumissionis paginam Paterio notario dictavit.) 595, Sept.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 112 (Ind. XIIII. cap. 12).
Edd. M: Lib. VI. ep. 12; G: Lib. V. ep. 12. — Iaffé Reg. 1391 (1022).

GREGORIUS MONTANAE ET THOMAE.

Cum redemptor noster totius conditor creaturae ad hoc propitiatus humanam voluit carnem adsumere, ut divinitatis suae gratia disrupto quo tenebamur capti vinculo servitutis pristinae nos restitueret libertati, salubriter agitur, si homines, quos ab initio natura liberos protulit et ius gentium iugo substituit servitutis, in ea qua nati

l) ex *add. r 1.* m) desideraverit *codd.. nostri.* n) iuris conditione *r 1.* o) *ex* auctor *corr. R 1.* p) mitigando *R 1.* q) *ex* diacono *corr. R 1.* r) actique *corr. in* actibusque *R 1.* s) dispositos *R 1.* t) tuam *suprascr. R 1.* u) lassesciri, ne *suprascr. R 1.* v) videatur *r 1. 2. R*1, sed corr.* in videantur *r 2;* videantur *R 1.*

VI, 12 Hanc epistulam etiam in cod. Bodleiano 893 coll. canon. Hadrianae exstare notat Maassen, l. l., p. 303. In titulo: Montana *R 1; add. m. post. nigro atram.* et Thome*; add. rubro, sed erad.:* pro liberatione quam ei concessit *R 1.*

XIII, 50 (XIII, 45 cap. II. Maur.), in qua leges citantur. De iurisdictione in monachos cf. etiam Wisbaum, l. l. p. 34; Nov. Iust. 79; ep. IX, 203. — Laici iudices Neapoli fuisse videntur magistratus civiles, defensor et iudex provinciae. Cf. ep. III, 1 n. 3. Magistrum militum postea demum (inde ab a. 598) statiro Neapoli habuisse verisimile est. (Cf. librum meum, Untersuchungen etc., p. 153).

4) Ad electorum iudicium compellere *et* ad effectum sua executione perducere, quae sunt iudicata *et similia saepissime apud nostrum. Cf. ep. I, 61. II, 47. IX, 41. 61 etc. etc. atque IX, 58. Adde C. I. II, 55* (de receptis). *5) De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, cf. ep. I, 23 not. Mandata quorum hic mentionem facit Gregorius, forsitan in* capitulari *(cf. reg. I, 39 a) aut in* praecepto *(cf. form. Diurni 51 s.) eunte illo in patrimonium data sunt. 6) Hanc quaestionem, quales erga monasteria episcopi se exhibere debeant, tractat Gregorius ep. V, 47. 49. 7) Cf. VI, 7 n. 2.*

fuerant manumittentis beneficio libertate reddantur[1]. Atque ideo pietatis intuitu et huius rei consideratione permoti vos[a] Montanam atque Thomam famulos sanctae Romanae cui Deo auctore deservimus ecclesiae liberos ex[b] hac die civesque Romanos efficimus[2] omneque vestrum vobis relaxamus[c] peculium[d].

Et quia tu, Montana, animos ad conversationem[e] fateris appulisse monachicam, idcirco duas uncias, quas tibi quondam Gaudiosus presbyter per supremae suae voluntatis arbitrium institutionis modo noscitur reliquisse, hac die tibi[f] donamus atque concedimus, omnia scilicet monasterio sancti Laurentii cui Constantina abbatissa praeest, in quo converti Deo miserante festinas, modis omnibus profutura. Si quid vero de rebus suprascripti Gaudiosi te aliquo modo celasse constiterit, id totum ecclesiae nostrae iuri sine[g] dubio mancipetur.

Tibi autem suprascripto[h] Thomae, quem pro libertatis tuae cumulo etiam inter notarios volumus militare, quinque uncias, quas praefatus Gaudiosus presbyter per ultimam voluntatem hereditario tibi nomine dereliquit, simul et sponsalia[3], quae matri tuae conscripserat, similiter hac die per huius manumissionis paginam donamus atque concedimus, ea sane lege atque condicione subnexa[i], ut, si sine filiis legitimis, hoc est de legitimo susceptis coniugio, te obire contigerit, omnia quae tibi concessimus ad ius sanctae Romanae sine diminutione aliqua revertantur ecclesiae[4]. Si autem filios de coniuge, sicut diximus, cognitos[k] lege susceperis eosque superstites reliqueris, earundem te rerum dominum sine quadam statuimus condicione persistere et testamenti de his faciendi[l] liberam tibi tribuimus facultatem. Haec igitur quae per huius manumissionis cartulam constituimus atque concessimus, nos successoresque nostros sine aliqua scitote refragatione servare. Nam iustitiae ac rationis ordo suadet, ut, qui sua a successoribus desiderat mandata servari, decessoris sui procul dubio voluntatem et statuta custodiat.

Hanc autem manumissionis paginam[5] Paterio notario[6] scribendam dictavimus et propria manu una[m] cum tribus[n] presbyteris prioribus et tribus diaconibus pro plenissima firmitate subscripsimus vobisque tradidimus[7].

Actum in urbe Roma[o].

---

a) permotus (*om.* vos) *r 1;* permotus vos *r 2.* b) ex *om. r 1. 2.* c) *ex* relaxari *corr. R 1.* d) peculium *suprascr. r 2. — R 1:* servitutis *(suprascr.)* periculum. e) conversionem *r 1. 2.* f) hac tibi die *R 1.* g) iuri sine *in ras. R 1.* h) ssm̄o *r 1.* i) subnixa *r 1. 2.* k) *ex* cognito *corr. R 1.* l) faciendis *r 1.* m) una *omiserat, sed post. add. r 2.* n) tribus *suprascr. R 1.* o) Auctum in urbe Roma indictione nona *Bodl. 893 (Maassen, bibl. iur. can. ms., Sitzungsber. d. Wiener Ak. phil.-hist. Cl. LVI (1867) p. 184.).*

VI, 12 *1) J. I, 3, 2:* servitus autem est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subicitur. *2)* Preceptum libertatis, *Diurni f. 39:* ab omni servili fortuna et conditione liberum te esse censemus civemque Romanum; *similia in form. Senon. rec. 9 (= app. Marculfi 8 = Rozière 71); in f. imper. 33 (= Sal. Merk. 44 = Roz. 72); in f. extrav. I, 17 (= Roz. 72 bis); in diplomate Ludovici imp. I Hettoni Trevirensi concesso (*Neues Archiv. *II p. 435) etc., quibus formulis Francicis servi liberi fiunt. Cf. notam Baluzii ad f. Diurni (in ed. Roz.) et Zeumeri ad f. Senon. modo laudatam.* *3) Recte hic notat Gussanv. de dote agi.* *4) Cf. J. III, 7. Ecclesia Romana hic locum patroni obtinet. — Nota libertinum notarium eccl. Rom. fieri.* *5) Manumissio in ecclesia a Constantino introducta est: C. J. I, 13, (cf. form. Roz. 62 s.) atque fieri debet* adsistentibus Christianorum antistitibus *vel* ante sacri altaris cornu, in conspectu sacerdotum et cleri et populi adstantis *(form. Senon. cit.). Clerici* quibuscumque verbis *manumittere possunt (ib. l. 2). Cf. ep. II, 13 et de manumissione in ecclesia apud Langobardos Schupfer, in Sitzungsber. der Wien. Akad. phil.-h. Cl. XXXV (1860) p. 284 s. L. Liutpr. 9.* *6) De Paterio, postea secundicerio, cf. ep. V, 26 n. 3.* *7)* Cartam tradere, *de hac formula cf. Brunner, Rechtsgesch. d. röm. u. germ. Urk., I p. 90 ss.*

VI, 13.

Gregorius I. papa Cypriano diacono, rectori patrimonii Siciliae, mandat, ut Decium, forensem presbyterum, episcopum Lilybitanum a se consecratum, adiuvet. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 113 (Ind. XIIII. cap. 13).
Edd. M: Lib. VI. ep. 13; G: Lib. V. ep. 13. — Iaffé Reg. 1392 (1023).

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO RECTORI SICILIAE.

Lillibitanae clerus ecclesiae hic pro ordinando[a] sibi veniens sacerdote, licentiam eis de[b] exquirendo sibi episcopo nos dedisse cognoscas[1]. Qui repperientes Decium[2] forensem presbyterum[3] sibi consecrari precibus poposcerunt; quorum petitionem necessarium duximus adimplere. Et ideo dilectio tua ei in omnibus solaciari non neglegat, ut, quia[c] Theodorus[4] quondam eiusdem ecclesiae episcopus dereliquit[d], tuo in omnibus iutus[e] auxilio, dumtaxat aequitate servata, causarum inquietudinibus liberior in Dei laudibus[f] possit existere.

VI, 14.

Gregorius I. papa Narsi comiti respondet Manichaeum esse codicem contra Athanasium presbyterum sibi transmissum, annotationes vero Pelagianas. Adelphium et Sabam Ephesina in synodo damnatos esse negat; „sicut Chalcedonensis synodus in uno loco ab ecclesia Constantinopolitana falsata sit, sic aliquid in Ephesina synodo factum esse" opinatur; monet, ut vetustos codices requirat; Romanos codices „multo veriores" esse Graecis. Iohannem presbyterum, cuius causa in synodo decisa sit, haeresis expertem esse addit.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 114 (Ind. XIIII. cap. 14). *595, Sept.*
Edd. M: Lib. VI. ep. 14; G: Lib. V. ep. 14. — Iaffé Reg. 1393 (1024).

GREGORIUS NARSI COMITI.

Caritas vestra sollicitudinem nostrae opinionis habens scribere studuit, quid de illo codice qui contra Athanasium presbyterum[1] transmissus est, sensit. Quem nos

VI, 13 in titulo: Cipriano *R 1.* a) *ex* ordinandus *corr. R 1.* b) *ex* eisdem *corr. R 1.* c) quae *r 1; fortasse* quia quaedam *legendum est.* d) *hic add.* plurima, quae emendari debeant *edd. G. M. fort. ep. III, 49 imitantes. Ew. coniecit:* deliquit, *quod mihi quidem respicienti laudes Theodoro ep. III, 49 tributas verisimile non esse videtur. Mommsen:* deliquit = decessit. e) oibus . . tus *R 1; ex* iutus *corr.* iuvatus *r 1.* f) *corr. ex* laudabus *r 1.*

VI, 14 in titulo: Narsi comitis *r 1;* Narse comes *R 1 et eras.:* quod Adam de ligno vetito comedens anima mortuus est.

VI, 13 De Cypriano cf. ep. III, 55 n. *1) De electionibus episcoporum in Sicilia agunt ep. I, 18 etc. et Wisbaum, l. l. p. 42 s., 46.* *2) De eodem episcopo cf. ep. VIII, 34. IX, 198. 233.* *3) Forensis presbyter, ut in Diurno I, 8:* superscriptio ad episcopum forensem; *hic est episcopus, cuius sedes erat extra dioecesim patriarchalem urbis Romae, i. e. foris; ille presbyter non Lilybitanae, sed alius cuiusvis ecclesiae esse videtur, ideo certe electus, quod inter clericos ipsius ecclesiae* dignus *quisquam non reperiebatur.* *4) De Theodoro cf. ep. III, 49. V, 23 et de causis, quas dereliquerat praecipue ep. IX, 198.*

VI, 14 Una cum sequentibus epistulis per Iohannem presbyterum translata esse videtur. De Narse cf. ep. I, 6 not. *1) De Athanasio, presbytero et monacho Lycaoniae, cf. ep. III, 52 n. 3. 63 n. 2. VII, 31;*

ex parte aliqua suptiliter percurrentes in Manichaei invenimus dogma cecidisse. Sed is qui loca aliqua esse heretica signo contra posito ostendit, ipse quoque in Pelagiana[a] herese labitur, quia quaedam loca catholice dicta et omnino orthodoxa velut heretica adnotavit. Hoc enim ubi scriptum est, quia 'cum peccavit Adam, eius est anima mortua', qualiter mortuam dixerit, inferius ostendit, quia 'status sui beatitudinem amisit'. Hoc quisquis negat, catholicus non est. Deus enim dixerat: 'Qua die comederitis, morte[b] moriemini'. Gen. 2, 17. Cum ergo comedit de ligno vetito Adam, quia in corpore mortuus non est, novimus, quia post hoc filios genuit atque annis multis vixit. Si itaque in anima mortuus non est, quod dici nefas est, ipse mentitus est, qui hunc praedixit die quo peccasset esse[c] moriturum. Sed sciendum est, quia mors duobus accidit[d] modis: aut absentia vivendi aut a[e] qualitate vivendi: in hoc ergo quod comedendo vetitum eius anima mortua dicitur, non absentia[f] vivendi[g], sed a qualitate vivendi, ut postmodum viveret in poena, qui ad hoc creatus fuerat, ut beate viveret in laetitia. Hunc ergo locum qui in eo codice, qui mihi a fratre meo Iohanne episcopo transmissus est adnotavit hereticum, Pelagianus est, quia sententia ista evidenter Pelagii est. Quam Paulus apostolus[h] aperte[i] in suis epistolis destruit: quae loca epistolarum eius[2] singula dicere praetermitto, quia scienti loquor. Pelagius vero, qui[k] in Ephesina synodo damnatus est[l], ea intentione hoc dixit, ut ostenderet nos a Christo vacue redemptos. Si enim nos per Adam in anima mortui non sumus, quod dici nefas est, vacue redempti sumus. Ephesinam autem synodum perscrutantes de Adelfio et Sava[m] et ceteris aliis, qui illic dicuntur esse damnati[n], omnino nihil invenimus[3] et existimamus[o], quia, sicut Chalcedonensis synodus in uno loco ab ecclesia Constantinopolitana falsata est[4], sic aliquid et in Ephesina synodo factum est. Caritas ergo vestra vetustos omnino codices eiusdem synodi requirat et illic videat, si quid tale invenitur, mihique eundem codicem quem invenerit, transmittat, quem, mox[p] legero, retransmitto. Novis enim codicibus passim non credat[q]. Ex qua re dubius factus sum et nihil adhuc volui de hac causa praedicto fratri meo Iohanni episcopo rescribere. Romani autem codices multo veriores sunt[r] quam Graeci, quia nos[s] vestra sicut non acumina, ita nec imposturas habemus.

a) Pelegiana *R 1.* b) morte *om. R 1.* c) esse *om. r 1. 2.* d) accedit *R 1.* e) a *erad. R 1.* f) ab essentia *R 1.* g) *corr. ex* videndi *R 1.* h) apł *post. add. R 1.* i) aperter *R 1.* k) qui *om. R 1.* l) est *del. R 1.* m) Saba *R 1 et sec. ed. M. 2 Vatic.* n) *ex* damnata *corr. r 2.* o) extimamus *r 1;* estimamus *r 2.* p) ut *add. edd. G. M.; cf. ep. II, 20 n. g).* q) *corr. in* credam *R 1.* r) veriore ss *R 1.* s) nos *om. r 2.*

ab Iohanne, episcopo Constant., damnatus ad sedem apostolicam appellaverat; ita, ut Gregorius post inquisitionem in eum intentam atque postquam ille codex tandem ab Iohanne transmissus est, de eo iudicavit eumque postea absolvit (ep. VI, 62).

2) Rom. 5, 12 ss.; 1. Cor. 15, 21; 45. — Ex hoc loco et aliis Wiggers in commentationibus de Gregorio Magno eiusque placitis anthropologicis, p. 67 s., 85 efficere conatur: Gregorium peccatum originale nullo modo eo sensu, quo Augustinus cepisse, sed potius se, quamvis inscium, in Semipelagianam mediam illam viam abripi passum esse (Rostochii, 1838). De eodem loco agunt Lau, l. l. p. 383; C. Wolfsgruber, Gregor d. Gr., (1890), p. 152. *3) Cf. ep. VII, 31. IX, 135. Lau, p. 82 ss. recte existimat Constantinopoli* latrocinium Ephesinum *(Räubersynode), a. 449, pro universali concilio a. 431 suppositum esse. In hoc autem concilio Ephesio a. 431 Adelphiani vel Messaliani anathematizati sunt.* *4) Non ita res se habet. Sed canone XXVIII. concilii Chalcedonensis ecclesiae novae Romae vel Constantinopolitanae idem primatus concessus est, quo veteris Romae ecclesia iam fruebatur. Legati sedis apostolicae huic decreto, cui non adfuere, intercesserunt neque umquam ille canon ab ecclesia Romana probatus est. Non igitur dici potest ecclesiam Constant. hunc canonem falsasse. De hac re et de canone quodam concilii Nicaeni ab ecclesia Romana falsato cf. Langen, Gesch. d. röm. Kirche von Leo I. bis Nicol. I., p. 62 ss. 453.*

De Iohanne vero presbytero cognoscite, quia causa illius per synodum decisa est[5], in qua aperte cognovi, quia eius adversarii eum facere hereticum voluerunt et diu conati sunt, sed minime potuerunt.

Vestros, qui nostri sunt, mea vice salutate[t]; et nostri, qui vestri sunt, per me vos multum salutant. Omnipotens Deus sua te manu inter tot spinas protegat ut[u] inlaesos eos, quos Dominus elegit, flores decerpas.

VI, 15.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Constantinopolitano, nuntiat Iohannem, ecclesiae Chalcedonensis presbyterum, quem iudices ab eo constituti ob haeresim quandam „Marcianistarum“ inique damnassent, in concilio a se absolutum esse. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 115 (Ind. XIIII. cap. 15).
Edd. M: Lib. VI. ep. 15; G: Lib. V. ep. 15. — Iaffé Reg. 1394 (1025).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

Sicut hereticorum pravitas zelo rectae fidei comprimenda, ita verae confessionis est integritas amplectenda. Nam si credi fideliter confitenti despicitur, cunctorum in dubium fides adducitur[a] atque errores ex incauta generantur districtione[b] mortiferi; et hinc non solum errantes oves ad caulas minime dominicas revocantur, sed etiam intro positae ferinis dentibus laniandae crudeliter exponuntur. Hoc ergo suptiliter, frater carissime[c], perpendamus et sub praetextu heresis affligi quempiam veraciter profitentem fidem catholicam non sinamus, ne, quod absit, heresem fieri sub emendationis magis[d] specie permittamus[1].

Valde autem mirati sumus, cur hi qui in causa fidei iudices contra Iohannem Chalcedonensis ecclesiae presbyterum[2] a vobis fuerant deputati, neglegentes veritatem opinioni crediderint et credere districte profitenti noluerint, maxime dum accusatores ipsius Marcianistarum[e] [3] quam memorabant heresem, unde eum reum moliebantur[f] efficere, interrogati[g], quae esset, nescire se manifesta professione responderint. Ex qua re evidenter agnoscitur, quia personam ipsius sine Dei[h] respectu non iuste, sed contra animas suas sola gravare voluntate tantummodo voluerunt. Nos itaque facto concilio, sicut gestorum apud nos habitorum tenor ostendit, cuncta quae erant neces-

t) *ex* salute *corr. R 1.* u) *ex* et *corr. r 1.*

VI, 15 a) *in* addicitur *corr. r 1;* addicitur *r 2.* — cunct. fid. add. in dub. *r 1.* b) discretione *R 1.* c) sanctissimae *r 1.* d) *ex* emendatione imagis *corr. r 2.* e) *corr. ex* Marcianistrarum *r 1;* Marcianitarum *R 1.* f) *corr. ex* moliebatur *R 1.* g) interroganti *r 1.* h) dei *om. R 1.*

5) De Iohanne presbytero Chalcedonensi cf. ep. III, 52 n. 3 et epistulas, quae sequuntur. Synodus, in qua absolutus est, sine dubio die 5. m. Iulio, duobus fere mensibus, antequam haec ep. scripta est, celebrata erat. Cf. reg. V, 57ᵃ (app. V. Maurinorum), ubi decreta huius synodi asservata sunt.

VI, 15 De Iohanne cf. ep. V, 44 n. Recte notat ed. Veneta hanc epistulam ad Iohannem non pervenisse, quippe qui iam antea mortuus sit. Cf. ep. VI, 62. 1) Historiolam de Iohannis ieiunatoris zelo atque severitate narrat Theophylactus Sim., I, 11; nam in causa Paulini magici mitiorem imperatorem ad severitatem perduxit. 2) Cf. ep. III, 52 n. 3; ep. sequentem; ep. praecedentis n. 5. Lau, l. l. p. 80 s. 3) Quaenam haec haeresis fuerit, etiam nos ignoramus; sed iam Maurini monuerunt fortasse de Marcionitis hic agi, contra quam sectam gnosticam Tertullianus pugnarit. Theophyl. Sim. VIII, 9: ἐβλασφήμουν εἰς τὸν αὐτοκράτορα καὶ μεγίσταις ὕβρεσι τὸν Μαυρίκιον ἔβαλλον τῷ τε τῶν Μαρκιανιστῶν καταλόγῳ συνέταττον· αἵρεσις δὲ αὕτη μετά τινος μωρᾶς εὐλαβείας εὐήθης τε καὶ καταγέλαστος (a. 602).

saria suptiliter perscrutantes atque tractantes, quoniam in nullo ante dictum presbyterum reum invenire potuimus, praecipue quia libellus, quem delegatis a vobis iudicibus optulit, rectae fidei per omnia sinceritati concordat, eapropter eorundem iudicum reprobantes sententiam nostra[i] eum definitione catholicum et ab omni heretico crimine liberum esse Christi Dei redemptoris nostri gratia revelante denuntiavimus[4]. Quem quoniam ad vestram retransmisimus sanctitatem, oportet, ut eum, sicut se cunctis exhibet, benigne suscipiat et caritatem illi sacerdotalem impendat atque a cuncta[k] eum inquietudine[l] tueatur nec quemquam[m] se in eius molestia occupare permittat; sed sicut alios ab oppressione defenditis, ita huic vestra subtrahere solacia non debetis.

VI, 16.

Gregorius I. papa Mauricium imperatorem de Iohannis, ecclesiae Chalcedonensis presbyteri, ante ob haeresim quandam „Marcianistarum" iniuste damnati, absolutione certiorem facit; quem ut tueatur, rogat. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 116 (Ind. XIIII. cap. 16).
Edd. M: Lib. VI. ep. 16; G: Lib. V. ep. 16. — Iaffé Reg. 1395 (1026).

GREGORIUS MAURICIO AUGUSTO.

Cum sincera in vobis, christianissime principum, velut emissum caelitus iubar fidei rectitudo resplendeat[a], cum notum sit omnibus serenitatem vestram integram professionem, qua Deo pollet propitio, vehementer amplecti et toto corde diligere, necessarium esse valde prospexi pro his quos una eademque fides inlustrat suggerendum deposcere, quatenus dominorum pietas sua eos gratia protegat et ab omni molestia tueatur. Quorum dum confessionem quidam despiciunt, verae fidei contradicere videntur. Nam cum oris confessionem[b] fieri clamet apostolus ad salutem[1], qui rectae professioni credere non consentit, in eo, quod alium improbat, se accusat.

Relectis[c] igitur in concilio quae contra Iohannem ecclesiae Chalcedonensis presbyterum acta sunt, simul et serie iudicati[d], maiorem illum iniustitiam sustinuisse cognovimus, quippe quem[e] clamantem se atque monstrantem esse catholicum non reatus culpa, sed diu accusatio[f] incerta contrivit in tantum, quia[g] accusatores[f] ipsius Marcianistarum[h] quam memorabant[i] heresem nescire se aperta responsione professi sunt: et qui ilico in ipso iudicii fuerant limine repellendi, in accusatione eius incerti permanere permissi sunt. Sed ne dicta eum saltem lacerare potuisset opinio, libellum fidei protulit, in quo se patenter ostendere fidei rectae professorem studuit et sequacem.

i) sententię nrę *R 1.* k) cunctis *r 1.* l) *corr. in* inquietudinibus *r 1.* m) nequaquam *R 1.*
VI, 16 in titulo: R 1, r 1. 2 add.:* de heretico recipiendo. a) splendeat *r 1.* b) professionem *R 1.* c) *ex* rectis *corr.* reltis *r 1.* d) iudicantis *R 1.* e) cum *R 1.* f) *ita r 1. 2;* accusatio — accusatores *in marg. R 1.* g) quod *R 1.* h) *corr. ex* Marcianistrarum *r 1.* i) memorant *r 2.*

4) Haec causa, qua appellationem ab episcopo Constantinopolitano recipiens primatum iurisdictionis ecclesiae Romanae defendit, Gregorio maximi videbatur esse momenti. Itaque lite inter Claudium abbatem et ecclesiam Ravennatem orta hanc causam in medium protulit. Cf. ep. VI, 24.

VI, 16 Cf. epistulam praecedentem et ep. sequentem, quibus eadem eisdem fere verbis scribuntur, iis solis mutatis, quae propter personas, quibus quaeque epistula inscripta est, mutanda erant. 1) *Cf. Rom. 10, 10.*

Sed hunc a sanctissimo Iohanne fratre et coepiscopo meo iudices deputati iniuste ac inrationabiliter neglegentes, dum in eius se nisi sunt[k] occupare gravamine, se potius reprehensibiles ostenderunt. Nam nullus ambigit infidelitatem esse fidem fidelibus[l] non habere. Quia ergo omnibus suptiliter rimatis atque tractatis catholicum suprascriptum Iohannem presbyterum sancti concilii mecum definitio[m] divinae potentiae revelante gratia declaravit nec quaedam in ipso hereticae macula pravitatis inventa est[n], obsecro, ut pia serenitatis vestrae protectio inlaesum illum ab omni molestia servari praecipiat nec catholicae fidei confessorem aliquam sinat inquietudinem sustinere. Nam veraciter profitenti non credere non est heresem purgare, sed facere. Quod si licuerit, surgit infidelitatis occasio et[o] ipsi in eas quas incaute volunt emendare culpas incurrunt[p].

Haec igitur serenissimus dominus pia provisione consideret; et, sicut poposci, profusis iterum precibus rogo, ut affligi denuo innocentem velut[q] obnoxium non permittat, quatenus Deus omnipotens, qui placitam sibi catholicae rectitudinis integritatem clementiam vestram amare cernit atque defendere, et hic devictis hostibus pacatae vos reipublicae imperare et cum sanctis suis in aeterna faciat vita regnare.

VI, 17.

Gregorius I. papa Theoctisto, cognato imperatoris, Iohannem presbyterum, latorem praesentium, ob haeresim quandam „Marcianistarum" accusatum, sed in concilio a se absolutum, commendat. *595, Sept.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 117 (Ind. XIIII. cap. 17).
Edd. M: Lib. VI. ep. 17; G: Lib. V. ep. 17. — Iaffé Reg. 1396 (1027).

GREGORIUS THEOCTISTO COGNATO IMPERATORIS.

Scimus excellentiae vestrae christianitatem bonis intentam semper operibus et[a] idcirco mercedis vobis causas, quas[b] vos diligere certum est, providemus, ut nos vestris[c] meritis providendo iungamus.

Indicamus itaque Iohannem presbyterum latorem praesentium liberum ab his quibus accusatus fuerat extitisse. Cuius fidem facto concilio suptili examinatione, ut petivit[d], perscrutantes nullam in eo culpam pravae confessionis invenimus. Sed quia rectae fidei Deo miserante professor ac cultor apparuit, nostra eum definitione absolvimus, praesertim cum accusatores ipsius, quae esset, Marcianistarum quam memorabant heresem[e] se nescire professi sint[f]. Eapropter paterno[g] salutantes affectu[h] quaesumus[i], ut favoris vestri eum gratia tueri dignemini; et ne quisquam illum frustra post hoc velit affligere aut aliquam ei pro hac re quolibet modo molestiam inrogare, ita eum excellentiae vestrae defensio contra haec instantius pro sua mercede

k) nititur *r 1. 2; corr. in* nituntur *r 2.* l) fideles *R 1.* m) difinico *ex* dificio *corr. r 2.* n) est *om. R 1.* o) *in ras.* eidem *add. R 1.* p) incurrent *R 1.* q) *ita r 1; ex* vel *corr. R 1;* vel *r 2.*

VI, 17 in titulo: Heothisto *r 1;* Heocthisto *r 2;* Theotisto *R 1;* Teothisto *R* 1. Fortasse* [Gordiae] Theoctisti: *Mommsen.* a) et *om. r 2.* b) causa qua *r 1.* c) vos nostris *r 1;* nos nostris *r 2.* d) potuit *r 2;* patuit *R 1.* e) heresis *R 1.* f) sunt *R 1.* g) vos *suprascr. r 2.* h) *ex* effectu *corr. r 2.* i) qs̄ *r 1. 2.*

VI, 17 Cf. epistulas praecedentes. — Theoctista maior erat soror imperatoris Mauricii, cf. ep. I, 5; altera Theoctista, filia Gordiae, sororis Mauricii, in ep. VII, 27; quisnam hic Theoctistus fuerit, ignoramus.

protegat ac defendat, ut nec hunc amplius tribulatio iniusta consumat et eius vobis vicem humani generis conditor et redemptor, quem sincera confessione colitis, inter bona plurima quae agitis recompenset.

MENSE OCTOBRI INDICTIONE XIIII.

VI, 18.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Syracusano, pallii usum secundum morem concedit omniaque ecclesiae eius privilegia confirmat. *595, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 118 (Ind. XIIII. cap. 18).
Edd. M: Lib. VI. ep. 18; G: Lib. V. ep. 18. — Iaffé Reg. 1397 (1028).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSIS.

Apostolicae sedis benivolentia et antiquae consuetudinis ordine provocati, fraternitati tuae, quam in Syracusana ecclesia gubernationis officium constat suscepisse, pallii usum praevidimus[a] concedendum illis videlicet temporibus atque eo ordine, quibus decessorem quoque tuum usum esse non[b] ambigis[c], hoc nihilominus ammonentes, ut, sicut a nobis huius[d] decoris usum ad sacerdotalis officii honorem accepisse te gaudes, ita etiam morum atque actuum probitate ad gloriam Christi[e] susceptum adornare contendas officium. Sic enim alterno eris invicem decore conspicuus, si ad huius[f] corporis habitum mentis quoque tuae bona[g] concordent. Omnia etiam privilegia quae tuae pridem concessa esse constat ecclesiae, nostra auctoritate firmamus et inlibata decernimus permanere.

VI, 19.

Gregorius I. papa Dominici, episcopi Africani (Carthaginiensis), litteras gratas sibi fuisse scribit; de muneribus missis scribit plus se mentis illius affectus quam rerum copia delectari. *595, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 119 (Ind. XIIII. cap. 19).
Edd. M.: Lib. VI. ep. 19; G: Lib. V. ep. 19. — Iaffé Reg. 1398 (1029).

Mense *cet. ad ep. VI, 17 trahunt R* 1, r 1. 2, edd. G. M.*

VI, 18: deest haec ep. in R 1, qui inscr. huius ep. ad VI, 19 trahit; sed lacuna signo in margine notatur — R 1 rubro add., sed erasit:* de usu pallii. a) pervidimus *R 1, r 1:* providimus *Diurn. Vat.* b) non esse *r 1.* c) *ita R 1, r 1. Diurn.;* ambiget *in* ambigit *corr. r 2;* ambigit *r 1:* ambigimus *ep. VI, 8.* d) huiusce *r 1 et Diurn. G.* e) *ita R 1:* in Christo nostrum *r 1. 2;* in Christo *Diurn.* f) huiuste *r 1 et Diurn. Vat.* g) tua *r 1 (om.* bona).

VI, 18 Dę electione Iohannis, Maximiani successoris, cf. ep. V, 20. 54. Adde VI, 20. Eidem Iohanni permultae epistulae Gregorii missae sunt, ultima: XIII, 32, a. 603, Mart.; electus est non multo post m. Iulium a. 595. — Haec epistula tota scripta est secundum formulam Diurni 48: cf. ep. VI, 8 not.

VI, 19 De Dominico, episcopo Carthaginiensi cf. ep. II, 52 not.

GREGORIUS DOMINICO EPISCOPO AFRICANO.

Epistolarum vestrarum[a] plena sacerdotali caritate elocutio ita sanctitatem vestram memoriter nostris[b] facit mentibus inhaerere, ut non credatur[c] abesse corpore, quippe quae per affectum[d] semper manet in corde. Ut ergo haec quam ad alterutrum habemus dilectio caelestium nobis adquirat commodum gaudiorum, nostri simus invicem adiutores et auxilium nobis orationis mutuae porrigamus, quatenus divina misericordia clementiae suae nobis dono concedat et praedicare[e] quod diligit et sequi hoc quod per nos praedicare concessit. Sicque officii nostri ministerium pietatis suae protectione disponat, ut fructum de creditis eidem venienti Domino reportemus et ad futura aequitatis praemia cum aliorum lucro eius adiuvante gratia[f] perducamur[g]. Quia vero
Iac. 5, 16. scriptum est: 'Orate pro invicem, ut salvemini', ut ad haec pervenire mereamur, et me pro vobis apud sacratissimum beati Petri apostolorum principis[h] corpus et vos pro me apud sanctum Cyprianum martyrem[1] orationibus decet incumbere. Preces etenim nostrae tanto celerius in dominicae pietatis aure sublevantur, quanto eas vicissim pro nobis[i] fusas caritatis ardor exacuit. Sed quia sanctitas vestra nudis me verbis alloqui recusat, epistolis quoque exenia[2] coniunxit. Quae nos cum gratiarum actione suscepimus; sed tamen plus mentis vestrae affectu, quam rerum copia delectamur.

VI, 20.

Gregorius I. papa Cypriano diacono mandat, persuadeat Leoni, episcopo Catanensi, ut presbyterum quendam Iohanni, episcopo Syracusano, cuius proprius esse perhibeatur, cedat. *595, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 120 (Ind. XIIII. cap. 20).
Edd. M: Lib. VI. ep. 20; G: Lib. V. ep. 20. — Iaffé Reg. 1399 (1030).

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO.

Sicut dilectio tua studiose laboravit pro persona fratris et coepiscopi nostri Iohannis, ut in Syracusana ecclesia auctore Deo debuisset ordinari[1], ita nunc necesse est, ut per dilectionis tuae studia ei quoque regiminis solacia ministrentur. Quendam enim presbyterum proprium[2] habuisse se perhibet, qui tamen a fratre[a] et coepiscopo nostro Leone in Cathenensi[b] ecclesia[3] dicitur ordinatus. Et quia in novam ecclesiam vadit et suos illic proprios homines habere necesse est, ut, cum causarum tumultibus premitur, in secreto suo inveniat ubi requiescat, praedicto fratri et coepiscopo nostro Leoni blande et dulciter persuadere debes[c], ut ei praefatum presbyterum cedere debeat,

VI, 19 in titulo: R 1: cf. ep. praecedentem; R* 1 m. post. in marg. add.* Dnico. a) nostrarum *r 1.* b) scis *R 1.* c) *ex* creditur *corr. r 2.* d) affectus *r 1.* e) predicari *r 2.* f) dei *add. r 1.* g) perdicamus *corr. in* perducamus *r 2;* perducamus *r 1.* h) apli *(om.* principis*) R 1.* i) *ita r 1. 2;* vobis *R 1.*

VI, 20 a) patre *r 1. 2.* b) Catenensi *corr. in* Catinensi *r 2.* c) persuaderi debet *r 1;* debet *r 2, sed suprascr.* vel debes.

1) Cyprianus, a. 248 episcopus Carthaginiensis factus, a. 258 martyr christianae fidei occisus est. 2) De xeniis cf. ep. V, 16 n. 8.

VI, 20 De Cypriano, rectore patrimonii Siciliae, cf. ep. III, 55 not. 1) Cf. ep. V, 20. 54. VI, 18. 2) Domesticus, peculiaris presbyter Iohannis archidiaconi (Hauscaplan) fuisse videtur. Postea ea consuetudo increbruit, ut laici proceres sacerdotes domesticos haberent. Cf. Ducange s. v. presb. domesticus. — Non credo hic de servo agi. 3) De Leone cf. ep. IV, 34 not.

ne quem tam benignus ad ordinandum cessit ordinatum destituere fortasse videatur[4]. Sed sicut isdem frater et coepiscopus[d] noster Iohannes, quantum ego in eius mente didici[e], eius se[f] esse archidiaconem nec[g] post episcopatum susceptum[g] obliviscitur[h], ita eum saepe fatus frater et coepiscopus noster Leo suum proprium debet attendere et non solum de unius persona presbyteri, sed in quacumque re[i] eius solacio indiguerit, sua ei auxilia ministrare[k].

MENSE NOVEMBRI INDICTIONE XIIII.

VI, 21.

Gregorius I. papa Petro, episcopo Hydruntino, visitationem Brundisinae, Lippianae, Gallipolitanae ecclesiarum defert, quibus episcopos praeficiendos curet. *595, Nov.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 121 (Ind. XIIII. cap. 21).
Edd. M: Lib. VI. ep. 21; G: Lib. V. ep. 21. — Iaffé Reg. 1400 (1031).

GREGORIUS PETRO EPISCOPO YDRONTINO VISITATORI BRUNDISII LIPPIAE ET GALLIPOLIS.

Pastoralis nos cura constringit ecclesiis sacerdotis moderamine destitutis sollicita consideratione prospicere, ne proprio decedente[a] rectore contrarium aliquid patrum, quod absit, regulis oriatur. Quia igitur ecclesias[b] Brundisii, Lippias atque Gallipolim[c] obeuntibus earum pontificibus omnino destitutas agnovimus, idcirco fraternitati tuae visitationis earum operam duximus iniungendam[1]. Quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque vel quicquid illud est in patrimonio earum, a quoquam patiaris[d] inminui. Et ideo[e] fraternitas tua ad praedictas ecclesias ire properet[f] et adsiduis adhortationibus clerum plebemque earundem ecclesiarum ammonere festinet, ut[g] remoto studio uno eodemque consensu tales sibi praeficiendos[h] expetant sacerdotes[i], qui et tanto ministerio digni valeant[k] repperiri et a venerandis canonibus nullatenus respuantur[l]. Qui dum fuerint postulati[m], cum sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati[2] et dilectionis tuae testimonio

d) $\overline{\text{eps}}$ *r 2, sed suprascr.* c$\bar{\text{oe}}$p e) deduci *r 2, sed suprascr.* vel didici; *in rasura* (di)dici *r 1.* f) se *suprascr. r 2.* g) post *om. r 1, R 1; ex* episcopatum susceptum *corr.* episcopatu suscepto *R 1;* episcopatu susceptum *r 1;* post *(suprascr.)* episcopatum susceptum *r 2.* h) *ita r 1. 2;* obliviscetur *R 1.* i) re *om. r 1.* k) ministrare debet *R* 1.*

Mense *cet.:* novembrio ind. XIII. *R* 1; abbrev. cet. codd. Ad ep. praeced. trahunt haec verba R* 1, r 1. 2, edd. G. M.*

VI, 21 in titulo: Brundisii et Gallipolis *R* 1, r 2;* Brundisi et Gallipolim *r 1;* Brundisi Lippias et Galliarum *R 1.* a) decidente *codd. n.* b) eccliis. *r 1.* c) Callipolim *R 1.* d) patiatur *r 1.* e) idcirco *r 1.* f) *ita R 1;* properabit *r 1. 2.* g) et *r 1.* h) tales praeficiendos, *om.* sibi *r 1;* talem *(corr. in* tales*)* sibi praeficiendum *r 2; R 1.* i) *ita r 1. 2;* sacerdotem *R 1.* k) valeat *R 1.* l) *ita r 1. 2; corr. in* respuatur *R 1.* m) *corr. in* fuerit postulatus *R 1.*

4) Cessiones commemorantur in n. 6 ep. V, 20.

VI, 21 Petrus adhuc m. Iul. a. 601 in ep. XI, 57 eidem missa visitator ecclesiae Brundisinae commemoratur. Adde ep. IX, 169. — Gallipoli a. 593, Iun., Iohannes et a. 599, Iul., Sabinianus episcopus erat: ep. III, 45 not.; ep. IX, 205. 206. — Lippia, latine Lupiae, hodie Lecce, oppidum Calabriae medio inter Brundisium et Gallipolim situm. *1) Verba* pastoralis *usque* prospicere *atque* quia *usque* iniungendam *cum ep. I, 76 consentiunt (cf. not. Ewaldi) neque multum distant ab. ep. IX, 140.* *2) Cf. Diurni f. 2 ss.*

litterarum ad nos veniant[n] consecrandi[o], provisuri[p] ante[q] omnia, ne ad cuiuslibet conversationis meritum laicae personae adspirare praesumant et tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras[3]. Monasteria autem si qua sunt in earum parochia constituta, sub tua cura dispositioneque, quousque illic proprius fuerit episcopus ordinatus, esse concedimus[4], ut sollicitudinis tuae vigilantia proposito suo congrua Deo adiuvante actione respondeat[r].

MENSE IANUARIO INDICTIONE XIIII.

VI, 22.

Gregorius I. papa Petro, episcopo Aleriensi, mandat, ut basilicam cum baptisterio in loco Nigeuno, in possessione, quae Cellas Cupias appellatur, iuris Romanae ecclesiae, iussu suo conditam, b. Petro atque Laurentio martyri consecret. *596, Ian.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 122 (Ind. XIIII. cap. 22).
Edd. M: Lib. VI. ep. 22; G: Lib. V. ep. 22. — Iaffé Reg. 1402 (1033).

GREGORIUS PETRO EPISCOPO ALERIAE DE CORSICA.

Quoniam in insula Corsica in loco Nigeuno[1] in possessione quae Cellas Cupias appellatur iuris sanctae Romanae cui Deo auctore deservimus ecclesiae basilicam cum baptisterio in honore beatorum apostolorum Petri principis[a] atque Laurentii martyris pro lucrandis animabus fundari praecipimus, idcirco fraternitatem tuam his hortamur affatibus, quatenus ad praedictum locum[b] debeat incunctanter accedere venerandae[c] sollemnia dedicationis impendens[2]; praedictam ecclesiam et baptisterium sollemniter consecrare te[d] volumus, sanctuaria vero suscepta sui[e] cum reverentia collocabis[3].

VI, 23.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono mandat, ut Pimenium, episcopum Amalfitanum, nisi ad ecclesiam reversus foris vagari desistat, in monasterium releget.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 123 (Ind. XIIII. cap. 23). *596, Ian.*
Edd. M: Lib. VI. ep. 23; G: Lib. V. ep. 23. — Iaffé Reg. 1403 (1034).

n) venia *in* veniat *corr. R 1.* o) consecrandus *R 1.* p) provisurus *ep. VII, 16;* provisuri *codd. n.* q) autem *r 1.* r) respondeant *codd. n.*

Mense *cet. ad ep. praeced. trahunt R* 1, r 1. 2, edd. G. M.*

VI, 22 in titulo: Aler. *r 1. 2;* Aleriae *Vatic. B sec. ed. M.;* aurum *R 1. Codices aetatis inferioris aut omittunt* Aleriensi *(R* 1 etiam* de Corsica*) aut immutant in* Alexandriae ac clero, *ut Reg. Maurinorum.* a) beatorum petri apłor. princ. *R 1.* b) locum *om. r 1.* c) veneranda *R 1.* d) consecra te *r 1.* e) sui *r 1, Diurn. 11. 27;* summa *R 1; om. r 2.*

3) Haec verba secundum visitationis formulam, de qua ep. II, 39. V, 13. VII, 16 not. agitur, scripta sunt. *4) De iure episcoporum in monasteria cf. ep. V, 47. 49.*

VI, 22 Ex ep. VIII, 1 apparet Petrum idololatras fidei christianae reconciliasse. De ecclesia Aleriensi cf. ep. I, 77 n. 2. *1) Ep. VIII, 1 noster presbytero* ecclesiae quae in Negeugno monte sita est *possessionem quandam concedit.* *2) Similia verba in f. Diurni 15. 16.* *3) Verba* sanctuaria *usque ad finem in Diurni f. 11. 27.*

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Pervenit ad nos Pimenium Amalfitanae civitatis episcopum in ecclesia sua residere non esse contentum[a], sed foris per loca diversa vagari[b]; quod videntes alii nec ipsi in castro[1] se retinent, sed eius exemplum sequentes foris magis eligunt habitare[2]. Et quia hoc agentes ipsi potius ad suam hostes depraedationem[c] invitant, idcirco hac tibi auctoritate praecipimus, ut suprascripto episcopo interminare non desinas, quatenus hoc de cetero facere non praesumat, sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat. Quem si forte non emendari[d] post tuam interminationem cognoveris, in monasterio eum deputare[e] et nobis hoc curabis[f] modis omnibus indicare, ut, quid[g] facere debeas[h], nostra iterum praeceptione cognoscas.

VI, 24.

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo Ravennati, exponit ecclesiae eius auctoritatem neutiquam deminui, quod inter eam et Claudium abbatem Romae iudicetur; nam etiam causam inter Iohannem presbyterum et Iohannem Constantinopolitanum episcopum ortam Romam recurrisse. Spatham Ravennae a Petro diacono relictam per Secundinum servum Dei et Castorium notarium, praesentium latores, mitti iubet. *596, Ian.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 124 (Ind. XIIII. cap. 24).
Edd. M: Lib. VI. ep. 24; G: Lib. V. ep. 24. — Iaffé Reg. 1404 (1035).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Scripta fraternitatis vestrae Vigilio[a] diacono deferente suscepimus, in quibus indicastis quosdam de clero et populo clamitasse contra leges et canones esse, ut inter ecclesiam vestram et Claudium abbatem[1] causa hic examinari debeat ac iudicari[b]. Qui si ecclesiasticum ordinem, vel inter quos agitur, nossent[c] advertere[d], a[e] superflua se querella modis omnibus abstinerent, praesertim quia nec causa illic dici potuit, ubi se praedictus abbas a[f] decessore vestro questus est iniustitiam pertulisse et ex ea hactenus laborare. Hoc enim poterat fortassis opponi, si non ad maiorem recurreret et apud eum causae suae peteret meritum terminari[2]. Numquid non ipse nosti, quia causa, quae a[g] Iohanne presbytero contra Iohannem Constantinopolitanum fratrem et coepiscopum nostrum orta est, secundum canones ad sedem apostolicam recurrit et

VI, 23 in titulo: diac. *R* 1* — quod ep̄i in civitate residere et n̄ debent per diocesim vagando discurrere *erasit R 1.* a) *ex* contemptum *corr. r 1.* b) vagare *codd. n., sed corr. r 2.* c) predicationem *R 1.* d) emendare *codd. n., sed corr. R 1.* e) *in* deputa *corr. r 2.* f) *ex* occurrebis *corr. r 2;* hoc festinabis *R 1;* hoc *om. r 1.* g) quicquid *r 1.* h) *ex* debeat *corr. r 2.*

VI, 24 in titulo: Ravenna *R 1.* a) Vigilio *R 1, r 1;* Virgilio *r 2.* b) *ita corr. r 2 ex* ac debeat iudicari, *quam lectionem exhibent etiam R 1, r 1.* c) *corr. in* noscent *R 1.* d) *corr. ex* avertere *R 1.* e) a *om. r 1.* f) a *om. r 1.* g) a *om. r 1.*

VI, 23 De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, cf. ep. I, 23 not. *1) Nota Amalfitanam civitatem iam tunc castrum fuisse atque ex hac epistula intellegi posse habitatores ipsos castrum suum defendisse. Cf. librum meum, Untersuch. etc. p. 60. 156.* *2) De officio, quod* Residenzpflicht *dicitur, cf. Hinschius, Kirchenrecht III, 221 legesque ib. citatas; ep. IX, 202. X, 4; Iohann. diac. III, 36.*

VI, 24 De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. *1) Claudius erat abbas monasterii SS. Iohannis et Stephani in Classe: cf. ep. II, 45, p. 146 n. 2.* *2) Causas ibi definiendas esse, ubi primum ortae sint, nisi aut suspecti sint iudices aut in causis maioribus via appellationis superior adeatur, notat Gussanvill. ad hanc epistulam. Ubinam Claudius iniuriam pertulerit, ignoramus.*

nostra est sententia definita[3]? Si ergo de illa civitate ubi princeps est ad nostram causa cognitionem deducta est, quanto magis negotium quod contra vos est hic est veritate cognita terminandum[4]? Vos autem ibi[h] stultorum verba non moveant, nec per vos[i] credatis[k] aliquod ecclesiae vestrae[l] dispendium fieri. Nam si servum Dei[m 5] diaconum vestrum atque Castorium notarium nostrum[6] requiritis, ab eis agnoscitis[n], qualiter causam istam iam decessor vester voluerit ordinare. Fraternitas autem vestra sapienter egit personas pro negotio ipso transmittere et verba inania non audire. Confidimus in omnipotenti Domino, quia examinata suptilius veritate ita Deo placitus huic causae finis imponetur, ut nec aliqua denuo querella remaneat nec pars quaelibet contra iustitiam praegravetur.

Spatham[o 7] vero, quam apud decessorem vestrum dilectissimus[p] filius noster Petrus diaconus tunc illic[q] defensor[8] reliquerat, nobis per Secundum servum Dei[9] atque Castorium notarium praesentium portitores transmittite[r].

VI, 25.

Gregorius I. papa Maximum Salonae, qui episcopatum arripuit, sacra contra interdictum procurare ausum saepiusque frustra vocatum, intra dies triginta Romam venire iubet. Quod scripserit serenissimos dominos, ut causa per legatos Salonae cognosceretur, praecepisse, se nec ea praecepta accepisse et scire dominos se in causas sacerdotales non miscere. Paulinum episcopum et Honoratum archidiaconum iniuriis affici vetat.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 125 (Ind. XIIII. cap. 25). *596, Ian.*
Edd. M: Lib. VI. ep. 25; G: Lib. V. ep. 25. — Iaffé Reg. 1405 (1036).

GREGORIUS MAXIMO IN SALONA QUI EPISCOPATUM ARRIPUIT.

Dum scriptis nostris quaesitis quibusdam excusationibus differs oboedientiam exhibere[1], dum pro veritatis satisfactione[a] totiens a[b] nobis ammonitus[2] venire postponis, his quae adversum[c] te dicta sunt fidem ex hoc magis adcommodas et, vel si

h) ibi *om. r 1;* ubi, *sed expunx. r 2.* i) *ita R 1, r 2;* nos *r 1.* k) *in* cedatis *corr. R 1.* l) *ita r 1;* vrę *postea add. r 2;* ecclesiarum *R 1.* m) Secundinum *add. edd. et sec. ed. M. 2 Vatic. et omnes Norm.* n) agnoscetis *r 1;* cognoscitis *r 2.* o) spartam *in quibusdam codd. neque Maurinis neque nobis cognitis secundum Gussanv.* p) dilectus *R 1.* q) illinc *R 1.* r) transmitte *R 1.*

VI, 25 in titulo ita R 1. R 1, r 1. 2.* a) veritatis factione *r 1. 2.* b) a *post. add. r 2.* c) adversus *R 1.*

3) De hac causa cf. ep. VI, 15 n. 4. 4) Quomodo dignitas sacerdotalis ex sede maiorum magistratuum pendeat, intellegi potest ex nov. Iust. 11 atque ex historia primatus Arelatensis (cf. Gundlach, der Streit der Bisthümer Arles u. Vienne etc., p. 185. 186). 5) Non de quodam Servodei *agitur, sed de* Secundo *infra commemorato. 6) De Castorio, notario vel chartulario, apocrisiario Ravennae, cf. ep. V, 24 n. 7) Spatha, cuius mentionem noster etiam in ep. VI, 31 facit, utrum persona fuerit an res, dubito; Spatham nomen proprium esse, neque de gladio quodam insigni agi editores Ven. coniecerunt. 8) Cf. de Petro ep. V, 28 n. 2. 9) Idem diaconus Ravennas Secundus non multo post cum rege Agilulfo de pace egit: ep. VI, 63 (m. Apr.). Cf. ep. VII, 10. Equidem non credo eundem esse, qui ep. IX, 147 Secundinus servus Dei inclusus appellatur, neque qui ep. XIV, 12 Secundus abbas dicitur. Sed in ep. IX, 11 cuiusdam abbatis mentio fit, qui pacem cum Agilulfo pepigit.*

VI, 25 Una certe cum ep. seq. translata. De causa Maximi Salonitani cf. not. 1 ad. ep. V, 6. 1) De epistula VI, 3, mense Septembri anni praeced. in registrum inserta, agit papa. 2) Sequitur noster praeceptum (Matth. 18, 15) Iesu in ep. V, 44 citatum.

qua alia deesse videantur, quae gravent aut noceant, id agis, ut sola te dilatio faciat et accuset esse culpabilem. Humiliare tandem et oboedientiae te summitte atque ad nos sine excusatione aliqua venire festina, ut requisita et cognita veritate secundum Dei timorem, quicquid aequum canonicumque fuerit, decernatur. Certus enim esto, quia iustitiam tibi et canonum statuta servabimus atque causae tuae revelante Domino veritatis auctore amicum iustitiae finem imponimus. Nam quod ais[a], ut illic[b] personam dirigere[c] debeamus, qua praesente de his quae dicuntur possit esse probatio, esset utcumque excusabile, si umquam ratio ei qui accusatur necessitatem probationis imponeret[1]. At[d] postquam non tibi, sed accusantibus hoc onus incumbit, ad nos, sicut praefati sumus, dilatione cessante venire non desinas: et aut sine mora aderit accusator[e], qui ea quae de simoniaca heresi vel aliis dicta sunt congruenti probatione suffulciat, aut certe in his quae ad salubritatem negotii ipsius pertinent interveniente beato Petro apostolorum principe dispensatio iusta proveniet, quatenus nulla nos ante Deum dissimulatione pro eo, quod haec ad nostram conscientiam[f] pervenere[g], reatus possit culpa confundere. Quod vero indicas serenissimos dominos, ut illic debeat esse cognitio, praecepisse, nos quidem nullas eorum de hac re alias, nisi ut ad nos venire debeas, iussiones accepimus. Sed et si forsitan pro reipublicae suae utilitate, quae divina sibi largitate concessa est, multa cogitantibus et in diversis sollicitudinibus occupatis suggestum est[h] et eorum est iussio per obreptionem elicita[i], postquam et nobis et omnibus notum est piissimos dominos disciplinam diligere, ordines servare, canones venerari et in causis se sacerdotalibus non miscere[2], instanter exequimur[k], quod et illorum iuvat animam atque rempublicam, et ad quod nos terribilis tremendique iudicis respectus impellit.

Quiescere[l] ergo a cunctis excusationibus et huc[m] adesse non differas, ut veritatis indagatione roborati causae tuae tandem terminus imponatur. Quod autem valde te pertimescere ac omnino trepidare cognovimus, ne hoc fortasse in te ulciscamur[n], quod sine nostro consensu ad sacerdotalem cognosceris ordinem inordinate prorupisse: intolerabilis quidem culpa est, sed hanc secundum iussiones serenissimi domini imperatoris, si nequaquam amplius in contumaciae tuae errore perstiteris[o], laxamus[p] atque de hac re contra te minime movemur. Sed alia quae nobis dicta sunt inrequisita[q] praeterire non patimur[3].

Quia vero dudum scripta[4] tibi transmisimus, ut, quoadusque voluntatem eiusdem serenissimi domini cognosceremus, missarum sollemnia celebrare nullo modo auderes[r], sed tu velata[s] mente egisti callide, ne eadem scripta susciperes, quae tamen eorum esset sententia, quoquo modo cognovisti, sed servare noluisti, ideoque ea quae tibi prius scripta transmisimus confirmamus, ut missarum sollemnia celebrare non audeas, donec omnia quae contra te dicta sunt suptiliter inquisita fuerint ac discussa. Qui si perverso[t] forsitan[u] ausu celebrare praesumpseris, ab interdicta pridem communionis interminatione liberum te non esse cognoscas. Nam si etiam alii excessus desint, pro hac solummodo culpa superbiae dominici te corporis ac sanguinis communione

a) *ex* ait *corr. r 2.* b) *ita R 1, r 1;* illuc *r 2.* c) *corr. ex* direge *r 2.* d) ut *r 1.* e) *ex* accusatus *corr. R 1.* f) *in* scientiam *corr. R 1.* g) *ex* pervenire *corr. R 1;* pervenire *r 1.* h) est *om. r 1. 2.* i) *corr. ex* inlicita *R 1.* k) *ex* exsequemur *corr. r 2.* l) quiescere *R 1, r 2;* quiesce *r 1, sed sequitur ras. 2 litt.* m) *ex* adhuc *corr. r 2.* n) ulciscatur *R 1.* o) persisteris *r 1. 2.* p) relaxamus *R 1.* q) *corr. in* requisita *R 1.* r) *ex* audires *corr. R 1.* s) tu belata *in* tu velata *corr. R 1;* tu elata *r 1. 2.* t) *ex* perso *corr. r 2.* u) forsan *R 1.*

1) *Marcianus in D. XXII, 3, 21:* semper necessitas probandi incumbit illi qui agit. 2) *Eadem verba in ep. IV, 20.* 3) *Cf. ep. V, 39 p. 328 n. 5; p. 329 n. 1.* 4) *Scil. ep. IV, 20.*

privamus. Pro qua re oboedientiam quam[a] decet exhibens ad nos summopere, sicut diximus, venire festina, ita ut triginta[b] dierum[c] spatium habeas, quatenus iter tuum praepares et omni excusatione postposita huc adesse non differas.

Si qua autem a iudicibus vel manu militari seu a populo ad contradicendum itineri tuo occasio fuerit exorta, qua calliditate agatur, agnoscimus. Ipse ergo iam videas, quam vel hic hominibus vel in futuro iudicio omnipotenti Deo de tua reddas obligatione rationem, qui districtam in te ex tuo contemptu provocasti sententiam.

Praeterea pervenit ad me, quia Paulinus frater et coepiscopus meus et Honoratus ecclesiae Salonitanae archidiaconus pro eo, quod praesumptioni tuae noluerint[d] praebere consensum[1], graves a te molestias patiantur, ita ut datis fideiussoribus sint constricti, quatenus eis civitatem vel domos suas egredi omnino non liceat. Quod si ita est, vel sero iam ad sensum[e] salutis rediens scriptis praesentibus acceptis ab utrorumque te suspende molestia, ut eis libera sit licentia vel ad me veniendi, si voluerint, vel quolibet alibi pro suis utilitatibus proficisci.

VI, 26.

Gregorius I. papa clero et nobilibus Salonitanis scribit, ne Maximum sibi in odio esse putent. Quem, ut Romam veniat, impellere eos iubet. Praeter Paulinum episcopum et Honoratum archidiaconum Maximi societate abstinere neminem miratur. 596, Ian.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 126 (Ind. XIIII. cap. 26).
Edd. M: Lib. VI. ep. 26; G: Lib. V. ep. 26. — Iaffé Reg. 1406 (1037).

GREGORIUS DILECTISSIMIS FILIIS, CLERO, NOBILIBUS SALONIS CONSISTENTIBUS.

Pervenit ad me, quod quidam[a] perversae mentis homines, ut dilectionis vestrae animos vulnerarent, vobis insinuare conati sunt, quia ego[b] contra Maximum quodam[c] odio movear et non magis quae canonica, sed ea quae furoris[d] sunt exequi concupiscam. Sed absit hoc, absit a sacerdotali animo, ut in qualibet causa privato zelo moveatur. Ego autem et vestrae dilectioni providens et meae animae omnipotentis Dei iudicium pertimescens eiusdem Maximi causas suptiliter exquiri desidero, si nullis criminibus pressus, quae sacro ordini contradicunt, si non per simoniacam heresem, id est praemia quibusdam se eligentibus[e] praebendo, ad sacerdotale pertingere[f] officium conatur[g]. Tunc liber pro vobis apud Dominum intercessor erit, si non obligatus de suis ad locum intercessionis venerit.

a) ut *R 1.* b) XXX *r 1;* ad viginti *R 1.* c) dies *R 1.* d) noluerunt *r 1.* e) sensus *r 1. 2.*

VI, 26 in titulo: et nobilibus Salonę constitutis *R* 1; sec. ed. M:* presbyteris diaconibus nobilibus populo Iadertae consist. *Vatic. D; cf. ep. VI, 46.* a) quod quidam] *ita cum ep. VI, 46 ed. M;* quosdam *codd. n.* b) constric *add., sed eras. R 1.* c) quondam *r 1.* d) *ita r 1, ep. VI, 46;* foris *R 1, r 2.* e) diligentibus *R 1.* f) pertingeret *r 1; ex* pertineret *corr.* pertinere *et suprascr.* vel pertingere *r 2.* g) *suprascr.* vel conatus est *r 2.*

1) Maximo non communicabant, ut ex ep. seq. apparet. De Honorato cf. ep. I, 10 n. — Cuius civitatis hic Paulinus episcopus fuerit, nescimus. De Paulino quodam Taurianensi episcopo cf. ep. I, 38 n. 1. —

VI, 26 Cf. ep. praecedentem. Qui sint nobiles, videas in n. ad ep. V, 54.

Cuius tamen iam culpa superbiae in aperto monstratur, quod evocatus, ut ad nos venire debeat, diversis excusationibus renititur, refugit, metuit. Unde ergo trepidat, si eum de his quibus inclamatus est conscientia non accusat? Ecce enim iam diu dilectio vestra sine pastore est et, sicut vobis omnipotens Deus innotescat, vehementer destitutioni vestrae et medullitus ex toto corde compatior. Audio[h] enim, quae in grege Domini dilacerationes[i] fiunt. Sed cum pastor deest, quis contra lupos invigilet? Ideoque praedictum Maximum, ut huc ad nos veniat, urguete, quatenus, si hunc innocentem invenire possumus, confirmemus, sin vero ea quae de ipso dicta sunt vera patuerint, non iam tamdiu dilectio vestra per interpositionem personae eius destituta sit.

De me enim certum tenete, quia neque odio neque privati studii zelo contra eum movear; sed quicquid canonicum iustumque fuerit, auctore Domino decerno.

Miratus autem valde sum, quia in tanto Salonitanae[k] ecclesiae clero vel populo vix duo ex sacris ordinibus inventi sunt, frater scilicet et coepiscopus meus Paulinus et dilectissimus filius meus Honoratus archidiaconus eiusdem ecclesiae[1], qui communicare Maximo sacerdotium rapienti minime consentirent et se Christianos esse cognoscerent. Debuistis enim, filii carissimi, pensare ordines et, quem sedes apostolica repellebat, repulsum cognoscere, ut prius, si posset, ab inlatis criminibus mundaretur: et tunc ei vestra dilectio communicaret[l], ne particeps obligationis eius existeret. Nos tamen erga[m] caritatem vestram visceribus humanitatis astringimur et, quia quosdam vestrum violenter pressos ad consentiendum ei ad[n] communicandum cognovimus, omnipotentem Dominum deprecamur, ut vos ab omni reatu peccatorum vestrorum atque ab omnibus vinculis alienae obligationis absolvat vobisque et in praesenti vita suae protectionis gratiam tribuat et nos de vobis in aeterna patria gaudere concedat.

MENSE MARTIO INDICTIONE XIIII.

VI, 27.

Gregorius I. papa Candido, episcopo Urbis Veteris maioris, presbyteris carenti concedit, ut monachos parochiae suae, quorum abbates assenserint, presbyteros ordinet.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 127 (Ind. XIIII. cap. 27). *596, Mart.*
Edd. M: Lib. VI. ep. 28; G: Lib. V. ep. 27. — Iaffé Reg. 1407 (1039).

GREGORIUS CANDIDO EPISCOPO DE URBE VETERI MAIORE.

Indicavit nobis fraternitas tua non se habere presbyteros et ex hac causa necessitatem non modicam sustinere. Et quia in quibusdam monasteriis in sua parochia constitutis quosdam esse monachos perhibet, qui ad hoc apti possint esse officium et

h) *ex* audi *corr.* audivi *r 1.* i) *ita R 1;* dilationes *r 1;* dilaniationes *r 2, ut videtur.* k) Salonitano *R 1.* l) *ex* communiret *corr. r 2.* m) ergo *r 1.* n) et *r 1.*

Mense *cet. ad ep. praeced. trahunt r 1. 2. R* 1.*

VI, 27 in titulo: Vetus *r 1. 2;* Vet *R 1; rubro add. R 1, sed eras.:* ut licentiam si necesse fuerit . . [*9 litterae*] . . abbatis (clero?) diocesis . . . . . e. —

1) De his personis cf. ep. praeced. p. 404 n. 1.

VI, 27 De hoc episcopo et de Urbe veteri (= Orvieto, Volsinii) cf. ep. II, 11. I, 12 not. V, 57ª p. 366 n. 11 et Troya, C. d. I, p. 146. V, p. 415 ss. An maior appellatur propter castrum Viterbi, quod parvum erat?

eos se[a] cum nostra auctoritate ad hunc postulat ordinem promovere[b] [1], propterea praesentibus vobis licentiam damus epistolis monachos de monasteriis in tua parochia positis cum consensu abbatis sui tollere et presbyteros ordinare. Sed illud prae omnibus estote solliciti, ut vitam actusque eorum qui in hoc sunt officio constituendi suptiliter debeatis inquirere et tunc eos, si digni fuerint, ordinare. Si vero aliqua in eos culpa claruerit, quae[c] eos ad hunc[d] ordinem canonica[e] prohibitione[f] provehi non permittat, nullius vobis supplicatio aut gratia personae subripiat, ut talibus debeatis manum imponere, ne, quod absit, hic honor et illis poena et vobis incipiat esse peccatum [2].

VI, 28.

Gregorius I. papa Marinianum, episcopum Ravennatem, qui monasterium a decessore conditum iniuriis afficere conetur, reprehendit. Ne monasteria a clericis vexari sinat, praecipit. Romanum et Dominicum clericos, qui Roma discesserint, ad eorum officium reducat. *596, Mart.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 128 (Ind. XIIII. cap. 28).
Edd. M: Lib. VI. ep. 29; G: Lib. V. ep. 28. — Iaffé Reg. 1408 (1040).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Miramur, cur sic in brevi fraternitatis tuae fuerit inmutata discretio, ut ea quae postulat non advertat. Ex qua re dolemus, quia manifestum praebes indicium[a] plus apud te verba male suadentium [1] valuisse, quam divinae lectionis studium profecisse. Cumque[b] ergo monasteria te oporteat defensare et religiosos illic summopere congregare, ut lucrum de animarum congregatione possis efficere, in eorum te e diverso gravamine, sicut litterae tuae testantur, desideras exercere et, quod est deterius, nos tuae culpae studes fieri debere participes, scilicet dum cum nostro consensu monasterium, quod decessor tuus condidit, cupis sub curandarum rerum[c] atque causarum nomine praegravare [2].

Debes enim recolere, quia te praesente, diversis etiam presbyteris ac diaconibus clericisque tuis contra testamentum[d] ipsius[e] praesentibus praeceptum [3], sicut postulavere, concessimus, ubi tamen eiusdem decessoris tui dispositio quam fecerat de monasterio ipsa[f] firmata est: et nunc ista dissimulans contraria nos poscis debere praecipere. Et haec quidem, scimus, non tua sunt; sed dum incongrua dicentes audire non rennuis, non solum opinionem tuam, sed gravas et animam. Quia ergo mul-

a) se *om. r 1.* b) promoveri *R 1, r 1. 2.* c) qua *R 1, r 1.* d) hunc *in ras. R 1.* e) *ex* canonicam *corr. R 1.* f) proibitio *et ras. 2 litt. R 1.*

VI, 28 in titulo: Mariniano *r 1. 2. R 4;* Marino *R 1.* a) iudicium *r 1. 2.* b) que *expunx. r 2.* c) sub cura quarundam rerum *R 4, r 1.* d) *ex test.:* testamentum *corr. R 1;* tuum *r 1; om. hoc verbum R 4, r 2.* e) contra ipsius *eras. r 2;* ipsis *r 1. R 4.* f) *ita R 1;* ipso *r 1. 2;* de manu nra. *pro* de monasterio ipso *R 4.*

1) De eadem causa cf. ep. I, 18; de quodam, qui ex monacho episcopus fieri debebat cf. ep. XII, 4. 2) Similia verba in omnibus fere epistulis, quibus visitatori praecipitur, ut episcopum eligi curet.

VI, 28 De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. 1) Eaedem personae esse videntur, quae in ep. VI, 24 dicuntur de clero et populo *fuisse, ea scilicet factio, qua Ravennae civitas contra Romanum pontificem agitabatur. 2) De monasterio S. Apollinaris, ut ex ep. VI, 1 apparet, agitur. De monasteriorum privilegiis agitur ep. V, 47. 49. 3) Scil. ep. VI, 1.*

tum diligo, instanter ammoneo, quod[g] districte[h] considera: non plus pecuniae, quam animabus studeas; illud a latere respiciendum est[i], ad hoc autem tota mentis intentione laborandum ac vehementius innitendum; huic rei operam et sollicitudinem vigilanter impende, quia redemptor noster a sacerdotis officio non quaerit aurum, sed animas.

Praeterea pervenit ad nos, quia monasteria quae sub fraternitate tua sunt constituta clericorum importunitatibus et[k] diversis eorum molestiis[l] praegraventur. Quod ne de cetero fiat, stricta hoc interminatione compesce, quatenus[m] monachis illic degentibus libere in Dei nostri liceat laudibus exultare.

Romanum vero atque Dominicum clericos[4], qui de hac urbe temerario ausu sine nostra[n] praesumpserunt benedictione[o] decedere, licet maiori fuerant ultione plectendi, tamen relaxare eos[p] benignitatis studio debetis, ut[q] ad suum remeare officium videantur[r].

MENSE APRILI INDICTIONE XIIII.

VI, 29.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, scribit mancipia cum Iudaica tum pagana, quae ad Christianam fidem venire voluerint, in libertatem vindicanda esse; negotiatori vero, si servus mandatu alterius emptus tribus post mensibus ad ecclesiam confugiat, pretium a mandante numerandum. *596, Apr.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 129 (Ind. XIIII. cap. 29).
Edd. M: Lib. VI. ep. 32; G: Lib. V. ep. 31. — Iaffé Reg. 1409 (1043).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Fraternitati vestrae ante hoc tempus scripsimus[1], ut hos qui de[a] Iudaica superstitione ad christianam fidem Deo adspirante venire desiderant dominis eorum nulla esset licentia venundandi, sed ex eo[b] voluntatis suae desiderium prodidissent, et[c] defendi in libertatem per omnia debuissent[2]. Sed quia, quantum cognovimus, nec[d] voluntatem nostram nec legum statuta suptili scientes discretione pensare in paganis servis hac se non arbitrantur condicione constringi, fraternitatem vestram oportet esse sollicitam; et si de eorum servitio non solum Iudaeus, sed etiam quisquam[e] paganorum fieri[f] voluerit Christianus, postquam voluntas eius fuerit patefacta, nec hunc sub quolibet ingenio[3] vel argumento cuipiam Iudaeorum venundandi facultas sit, sed

g) quid *r 2.* h) *ita r 1. R 4;* si stricte *R 1. r 2.* i) est *om. R 4.* k) et *ex* e *corr. R 1.* l) *ex* molestia *corr. R 1.* m) qualiter *R 1.* n) vestra *R 1, r 2.* o) dictione *R 1, r 2.* p) relaxari eis *codd. n.* q) debetis ut *om., post. add. r 2;* et *R 4; utrumque verb. om. r 1. R 1.* r) videatur *R 4.* Mense *cet. ad ep. praeced. trahunt r 1. 2. R* 1. R 4.*

VI, 29 in titulo: R 1 eras.: de Iudeorum servis faciendis Christianis. a) de *om. R 1.* b) quo *suprascr. R 1;* sed si ex eo vol. *r 1.* c) et *om. R 1.* d) *ex* et *corr. r 2;* et *r 1.* e) quisque *r 1.* f) *corr. ex* fierit *r 1.*

4) R. atque D. clericos ecclesiae Ravennatis fuisse contendo, non, ut Maurini putant, ecclesiae Romanae; nam de poena in eos ab episcopo Ravennate adhibenda agitur.

VI, 19 De Fortunato cf. not. ad ep. III, 58. *1) Hae litterae deperditae sunt.* *2) De Iudaeorum mancipiis eorumque condicione cf. notam Ewaldi 3 ad ep. IV, 9.* *3) Maurini notant Gregorium nostrum eodem verbo* ingenium *pro* commentum vel artificium quodlibet, *sicut hic, uti in ep. IX, 128,*

is qui ad christianam converti fidem desiderat defensione vestra in libertatem modis omnibus vindicetur. Hi vero quos huiuscemodi oportet servos amittere, ne forsitan utilitates suas inrationabiliter aestiment impediri, sollicita vos hoc convenit consideratione servare, ut, si paganos, quos mercimonii causa de externis finibus emerint[4], intra tres[g] menses, dum emptor, cui vendi debeant, inveniatur[h], fugere ad ecclesiam forte contigerit et velle se fieri[i] dixerint Christianos vel etiam extra ecclesiam hanc talem voluntatem prodiderint, pretium eorum a christiano scilicet emptore percipiant. Si autem post praefinitos tres menses quisquam huiusmodi servorum velle suum edixerit[k] et fieri voluerit Christianus, nec aliquis eum postmodum emere nec dominus sub[l] qualibet occasionis specie audeat venundare, sed ad libertatis procul dubio praemia perducatur, quia[m] hunc non ad vendendum, sed ad serviendum sibi intellegitur reservasse. Haec igitur omnia fraternitas vestra ita vigilanter observet, quatenus ei nec supplicatio quorundam valeat nec persona subripere.

VI, 30.

Gregorius I. papa Leoni, episcopo Catanensi, praecipit, ut servos paganos a Samaraeis circumcisos in libertatem vindicet, ecclesiasticam tuitionem eis impendat nec dominis eorum pretium restituat. *596, Apr.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 130 (Ind. XIIII. cap. 30).
Edd. M: Lib. VI. ep. 33; G: Lib. V. ep. 32. — Iaffé Reg. 1410 (1044).

GREGORIUS LEONI EPISCOPO CATENENSI.

Res ad nos omnino detestabilis et legibus inimica pervenit, quae, si vera[a] est, fraternitatem tuam vehementer accusat, quia eam de minori sollicitudine probat esse culpabilem.

Comperimus autem, quod Samaraei[1] degentes Catenae[b] pagana mancipia emerint atque ea[c] circumcidere ausu temerario praesumpserint. Idcirco necesse est, ut omni modo zelum in hac causa sacerdotalem exerceas et cum omni hoc vivacitate ac sollicitudine studeas perscrutari; et si ita repperreris, mancipia ipsa sine mora in libertatem modis omnibus vindica et ecclesiasticam eis tuitionem impende nec quicquam dominos eorum de pretio quolibet modo recipere patiaris: qui non solum hoc damno multandi, sed etiam alia erant poena de legibus feriendi[d] [2].

---

g) tot *R 1, r 1;* tot *corr. in* tres *r 2.* h) inveniatur *r 1;* invenitur *R 1, r 2.* i) fieri *om. sed in marg. add. r 1.* k) servorum suum esse dixerit *R 1.* l) *ita R 1; om.* sub *r 1. 2.* m) qui *R 1.*

VI, 30 in titulo: epi *r 1* — Catenensi *r 1;* Caten. *corr. in* Catin. *r 2;* Catinensi *R 1;* Cat. *om. R* 1* — Leontio ep. Cataniensi *Vatic. A.* — *R 1 rubro add., sed erad.:* ut non liceat Iudeis Christianos emere ad serviendum sibi. a) *ex* vestra *corr. r 2.* b) *in* Catinae *corr. r 2.* c) ea *om. R 1.* d) feriendis *r 1.*

4) Cf. quae de pueris Anglis emendis praecepit noster ep. VI, 10. In Gallia tunc temporis praecipue servi empti esse videntur: cf. ep. IX, 104, eidem Fortunato, cuius zelus pro Christianis mancipiis *laudatur, missam.*

VI, 30 De Leone cf. ep. I, 70 not. 3. IV, 34 n. et quae ibid. laudantur. Adde ep. VI, 45 not. 1) Maurini putant et hic et ep. VIII, 21 non de Samaritanis, sed de Iudaeis papam loqui; contra Gothofredus in comm. ad l. 16 C. Th. XVI, 8, recte, ut mihi quidem videtur contendit etiam per Occidentem Samaritanos sparsos fuisse. Cf. Cassiod. Var. III, 45. De Samaritanorum haeresi cf. Nov. 129. 2) Ex lege Constantii (C. J. I, 10, 1) etiam capitali sententia puniendi erant.

VI, 31.

Gregorius I. papa Castorio, notario suo, mandat, faciat, ut grandiores aetate homines affirment, quibus diebus episcopi Ravennates ante Iohannis, quondam episcopi, tempora pallio usi sint. Indiculum iurisiurandi in calce adnectit. Spatham, Ravennae relictam, praecipit, ut secum revocet et attendat, quod Bonifatius diaconus et Maurentius chartularius scripserint. *596, Apr.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 131 (Ind. XIIII. cap. 31).
Edd. M: Lib. VI. ep. 61; G: Lib. V. ep. 33. — Iaffé Reg. 1411 (1046).

GREGORIUS CASTORIO NOTARIO NOSTRO.

Vir magnificus[a] domnus Andreas[1] crebro mihi inminet de usu pallii secundum antiquam consuetudinem in Ravennati ecclesia[b] restituendo: et sciens, quia Iohannes episcopus mihi scripserit[2], quod in letaniis sollemnibus consuetudo fuit eiusdem ecclesiae episcopis[c] uti pallio, huius[d] ecclesiae diaconus Adeodatus[3], cum me pro eadem causa fortiter rogaret, iureiurando satisfecit, quia quater in anno uti in letaniis pallio eiusdem loci episcopi solebant. Praedictus domnus Andreas in epistolis suis dicit, quia praeter in[e] Quadragesima omni tempore Ravennas[f] episcopus in letaniis pallio utebatur et ipsas asserit[g] letanias[h] sollemnes, quas non erubescit dicere cotidianas. Unde, omnino miratus sum. Sed tua experientia nullius personam, nullius verba consideret: solum Dei timorem et rectitudinem ante oculos habe et seniores personas et eiusdem ecclesiae[i] archidiaconem[4], quem non suspicor pro alterius honore periurare, et alios antiquiores, qui in sacris ordinibus ante Iohannis episcopi tempora fuerant, requirat[k], vel si qui maturiores sunt extra sacros ordines; et veniant[l] ante corpus sancti Apollinaris[5] et tacto eius sepulcro iurent[m], quae consuetudo ante Iohannis[n] episcopi tempora fuerit[o], quia, sicut scis, isdem vir multum praesumptor extitit et multa sibi per superbiam conabatur arrogare. Et quicquid a fidelioribus viris et gravibus iuratum[p] fuerit secundum indiculum[6] qui subter[q] adnexus est, hoc volumus in eadem ecclesia conservari. Sed vide, ne neglegenter agas, ne quis fidem tuam aut devotionem[r] in hac causa corrumpat: zelum enim tuum scio. Age sollicite, ita tamen ut praedicta ecclesia contra iustitiam non gravetur, sed usus qui ante Iohannis[n] episcopi tempora extitit ei conservetur. Personas autem non duas vel tres ad satisfaciendum tibi, sed quantas antiquiores et graviores inveneris require, ut neque quod usus fuit antiquior eidem ecclesiae denegemus neque quod novo ausu appetitum est

VI, 31 a) v̄m. *r 1. 2 et in marg.* vir magnificus *r 2;* venerabilis *R 1;* quoniam *R* 1.* b) ecclesiae *r 1.* c) *ita r 1;* ep̄m *R 1:* epis *ex* ēps *corr. r 2.* d) cuius *R 1.* e) in *om. r 2.* f) *ex* Rabennati *corr.* Rabennatis *R 1.* g) esse *add. R 1.* h) laetaniis *r 1.* i) person. eiusd. eccl. *(om.* et*) r 1; post* ecclesiae *add.* et *m. post. r 2.* k) *ex* requirant *corr. R 1.* l) veniat *codd. n., sed corr. in* veniant *R 1, r 2.* m) *ex* iuret *corr. r 2.* n) *ex* Iohe *corr. R 1.* o) fuerint *R 1.* p) *ex* iuramentum *corr. R 1.* q) super *r 1. 2, sed suprascr.* vel supter *r 2; ex* super: sub *corr. et postea* ter *add. R 1.* r) *ita R 1, r 1;* tuam, *ut videtur, add. r 2.*

VI, 31 De Castorio, notario vel chartulario, apocrisiario Ravennae cf. ep. V, 24 not. *1) An Andreas, v. m., idem fuerit atque A. scholasticus, nescimus: cf. ep. V, 51 not.; adde ep. V, 11 n. 1.* *2) Cf. ep. III, 54. 66.* *3) De Adeodato quondam diacono ecclesiae Ravennatis, cf. ep. V, 11 n. 2. IX, 167.* *4) Donatum archidiaconum, quem exarchus episcopum Ravennae facere voluit, Gregorius respuit: ep. V, 51* quoniam multa inventa sunt, quae eum procul ab episcopatu removerent. *5) In ecclesia S. Apollinaris in Classe, ut apparet ex Agn. c. 77. 114.* *6)* Indiculum episcopi *et* ind. sacramenti *in Diurno, f. 75 s.;* indiculum pontificis, *f. 83;* indiculus aepistolae faciendae, *f. 1.*

concedamus[1]. Sed omnia age blande et dulciter, ut et actio tua districta sit et lingua mitis.

Spatham quae illic dimissa est[2], sicut iam pridem scripsimus, tecum revoca et hoc quod tibi filius noster diaconus Bonifatius[a 3] et vir magnificus[b] Maurentius[4] chartularius scripsit sollicite attende[c].

IURAMENTUM[d]. Iuro ego per Patrem et Filium et Spiritum sanctum[e], inseparabilis[f] divinae potentiae trinitatem[f], et hoc corpus[5] beati Apollinaris martyris me pro nullius favore personae neque commodo aliquo interveniente testari. Sed hoc scio et per memetipsum cognovi, quia ante tempora Iohannis quondam episcopi Ravennas[g] episcopus praesente apocrisiario[h] sedis apostolicae illo atque[i] illo et illis diebus consuetudinem utendi pallio habuit: non cognovi, quia hoc latenter vel absente apocrisiario usurpasset[k].

VI, 32.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono suo Neapolim dolorem suum e rebus Campanis ortum significat et per Stephanum, virum magnificum, latorem praesentium, pecuniam ad redimendos captivos mittit; mandat ut substantiam quondam Mariae describat.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 132 (Ind. XIIII. cap. 32). *596, Apr.*
Edd. M: Lib. VI. ep. 35; G: Lib. V. ep. 34. — Iaffé Reg. 1412 (1047).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO NOSTRO NEAPOLIM.

Quantus dolor quantaque nostro sit cordi afflictio de his quae in partibus Campaniae contigerunt, dicere non possumus; sed ex calamitatis[a] magnitudine potes ipse colligere[1]. Ea de re pro remedio captivorum qui tenti sunt solidos experientiae tuae per harum[b] portitorem Stephanum virum magnificum[c 2] transmisimus ammonentes, ut omnino debeas esse sollicitus ac strenue peragas et liberos homines, quos ad redemptionem suam sufficere non posse cognoscis, tu eos festines redimere[3]. Qui vero servi

a) Bonifacius *r 1. 2.* b) $\overline{\text{vm}}$ *R 1;* $\overline{\text{vv}}$ *r 1;* vestrum, *sed expunx. r 2.* c) attendite *r 1.* d) *ita r 1 rubris litt.; om. cet. codd.* e) scm̄ spm̄ *r 2.* f) inseparabili — trinitate *R 1.* g) Ravennatis *R 1.* h) *in marg. add.* legato *r 2.* i) *ex* at *corr. r 2.* k) *ita r 1;* usurpasse *R 1. R* 1, r 2; in* usurpasset *corr. r 2.*

VI, 32 in titulo: Neapolim *r 1;* Neapli *R 1, r 2 —* nostro Neap. *om. R* 1.* a) eius *add. R 1.* b) *ita r 1. 2;* $\overline{\text{vrm}}$ *R 1.* c) $\overline{\text{vm}}$ *r 1. 2; om. R 1; rasura post* Stephanum *R 1, r 2.*

1) *Cf. ep. Iohannis Rav., III, 66:* beat. domnus meus nihil me contra priscam consuetudinem estimet attemptasse, quod et a multis et prope ab omnibus civibus huius urbis, etiam inter gesta, si adquievisset suprascr. rev. notarius, potuerat attestari. 2) *Cf. ep. VI, 24 n. 7.* 3) *Quis Bonifatius hic sit, ignoramus; cf. ep. V, 6 p. 287 n. 2; Wisbaum, l. l. p. 10 putat eum esse, quem primo loco enumeravimus.* 4) humilis *vel, ut Ewald coniecit,* v. m. *Maurentius iam in ep. I, 21 commemoratur atque in ep. I, 3, ut hic* v. m. chartularius *dicitur; eundem esse puto illum Maurentium qui inde a m. Febr. a. 598 magister militum et vir gloriosus appellatur: cf. ep. VIII, 12.* 5) *Similia verba in formulis Diurni 75. 76.*

VI, 32 De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, cf. ep. I, 23 not. 1) *Optime cum hac epistula concordat ep VI, 63 eodem m. Aprili scripta, in qua scribit noster bello partes Romanas et insulas in grave periculum adductas esse. Sine dubio Arichis, dux Beneventanus, vicinas Campaniae provincias iterum depopulatus est. Nam circa hoc tempus, ut ex ep. VII, 23 apparet, etiam Cotrona civitas expugnata eiusque habitatores capti sunt.* 2) *Quis fuerit, ignoramus. Etiam Stephanus, chartularius in Sicilia, vir magnificus appellatur: ep. II, 29. III, 3. V, 38.* 3) *Quo studio noster redemptionem captivorum curaverit, intellegi potest cum ex multis aliis epistulis tum ex ep. VII, 23.*

fuerint et dominos eorum ita pauperes esse compereris, ut eos redimere non adsurgant, et hos quoque comparare non desinas. Pariter etiam et servos ecclesiae qui tua neglegentia perierunt curabis redimere. Quoscumque autem redemeris, suptiliter notitiam[4], quae nomina eorum vel, quis ubi maneat sive quid agat seu unde sit, contineat, facere modis omnibus studebis, quam tecum possis afferre, cum veneris[5]. Ita autem in hac te re studiose[d] exhibere festina, ut hi qui redimendi sunt nullum te neglegente periculum possint incurrere et tu apud nos postea vehementer incipias esse culpabilis. Sed et[e] hoc quam maxime age, ut, si fieri potest, captivos ipsos mitiori possis pretio comparare.

Substantiam vero quondam[f] Mariae[g] sub omni puritate atque suptilitate[h] describe et ipsam nobis descriptionem cum celeritate transmitte.

MENSE MAIO INDICTIONE XIIII.

VI, 33.

Gregorius I. papa Secundinum, episcopum Tauromenitanum, hortatur, ne Sincerem, latorem praesentium, qui Hilari soceri hereditatem repudiaverit, ad solvenda defuncti debita cogi neque retinere sinat, quominus Romam veniat. *596, Mai.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 133 (Ind. XIIII. cap. 33).
Edd. M: Lib. VI. ep. 36; G: Lib. V. ep. 35. — Iaffé Reg. 1415 (1048).

GREGORIUS SECUNDINO EPISCOPO TAUROMENITANO.

Et legum[a] ratio et aequitas ammonet naturalis, ut, quisquis hereditatem aut rennuit aut parentum successione se abstinet, hereditaria non debeat onera sustinere. Quia igitur Sinceris lator praesentium Hilarum socerum suum omnino inopem defunctum innotuit et uxorem suam[b], filiam[c] ipsius, in qualibet re eius se substantiae minime miscuisse et ad persolvendum paternum debitum eam ab eius queritur creditoribus perurgueri, idcirco fraternitas vestra diligenter[d] inquirat et, si ea quae ait veritate subsistunt, sacerdotalem illis studeat tuitionem impendere nec eos contra rationis ordinem vexari aut damnum permittat aliquod sustinere. Nam valde durum est, ut, unde nullum sensit commodum, sustineat iniuste dispendium. Suprascriptus[e] autem portitor, si hic cum uxore sua venire voluerit, quia illic se dicit non posse subsistere, vestris[f] propter

d) *in* studiosum *corr. r 2.* e) et *om. r 1.* f) *ita R 1;* substantiam quoddam, *sed expunx.* quoddam *r 2;* substantiae vero quiddam *r 1.* g) *ita R 1; om. hoc verb. r 1. 2.* h) atque suptil. *om. R 1.*

Mense *cet. ad ep. praeced. trahunt r 1. 2. R* 1.* — Maio mense *R* 1.*

VI, 33 in titulo: Tauro. *R 1;* Taurom̄ *r 1. 2;* Tauromeniae episcopo *tres Vatic. sec. ed. M — R 1 add. rubro, sed delerit:* ut qui parentum heres esse noluerit, debitum parentum reddere non cogatur. a) et *add. r 1. 2;* vigor *suprascr. r 2.* b) et *post. m. hic add. r 2.* c) filium *r 2.* d) de *add., sed delineavit R 1.* e) superscriptus *R 1;* s̄s̄ *r 1. 2, sed corr. in* supradictus *r 1.* f) vestris *R 1, r 2, sed in* vestro *corr. r 2;* vestro *r 1.*

4) *Quid sit* notitia *colligas ex ep. IV, 15. IX, 19. 94. 199. Cf. Marini, pap. dipl., p. 270.* 5) *An rector patrimonii Siciliae certis intervallis Romam proficiscebatur rationes redditurus?*

VI, 33 De Secundino cf. ep. I, 71 n. 4.

Deum solaciis[g] potiatur[h], nec cuiusquam eos illic adversitas pro sua tantum voluntate retineat, aut eis inrationabiliter molestus existat, sed liberam habeant quo voluerint[i] eundi licentiam, quatenus vivendi subsidium alio saltem Deo largiente repperiant.

MENSE IUNIO INDICTIONE XIIII.

VI, 34.

Gregorius I. papa Columbo, episcopo Numidiae, Rogatianum, diaconum eius, latorem praesentium, rectori patrimonii Siciliae a se commendatum esse nuntiat. Petri, episcopum se fuisse affirmantis, qui cum illo revertitur, causam ei delegat. Praecipit, ne catholicorum filios servosque a Donatistis baptizari patiatur. 596, Iun.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 134 (Ind. XIIII. cap. 34). Edd. M: Lib. VI. ep. 37; G: Lib. V. ep. 36. — Iaffé Reg. 1416 (1049).

GREGORIUS COLUMBO EPISCOPO NUMIDIAE.

Scripta fraternitatis vestrae sacerdotali plena dulcedine praesentium portitore Rogatiano diacono deferente suscepimus. Et valde nos eorum laetificavit benigna locutio, praesertim quia per ea de vestra, quod desiderii nostri est, incolumitate cognovimus. Devotionem vero sanctitatis vestrae et olim novimus et nunc, sicut scribitis, sic habemus. Nam qualis erga nos fraternitatis sit vestrae sinceritas, satisfactione[1] non egemus, quia eam ex mentis nostrae, quae circa vos est, dilectione cognoscimus. Suprascripto[a] autem latori, quem nobis epistolariter commendastis, scripta ad rectorem patrimonii[b] Siciliae[2] dedimus, ut[c] adversam partem facere quae iusta sunt urgueat[d], quatenus frustratoria excusatione postposita ad finem citius perducatur totius causae contentio.

Indicamus itaque sanctitati vestrae venisse ad nos quendam Petrum nomine, qui se asserit fuisse episcopum, atque causae suae a nobis remedium postulasse[3]. Et prius quidem retulit quae digna esse miseratione potuissent, sed requirentes postea multo aliter, quam indicavit, invenimus et vehementer nos eius actio contristavit. Sed quia causae ipsius interna suptiliter nequaquam addiscere tam longo itineris intervallo disiuncti potuimus, eam, incerti quippe, definire nequivimus. Nunc vero quoniam remeans suprascriptus[e] diaconus secum eum relaxari poposcit et ipse ad vos se petiit debere transmitti, scientes sanctitatem vestram zelum, sicut decet, fidei et amorem habere iustitiae, gratum nobis fuit et ea quae petiverunt[f] concessimus. Quia ergo praesentes suptilius causam potestis scire, hortamur, ut ita eidem Petro servare, quicquid

g) *ita R 1;* solacio *r 1;* solatium *in* solatio *corr. r 2.* h) *ex* patiatur *corr. r 2.* i) habeant, quo voluerint *r 1;* habeat, quo voluerit *R 1, r 2.*

Mense *cet. ad ep. praeced. trahunt r 1. 2. R* 1.*

VI, 34 a) superscripto *codd. n.* b) *ex* patrimonio *corr. R 1;* onii *in ras. suprascr. r 1.* c) *ita R 1;* et *r 1. 2.* d) urguet *R 1, r 2;* urguent *r 1.* e) ss̄ *codd.; corr. in* supradictus *r 1.* f) *ita r 1. 2;* petiverit *R 1.*

VI, 34 De Columbo cf. ep. II, 46 not. 1) *Recte Gussanv. notat satisfactionem et hic et apud iurisconsultos pro* pignus *vel* fideiussio *vel omnino pro cautione omnimodi generis poni.* 2) *Scil. Cyprianum diaconum. Haec scripta desiderantur neque scimus, de qua causa hic agatur. An etiam ecclesiae Africanae patrimonia in Sicilia possidebant?* 3) *Neque huius causae alias fit mentio.*

iustum canonicumque fuerit, debeatis, quatenus et rectitudinis vigor a vobis in omnibus impletus[g] et causa ipsius secundum Dei timorem et ecclesiae videatur regulas iudicata[h]. Si quis vero conscius vel particeps praefato Petro in his quae accusatur dicitur extitisse, suptiliter requirendum est et veritate cognita similiter canonice iudicandum.

Praeterea res ad nos omnino dura et rectae fidei inimica pervenit, quia, quod dici nefas est, catholici homines et religiosi, quod est deterius, filios mancipiaque sua vel alios quos in potestate habent in Donatistarum[4] heresem baptizari consentiunt. Et ideo, si verum est, fraternitas vestra hoc summopere studeat emendare, quatenus sinceritas fidei vestra sollicitudine intemerata consistat et innocentes animae, quae catholico baptismate salvari poterant[i], hereticorum infectione non pereant. Quisquis ergo de his personis quas[k] superius memoravimus quemquam suorum apud Donatistas passus est baptizari, ad catholicam eos fidem omni virtute omnique instantia studeat revocare. Si quis vero talium de cetero hoc fieri de suis qualibet excusatione pertulerit, a clero sit modis omnibus alienus.

VI, 35.

Gregorius I. papa Anthemio subdiacono Alexandriam, magnificam feminam, Vincomali viduam, commendat. *596, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 135 (Ind. XIIII. cap. 35).
Edd. M: Lib. VI. ep. 38; G: Lib. V. ep. 37. — Iaffé Reg. 1417 (1050).

GREGORIUS ANTHEMIO SUBDIACONO.

Quanto viduae bene viventes virorum sunt solacio destitutae, tanto eis enixius ecclesiastica est impendenda tuitio. Atque ideo huius tibi praecepti pagina[1] deputamus, quatenus Alexandriae magnificae feminae relictae quondam Vincomali[2] omni instantia omnique sollicitudine, ubi necesse fuerit, servata scilicet aequitate, tuitionem festines impendere[a] atque eius utilitatibus studiose concurrere nec eam a quoquam vexari aut permittas molestiam[b] sustinere: sed ita, sicut praediximus, ubi causa poposcerit, ope tuae sollicitudinis potiatur, ut nullus se in afflictione[c] oppressioneque ipsius te illic[d] coram posito temptet aliquatenus occupare.

VI, 36.

Gregorius I. papa Cypriano diacono Iohannem religiosum, praesentium latorem, ab Histricorum schismate ad ecclesiam reversum commendat; quem pecunia annis singulis sustentari iubet. *596, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 136 (Ind. XIIII. cap. 36).
Edd. M: Lib. VI. ep. 39; G: Lib. V. ep. 38. — Iaffé Reg. 1418 (1051).

g) *corr. in* impleatur *R 1.* h) iudicare *in* iudicari *corr. R 1.* i) *ex* poterat *corr. R 1.* k) quos *codd. n.*

VI, 35 a) *ex* impenderes *corr. R 1.* b) molestias *R 1.* c) in *add. r 1. 2.* d) illic *om., sed in marg. add. r 1.*

4) *De Donatistis cf. ep. II, 46 n. 4. V, 3 n. 2. VI, 59. 61 etc.*

VI, 35 De Anthemio, rectore patrimonii Campaniae, cf. ep. I, 23 not. 1) Praeceptionis pagina *saepe in Diurno.* 2) *Idem nomen occurrit in ep. V, 26.*

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO.

Iohannem religiosum latorem[a] [1] praesentium, qui ex Histricorum scismate[2] ad sinum sanctae ecclesiae Deo revelante accepta ratione reversus est, dilectionem tuam aequitate servata habere necesse est in omnibus commendatum atque ei, in quibus causa poposcerit, ecclesiasticam tuitionem impendere. Cui etiam pro stipendiorum suorum subsidio ab illa[b] [3] indictione annis singulis tot[3] solidos dare te volumus, quos tuis per omnia noveris rationibus reputandos[4].

VI, 37.

Gregorius I. papa Dono, episcopo Messanensi, Georgium, praesentium latorem, Messanae habitare cupientem commendat. *596, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 137 (Ind. XIIII. cap. 37).
Edd. M: Lib. VI. ep. 40; G: Lib. V. ep. 39. — Iaffé Reg. 1419 (1053).

GREGORIUS DONO EPISCOPO MESSANENSI.

Georgius[a] praesentium portitor degere, ut ait, in civitate vestra[1] desiderans apud fraternitatem vestram nostra se petiit epistola commendari; cui, quoniam a prava se promisit actione compescere, quod petebat non praevidimus denegandum. Et ideo sanctitas vestra de anima eius studeat propter Deum esse sollicita atque eum adhortationibus suis ad viam Deo placitam revocare et, si adiuvante Domino, ut promisit, ab omni se pravitate suspendens vivere honeste voluerit, fraternitas vestra pro mercede sua, ut prospexerit, eius sustentationi subveniat, ne forsitan ad male agendum excusationem sibi ex necessitate videatur adsumere. Quod autem fraternitas vestra ex eius importunitate sit passura, consideret, qui[b] ad vos cum nostris epistolis venit[c], quem nos sine auctoritate aliqua importunum valde in prece pertulimus.

VI, 38.

Gregorius I. papa Rufino, episcopo Vibonensi, mandat, ut de clero massae Nichoteranae presbyterum ordinet, qui episcopi paenitentis fungatur vice. *596, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 138 (Ind. XIIII. cap. 38).
Edd. M: Lib. VI. ep. 41; G: Lib. V. ep. 40. — Iaffé Reg. 1420 (1054).

VI, 36 a) latorem *om. R 1, r 2.* b) ill *R 1, r 2;* ista *et* XIIII *suprascr. r 2;* illa *om. r 1.*

VI, 37 in titulo: Mess. *abbr. codd. n.* a) Gregorius *R 1, sed suprascr.* Georgius. b) *in* quia *corr. R 1.* c) veniet *R 1.*

VI, 36 De Cypriano, rectore patrimonii Siciliae, cf. ep. III, 55 not. *1) Idem, ut videtur, in ep. VI, 45 (596, m. Iul.) commemoratur. Sed miror, quod idem m. Iun. in Siciliam et m. Iul. Fanum proficiscitur; cf. not. ad ep. modo laudatam.* *2) Cf. ep. IV, 14 n. 2. V, 56 n.* *3) Verba* illa *et* tot, *ad exempl. formularum pro numeris a librario scripta esse videntur.* *4)* Tuis rationibus imputari *bis in ep. II, 38 p. 139; item in ep. I, 54. II, 3 etc.*

VI, 37 De Dono, ep. Mess., cf. ep. VI, 8 not. *1)* Civitas vestra *est civitas, in qua degitis, non civitas, quam possidetis.*

GREGORIUS RUFINO EPISCOPO VIVONENSI.

Ex habitatorum massae Nichoteranae[a 1], quorum episcopus pro quibusdam culpis in paenitentiam deputatus est, relatione comperimus nullum illic esse presbyterum, qui sacra possit missarum sollemnia celebrare, in tantum ut etiam filios suos sine baptismate asserant remansisse; et quia hac pro causa magnopere petiverunt sibi in eadem ecclesia, cui fraternitas vestra operam visitationis impendit[b], debere[c] presbyterum ordinari, eapropter[d] scriptis vos praesentibus adhortamur, ut de clero eiusdem ecclesiae requirere debeatis, cuius vita[e] et mores ad hoc possit officium convenire, et cum illic presbyterum festinetis auxiliante Domino consecrare[2]. Nam valde durum est, ut, quousque causa episcopi eorum[f] suptiliter requiratur, non habeat ecclesia illa presbyterum, qui sacrum illic opus valeat celebrare.

MENSE IULIO INDICTIONE XIIII.

VI, 39.

Gregorius I. papa Victorem, episcopum Panormitanum, hortatur, ut presbyterum ordinet, qui in monasterio S. Hermae sacra procuret. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 139 (Ind. XIIII. cap. 39).
Edd. M: Lib. VI. ep. 42; G: Lib. V. ep. 41. — Iaffé Reg. 1422 (1055).

GREGORIUS VICTORI EPISCOPO PANORMITANO.

Urbicus[1] abbas monasterii sancti Hermae, quod Panormi situm est[2], a nobis cum congregatione sua magnopere postulavit[a] in eodem monasterio presbyterum[b], qui sacra missarum sollemnia celebrare debeat[c], ordinari; et quia eiusmodi[d] non est differenda petitio, fraternitatem vestram scriptis praesentibus necessario duximus adhortandam, ut eum qui ad hoc ministerium de eadem congregatione electus fuerit, cuius vita.

VI, 38 in titulo: Vivonēns *r 1;* Vivonē n̄s *R 1; in quattuor Vatic. sec. ed. M:* Vivensi; *Vatic. D sec. ed. M om. hoc verbum.* a) *ita R 1, r 1;* Nicoteranae *r 2.* b) *ex* inpendi *corr. R 1.* c) deberet *R 1.* d) propterea *r 1.* e) vite *R 1.* f) ēporum *pro* ēpi eorum *R 1.*

Meuse *cet. ad ep. praeced. trahunt r 1. 2. R* 1.* — Iunio *R* 1.*

VI, 39 a) ut *add. R 1.* b) pb̄r *corr. ex* pb̄rm *R 1.* c) celebret, deveat *R 1;* celebrare deberet *r 1;* celebrare debeat *r 2.* d) huiusmodi *R 1.*

VI, 38 Vibo, hodie Birona, antiqua urbs Graeca, (Ἱππώνιον) tum Romanorum colonia, in Bruttiis prope mare Tyrrhenum sita inter Tropaea et Scyllacium. Rufino m. Apr. a. 599 iam Venerium successisse ex ep. IX, 134 apparet. Papinius, episcopus Vibonensis, subscripsit actis synodi Lateranensis a. 649. Cf. Mansi X c. 866. 1163. *1) Nicotera, antiquum oppidum inter Tropaea et Vibonem situm, etiam hodie nomen retinet. Huius civitatis episcopus, ut ex ep. IX, 120. 134 apparet, a. 599 m. Apr. Proculus fuit, qui tunc diu* purificationis *causa a sua civitate afuerat.* *2) Ep. III, 24 visitatori* praeter ordinationes clericorum cetera omnia *delegantur; sed huic epistulae similia continent ep. I, 15. 51; etiam ep. I, 79. II, 42* ordinandi licentia *conceditur.*

VI, 39 De Victore, ep. Panorm., cf. ep. I, 70 p. 90 n. 4. III, 27 n. 1. *1) Urbicus antea praepositus monasterii a Gregorio conditi fuerat: cf. ep. V, 4 n. 2.* *2) Rocchus Pirrus in Sicilia sacra, t. II p. 1068:* in planicie S. Mercurii hodie latine, olim graece S. Hermae.

mores et actio tanto possit[e] ministerio convenire, sine mora auxiliante Domino debeat consecrare, quatenus nec ille[f] de monasterio suo hac pro causa egredi nec extraneum sibi ad peragendum sacrum opus cogatur[g] adducere.

VI, 40.

Gregorius I. papa Venantium, exmonachum, patricium, hortatur, ne cum Iohanne, episcopo (Syracusano), armis contendat, quem ad pacem vocatum nuntiat. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 140 (Ind. XIIII. cap. 40).
Edd. M: Lib. VI. ep. 43; G: Lib. V. ep. 42. — Iaffé Reg. 1423 (1056).

GREGORIUS VENANTIO EXMONACHO PATRICIO.

Multum nos ea quam[a] direxistis iam[b] contristatos[c] invenit epistola, quod inter vos et Iohannem fratrem et coepiscopum nostrum, de quorum[d] desiderabamus gaudere concordia, scandalum prodisse cognovimus[1]. Quaevis enim causa fuisset, non usque ad hoc debuit furor erumpere, ut armati homines vestri, sicut audivimus, in episcopium[2] inruerent[e] et diversa hostili more mala committerent[f] atque vos haec res[g] a paterna interim caritate divideret[h]. Numquid non poterat[i], quaelibet contentio fuit, tranquille disponi, ut nec partium utilitas detrimentum nec sentiret[k] gratia laesionem? Cuius autem gravitatis, cuius sanctitatis, cuius mansuetudinis suprascriptus frater noster[l] sit, non habemus incognitum. Ex qua re colligimus, quia, nisi vis eum doloris nimia coegisset[m], ad hanc rem de qua vos contristatos asseritis eius fraternitas nullatenus pervenisset. Nos tamen ut hoc eo scribente comperimus, ilico ei scripsimus ammonentes, ut et oblationes vestras sicut ante susciperet et missas in domo vestra non solum celebrari permitteret, sed si velitis, etiam ipse perageret causamque suam[n] servata caritate exequi debuisset. Et quia nullos discordes vel fieri volumus vel manere, eandem adhortationem iterandam esse perspeximus. Unde necesse est, carissime fili, ut et[o] vos sacerdotalem illi reverentiam exhibere, sicut decet filios, debeatis nec eius ad iracundiam animos provocetis. Nam cum quo fidam estis gratiam habituri, si vobis, quod absit, fuerit cum sacerdote discordia? Itaque animorum tumore deposito sic agere causas quas habetis invicem studete, ut et caritas inter vos intemerata permaneat et alterutra mansuete procuretur utilitas.

---

e) *in* possint *corr. R 1.* f) *in* illi *corr. r 2.* g) *in* cogantur *corr. r 2.*

VI, 40 in titulo: Vinantio *R 1.* — patric̄ *R 1, r 1. 2.* a) quę *R 1.* b) iamiam *R 1.* c) *ex* contristat *corr. R 1.* d) *ex* decorum *corr. r 2.* e) *ex* irruere *corr. R 1.* f) *ex* committere *corr. R 1.* g) res *suprascr. R 1.* h) *ex* dividere *corr. R 1;* deviderent, *sed* n *expunx. r 2;* dividerent *r 1.* i) poterant *r 1.* k) sentiret nec *r 2.* l) noster *om. R 1.* m) *ita r 1 et ex* cogisset *corr. R 1, r 2.* n) sua *r 1.* o) fili, et ut *R 1.*

VI, 40 De Venantio cf. notam Ewaldi ad ep. I, 33. Equidem crediderim Venantium vere patricium fuisse, sed nostrum recusasse hanc eius appellationem admittere, quia ille monachus manere debuerat; sed utrum hic errore librarii vel registratoris patricio *additum sit an voluntate Gregorii, dubium esse videtur.* *1) De eadem controversia agitur ep. sequenti ad Iohannem, ep. Syracusanum, data.* *2)* Episcopium *est palatium, in quo episcopus (aut vicedominus) residet; cf. ep. VIII, 1. I, 11.*

VI, 41.

Gregorius I. papa Iohannem, episcopum Syracusanum, monet, ut Venantii oblationes suscipiat et in domo eius missas celebrari permittat aut ipse celebret. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 141 (Ind. XIIII. cap. 41).
Edd. M: Lib. VI. ep. 44; G: Lib. V. ep. 43. — Iaffé Reg. 1424 (1057).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Quamvis causa[a] fuerit, quae fraternitatis vestrae animos ad iracundiam non inmerito provocaret, ut nec oblationes domni Venantii voluissetis suscipere nec in domo ipsius sacra missarum sineretis sollemnia celebrari, tamen quia ita terrena agi debet utilitas, ut nullum nos iurgium a caritatis valeat conexione disiungere, proinde sanctitatem vestram, sicut dudum scripsimus, adhortamur, quatenus et oblationes ante dicti viri omnimodo in dulcedine et Deo placita debeatis sinceritate suscipere et in domo ipsius missarum peragi mysteria permittatis; aut[b], sicut scripsimus, si fortasse voluerit, per vos debetis[c] accedere et celebrando apud eos[d] missas priorem gratiam reformare. Oportet namque haec[e] filiis sacerdotali vos affectu[f] impendere et in causis, prout ratio suffragatur, iurisdictionem ecclesiae vestrae minime praeterire. Haec ergo considerantes necesse est, ut ita se circa eos fraternitas vestra discreta moderatione exhibere studeat, ut et quod negotii qualitas exigit salubriter peragat et a paternae caritatis gratia non recedat.

VI, 42.

Gregorius I. papa cuidam abbati eiusque congregationi, cuius monasterium, in quo antea fuerit, in ruinis sit, oratorium in urbe Roma iuxta thermas Agrippinas ex Iohannis, presbyteri Romani, testamento in monasterium mutatum cum reditibus ab eodem testatore legatis concedit. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 142 (Ind. XIIII. cap. 42).
Cf. edd. M: Lib. III. ep. 37; G: Lib. V. ep. 44 et Lib. VII. ind. II. ep. 49 et ed. nostram IX. ep. 137 et Iaffé 1425 (877).

GREGORIUS . . . . . ABBATI.

Ecclesiastica damnum non sentit utilitas, si res aliis competentibus[a] cognita veritate restituat. Atque ideo cognovimus quondam Iohannem presbyterum sanctae

VI, 41 in titulo: Iohannis epo *r 2;* Iohe eps *R 1.* a) causae *r 1.* b) aut *ex* at *corr. R 1.* c) *ita R 1, r 2;* debeatis *r 1.* d) *ita codd. n.; fortasse* eum *scr.* e) *ita r 1. 2; post. ras. un. litt.* ec *(corr. in* et*) R 1.* f) *ita r 1;* sacerdotalem *(corr. in* sacerdotali*)* vos affectu *r 2;* sacerdotalem vos affectum *R 1.*
VI, 42 in titulo: Bonae *codd. et nostri et Maur.:* Bono *cet. edd.* — abbas *R 1:* abbatis *r 1;* abb. *r 2.* a) competentes *r 2.*

VI, 41 Cf. ep. praecedentem et de Iohanne, ep. Syracus., ep. VI, 18 not.

VI, 42 Maurini hanc epistulam errore librarii bis in registrum insertam esse putantes semel ediderunt, atque priores editores utroque loco, quo in codicibus haec epistula occurrere videbatur, eundem fere vel non satis diversum tenorem exhibebant. Nos vero codices sequentes et hic et indictioni secundae epistulam inserimus duabus formis conscriptam; ep. IX, 137 a prioribus editionibus minus discrepat. Neque dubium est, quin merito librarius utramque epistulam inseruerit. Nam prima epistula Gregorius monasterium, de quo agitur, ex voluntate testatoris abbati cuidam concessit, secunda autem Bonae abbatissae

Romanae cui Deo auctore deservimus ecclesiae in domo iuris sui posita in hac urbe Roma iuxta thermas Agrippianas[b] [1] oratorium construxisse ibique quosdam reditus legati[c] titulo per[d] testamenti sui seriem reliquisse; in quo oratorio servorum Dei congregationem constituit esse, et haec omnia ut debuissent impleri, testamenti sui pagina sanctae memoriae decessori nostro Pelagio [2] noscitur deputasse. Sed quia necdum hoc occurrit implere et domus ipsa cum horto suo ab actoribus nostrae ecclesiae detinetur et idcirco hactenus necdum voluntas defuncti completa est, nostra[e] sollicitudine[f] piae dispositionis[g] voluntatem et hoc quod decessori nostro iniunctum est praevidimus esse complendum. Ideoque necessarium esse prospeximus, ut dedicari oratorium ipsum protegente domino debuisset, et quia monasterium, ubi prius fuisti [3], in ruinae erat[h] periculo constitutum[i], te illic cum congregatione tua constituere per omnia debere, quatenus[k] in suprascriptae domus monasterio esse congregatio potuisset et inminens potuisset[l] periculum evitare[m]. Unde necesse est, ut et nunc et futuris temporibus Dei illic laudes per eam quae modo est vel successura est congregationem modis omnibus celebrentur [4]. Considerantes igitur ante dicti presbyteri voluntatem perpetuo illic tempore monasterium esse atque ad eandem domum in integro cum horto suo et rebus inferius designatis, quae a testatore relictae sunt[n], proprietatis iure constituimus pertinere: id est massam Magulianensem[o] cum appendicibus suis via Nomentana[p] miliario plus minus XI°[q], tabernam in hac urbe quae[r] est posita iuxta Pallacenis [5] et salgamum [6] positum ante domum suprascripti monasterii. Oportet ergo, ut ita dilectio tua diligenter invigilet, ut Dei illic, sicut praefati sumus, laudes devote, ut moris est, celebrentur et suprascriptae[s] res in eius ius pertinentes nulla te neglegente occasione depereant. Hanc enim sollicitudinem non solum a te, sed etiam a tuis[t] successoribus in[u] praedicto oratorio et rebus superius designatis constituimus nihilominus exhibere.

---

b) *in* Agrippinas *corr. R 1.* c) legali *r 1.* d) pro *r 1.* e) nostre *R 1.* f) *add.* et *m. post. R 1.* g) disponsitionis *r 2.* h) est *in ras. R 1.* i) *add.* et *r 1.* k) *add.* et *r 1.* l) res *codd. n.; cf. ep. IX, 137.* m) *ita R 1;* evitaret *r 1. 2.* n) *ita IX, 137;* relictum est *R 1, r 1. 2, sed in* relicta sunt *corr. R 1.* o) Maculianensem *R 1.* p) *ita r 2;* Num., *sed* u *in ras. R 1;* Momentana *r 1.* q) XII° *r 1.* r) qua *r 1.* s) superscriptas *r 1. 2.* t) *corr. ex* suis *r 2.* u) in *om. R 1.*

atque congregationi feminarum. Utrum epistula, quam hoc loco exhibemus et scripta et tradita sit, an scripta quidem, sed non tradita, ignoramus. Praeceptum certe de servis Dei instituendis, ut ex ep. altera apparet, observatum non est. Nomen etiam abbatis, cui haec epistula directa est, ignoramus; librarii iam eodem errore, quo editores, ducti nomen abbatis in nomen abbatissae, cui altera epistula directa est, mutaverunt. (Nota abbatem, sub quo destructio facta est *monasterii Casinensis a Paulo diac., IV, 17, Bonitum vocari.) Cf. N. A. XVII p. 193 ss.*

1) Agitur de thermis Agrippae iuxta Pantheon sitis (non de quodam lavacro Agrippinae, *ut Gregorovius, Gesch. d. Stadt Rom, II⁴ p. 95 n. 3 putat: cf. Iordan in Bullet. d. Instit. arch. a. 1873 p. 30 ss.).* *2) Papa igitur (vel Romana ecclesia) legatarius esse videtur, qui reditus illos per suos actores administrabat, donec monasterium conditum esset.* *3) Cf. ep. VI, 32 n. 1. VI, 63. VII, 23, ex quibus conici potest monachos, de quibus hic agitur, e regionibus meridionalibus Italiae confugisse.* *4) Cf. similia verba in f. Diurni 64. 65.* *5) Basilica S. Marci erat* iuxta Pallacinis *atque monasterium Laurentii martyris dicebatur* Pallacinis, *ut ex libro pont. in v. Marci et in v. Gregorii IV. c. 41 apparet. Cf. Duchesne in nota ad v. S. Marci et Gregorovium, l. l. I p. 267 n. 1; et de vico Pallac. Iordan in Herme, II (1867) p. 76.* *6) salgamum = paracellarium; locus ubi salgama (herbae et fructus conditi) asservantur (Ducange).*

VI, 43.

Gregorius I. papa Leontio, episcopo Ariminensi, permittit, ut S. Stephani martyris basilicam, post incendium refectam dedicet ibique sanctuaria collocet. 596, Iul.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 143 (Ind. XIIII. cap. 43).
Edd. M: Lib. VI. ep. 45; G: Lib. V. ep. 45. — Iaffé Reg. 1425ª (1058).

GREGORIUS LEONTIO EPISCOPO ARIMINUM.

Basilicam beati Stephani martyris [1], quam fraternitas vestra incendio asserit concrematam, quam etiam nuper restauratam esse commemorat, facultatem tribuimus dedicandi. in qua etiam reliquiarum sanctuaria [2] eiusdem beati Stephani martyris volumus collocari. Et ideo, frater carissime, ad praedictam te ecclesiam ire necesse est et tam ecclesiae quam etiam altaris noviter constructi dedicationem [a] sollemniter exhibere, ut expectantium de eadem consecratione devotio Domino valeat auxiliante compleri. Quicquid praeterea eidem loco a fundatoribus olim concessum est, in ea qua dimissum est voluntate ac firmitate [b] volumus permanere.

VI, 44.

Gregorius I. papa Felicem, episcopum Pisaurensem, hortatur, ut cathedram in monasterio a Iohanne, praesentium latore, constructo positam amoveat neve contra Gregorii decessoris praeceptum publice sacra missarum sollemnia ibidem celebrare pergat. Calicem Iohanni ablatum restitui iubet. 596, Iul.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 144 (Ind. XIIII. cap. 44).
Edd. M: Lib. VI. ep. 46; G: Lib. V. ep. 46. — Iaffé Reg. 1426 (1059).

GREGORIUS FELICI EPISCOPO PISAURENSI.

Miramur fraternitatem vestram, ut [a] serie praecepti neglecta, quam ad vos sanctae memoriae decessor noster [b] dederat, monasterium a Iohanne praesentium portitore constructum aliter, quam antiquae consuetudinis usus exigit, consecrares [c]: dum etiam in eodem praecepto inter alia mandatum sit, ut locum ipsum absque missis publicis [1] dedicares, et, ut ad nos pervenit, cathedra posita sacra illic publice missarum sollemnia celebrantur. Quod si verum est, his vos [d] hortamur affatibus, ut omni excusatione

VI, 43 in titulo: Lionzo *R 1* — visitatori *deesse putat Tonini, st. di Rimini, t. II p. 461, quia* Ariminensi *scribit.* a) debes *suprascr. r 2.* b) vol. ac firm. *post. add. R 1.*

VI, 44 a) ut *in* quod *corr. R 1.* b) *ita R 1; om.* noster *r 1. 2.* c) consecraris *R 1.* d) nos *r 1.*

VI, 43 De Leontio, episcopo Urbinate et visitatore Ariminensis ecclesiae, cf. ep. III, 24 not.; Castorius tunc temporis episcopus Ariminensis erat, atque haec epistula episcopo Ariminum quidem, sed non episcopo Ariminensi directa est; a. 599 m. Maio Sebastianus visitator Arimini ei successerat: cf. ep. IX, 140. — Cf. f. Diurni 27: basilica que post incendium reparatur. *In Italia basilicae sine permissione papae ne dedicentur, praecepit Gelasius I: ep. I-K. 636 (Thiel, ep. I, 360 ss.), c. 4. 25.* 1) (Galla Placidia) aedificavit ecclesiam S. Stephani in Arimino. *Agnell. c. 42. Cf. Tonini, Rimini. II, p. 129.* 2) *De sanctuariis cf. ep. I, 52 n. 2.*

VI, 44 De Felice, ep. Pis., cf. ep. V, 25. 1) *Eadem verba in f. Diurni 11* (responsum oratorii dedicandi).

cessante cathedram vestram exinde amoveri modis omnibus faciatis nec denuo illic missas publicas peragatis[2]. Sed sicut et consuetudo et praecepti tenor[3] eloquitur, si missas ibidem sibi celebrari voluerint, a te presbyter dirigatur.

In eodem autem monasterio congregationem servorum Dei, sicut praedictus Iohannes[e] petiit et nunc est[f], cum Dei gratia semper[g] volumus permanere[4]. Calicem[h] vero quam sibi a fraternitate vestra ablatam[i] innotuit, ei, si ita est, restituere festinate. Haec ergo sanctitas vestra ita studeat adimplere, ut denuo ad nos praedictus portitor pro hac causa necessitatem remeandi non habeat.

VI, 45.

Gregorius I. papa Leoni, episcopo Fanensi (?), Iohannem religiosum, praesentium latorem, ab Histricorum errore ad ecclesiam reversum commendat; cui ut subsidia ab ecclesia praestentur, se providisse scribit. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 145 (Ind. XIIII. cap. 45).
Edd. M: Lib. VI. ep. 47; G: Lib. V. ep. 47. — Iaffé Reg. 1427 (1052).

GREGORIUS LEONI EPISCOPO FANENSI.

Sicut scismatis[a] pravo studio perdurantes[b] obiurgandi detestandique sunt, sic[c] ad sinum matris ecclesiae redeuntes consolandi[d] ac[e] nihilominus refovendi. Quia igitur Iohannes religiosus praesentium lator recepta ratione ad unitatem sanctae ecclesiae ab errore Histricorum Deo miserante conversus est, eapropter fraternitatem vestram hortari praevidimus, ut eum salva ratione habere debeat in omnibus commendatum atque suo favore protegere. Cui etiam ne post conversionem[f] alicui possit necessitati succumbere, aliquid de ecclesia illi[g] annis singulis praevidimus consulendum[1]. Quia ergo vestrae sanctitati se[h] summopere petiit commendari, providendum vobis pro vestra mercede est, ut, sicut diximus, vestris in omnibus solaciis fulciatur.

---

e) Iohe *R 1.* f) est *ex* esse *corr. r 2;* te *post* est *add. R 1, r 2, sed expunx. r 2.* g) semper *suprascr. r 2.* h) calcem *(l in ras.) R 1, r 1.* i) *ita r 1. 2, sed ex* ablatum *corr. r 1:* ablatum *R 1.*

VI, 45 in titulo: epi Fanensis *R 1.* a) *ita R 1, r 1;* scismatici *r 2;* in *post* sicut *R 1 suprascr.* b) *ex* periurantes *corr. r 1.* c) ita *R 1.* d) sunt *postea add. r 1.* e) et *r 2.* f) ne *antea om., hic suprascr. R 1.* g) *ita r 1. 2;* illic *R 1.* h) se *om. R 1.*

2) Cf. ep. V, 49. 3) Cf. quae praecipiuntur per f. Diurni 15 (responsum de dedicando oratorio intra monasterium monachorum). *4) Cf. f. Diurni 65* (preceptum de concedendo monasterio).

VI, 45 Ad ep. VI, 36 notavi mirum esse eundem Iohannem m. Iunio in Siciliam, m. Iulio Fanum profectum esse atque illi et in Sicilia et Fani subsidia assignata esse. Accedit, quod m. Novembri huius anni 596 Fortunatus episcopus Fanensis commemoratur ep. VII, 13. Sed in Sicilia erat Leo quidam episcopus Catanensis: cf. ep. I, 70 p. 90 n. 3; itaque Fanensi *errore librarii scriptum esse puto atque* Catenensi *legendum. Ex sequentibus epistulis prima in Illyricum, altera in Siciliam directa est. — Haec epistula simillima est ep. VI, 36. 1) Scil. per Cyprianum, rectorem patrimonii Siciliae.*

VI, 46.

Gregorius I. papa presbyteros diaconos et clerum, nobiles ac populum Iaderae consistentes et milites hortatur, ut Maximi Salonitani excommunicati societate abstineant.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 146 (Ind. XIIII. cap. 46). 596, *Iul.*
Edd. M: Lib. VI. ep. 27; G: Lib. V. ep. 48. — Jaffé Reg. 1428 (1060).

GREGORIUS PRESBYTERIS, DIACONIBUS ET CLERO, NOBILIBUS AC POPULO IADERAE CONSISTENTIBUS ET MILITIBUS.

Pervenit ad me quosdam vestrorum ignorantia vel necessitate deceptos his qui ab apostolica sede culpa, sicut nostis, exigente communione privati sunt, communicasse, quosdam vero se salubri discretione protegente Domino suspendisse: et quantum de constantibus gaudeo, tantum de deviantibus ingemisco, quoniam sacrae communionis mysteria, quae ad absolutionem nobis divina[a] pietate concessa sunt[b], in detrimento magis suae animae perceperunt. Et quia, sicut vobis omnipotens Dominus innotescat, vehementer caritati vestrae et medullitus ex toto corde compatior, paterno affectu obtestor atque suadeo, ut inlicita se quisque communione suspendat et quos apostolica sedes in consortio communionis suae non recipit, omnino refugiat, ne inde reus ante conspectum aeterni iudicis, unde poterat salvari, consistat.

Comperi autem, quod quidam perversae mentis homines illic insinuare conati sunt, quia ego contra Maximum quodam odio movear et non quae canonice, sed ea potius quae furoris sunt exequi concupiscam. Sed absit hoc, absit a sacerdotali animo[c], ut in qualibet causa privato zelo moveatur. Ego vero populo in illis partibus consistenti ac meae animae providens et omnipotentis Dei iudicium pertimescens causas eiusdem Maximi[d] exquiri volo et cum omni sinceritate revelante Deo[e] quod est canonicum definire. Cui quoniam[f] frequenter scripsimus, ut non prius sacra missarum sollemnia celebraret, quam causam potuissemus agnoscere, alioquin esset communione privatus, et ex hoc iam superbiae ipsius culpa in aperto monstratur, quod saepius, sicut dixi, ammonitus, ut ad nos venire debeat[g], diversis excusationibus renititur, fugit, metuit. Unde ergo trepidat, si eum de his quae de se dicta sunt conscientia non accusat? Haec igitur cognoscentes, postquam vobis nullam de ignorantia excusationem valetis[h] adsumere, rogo, hortor et moneo, ut a prohibitae vos communionis consortio per omnia suspendatis nec[i] cuiquam sacerdoti suprascripto Maximo communicanti contra animam suam quisquam vestrum[k] communicare praesumat.

Quia tamen audio, sicut praefatus sum, quosdam vestrum ignorantia lapsos, quosdam etiam ad communicandum violenter esse compressos, omnipotentem Dominum deprecor, ut et[l] eos qui huic pravitati minime consenserunt perpetua[m] gratiae suae

VI, 46 in titulo: p̄p̄b̄bis dd *R 1, r 2 et in marg. r 2:* presbyteris diaconibus consistenti; prb̄ris dd *r 1;* presbiteris cardinalibus *R* 1* — poplm *R 1* — adera *R 1;* Iadiri *R* 1* — consist. *R 1;* consistentium *r 1;* conss̄t. *r 2;* consistentibus *in fine totius inscriptionis ponunt R* 1 et sec. ed. M Vatic. D* — *om.* et militibus *Vatic. A sec. ed. M.* a) divine *r 1.* b) sunt *om. R 1; ras. unius litterae.* c) anima *R 1.* d) maxime *R 1.* e) *ex* dno *corr. r 2.* f) quoniam *om. R 1, in quo codice hic rasura invenitur.* g) veniret *r 1. 2.* h) *hoc verb. om. codd. n.;* valetis *suprascr. R 1,* volo *suprascr. r 2.* i) ne *r 1.* k) nostrum *R 1.* l) et *om. r 1. 2.* m) perpetuę *R 1.*

VI, 46 Iadera, hodie Zara vetus, urbs episcopalis Dalmatiae. Etiam hic in inscriptione tres partes distinguntur praeter milites: clerus, ordo (nobiles), plebs (populus). — De causa Maximi. Salonitani praesumptoris, de qua hac epistula agitur, cf. ep. V, 6 n. 1. Haec epistula ep. VI, 26 simillima est; et ep. VII, 17 noster scribit episcopo Iadertino: ab eius (Maximi) te nequitia cognovimus dissentire.

protectione custodiat et optata eis largitate respondeat et illos quos aut studium, aut ignorantia aut quaelibet alia causa traxit in culpam ab omni reatu peccatorum atque ab omnibus vinculis alienae obligationis absolvat omnibusque et in praesenti vita protectionis suae gratiam tribuat et nos de vobis in aeterna patria gaudere concedat. Ut igitur haec vobis intercessio apud Deum salvatorem nostrum proficiat, adhortationibus nostris pro animae vestrae salute oboedientiam exhibete et ab illis sacram communionem percipite, quos se ab ante dicti Maximi communione abstinuisse vel abstinere cognoscitis.

VI, 47.

Gregorius I. papa Urbico, abbati monasterii S. Hermae Panormitano, scribit, ut Agathonem, latorem praesentium, si uxor quoque monachicam vitam degere velit, in monasterium asciscat. 596, *Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 147 (Ind. XIIII. cap. 47).
Edd. M: Lib. VI. ep. 48; G: Lib. V. ep. 49. — Iaffé Reg. 1429 (1061).

GREGORIUS URBICO ABBATI MONASTERII SANCTI HERMETIS, QUOD EST IN PANORMO CONSTITUTUM.

Quisquis[a] divina inspiratione compunctus relictis saeculi huius actionibus ad Deum converti festinat[b], ita et cum caritate suscipiendus est et blandis per omnia consolationibus refovendus, ut in ea quam elegit Deo adiuvante delectetur modis omnibus conversatione persistere. Quia igitur Agatho lator praesentium in monasterio dilectionis tuae converti desiderat, hortamur, ut cum omni eum dulcedine devotioneque suscipias atque ad aeternam vitam eius desiderium adsidua adhortatione succendas et circa animae ipsius salutem diligenter studeas esse sollicitus, quatenus, dum in Dei nostri servitio te ammonente devota mente perstiterit, et illi prosit saeculum reliquisse et tibi eius conversio proficiat ad mercedem. Quem tamen ita suscipiendum esse cognosce, si et uxor ipsius similiter converti voluerit[1]. Nam dum unum utrorumque corpus coniugii copulatione[c] sit factum, incongruum est partem converti et partem in saeculo remanere[2].

VI, 48.

Gregorius I. papa Palladio, episcopo Santonensi, per Leuparicum presbyterum, praesentium latorem, reliquias SS. Petri et Pauli ac Laurentii Pancratiique martyrum mittit, quas in ecclesia iisdem sanctis constructa cum veneratione collocet. 596, *Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 148 (Ind. XIIII. cap. 48).
Edd. M: Lib. VI. ep. 49; G: Lib. V. ep. 50. — Iaffé Reg. 1430 (1062).

VI, 47 in titulo: Uerbico *R 1* — quod in Panormitano consistit *R* 1.* a) quicunque *R 1.* b) *ex* festinet *corr. r 1. 2.* c) *ita r 1; ex* copulationis *corr. r 2;* copulationis *R 1.*

VI, 47 De Urbico atque eius monasterio cf. ep. V, 4 n. 2. VI, 39 n. 1. 1) *Cf. ep. XI, 30, ex qua apparet Agathosam quandam questam esse, quod maritus contra uxoris voluntatem in monasterium Urbici ascitus esset.* 2) *Nov. Iust. 123 c. 40: εἰ δὲ συνεστῶτος ἔτι τοῦ γάμου ὁ ἀνὴρ μόνος ἢ ἡ γυνὴ μόνη εἰςέλθῃ εἰς μοναστήριον, διαλυέσθω ὁ γάμος καὶ δίχα ῥεπουδίου, μεθ᾽ ὃ μέντοι τὸ πρόσωπον τὸ εἰςερχόμενον εἰς μοναστήριον τὸ μονάχικον σχῆμα λάβῃ.*

GREGORIUS PALLADIO EPISCOPO SANTONIS GALLIAE.

Veniens lator praesentium Leuparicus[a] presbyter vester insinuavit nobis fraternitatem vestram[b] ecclesiam in honorem beati Petri et Pauli apostolorum nec non Laurentii atque Pancratii[c] martyrum construxisse atque illic tredecim altaria collocasse. ex quibus quattuor necdum dedicata comperimus remansisse ob hoc. quod suprascriptorum sanctorum reliquias illic collocare Deo annuente disponitis. Et quia reliquias sanctorum Petri et Pauli nec non Laurentii atque Pancratii martyrum cum veneratione[d] praebuimus. hortamur. ut eas cum reverentia suscipere et collocare auxiliante Domino debeatis provisuri ante omnia. ut servientibus ibidem non debeant alimoniorum deesse suffragia[1].

VI, 49.

Gregorius I. papa Theoderico et Theudeberto fratribus, regibus Francorum, a paribus commendat Augustinum, servum Dei, praesentium latorem, cum aliis servis Dei ad Anglos iam ad fidem christianam propensos, sed a sacerdotibus „e vicino“ neglectos missum, cui iniunxerit, ut aliquos secum e vicino debeat presbyteros ducere. Item commendat Candidum, presbyterum et rectorem ecclesiae Romanae patrimonii. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 149 (Ind. XIIII. cap. 49).
Edd. M: Lib. VI. ep. 58; G: Lib. V. ep. 58. — Iaffé Reg. 1432 (1072).

GREGORIUS THEODERICO ET THEUDEBERTO FRATRIBUS. REGIBUS FRANCORUM. A PARIBUS.

Postquam Deus omnipotens regnum vestrum fidei rectitudine decoravit et integritate christianae religionis inter gentes alias fecit esse conspicuum. magnam de vobis materiam praesumendi concepimus[a]. quod subiectos vestros ad eam converti fidem per omnia cupiatis. in qua eorum nempe estis reges et domini[1]. Atque ideo pervenit ad nos Anglorum gentem ad fidem christianam Deo miserante desideranter velle converti. sed sacerdotes e vicino[2] neglegere et desideria eorum cessare sua adhortatione succendere. Ob hoc igitur Augustinum servum Dei[3] praesentium portitorem, cuius

VI, 48 in titulo: Pauliado epõs Antonis Gall *R 1* — Gall *r 1. 2* — *R 1 erasit:* ubi plura altaria dedicatur. a) Leo patricius *R 1.* b) a fraternitate v̄ra *R 1.* c) Pacratii *R 1.* d) *ex* cum bene ratione *corr.* cum bona ratione *R 1.*

VI, 49 in titulo: Thederico et Thediberto *r 1; r 2:* Theoderio, *quod in* Theoderico *corrigitur;* Theudiverto *R 1 et r 2; sed r 2 corrigit in* Theudeberto — f̄rs *(pro* fratribus*) R 1* — fratribus *et* a paribus *om. R* 1.* a) concipimus *R 1.*

VI, 48 una cum ep. VI, 55 translata. Cf. Ewaldum in N. A. III p. 602 s. — Santones (Mediolanum Santonum), hodie Saintes, in Aquitania; cf. Gall. Christian. II, p. 1058 s. Palladius episcopus ex genere quondam divitis Palladii *(glor. conf. c. 59) complures construxit basilicas atque a Gregorio Turonensi saepe commemoratur; subscripsit actis synodorum Parisin. IV. a. 573 atque Matiscon. II. a. 585.* 1) *Similia verba in f. Diurni 22.*

VI, 49 una cum sequentibus epistulis (VI, 49—54. 56. 57) translata. — Childeberto (cf. ep. V, 60 not.) mortuo filii eius, Theudericus in Burgundia sedem habens Aurelianis *et Theudebertus in Austrasia* sedem habens Mettensem *successerunt, pro quibus adhuc parvulis Brunichilda avia regnabat. Hic a. 612, ille a. 613 mortuus est. — Iisdem regibus directae sunt ep. IX, 215. 226; Theuderico soli ep. XI, 47. XIII, 9; Theudeberto soli ep. XI, 50.* 1) *Cf. ep. VI, 6 n. 1.* 2) *Scil. sacerdotes in Hibernia insula habitantes.* 3) *Ab iis, qui Gregorii vitam scripserunt, narratur Gregorium ipsum, antequam pontifex factus esset, in Angliam proficisci voluisse: historiola illa de Anglis vel angelis traditur et in vita Gregorii Sangallensi*

zelum et studium bene nobis est cognitum, cum aliis servis Dei illuc[b] praevidimus dirigendum. Quibus etiam iniunximus, ut aliquos secum e vicino debeant presbyteros ducere[4], cum quibus eorum possint mentes agnoscere et voluntates[c] ammonitione sua, quantum Deus donaverit, adiuvare. In qua re ut efficaces valeant atque idonei apparere, excellentiam vestram salutantes paterna caritate quaesumus[d], ut hi quos direximus favoris vestri invenire gratiam mereantur. Et quia animarum causa est, vestra eos potestas tueatur et adiuvet, ut Deus omnipotens, qui vos in causa sua devota mente et toto studio solaciari cognoscit, causas vestras sua propitiatione[e] disponat et post terrenam potestatem ad caelestia vos regna perducat.

Praeterea dilectissimum filium nostrum Candidum presbyterum et patrimoniolum ecclesiae nostrae[5] quod in illis est partibus constitutum, ut commendatum excellentia vestra habere debeat, postulamus, quatenus beatus Petrus apostolorum princeps sua vobis intercessione respondeat, qui mercedis intuitu tuitionem in rebus pauperum eius impenditis.

VI, 50.

Gregorius I. papa Pelagio de Turnis et Sereno Massiliensi (nec non Aetherio Lugdunensi) episcopis a paribus Augustinum, servum Dei, latorem praesentium aliosque servos Dei et Candidum presbyterum, rectorem patrimonioli ecclesiae Romanae, commendat.

596, Iul. 23.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 150 (Ind. XIIII. cap. 50). — (Cf. Beda, h. e. I, 24.) Edd. M: Lib. VI. ep. 52; G: Lib. V. ep. 52. (Cf. Bedae h. e., ed. Holder ex codice Cantabrigiensi [Freiburg.] I, 24.) — Iaffé Reg. 1435 (1065).

b) illic *r 1.* c) voluntantes *r 2 et* eorum *in marg. add. r 2.* d) q̄s *codd.*

antiquissima partim ab Ewaldo edita et in vita a Paulo (c. 17 s.) et in vita a Iohanne diacono conscripta (I c. 21 ss.). Ep. VI, 10 noster Candido praecepit, ut pueros Anglos in Gallia emeret qui in Dei servitio proficiant. *Augustinum, ut ex ep. VI, 50ª apparet, primum praepositum, tunc abbatem, postea episcopum,* cum aliis domus suae monasterii monachis in Britanniam evangelizandi gratia destinavit *(Ioh. diac. II, 33).* Qui cum . . . memoratum opus aggredi coepissent iamque aliquantulum itineris confecissent, perculsi timore inerti redire domum . . . cogitabant . . . et Augustinum domum remittunt, *ut permissionem papae impetraret (Bedae h. eccl. I. c. 23). Sed Augustinus cum his epistulis, quae exstant, remissus est. De missione Anglica cf. praeter epist. sequentes ep. VIII, 29. XI, 34—41. 45. 47. 48. 50. 51. 56; Bedae, h. eccl., 1 c. 23 ss.; Pauli diac. v. Greg. c. 21; Ioh. diac. v. Greg. II, 33 ss. Adde Lau, l. l. p. 212—229. Baxmann, Politik der Paepste, I, 122—129.*

4) Bed., h. eccl. I, 25: acceperunt autem, praecipiente b. papa Gregorio, de gente Francorum interpretes. *5) De Candido, rectore patrimonii Galliae, cf. ep. V, 31 p. 311 n. 3; VI, 10 not. Nota neque in ep. VI, 48 neque in ep. VI, 55, (per Leuparicum missis) sed praeter eas in omnibus epistulis tunc episcopis vel regibus in Galliam missis Candidum commendari.*

VI, 50 Cf. ep. praecedentem. — Hanc epistulam Aetherio episcopo *inscriptam Beda in hist. eccl. I, 24 inseruit; verisimile ergo est eandem epistulam a paribus cum Turonensi et Massiliensi tum Lugdunensi episcopo missam, sed neglegentia librarii huius nomen in collectione Hadriana omissum esse. Beda vel is, ex quo hausit, titulo ep. VI, 51, quae in registrum post hanc epistulam inserta erat, ut videtur, in errorem inductus falso credit Aetherium* archiepiscopum Arelatensem *fuisse. De Aetherio episcopo Lugdunensi cf. ep. IX, 218. XI, 40. XIII, 8 et de Vergilio, tunc episcopo Arelat., ep. sequentem (VI, 51). Equidem non crediderim, quod Ewald in N. A. III, p. 543, profert, librarium Romae in epistula genuina Augustino tradita errore ductum scripsisse* Aeth. Arelatensi *eaque ex causa Augustinum hanc epistulam neque Aetherio neque Vergilio tradere potuisse atque secum in Angliam deportasse. — Pelagius in Turonensi civitate Gre-*

GREGORIUS PELAGIO DE TURNIS ET SERENO DE MASSILIA. EPISCOPIS GALLIS, A PARIBUS.

Licet apud sacerdotes habentes Deo placitam caritatem religiosi viri nullius commendatione[a] indigeant. quia tamen aptum scribendi se tempus[b 1] ingessit, fraternitati vestrae nostra mittere scripta curavimus insinuantes latores[c] praesentium Augustinum servum Dei. de cuius certi sumus studio. cum aliis servis Dei illic nos pro utilitate animarum auxiliante Domino direxisse. Quem necesse est ut sacerdotali studio sanctitas vestra adiuvare et sua ei solacia praebere festinet. Cui etiam ut promptiores ad suffragandum possitis existere, causam vobis iniunximus suptiliter indicare scientes. quod ea cognita tota vos propter Deum devotione ad solaciandum, quia res exigit, commodetis.

Candidum praeterea[d] presbyterum communem filium. quem ad gubernationem patrimonioli ecclesiae nostrae transmisimus[2]. caritati vestrae in omnibus commendamus[e].

VI, 50a.

Gregorius I. papa servos Domini hortatur, ne aut molestiis itineris aut hominum sermone ab incepto deterreantur utque Augustino praeposito remeanti, quem abbatem factum nuntiat, per omnia oboediant. *596, Iul. 23.*

Bedae, hist. eccl., I, 23 — (Iohann. diac., vit. Greg. l. II c. 34).

Edd. M: Lib. VI. ep. 51; G: Lib. IV. ep. 57. — Bedae, hist. eccl. ed. Holder ex codice Cantabrigiensi (Freiburg), I, 23. — Iaffé Reg. 1434 (1064).

GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI SERVIS DOMINI NOSTRI.

Quia melius fuerat bona non incipere. quam ab his quae coepta sunt cogitatione retrorsum redire. summo studio. dilectissimi filii. oportet. ut opus bonum. quod auxi-

VI, 50 in titulo: Turonis *r 1;* Gallis *R 1, r 2;* Gall. *R* 1;* Galliis *r 1.* — reverentissimo et sanctissimo fratri Etherio coepiscopo Gregorius, servus servorum Dei *Beda secundum Holderi editionem, quam Mommsen contulit: item sec. ed. M* Aetherio, Arelat. archiep. *Rem. et Vatic. D, certe Bedam secuti.* a) *ita Beda;* commendationis *R, r.* b) *ita R 1, r 1 cum Beda;* tamen aptus scribendis et tempus, *post* tamen *a manu posteriori* se locus *additur et in* scribendis: s *deletur r 2.* c) *ita B;* latorem *R, r.* d) preterea *suprascr. R 1.* e) *Beda addit:* Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data die decima kalendarum Augustarum, imperante domino nostro Mauricio Tiberio piissimo Augusto anno decimo quarto, post consulatum eiusdem domini nostri anno decimo tertio, indictione decima quarta. *Datum secundum ed. M etiam codd. Tell. et Vatic. D exhibent.*

VI, 50a in titulo: Iohannes diac. in vita Gregorii II, 34, sec. ed. Maur. addit episcopus *post* Greg. — Iesu Christi *add. Ioh. diac. sec. ed. M.*

gorio, historiarum scriptori celeberrimo, successit atque eodem anno, quo Mauricius imperator occisus est, *mortuus est (Gall. Christ. XIV p. 26 e chronico Turon.). — De Sereno, ep. Massiliensi, cf. ep. IX, 208. XI, 10. 41.*

1) Nota Gregorium saepe queri de raritate portitorum; *cf. Ewaldi collectanea in N. A. III, p. 605.* *2) De Candido cf. ep. V, 31 p. 311, n. 3; VI, 10 not.; VI, 49 n. 5.*

VI, 50a Haec epistula deest in excerptis ex registro, quae exstant, neque omnino in collectionem Hadrianam aut in collectionem Pauli recepta est, cf. Ewald, N. A. III p. 542 s.; sed eam omnino in registrum Lateranense insertam non esse effici non potest: Romae per Bedae amicos excerpta esse vide-

liante Domino coepistis, impleatis[a] [1]. Nec labor vos ergo itineris nec maledicorum[2] hominum linguae deterreant, sed omni instantia omnique fervore quae inchoastis Deo auctore peragite scientes, quod laborem magnum maior aeternae retributionis gloria sequitur[b]. Remeanti autem Augustino praeposito vestro, quem et abbatem vobis constituimus, in omnibus humiliter oboedite scientes hoc[c] vestris animabus per omnia profuturum, quicquid a vobis fuerit in eius ammonitione completum. Omnipotens Deus sua vos gratia protegat et vestri laboris fructum in aeterna me patria videre concedat, quatenus, etsi vobiscum laborare nequeo, simul in gaudio retributionis inveniar, quia laborare scilicet volo[d].

Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi filii[3]. Data die decima kalendarum Augustarum, imperante domino nostro Mauricio Tiberio piissimo Augusto, anno decimo quarto, post consulatum eiusdem domini nostri anno decimo tertio, indictione decima quarta[4].

VI, 51.

Gregorius I. papa Vergilio, episcopo Arelatensi, metropolitae Galliarum, Augustinum, servum Dei, praesentium latorem, cum aliis servis Dei et Candidum presbyterum et patrimoniolum ecclesiae Romanae commendat. Patrimonioli pensiones a prodecessore eius collectas Candido tradi iubet. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 151 (Ind. XIIII. cap. 51).
Edd. M: Lib. VI. ep. 53; G: Lib. V. ep. 53. — Iaffé Reg. 1437 (1067).

GREGORIUS VERGILIO EPISCOPO ARELATENSI METROPOLITAE GALLIIS.

Quamvis fraternitatem vestram bonis esse intentam operibus et sponte se in causis exhibere Deo placitis confidamus, verumtamen utile esse fraterna vos alloqui caritate credimus, ut solacia, quae ultro vos decet impendere, nostris quoque provocati epistolis augeatis. Atque ideo indicamus sanctitati vestrae Augustinum servum Dei praesentium portitorem, cuius zelum et studium bene nobis est cognitum, cum aliis servis Dei pro animarum nos illic compendio transmisisse, sicut vobis ipse coram positus poterit indicare. In qua re oratione vos[a] eum et auxiliis adiuvare necesse est atque, ubi

a) quod coepistis, auxiliante Domino compleatis *Ioh. diac. sec. ed. M.* b) *Ioh. diac.*: consequetur. c) hoc *om. Ioh. diac.* d) *cetera om. Ioh. diac.*

VI, 51 in titulo: R 1: Virgilio — *R 1, r 1. 2:* metropoł Galliis; *R* 1:* metropoli Galliarum. a) *om.* oratione vos *R 1.*

tur; tradita est per Bedam (et, qui ex eo hausit, Iohannem diaconum). — De missione Augustini cf. ep. VI, 49 n. 3.

1) Equidem puto Bedam ex nullo fonte hausisse, quae (c. 23) de consilio sociorum Augustini Romam redeundi narravit, nisi ex his nostrae epistulae verbis, quae satis plene interpretatus sit. *2) Fortasse maledicos dicit Anglos, quia barbaro sermone utebantur (Ew.); cf. Bed. l. l. c. 23:* barbaram . . . . gentem, cuius ne linguam quidem nossent, adire; *adde c. 25. Sed fortasse de* sacerdotibus qui in vicino sunt, *de iis, qui* pastoralem sollicitudinem non *habent, (cf. ep. VI, 49. 57) scribit noster.* *3) Haec* subscriptio *in Diurno et in ep. a Beda servatis occurrit, sed deest in registro: cf. Ewald, N. A. III, 548.* *4) De* data *cf. Ewald, N. A. III, p. 549.*

VI, 51 Cf. ep. praeced. — De Vergilio cf. I, 45 n. V, 58.

opus exegerit, solaciorum vestrorum ei praebere suffragia et paterna ac[b] sacerdotali illum consolatione, sicut convenit, refovere, quatenus, dum sanctitatis vestrae fuerit solamina consecutus, si quid Deo nostro[c] lucri facere, sicut optamus, valuerit, et vos possitis pariter mercedem adquirere, qui[d] ad bona opera suffragii vestri[e] devote copiam ministratis.

Candidum autem presbyterum communem filium et patrimoniolum ecclesiae nostrae fraternitas vestra, quippe ut unanimis nobis, habere studeat commendatum, ut aliquid inde pauperum alimoniis sanctitate vestra valeat[f] adiuvante proficere. Quia igitur patrimoniolum ipsum per annos plurimos prodecessor vester tenuit et collectas apud se pensiones servavit[1], fraternitas vestra, cuius sint res vel quibus[g] erogantur, consideret atque eas animae suae respectu suprascripto[h] filio nostro Candido presbytero nobis restituat dirigendas. Nam valde est execrabile, ut quod a regibus gentium[2] servatum est, ab episcopis dicatur ablatum[i].

VI, 52.

Gregorius I. papa Desiderio Viennensi, Syagrio Augustodunensi episcopis a paribus Augustinum, servum Dei, latorem praesentium, cum aliis servis Dei et rectorem patrimonioli Romanae ecclesiae, presbyterum Candidum, commendat. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 152 (Ind. XIIII. cap. 52).
Edd. M: Lib. VI. ep. 54; G: Lib. V. ep. 54. — Iaffé Reg. 1438 (1068).

GREGORIUS DESIDERIO VIENNENSI, SYAGRIO DE AUSTEDONO, EPISCOPIS GALLIS, A PARIBUS.

De fraternitatis vestrae sincera bene caritate confidimus, quod amore beati Petri apostolorum principis hominibus nostris vestra devote solacia commodetis, praesertim dum causae qualitas exigat, ubi etiam sponte concurrere et laborare magis optetis. Indicamus itaque sanctitati vestrae Augustinum servum Dei praesentium portitorem, cuius zelum et studium bene nobis est cognitum, cum aliis servis Dei pro animarum

b) paterne *(om. ac) R 1.* c) nostro *om. R 1.* d) quia *r 1 et R 1, r 2, sed corr. R 1, r 2.* e) suffragiis vestris *in* suffragii vestri *corr. R 1.* f) valeant *r 1.* g) vel cuius *codd. n.; fortasse:* cui usui *[Mommsen].* h) superscripto *R 1.* i) *R 1 delet post* ablatum: est.

VI, 52 in titulo: et Syagrio *R* 1;* Suagrio *r 1. 2, sed in* Siagr. *corr. r 2* — de Austedono *R 1, r 1; r 2 corrigit in* Austiduno; *R* 1:* Augustidunensis — ēpō *R 1* — Gallis *r 1;* Galliis *R 1, r 2;* Galliarum *R* 1* — ac paribus *R* 1.*

1) *Cf. ep. V, 31 n. 3. VI, 53.* 2) *Gregorium per* reges gentium *reges Gothorum intellegere putant Maurini; equidem credo Francorum etiam reges ita vocari posse; cf. ep. VI, 6:* ceterarum gentium regna *et* inter aliarum gentium perfidiam.

VI, 52 Cf. ep. praeced. — Desiderius, ep. Viennensis, deiectus et relegatus in insulam, postea revocatus et lapidibus obrutus est (Fredeg. IV, c. 24. 32, SS. Merow. II p. 130. 133 et vit. Columbani ib. citat. Cf. Gall. Christian. XVI p. 28 s.). Eidem missae sunt ep. IX, 157. 218. 220. XI, 34. — De Syagrio, ep. Augustoduni (Autun), cui petente Brunichilda pallium concessit cuiusque erga Augustinum bonitatem laudavit Gregorius, cf. ep. VIII, 4. IX, 213. 218 s. 222 ss. Eius ordinatio commemoratur a Venantio Fortunato in v. S. Germ. c. 63; mortuus est ante a. 602 Nov.; nam in ep. XIII, 11 ss. reverendae memoriae episcopus *appellatur. (Gall. Christ. IV p. 344); subscripsit eius temporis synodis atque a Gregorio Tur. saepe commemoratur.*

illic causa disponente Domino direxisse; cuius relatione[a], quid sibi iniunctum sit, suptiliter agnoscens[b] fraternitas vestra ei modis omnibus in quibus causa poposcerit impendat solacia, ut boni operis adiutores, sicut decet et convenit, possitis existere. Ita ergo in hac re fraternitas vestra se devotam studeat demonstrare, ut bona quae de vobis opinione narrante didicimus vera esse opere comprobemus.

Dilectissimum[c] vero communem filium Candidum presbyterum, cui patrimoniolum ecclesiae nostrae in illis partibus constitutum commisimus, vobis per omnia commendamus.

VI, 53.

Gregorius I. papa Protasii, episcopi Aquensis, virtutes relatas ab Augustino, servo Dei, latore praesentium, laudat. Mandat, ut Vergilium, episcopum Arelatensem, ad restituendas pensiones hortetur a prodecessore illius de patrimoniolo ecclesiae Romanae perceptas tempore, quo ipse vicedomini curam in ecclesia Arelatensi gesserit. Candidum presbyterum, rectorem patrimonioli, commendat. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 153 (Ind. XIIII. cap. 53).
Edd. M: Lib. VI. ep. 55; G: Lib. V. ep. 55. — Iaffé Reg. 1439 (1069).

GREGORIUS PROTASIO EPISCOPO DE AQUIS GALLIAE.

Quantus in vobis beati Petri apostolorum principis amor excellat, non solum officii vestri praerogativa, sed etiam devotio, quam circa utilitates ecclesiae ipsius geritis, patefecit. Quam quia Augustino servo Dei latore praesentium referente cognovimus[1], de affectu et veritatis studio qui in vobis est valde gaudemus et gratias agimus, quia, etsi corpore absentes, mente tamen et animo nobiscum vos esse monstratis, quippe erga quos caritatem fraternam, ut convenit, exhibetis. Ut igitur bona, quae de vobis praedicavit opinio, rerum possit veritas confirmare, Vergilio[a] fratri et coepiscopo nostro dicite[b], ut pensiones quas prodecessor[c] eius per annos plurimos de patrimoniolo nostro percepit et apud se retinuit ad nos, quia pauperum res sunt, studeat destinare[2]. Qui si forte aliquo se modo, quod non credimus, excusare voluerit, vos, qui veritatem ipsam suptilius nostis, revera qui in ecclesia ipsa tunc tempore illo[d][3] curam vicedomini[e][4] gerebatis, qualiter se habeat causa, disserite et, ne res sancti

a) revelatione *r 2.* b) agnoscentes *codd. n., sed corr. R 1, r 2.* c) *ita r 1; R 1:* dl; *r 2:* dlm, *quod in r 2 in margine explicatur:* dilectissimum.

VI, 53 in titulo: Protasio *R 1;* Protagio: *r 1. 2. R* 1.* a) *ita R 1, r 1; r 2 ex* Virgilio *corr.* b) *ita codd. n.; ex* dicente *corr. R 1, r 2.* c) predecessor *R 1.* d) illo *om. r 2.* e) vicedominare *R 1, r 1. 2, sed corr. R 1, r 2.*

VI, 53 Cf. ep. praeced. — Aquae (Sextiae), urbs Galliae Narbonensis, hodie Aix; cf. Gall. Christ. I, 299 ss. *1) Ex hoc loco intellegi potest Augustinum cum sociis iam Aquis fuisse, antequam Romam reversus sit. Cf. ep. VI, 54. 56.* *2) Cf. ep. V, 31 n. 3. VI, 10.* *3) Scil. Licerii tempore.* *4) Vicedominum et maiorem domus diversis officiis fungi, ut ex ep. XI, 53 apparet, notat Galletti, del primic. p. 39, ubi enumerat vicedominos ecclesiae Romanae e Libro pontif. Cf. ep. I, 11:* cuius arbitrio episcopium commisimus disponendum. *Vicedominos ecclesiae Ravennatis enumerat Marini, pap. dipl., p. 306, qui ex Agnelli cap. 110 et aliis recte colligit oeconomum eundem esse, qui etiam vicedominus vocatur. De oeconomo* cui res ecclesiastica gubernanda mandatur *cf. C. J. I, 2, 14 pr. Nov. 7, c. 3 etc., ex quibus apparet locationes conductiones per oeconomos contrahi. Dubium non est, quin ecclesia privatorum, qui divites fuerint, morem secuta sit: cf. Marini, pap. dipl. n. 82; Cassiod. Var. V, 14; ep. IX, 83.*

Petri et pauperum eius apud se retinere debeat, inminete. Sed et, si fortasse hominibus nostris necesse fuerit, vestrum in causa testimonium non negate, ut tam pro veritate quam pro voluntatis vestrae devotione beatus Petrus apostolus, cuius amore haec facitis, sua vobis et hic et in futura vita intercessione respondeat.

Candidum presbyterum communem filium, cui patrimoniolum ipsum commisimus, sanctitati vestrae magnopere commendamus.

VI, 54.

Gregorius I. papa Stephani, abbatis monasterii, quod appellatur Lirinum, in Galliis, vigilantiam, ex Augustino, servo Dei, praesentium latore, compertam, collaudat; propter cochleares et circulos pauperibus missos gratias agit. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 154 (Ind. XIIII. cap. 54).
Edd. M: Lib. VI. ep. 56; G: Lib. V. ep. 56. — Iaffé Reg. 1440 (1070).

GREGORIUS STEPHANO ABBATI DE MONASTERIO QUOD APPELLATUR LIRINO GALLIIS.

Laetos nos relatio Augustini servi Dei praesentium[a] portitoris effecit, quod dilectionem tuam, ut oportet, vigilantem esse narravit[1], denique ut presbyteros et diacones cunctamque congregationem unanimes vivere ac concordes affirmet[b]. Et quoniam praepositorum bonitas subiectorum salubris est regula, omnipotentem Dominum deprecamur, ut in bonis te semper operibus gratia suae pietatis accendat et commissos tibi ab omni diabolicae fraudis temptatione custodiat et tecum in caritate et placita sibi vivere conversatione concedat. Quia ergo humani generis inimicus insidiari bonis[c] actibus non quiescit, sed adsidua calliditate hoc nititur, ut Deo servientes animas in qualibet parte decipiat, ideoque, dilectissime fili, hortamur, ut sollicitudinem tuam vigilanter exerceas et ita commissos tibi oratione et cura providenti custodias, ut lupus circumiens[d] nullam dilaniandi occasionem inveniat, quatenus, dum Deo nostro incolumes quorum suscepisti curam reddideris, et praemia labori tuo gratia sua respondeat[e] et[f] tibi aeternae vitae desiderata multiplicet.

Cocleares vero et circulos quos direxisti suscepimus et caritati tuae gratias agimus, quia, qualiter pauperes diligas, ostendisti, qui ad usus eorum quae sunt necessaria direxisti.

VI, 54: titulum sine dubio recte exhibet R 1: de mōn q̄a Lirino Gałł.*: aliter r 1. 2:* de monast. q̄a Gałł., *ubi* Lirino *deest.* Stephano abbati, *om. cet. R* 1.* a) *ex* praesentiam *corr. r 1.* b) *in* adfirmat *corr. r 2.* c) *ita R 1;* nobis *r 2;* nostris *r 1.* d) circuens *codd. n., sed corr. r 1. 2.* e) *editiones scr.* rependat; *fortasse scribendum:* labori tuo g. s. resp. et praemia *[Mommsen].* f) et *om. R 1.*

VI, 54 Cf. ep. praeced. — De monasterio Lirino (Lérins, dioecesis Grassensis) cf. seriem abbatum in Gall. Christ. III, p. 1188 ss. et ibid. I, p. 422. Ep. XI, 9 iam Cononi, abbati Lirinensi, missa, queritur noster de incauta remissione, *de qua illius praedecessor, Stephanus fortasse cui haec epistula scripta est, arguitur.* 1) *Cf. ep. VI, 53 n. 1.*

VI, 55.

Gregorius I. papa Brunichildae, reginae Francorum, expetitas SS. Petri et Pauli reliquias per Leuparicum presbyterum, latorem praesentium, mittit. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 155 (Ind. XIIII. cap. 55).
Edd. M: Lib. VI. ep. 50; G: Lib. V. ep. 51. — Iaffé Reg. 1431 (1063).

GREGORIUS BRUNIGILDAE REGINAE FRANCORUM.

Epistolarum vestrarum series, quae religiosum animum et piae mentis studium continebat, non solum voluntatis vestrae nos fecit laudare propositum, sed etiam libenter invitavit postulata concedere. Nec enim negare nos decuit quod christiana devotio et recti[a] cordis desiderium flagitabat, praesertim dum illa postulari et tota amplecti mente cognovimus, quae et credentium fidem valde protegere et animarum salutem operari nihilominus poterunt ac servare. Atque ideo congruo honore vestram excellentiam salutantes indicamus latori praesentium Leparico, quem vos esse presbyterum scripsistis, per quem eloquia[b] vestrarum suscepimus litterarum, reliquias nos beatorum apostolorum Petri ac Pauli iuxta excellentiae vestrae petitionem cum ea veneratione qua dignum est praebuisse. Sed ut in vobis magis magisque laudabilis et religiosa possit clarere devotio, providendum vobis est, ut sanctorum beneficia cum reverentia et debito honore condantur et servientes ibidem nullis oneribus nullisque molestiis affligantur, ne forsitan necessitate exterius inminente in Dei servitio inutiles segnesque reddantur et iniuriam, quod absit, neglectumque beneficia sanctorum collata[c] sustineant. Quieti ergo eorum excellentia vestra prospiciat, quatenus, dum vestro beneficio liberi ab omni fuerint inquietudine custoditi, et illi Deo nostro secura mente laudes exsolvant et vobis in aeterna vita merces adcrescat.

VI, 56.

Gregorius I. papa Arigii, patricii Galliae, virtutes relatas ab Augustino, servo Dei, latore praesentium, laudat cumque cum aliis servis Dei nec non Candidum, presbyterum, rectorem patrimonii ecclesiae Romanae, commendat. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 156 (Ind. XIIII. cap. 56).
Edd. M: Lib. VI. ep. 57; G: Lib. V. ep. 57. — Iaffé Reg. 1441 (1071).

GREGORIUS ARIGIO PATRICIO DE GALLIA.

Quanta in vobis bonitas quantaque mansuetudo cum Christo placita caritate resplendeat, latore praesentium Augustino servo Dei referente comperimus[1] atque

VI, 55 in titulo: cf. ep. 57; ita r 1. R 1; Brunichildae *r 2. R 4;* Brunechildi *R* 1.* a) *ex* devotione recti *corr. R 1.* b) alloquia *R 1.* c) *R 1 et Vatic. B, quem Maur. proferunt:* collecta, *R 4 et Reg. sec. Maurinos:* collocata.
VI, 56 in titulo: patr̄ *r 1. 2. R* 1;* pat̄ *R 1 —* de Gall. *R 1.*

VI, 55 una cum ep. VI, 48 translata. — De Brunichilda cf. ep. VI, 5 n.; VI, 49 n.

VI, 56 Cf. ep. VI, 49—54. — Idem Arigius, patricius rector, ut videtur, provinciae Massiliensis, commemoratur in ep. IX, 211 et supra in ep. V, 31, qua noster colonis patrimonioli Galliae praecipit, ut Arigio oboediant, dum Candidus, novus rector, venerit. Lib. hist. Francorum c. 35 narrat: misit autem legationem Hilpericus ad Tiberium imp. Aregium comitem; *Gregor. Turon. l. VI, c. 2 omisit hoc nomen (a. 581; cf. edit. SS. Merow. in M. G.).* *1) Cf. ep. VI, 53 n. 1.*

omnipotenti Deo gratias agimus. qui haec in vobis pietatis suae dona concessit. per quae inter homines valde laudabiles et ante conspectum ipsius. quod est veraciter utile. gloriosi possitis existere. Oramus ergo. ut haec in vobis qui concessit dona multiplicet et sua vos cum omnibus vestris protectione custodiat et ita in hoc saeculo actionem gloriae vestrae disponat. ut et hic vobis et in futura. quod magis optandum est[a]. vita[b] proficiat. Salutantes itaque gloriam vestram paterna dulcedine petimus. ut lator praesentium et servi Dei qui cum eo sunt vestra in quibus necesse fuerit[c] solacia consequantur, quatenus. dum vestrum favorem invenerit. iniuncta sibi melius adiuvante Domino valeat adimplere.

Praetera filium nostrum Candidum presbyterum. quem ad gubernationem patrimonii ecclesiae nostrae quod[d] illic est transmisimus. vobis per omnia commendamus confidentes a Deo nostro vos mercedis vicem recipere. si rebus pauperum solacia sua gloria vestra devota mente praestiterit.

VI, 57.

Gregorius I. papa Brunichildae, reginae Francorum, commendat Augustinum, servum Dei, praesentium latorem, cum aliis servis Dei ad Anglos iam ad fidem christianam propensos, sed a sacerdotibus, qui in vicino sint, neglectos missum, cui iniunxerit, ut aliquos secum e vicino debeat presbyteros ducere; item Candidum et patrimonium ecclesiae Romanae commendat. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 157 (Ind. XIIII. cap. 57).
Edd. M: Lib. VI. ep. 59; G: Lib. V. ep. 59. — Iaffé Reg. 1433 (1073).

GREGORIUS BRUNIGILDAE REGINAE FRANCORUM.

Excellentiae vestrae christianitas ita nobis veraciter olim innotuit. ut de bonitate eius nullatenus dubitemus. sed magis certum modis omnibus teneamus. quia in causa fidei devote et studiose concurrat et religiosae sinceritatis suae solacia copiosissime sumministret. Ex qua re bene confidentes paterna caritate salutantes indicamus ad nos pervenisse Anglorum gentem Deo annuente velle fieri christianam. sed sacerdotes qui in vicino sunt pastoralem erga eos sollicitudinem non habere. Quorum ne animae in aeterna damnatione valeant[a] deperire. curae nobis fuit praesentium portitorem Augustinum servum Dei. cuius zelum et studium bene nobis est cognitum. cum aliis servis Dei illic dirigere. ut[b] per eos ipsorum potuissemus voluntates addiscere et de eorum conversione vobis quoque adnitentibus. in quantum est possibile. cogitare. Quibus etiam iniunximus ut. ad agenda haec e vicino secum debeant[c] presbyteros ducere. Excellentia ergo vestra. quae prona in bonis esse consuevit operibus. tam

a) est *om. r 2.* b) vita *om. r 1, post* proficiat *ponit r 2.* c) *R 1 om.* fuerit; *alia manu postea additur:* habuerint. d) qui *r 1.*

VI, 57 in titulo: ita R 1, r 1. 2; Brunechildi *R* 1.* a) *ex* valeat *corr. R 1.* b) et *r 1;* ut *R 1 et r 2 om., sed r 2 postea addit; R 1 corrigit ea causa* eos *in* quos. c) debeat *R 1.*

VI, 57 Cf. ep. praeced. et ep. VI, 49—54. — Haec epistula simillima est ep. VI, 49 filiis Brunichildae scriptae. De Brunichilda cf. ep. VI, 5 n.; VI, 49 n. — Nota epistulas, quae hic exstant, omnes, ut videtur, in Burgundiam, regnum Theuderici, missas esse neque ullam Chlotario aut in regnum Neustriae, quamquam, ut ex ep. XI, 51 apparet, postea Augustini socios adiuvit. Sed cum hae epistulae scriptae sunt, certe iam bellum inter Chlotarium et Brunichildam exortum erat.

pro nostra petitione, quam etiam divini timoris consideratione eum dignetur habere in omnibus commendatum atque ei[d] tuitionis suae gratiam vehementer impendat et labori[e] eius patrocinii sui ferat auxilium et, ut plenissime possit habere mercedem, ad suprascriptam[f] Anglorum gentem[g] sua tuitione securum ire provideat, quatenus Deus noster, qui in hoc vos saeculo bonis sibi placitis decoravit, idem et in[h] aeterna requie cum suis vos sanctis faciat gratulari.

Praeterea dilectissimum[i] filium nostrum Candidum presbyterum et patrimoniolum ecclesiae nostrae quod illic situm est vestrae christianitati commendantes petimus, ut tuitionis vestrae gratiam in omnibus consequatur[k].

VI, 58.

Gregorius I. papa Eulogii, episcopi Alexandrini, litteras sibi gratas fuisse scribit. Calamitates eius luget. Quanta a Langobardorum gladiis in cotidiana civium depraedatione atque interitu patiatur, strictim attingit. Ad epistolam per Sabinianum diaconum, responsalem suum Constantinopolitanum, missam non rescripsisse eum miratur. Isidorum diaconum, latorem praesentium, qui benedictionem S. Marci evangelistae detulerit, cum lignis aptis construendis navibus transmittit. *596, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 158 (Ind. XIIII. cap. 58). Edd. M: Lib. VI. ep. 60; G: Lib. V. ep. 60. — Iaffé Reg. 1442 (1074).

GREGORIUS EULOGIO EPISCOPO ALEXANDRINO.

Mater et custos bonorum omnium caritas, quae multorum corda uniendo constringit, absentem non aestimat eum quem mentis oculis habet praesentem. In huius ergo radice cum[a], frater carissime[b], teneamur[c], nihil sibi in nobis corporalis absentia, nil poterit regionum vindicare longinquitas, quippe quia scilicet longe[d] a nobis non sumus qui unum sumus[1]. Hanc autem esse[e] nobis cum ceteris fratribus communem semper optemus. Est tamen aliquid quod nos erga Alexandrinam ecclesiam quadam peculiaritate constringit et in eius amore proniores existere speciali quodam modo lege compellit. Nam sicut omnibus liquet, quod beatus evangelista[f] Marcus a sancto Petro apostolo magistro suo Alexandriam sit transmissus[g], huius nos magistri et discipuli unitate constringimur, ut et ego sedi discipuli praesidere videar propter magistrum et vos sedi magistri propter discipulum[2]. Ad hanc autem unitatem cordium etiam vestrae sanctitatis meritis ligamur, quos auctoris sui salubriter sequi instituta cognoscimus et semper ad magistri sui gremium, unde illic praedicatio salutis exorta est, tota se conferre devotione sentimus. Atque ideo sanctitatis vestrae susceptis apicibus, quantum cor nostrum de fraterna visitatione gavisum est, tantum de indictis

d) ei *suprascr. r 1.* e) labori *r 1; R 1 et r 2:* laboris, *sed R 1. corr. in* labori. f) superscriptam *R 1.* g) *R 1 add.* cum. h) id et in *corr. in* idem in *R 1:* ita et in *r 1;* hic et in *r 2.* i) dil. *R 1.* k) consequantur *R 1.*

VI, 58 a) *om.* cum *R 1 et post ras. 3 litt. add.* nos *et suprascr.* invicem. b) s̄cissime *r 1.* c) *ex* teneamus *corr. r 2;* teneamus *R 1, r 1.* d) quia licet longe *(corr. in* divisi longe*) R 1.* e) quamvis *suprascr. R 1.* f) eugelista *r 1.* g) *ita r 1. R 1;* sic *add. r 2.*

VI, 58 De Eulogio episcopo cf. ep. V, 41 not. 1) *Similia in ep. V, 41.* 2) Ein feiner Wink für den Eulogius, in dem Römischen Stuhle seinen Oberen zu erkennen, *Lau, l. l. p. 158; cf. ep. V, 42. VII, 37. VIII, 29 de cathedris S. Petri; ep. XIII, 44:* sanctissima sedes vestra, quae nostra est.

quae significastis oneribus[1] tristitia premimur[a] et fraterna compassione vobiscum gemimus quod doletis. Sed quia diversa se tendit ubique concussio, in[b] communi necessitate minus est dolendum de propria, sed[c] studendum magis est, ut patienter tolerando vincamus quod omnino devitare non possumus.

Quanta[d] autem nos a Langobardorum gladiis in cotidiana nostrorum civium depraedatione vel detruncatione atque interitu patimur, narrare recusamus, ne, dum nostros dolores loquimur, ex compassione quam nobis impenditis vestros[e] augeamus[2].

Praeterea ante aliquantum temporis communi filio Sabiniano[f] diacono responsa ecclesiae in urbe regia facienti scripta nostra direximus, quae vestrae debuisset fraternitati transmittere[3]. Quae si suscepistis[g], miramur, cur nobis ad ea minime respondistis. Et ideo quia cavendum est, ne cuiuslibet superbia scandalum in ecclesia[h] introducat, necesse est, ut eadem scripta suptiliter relegentes omni studio et tota intentione quae ad honorem vestrum et pacem ecclesiae pertinent[i] conservetis.

Omnipotens autem Deus, qui pietatis suae gratia sacerdotalem vobis animum et caritatem contulit, in suo vos servitio protegat atque ab omni adversitate interius exteriusque custodiat et converti ad se errantium animas vestra propitius praedicatione concedat.

Latorem autem praesentium Isidorum[k] diaconem[4] communem filium cum ea qua[l] oportuit caritate suscepimus benedictionem[5] nobis sancti Marci evangelistae deferentem. Et vos quidem bonae vitae merito resplendentes ea quae[m] paradiso vicina sunt bene olentia nobis ligna[6] transmisistis. Nos vero quia videlicet peccatores sumus, ab occidente vobis ligna transmisimus, quae construendis apta navibus tumultum mentis nostrae signantia in marinis semper fluctibus agitentur[n]; et quidem transmittere maiora voluimus[o], sed haec navis angustia non recepit[7].

MENSE AUGUSTO INDICTIONE XIIII.

VI, 59.

Gregorius I. papa Gennadium, patricium Africae, reprehendit, quod non Paulo episcopo propter Donatistarum iniurias Romam eunti, ut ante biennium ei scripserit, auxilium praebuerit, ita ut diverso impedimento prohibitus sit. Cuius causam se recuperata

a) premitur *R 1, r 1. 2;* tur *in ras. R 1; corr. in* premimur *r 2.* b) et *r 1.* c) sed *expunx. r 2.* d) *ex* tanta *corr. R 1.* e) v̄r̄o *R 1.* f) *ita R 1;* Saviniano *r 1;* Saviano *r 2.* g) susceptis *r 1.* h) *ita R 1;* ecclesiis *r 1. 2.* i) *ex* pertinet *corr. R 1.* k) Ysidorum *R 1.* l) quę *R 1.* m) a *add. r 1.* n) agitantem *r 1.* o) volumus *r 1.*

Mense *cet. ad ep. praeced. trahunt r 1. 2. R* 1.*

1) *Tributa vel angariae?* 2) *Similia in ep. V, 42.* 3) *Scil. ep. V, 41, ann. 595 m. Iun. scriptam de Iohannis Constantinopolitani superbia.* 4) *Idem commemoratur in ep. XIII, 45.* 5) Benedictio *idem fere est, quod in aliis epistulis* xenium *appellatur, ut cum ex hoc loco tum ex ep. VII, 37. XIII, 45 apparet.* 6) *De lignis bene olentibus ex Arabia Romam transmissis cf. Friedlaender, Sittengeschichte Roms III[5], 76 ss.* 7) *Eadem fere in epistulis n. 5 laudatis. Italiam olim arboribus feracem fuisse constat; cf. Nissen, Italische Landeskunde I p. 429 ss. Rutil. Namat. I, 621:* otia vicinis terimus navalia silvis *prope Pisam, in quibus etiam apros venabantur. Cassiod. Var. V, 16—20.*

valetudine aggressurum esse nuntiat. De eiusdem excommunicatione cur non primas, sed patricius sibi significaverit, miratur. *596, Aug.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 159 (Ind. XIIII. cap. 59). Edd. M: Lib. VI. ep. 63; G: Lib. V. ep. 61. — Iaffé Reg. 1443 (1075).

GREGORIUS GENNADIO PATRICIO AFRICAE.

Excellentiam vestram non ambigimus reminisci, quia[a] ante biennium[1] pro Paulo fratre et coepiscopo nostro scripsimus, ut ei ad nos venire desideranti dignitatis vestrae suffragia praeberetis ob hoc, quod a Donatistis[2] insecutionis dicebatur molestiam sustinere, quatenus, postquam illic eum nullum[b] contra eos nuntiatum est habere[c] posse subsidium, cognita veritate fraterna ei compassione potuissemus ferre consultum et salubri dispositione, quid contra pestiferae[d] praesumptionis insaniam debuisset fieri, tractaremus. Et quantum nobis praedictus frater noster innotuit, non solum nullum meruit cuiusquam habere solacium, sed[e] immo, ne[f] ad Romanam potuisset urbem accedere, diverso est impedimento prohibitus. Cui tamen dum vestram relegi fecissemus epistolam, respondit[g] non se quorundam odio, quia Donatistas[h] cohibeat[i], laborare[k], sed magis pro defensione catholicae fidei multorum perhibet ingratitudinem[l] sustinere multaque alia retulit, quae, quoniam aptum dicendi tempus non extitit, silentio retinere[m] praevidimus[3].

Quia ergo non de rebus terrenis, sed de animarum salute tractatur et vestra atque illius diversa existit assertio, nihil indiscussa veritate suptiliter respondere potuimus, quia tempore quo excellentiae vestrae scripta suscepimus corporis aegritudine tenebamur[4]. Sed dum nos omnipotens Deus, si ei placuerit, pristinae saluti reddiderit, veritatem diligenti, ut possumus, inquisitione rimabimus[n] et secundum ea quae valuerimus addiscere ita causam Deo miserante disponemus, ut animarum quarum vos curae pro vestra mercede studere dignatis[o], salus non solum quae ab errantibus[p] amissa est, reparetur, sed etiam quae in[q] verae fidei cultoribus[r] est, redemptoris nostri gratia protegente servetur.

De suprascripto autem episcopo, quem communione privatum esse asseritis, valde mirati sumus, cur nobis hoc non primatis eius[5], sed excellentiae vestrae epistola[s] nuntiavit.

VI, 59 in titulo: Gennadio epo. pat. Afrc. *r 1;* pat̄ *etiam R 1 abbr.* a) *ex* qui *corr. R 1.* b) nullum *R 1; sed om. r 1. 2.* c) non *post. m. add. r 2.* d) tempestifere *R 1.* e) ne *hic add. r 1 et m. post. r 2.* f) *ita scr. Mommsen;* immune *codd., quod corr. in* immunis *r 2;* sed ut minime *sec. ed. M duo Vatic.* g) *ex* responit *corr. r 2.* h) Donatistis *r 2.* i) cohibe[*ras. 1 litt.*]at *r 1.* k) *ex* labore *corr. r 2.* l) ingratitudines *r 1. 2.* m) *in* reticere *corr. r 2;* reticere *etiam sec. ed. M Vatic.* n) rimabimur *r 1. 2.* o) *ita r 1. 2;* signatis *R 1.* p) iam *add. r 2.* q) in *om. R 1.* r) cultores *r 2;* cultori *(*i *in rasura) et suprascr.:* bus *R 1.* s) excellentia v̄ra eplis. *R 1.*

VI, 59 una certe cum sequenti ep. translata. — De Gennadio, Africae exarcho, cf. ep. I, 59 n.; IV, 7 n. 1) *Haec ep., quae deperdita est, certe una cum ep. IV, 32, a. 594 m. Iul. scripta transmissa est; de Paulo cf. ib. not. 3; idem Constantinopolim profectus (ep. VI, 61; VII, 2) tum Romam et in Africam rediit (ep. VIII, 13. 15).* 2) *De Donatistis cf. ep. II, 46 n. 4. IV, 32 n. 2. V, 3 n. 2 etc.* 3) *Nota nostrum hic in tempore perfecto loqui atque illa sermonis subtilitate uti, qua aureae aetatis auctores in epistulis solebant.* 4) *De* molestiis corporis *iam questus est Gregorius ep. V, 42. De morbis, quibus cruciatus est, cf. Lau, l. l., p. 299 s.; Wolfsgruber, Gregor d. Gr. (1890) p. 74—77. Eadem excusatione, qua hic utitur noster, moram scribendi excusat in ep. X. 14.* 5) *Adeodati, ut apparet ex ep. III, 48.*

VI, 60.

Gregorius I. papa Dominico, episcopo Carthaginiensi, de caritate exponit. De xeniis gratias agit. *596, Aug.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 160 (Ind. XIIII. cap. 60).
Edd. M: Lib. VI. ep. 64; G: Lib. V. ep. 62. — Iaffé Reg. 1444 (1076).

GREGORIUS DOMINICO EPISCOPO CARTHAGINENSI.

Vere mirabilis caritatis virtus est, dilecte frater, quae adventu supernae gratiae, postquam spiritalia inclinavit ad infima, postquam ipsum sibimet unumquemque carnalibus inlecebris discordantem pacavit hominem, in[a] humanis se ita dilatavit mentibus, ut sublimia inclinaret, humilia sublimaret, pacaret discordantia, ferocia mansueta faceret[b], dissociata conglutinaret, scissa sarciret[c], divisas tot aquarum[d] terrarumque[e] spatiis climatumque diversitatibus hominum nationes compaginatis ad unum mentibus suae vinculo suavitatis astringeret. Huius amplitudinis praeconia quando humanae infirmitatis exponere lingua sufficiat? Huius laus in caelo perfecta est, in terris autem forma eius[f] ostendenda est potius, quam dicenda, ut, qualis quantaque sit, postquam ore nostro plene non potest[g], ex[h] nostra magis compassione monstretur. Quam etsi utcumque laudamus ore, simul necesse est, ut fateamur manu, ne, si laudator eius tantum est quispiam et non factor, sententiam sibi magis exacuat, quia in conspectu iudicis hoc favoribus exaggerat quod omisit. Hanc nos, licet locorum intervallis distincti[i] atque corpore longe a vobis[k] positi, auxiliante Dei potentia erga vos[l] studiosissime conservemus[m]; hanc vos[n] non solum circa nos, sed erga fratres filiosque vestros[o] paternis fraternisque oportet visceribus exhibere. Nam quomodo hoc non sit studiosissime faciendum, quando eius non tam in fratrum filiorumque est, quam in[p] inimicorum quoque dilectione perfectio? Quamobrem carissime nos, quos pastoralis curae constringit officium, diligamus fratres. Ipsos quoque adversarios propter mandatum dominicum nostro circa nos copulemus affectu. Pacem sequamur cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum[1]. Piis[q] vacemus operibus, virtutibus polleamus, fulgeat in nostro pectore rationale iudicii cum superhumeralis actione coniunctum[2]. Ita procedamus in conspectu Dei atque totius Israhel. Huiusmodi commisso nobis gregi praebeamus exempla, ut videant bona nostra opera et glorificent patrem nostrum qui in caelis est[3]. Sit in lingua[r] sermo, sit zeli fervor in animo, ut vere de illorum dicamur numero, de quibus legitur: 'Apparuerunt illis disper- (Act. 2, 3.) titae linguae tamquam ignis, seditque super singulos eorum'. Vere enim igneae in nobis linguae resident, si in fratrum filiorumque exhortatione divini fervore spiritus accendamur. Creditum nobis agrum dominicum exerceamus, dum licet; seminemus in timore, dum tempus est; bonum facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes[4]. Simus cum illis, de quibus psalmista dicit: 'Euntes ibant et flebant (Ps. 125, 6.)

VI, 60 in titulo: Cartagīn *r 1. 2;* Cartaginense *R 1;* Karthaginensi *R* 1.* a) in *om. R 1.* b) mansueta faceret *r 1 et corr. ex* mansuete f. *r 2;* mansuete f. *R 1.* c) saciret *R 1, sed suprascr.* n; s *in ras.* d) tota *(corr. in* totas*)* quarum *et postea add.* que *r 2.* e) que *expunct. r 2.* f) eius *om. R 1.* g) *ex* potens *corr. r 2.* h) ex *om. R 1.* i) disiuncti *r 2;* distincti *R 1, r 1. (Cf. ep. V, 41. 53:* longo terrarum spatio disiunctum *etc.)* k) nobis *R 1, sed* n *in ras.; suprascr.* se. l) nos, *sed* n *in ras. R 1.* m) conservemus *R 1, r 1; corr. in* conservamus *r 2;* e *in ras. R 1.* n) vos *om. R 1.* o) nostros *R 1;* n *in ras.* p) in *om. r 1. 2; suprascr. R 1.* q) *ita R 1;* impiis *r 1, sed* im *eras.;* in piis *r 2.* r) $\overline{\text{vra}}$ *add. r 1.*

VI, 60 Cf. ep. praeced. — De Dominico cf. ep. II, 52 not. 1) *Hebr. 12, 14.* 2) *Exod. 28, 28.* 3) *Matth. 5, 16.* 4) *Galat. 8, 9.*

Ps. 125, 6. mittentes[a] semina sua'. Ad cuius rei fructum nos provocans subdidit: 'Venientes autem venient in[b] exultatione portantes manipulos suos'. Vigilemus itaque et relinquentes terrena negotia caelestibus anhelemus; ea quae retro sunt obliviscentes in his quae ante sunt nosmetipsos enixius extendamus[1]. Mens nostra in saeculari varietate non diffluat, sed tota in unum currat atque confluat finem, quem mira suavitate
Ps. 25, 4. David respexerat, cum dicebat: 'Unam petii a Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae'[2]. Hoc amore liquefiant[c] boni corda[d] rectoris. In his se mens tota suspendat. Dum adhuc in terris sumus positi, frequens a nobis lacrimarum imber in caelo compunctionis nube fructificet. Tunc enim bene atque vere, dilecte mi frater, ad proximorum dilectionem descendimus, si in dilectione Dei ex toto corde, ex tota anima et mente atque ex totis viribus persistimus[e].

Xenia[3] vero temporalia a vobis directa, licet nos talibus non egeamus, tamen cum debita caritate suscepimus. Egemus[f] autem de vestra[g] debita caritate atque commissi[h] vobis regiminis sollicitudine gratulari. Multo enim nobis haec dulcissima fiunt, cum sacerdotali mente[i] atque[k] piae conversationis fuerint suavitate condita.

VI, 61.

Gregorius I. papa Mauricio Tiberio Augusto episcopos Romae queri nuntiat, quod imperiales contra Donatistas leges in Africa neglegantur. Unum ex episcopis a Gennadio per litteras accusari scribit duobus aliis episcopis testibus; sed quia in causa ipsa saecularis iudicis interesset, se eosdem episcopos ad imperatorem mittendos esse existimasse.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 161 (Ind. XIIII. cap. 61). *596, Aug.*
Edd. M: Lib. VI. ep. 65; G: Lib. V. ep. 63. — Iaffé Reg. 1445 (1077).

GREGORIUS MAURICIO TIBERIO AUGUSTO.

Inter armorum curas et innumeras sollicitudines, quas indefesso studio pro christianae reipublicae regimine sustinetis[a], magna mihi cum universo mundo laetitiae causa est, quod[b] pietas vestra custodiae fidei, qua dominorum fulget imperium, praecipua sollicitudine semper invigilat[1]: unde omnino confido, quia, sicut vos Dei causas religiosae mentis amore tuemini, ita Deus vestras maiestatis suae gratia tuetur et adiuvat. Qualiter autem pietatis vestrae serenitas contra Donatistarum flagitiosissimam pravitatem consideratione iustitiae et sincerissimae religionis zelo commota sit, directarum lucidissime tenor insinuat iussionum. Sed venientes viri reverentissimi ex Africana provincia episcopi[2] asserunt ita esse incauta dissimulatione postpositas, ut nec Dei illic iudicium haberetur in metu nec principales hactenus iussiones[3] sortirentur

a) *ex* metentes *corr.* mitentes *r 1.* b) cum *r 1.* c) *ex* liquefiat *corr. R 1.* d) quondam *del. et* corda *suprascr. R 1.* e) *ita R 1, sed* si *(in* pers.*) suprascr.;* simus *r 1;* maneamus *postea add. et* persist. *om. r 2.* f) egimus *R 1, r 1. 2, sed in* egemus *corr. r 2.* g) de vestra *om. r 1. 2; fortasse* debita *delendum est.* h) commissis *R 1, r 1.* i) sacerdotalibus mentes *R 1, r 2, sed corr. R 1 in:* sacerdotali mente *(ita 3 Vatic.) et r 2 in:* sacerdotales mentes*; r 1:* sacerdotali mentes*; Vatic. D sec. Maur.:* sacerdotalis mentis. k) atque *expunx. r 2.*

VI, 61 in titulo: Mauricio Tiberio *(*Tyberio *r 1)* Aug̅. *R 1, r 1. 2 et sec. M 3 Vatic.; R* 1:* Mauricio et Tyberio Augustis. a) *ex* astinetis *corr. R 1.* b) *ex* quia *corr. R 1.*

1) Phil. 3, 13. 2) Secundum Hieronymi ex Alexandrinis interpretibus versionem. 3) De xeniis cf. ep. VI, 19. V, 16 n. 8 etc.

VI, 61 una certe cum seq. ep. translata. 1) Similis arenga in ep. V, 37; sed cf. etiam ep. VI, 25. 2) Paulus scilicet, de quo agitur locis in ep. VI, 59 not. 1 laudatis, cum aliis. 3) Eaedem certe iussiones in ep. V, 3 (n. 1) commemorantur.

effectum, hoc etiam subiungentes, quod in praefata provincia Donatistarum praemiis praevalentibus fides catholica publice venundetur. At contra gloriosus vir Gennadius de uno eorum mihi similia questus est[c], qui talia querebatur[d 4], cui etiam duo ceteri in re eadem testimonium ferebant. Sed quia in causa ipsa saecularis iudicis intererat, eosdem episcopos ad pietatis vestrae existimavi esse vestigia dirigendos[5], ut per semetipsos serenissimis auribus suggerant, quae se fatentur pro fide catholica pertulisse. Eapropter obsecro, ut dominorum christianitas pro salute animae et vita piissimae subolis suae[e] eos quos tales esse cognoscat[f] districta ulcisci iussione praecipiat et ruinam pereuntium ereptionis manu suspendat atque insanis mentibus correptionis medicinam adhibeat et errorum ab eis morbos[g] expellat, quatenus, dum piae provisionis vestrae remedio pestiferae pravitatis fuerit caligo depulsa et vera illic fides radios[h] suae serenitatis aspexerit[i], caelestis vos ante redemptoris nostri oculos triumphus expectet, quia quos exterius ab hoste defenditis, etiam interius a[k] diabolicae fraudis veneno, quod est gloriosius, liberatis.

VI, 62.

Gregorius I. papa Athanasium presbyterum „monasterii sancti Mile, cui est vocabulum Tannaco, quod in Lycaonia est provincia constitutum", qui ad apostolicam sedem recurrerat, suspicione haeresis liberat; idque se Iohannis, defuncti episcopi Constantinopolitani, successori, cum eiusdem synodicam acceperit, nuntiaturum esse pollicetur.

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 162 (Ind. XIIII. cap. 62). *596, Aug.*
Edd. M: Lib. VI. ep. 66; G: Lib. V. ep. 64. — Iaffé Reg. 1446 (1078).

GREGORIUS ATHANASIO PRESBYTERO DE ISAURIA.

Sicut de eis quos ab unitate[a] ecclesiae hereticae pravitatis error abscidit affligimur et dolemus, ita his quos intra sinum suum catholicae fidei professio[b] continet congaudemus: et ut pastorali sollicitudine illorum nos oportet impietatibus obviare, sic piis horum professionibus congruit favorem impendere et sincera esse quae sapiunt declarare. Atque ideo dum tibi[c] Athanasio presbytero monasterii sancti Mile, cui est vocabulum Tannaco[d], quod in Lycaonia est provincia constitutum, contraria integrae fidei fuisset orta suspicio, ut professionis tuae potuisset integritas apparere, ad apostolicam sedem cui praesidemus elegisti recurrere asserens etiam te corporaliter verberatum aliqua iniuste ac violenter fecisse. Et quamquam ea, quae vis[e] impulsione[f] fiunt, canonum minime censura recipiat et iure habeantur[g] infirma, quia ipse ea dissolvit qui iniustum[h] fateri compellit, sed magis illa est suscipienda et amplectenda confessio, quae ex spontanea monstratur voluntate procedere, sicut apud nos fecisse dinosceris, ne quid tamen nobis ambiguum potuisset existere, sanctissimo Iohanni

c) est *suprascr. R 1.* d) quaerebantur *r 1.* e) sua *r 1. 2.* f) cognoscit *r 1. 2.* g) morsus *r 1. 2 et sec. ed. M Vatic.* h) radios *in* radio *corr. R 1.* i) aspexerit *R 1, r 1, sed corr.* asperserit *r 2 ex* aspexserit. k) a *om. R 1.*

VI, 62 in titulo: presb. *om. R* 1* — Hisauria *R 1;* Ysauria *R* 1.* a) ad unitatem *R 1.* b) professione *R 1.* c) tibi *del. et* de te *suprascr. R 1.* d) *ita r 1. 2 et ex* Tanaco *corr. R 1.* e) quae vi *r 1;* quaevis *r 2;* que vis *corr. in* que quamvis *R 1.* f) inpulsionis *r 1.* g) *ex* abeatur *corr. R 1.* h) vel invictum *suprascr. r 2.*

4) *Scil. de Paulo: cf. ep. VI, 59.* 5) *Cf. ep. VII, 2.*

VI, 62 Cf. ep. praeced. — De Athanasio eiusque causa, cf. ep. VI, 14 not. 1 et loc. ib. laud.

quondam fratri nostro Constantinopolitanae civitatis antistiti de te praevidimus scribendum, ut suis nos, quid actum esset, epistolis informaret. Qui saepe a nobis ammonitus[1] rescribens innotuit codicem apud te fuisse inventum, in[a] quo plurima continebantur heretica, et ob hoc se adversus dilectionem tuam fuisse commotum. Quem quia ad nos studuit pro satisfactione transmittere, priores eius partes sollicita lectione percurrimus et, quoniam manifesta in eo hereticae infectionis venena repperimus, ne denuo debuisset legi, vetuimus[b] [2]. Sed quia hunc te simpliciter legisse testatus es et ad amputandam ambiguae suspicionis materiam libellum nobis manu tua porrexisti perscriptum, in quo fidem tuam exponens omnes generaliter hereses, vel quicquid adversus catholicae professionis integritatem est, apertissime condemnasti et cuncta quae sanctae quattuor universales synodi recipiunt te semper recepisse ac recipere[c] et quae condemnant condemnasse condemnareque[d] professus es[e], eam[f] quoque synodum quae[g] Iustiniani temporibus de tribus capitulis facta est te et suscipere et custodire promisisti et prohibitus a nobis codicem ipsum legere, in quo pestiferae fraudis virus innexum est, libentissime consensisti, reprobans etiam atque condemnans omnia quae in eo contra catholicae fidei integritatem dicta vel latenter inserta sunt nec eum te legere denuo promisisti; hac ratione permoti, postquam[h] etiam ex probati[i] a[k] te libelli pagina[3] fides tua[l] nobis catholica Deo custodiente perclaruit, ab omni te hereticae perversitatis macula iuxta professionem tuam liberum esse decernimus et catholicum atque sincerae in omnibus fidei professorem atque[m] sequacem Iesu Christi salvatoris gratia[n] claruisse pronuntiamus, liberam quoque tribuentes[o] licentiam ad tuum monasterium in tuo te loco vel ordine nihilominus remeare. De hoc autem et dilecto fratri nostro Constantinopolitanae civitatis antistiti[p] [4], qui in supradicti sanctissimi[q] Iohannis loco ordinatus est, nostra volumus scripta transmittere; sed quia non est consuetudo, ut prius, quam ad nos eius synodica[r] [5] deferantur, debeamus scribere, idcirco[s] distulimus, sed postea ei haec, dum fuerit oportunum[t], indicabimus[6].

EXPLICIT DE INDICTIONE XIIII.

a) in *om. r 1. 2.* b) metuimus *r 1.* c) *pro* ac recipere: accipere *r 1.* d) emendareque *expunx.*, condemnareque *postea add. r 2;* commendareque *r 1.* e) es *om. r 1.* f) sextam *R 1.* g) *ex* q *corr. R 1; add.* epi *codd. n., sed expunx. r 2; fortasse legendum:* quae piissimi. h) *ex* quot quam *corr. R 1.* i) ex probrati *r 1.* k) a *om. codd. n., sed postea hic add. R 1.* l) tua a *codd. n.* m) ac *r 1.* n) gre. *R 1.* o) *ita R 1;* tibi *suprascr. et ex* tribuendi: tribuimus *corr. r 2;* tribuendo *r 1 et Ioh. d.* p) antisti *r 1.* q) sci *r 1.* r) *ex* xenodica *corr. R 1, r 2;* xenodica *r 1.* s) nunc *postea add. r 2.* t) oportunum *suprascr. r 2;* oportune *r 1; om. hoc verbum R 1;* impleta fuerint *R* 1.*

Explicit *cet.:* de ind. XIIII *om. r 2. — Haec omnia om. R* 1.*

1) Ep. III, 52 (n. 1); cf. V, 44 in f. 2) Et Maurini et alii notant ex hoc loco apparere, quam antiqua sit Romanorum pontificum potestas libros prohibendi. 3) Scil. e professione fidei. 4) Cyriacus tunc iam erat episcopus Constantinopoli, de quo cf. ep. VII, 4 et VII, 5 qua respondet noster eius synodicae. 5) De synodicis epistulis cf. ep. I, 24 not. 6) Quod fecit Gregorius in ep. VII, 4.

ITEM EPISTOLA DE SUPRASCRIPTO MENSE APRILI INDICTIONE XIIII.

VI, 63.

Gregorius I. papa Secundo, servo Dei Ravennae, per Castorium eo iterum proficiscentem mandat, ut cum Agilulfo rege pacem componere festinet; nam iam et partes „istas" et diversas insulas in gravi periculo esse. Marinianum, episcopum Ravennatem, cui admonitionem iam miserit, sed qui omnino non responderit, ad sustentandos pauperes admoneri iubet. *596, Apr.*

Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIIII. cap. 163 (Ind. XIIII. cap. 63).
Edd. M: Lib. VI. ep. 30; G: Lib. V. ep. 29. — Iaffé Reg. 1413 (1041).

GREGORIUS SECUNDO SERVO DEI NON A PARIBUS RAVENNAE.

Postquam revertens Castorius[1] omnia nobis quae inter vos et Agilulfum[a] regem acta sunt indicavit, ne excusationem contra[b] nos de mora potuisset aliquis invenire, sub omni eum celeritate illic retransmittendum praevidimus. Ab eo ergo ea[c] quae sunt agenda cognoscens esto sollicitus et omni modo inmine, ut pax ista[d] debeat ordinari[2], quia, quantum dicitur, aliqui in hoc impedire conantur. Pro qua re festina strenue agere, ut labor vester sine effectu[e] non valeat remeare[f]. Nam iam et partes istae et diversae insulae in gravi sunt periculo positae[3].

Fratrem nostrum Marinianum[4] episcopum verbis quibus vales excita, quia obdormisse eum suspicor. Nam[g] venerunt quidam ad me, in quibus[h] quidam senes[i] mendicantes, qui a me discussi sunt, a quibus quid[k] acceperint, et per singula retulerunt, quanta eis et a quibus in itinere data sint. Quos[l] dum sollicite de praedicto fratre

Item *cet.: ita R 1, r 1; haec omnia om. r 2, sed in marg. quaedam verba add., ex quibus supersunt litterae:* (E)PER | SSE | (X)IIII — item ep. de s. *om. R* 1* — eplis *pro* epistola *R 1* — superscripta *r 1* — aprilis *R 1.*

VI, 63 in titulo: Secundo *R 1, r 1. 2. Ioh. diac. III, 29 et codd. Maurinorum;* Secundino *R* 1 et vet. edd.* — n̄: *r 1. R 1. R* 1;* non *r 2 et Vatic. B. Ewald* non *quam* nostro *legere maluit et coniecit haec verba:* non a paribus *propter epistolam per eundem nuntium Mariniano traditam addita esse.* a) Agninulfum *R 1.* b) intra *r 1.* c) ea *om. R 1.* d) ista *om. R 1.* e) affectu *r 1.* f) *ita R 1, r 2;* remanere *r 1.* g) tam et *r 2.* h) *ita r 1;* quidam — quibus *om. R 1, r 2; postea add.* quidam *(sed expunx.) et* ad me *r 2.* i) *ex* senex *corr. r 2;* senex *r 1.* k) quid *om. R 1, ras. 3 litt.* l) quod *R 1, r 1.*

VI, 63 Dubium est, qua ex causa haec epistula suo loco a librario omissa sit; cum prima m. Mai epistula Secundino episcopo directa esset, librarius fortasse erravit propter titulorum similitudinem confundens duas epistulas; an hanc epistulam omisit propter aliam epistulam, quam exscripserat, putans utramque eisdem verbis scriptam esse (ep. VI, 31 aut VII, 42)? Quam si coniecturam probamus, additamentum non a paribus *(cf. ep. I, 24 n.) a librario archetypi additum est, quo causam sui erroris exponeret. — De Secundo cf. ep. VI, 24 n. 9.* 1) *Eidem Castorio responsali eodem mense Aprili epistula (VI, 31) Ravennam transmissa est; fortasse inter illam et hanc epistulam translatam et Romae fuerat et* sub omni celeritate *Ravennam reversus erat.* 2) *Quo studio noster pacem sectatus sit, etiam ex ep. II, 45. IV, 2. V, 34, n. 4. V, 36. VII, 42. IX, 11. 44. 66 s. apparet; m. Oct. a. 598 scribit pacem ab exarcho (Callinico) ordinatam esse. Ex eo, quod in hac epistula mentio exarchi omnino nulla fit, conici potest, tunc temporis Romanum exarchum iam mortuum esse; sed pax ordinari non potuit, antequam novus exarchus in Italiam venit (ante m. Iun. a. 597: cf. ep. VII, 26).* 3) *Cum hostes Sardiniam insulam ingressi essent, ep. IX, 11 noster scripsit se periculum iam dudum praevidisse. Cf. etiam ep. VI, 32 n. 1.* 4) *De Mariniano, episcopo Ravennate, cf. ep. V, 51 n. 5.*

requirerem, quid eis dedisset, responderunt se eum rogasse, sed ab eo se omnino nihil accepisse, ita ut neque panem[m] in via acceperint, quod dare omnibus illi ecclesiae semper familiare fuit. Dixerunt enim: Respondit nobis dicens: 'Non habeo quod vobis dare'[n]. Et miror, si is qui vestes habet, argentum[o] habet, cellaria[5] habet[p], quod pauperibus debeat dare non habet.

Dic ergo[q], ut cum loco mutet mentem. Non sibi credat solam lectionem et orationem sufficere, ut remotus studeat sedere et de manu minime fructificare; sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat, quia, si haec non habet, vacuum episcopi nomen tenet. Quaedam vero eum per epistolam meam[6] de anima sua ammonui, sed nil mihi omnino respondit; unde credo, quia ea neque legere dignatus est. Pro qua re iam necessarium non fuit, ut eum per epistolam meam ammonere aliquid debuissem; sed tantum illa scripsi[7], quae in causis terrenis consiliarius dictare potuit. Nam ego ad hominem non legentem fatigari in dictatu non debui. Tua ergo dilectio secreto ei omnia loquatur et ammoneat, qualiter se disponere[r] debeat, ne per praesentem neglegentiam vitam, quod absit, priorem perdat.

m) *ita r 1;* pacem, *sed suprascr.* vel panem *r 2;* pacem *post. m. in* panem *corr. R 1.* n) possim *add. r 2, ut videtur.* o) non *add. r 1.* p) cellaria habet *om. R 1.* q) ei *add. r 2, ut videtur.* r) sedis ponere *R 1.*

5) Cf. ep. I, 42 p. 65 n. 7. *6) Ep. VI, 28?* *7) Haec epistula deperdita esse videtur.*

INCIPIT
EX REGESTO DOMNI GREGORII
DE INDICTIONE XV.

MENSE OCTOBRI INDICTIONE XV.

VII, 1.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut quam clericus eius velut servam dimiserit uxorem, latricem praesentium, cum libera reperta sit, recipi a marito iubeat. *596, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII–XV. cap. 164 (Ind. XV. cap. 1).
Edd. M: Lib. VII. ep. 1; G: Lib. VI. ep. 1. — Iaffé Reg. 1447 (1079).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Cuius rei causa cum matre sua hic compulsa anno praeterito praesentium venerit latrix, fraternitas vestra cautius[a] novit. Quam quia maritus suus, clericus vester[1], ob hoc, quod de servili fuerat condicione pulsata[2], a suo noscitur removisse consortio,

Incipit *etc. Ita hanc indictionem inscribunt R 1, r 1. 2* (incipi *R 1;* incpt *r 1)* — regesto *r 1;* registro *cet.* — de *om. R 1* — incipiunt eplę ex registro S. G. pp. urbis Romę p ind. XV datę *et post intervallum ceteris omissis inscriptionem epistulae VII, 1 exhibet R* 1* — ind. XV *post* mēn octob. *om. R 1.* — Incipit registrum inditione XV. *ed. pr.;* Liber sextus epistolarum ex registro S. Gregorii papae. Indictione decimaquinta, de anno ordinationis eius septimo *ed. G.;* Sancti Gregorii papae registri epistolarum liber septimus. Indictione decimaquinta, et anno ordinationis eius septimo *ed. M.*

VII, 1 in titulo: Neapoł *r 1. 2;* Neapoli *R 1;* Neapolitano *R* 1.* a) *supra ras. 3 litt.* acu *pro* cau *scrips. R 1;* acutius *Maurinorum Vatic. B.*

VII, 1 De Fortunato cf. ep. III, 58 not. 1) *Clericos* extra sacros ordines *matrimonium inire posse noster in epistula I-E. 1843 (a. 601, Iun. 22) dubiae fidei scribit atque ep. IX, 218 decernit* cum his qui in sacro sunt ordine constituti habitare mulieres *prohiberi; cf. quae de subdiaconis scribit Gregorius ep. I, 42 (p. 67). IV, 5; 34.* 2) *I. e. accusata. — Cum serva conubium non erat; concubinas autem habere clerici prohibentur. Cf. Nov. Iust. 123 c. 12.*

vosque hic positos asserunt promisisse, ut, si probare se liberam adiuvante Domino valuisset, suo eam vos coniugi reformare, fraternitas vestra cognoscat, quod revelante Deo libertatis auctore[3] adprobata sit libera nullaque in ea macula servilis inventa. His ergo cognitis sine mora aliqua[b] suo[c] eam volumus marito restitui, nec ulterius isdem vir eius argumenta sibi occasionis exquirat, quibus eam possit abicere. Nam si a vobis, quod non credimus, minime fuerit adimpletum eamque recipere forte distulerit, nos illud cognoscatis cum districta vindicta[d] corrigere.

VII, 2.

Gregorius I. papa Columbi, episcopi Numidiae, de Paulo episcopo litteras post eiusdem Constantinopolim profectionem allatas esse nuntiat eumque ex epistularum Gregorii assiduitate inimicitias sibi nasci querentem ad constantiam hortatur. *596, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 165 (Ind. XV. cap. 2).
Edd. M.: Lib. VII. ep. 2; G: Lib. VI. ep. 2. — Iaffé Reg. 1448 (1080).

GREGORIUS COLUMBO EPISCOPO DE NUMIDIA.

Epistolam fraternitatis vestrae harum latore diacono vestro deferente suscepimus, in qua nobis de persona Pauli episcopi[1], quae apud vos acta sunt, indicastis; quod tam sero factum est, ut persona ipsa hic iam valuisset minime repperiri. Nam et vir excellentissimus filius noster Gennadius[a] patricius[2] suum ad nos pro causa eadem cancellarium[3] destinavit; sed dum fecissemus inquiri, utrum cum eo nobis[b] coram positis vellet inire conflictum, respondit ad hoc se minime fuisse transmissum, sed solummodo tres quosdam hic de eius ecclesia deduxisse, qui contra eum dicere e[c] se plurima debuissent. Dum ergo neque illum ad inferendas actiones paratum invenimus neque personarum illarum nos qualitas movit, quod in accusatione episcopi valuissent idonei repperiri, saepe dicto Paulo episcopo ad urbem se regiam relaxari debuisse[d] precibus speranti non potuimus contradictionis moras afferre, sed mox eum secundum petitionem suam cum aliis duobus secum[e] deductis episcopis ambulare permisimus. Si qua ergo fuere quae contra eum dici rationabiliter poterant, mox eo hic veniente vestra debuit, quod nunc fecit, fraternitas cuncta suptiliter indicare. Quod enim multorum vos inimicitias ob hoc, quod nostris vos frequentius visitamus epistolis, pati signastis: dubium non est, reverentissime frater, bonos pravorum odia sustinere divinisque

b) *add.* a *sed del. R 1.* c) vos *add. codd. n.* d) regula *R* 1.*
VII, 2 a) Iennadius *R 1;* Gennadus *r 1.* b) nobis *om. R 1.* c) e *scr. Mommsen, om. codd.* d) *ex* debuisset *corr. R 1;* debuisset *r 2.* e) secundum *r 1.*

3) Ex arenga ep. VI, 12 apparet, quid haec verba significent.

VII, 2 una certe cum ep. seq. translata per Columbi diaconum. De Columbo cf. ep. II, 46 n. 1) De hoc cf. ep. VI, 59 n. 1. VI, 61. 2) De Gennadio, patricio et exarcho Africae, cf. ep. I, 59 n. IV, 7 n. 3) Cancellarii in omnium fere magistratuum officiis erant; in officio magistri officiorum silentiarius pro cancellario commemoratur; ante aditum secreti stantes cancellarii petitores arcebant, petitiones et acta magistratui tradebant. Cf. Mommsen, Ostgoth. Studien, in N. A. XIV p. 478 ss. In Italia commemorantur Narsetis cancellarii apud Agathiam I, 19 p. 55 ed. B.; cancellarius praefecti Longini in C. J. L. XI, 1 n. 317; cancellarius (magistri militum?) in Civitate Nova in dipl. apud Ughellium, Ital. s. V p. 1100; cancellarii praefecti pr. Africae: C. J. I, 27, 1, 21.

intentos operibus perversorum adversitatibus lacerari. Sed quanto[f] haec quae sunt prava circumstant, tanto in commissi vobis cura regiminis debetis instantius occupari. circa Christi gregis[g] invigilare custodiam[h]: quantoque vos iniquorum contrarietas premit, tanto alacriores ac de promissa remuneratione certissimos pastoralis sollicitudo debet accendere[i], quatenus pastori[k] summo lucrum de iniuncto vobis opere valeatis offerre.

VII, 3.

Gregorius I. papa Gennadio, patricio Africae, Ruferium comitem civesque de Corsica in Africam evocatos commendat; rogat, ut exercitui in Corsicam mittendo idoneus dux praeponatur Anastasiusque tribunus, quem abiisse Corsi doleant, remittatur. 596, Oct.

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 166 (Ind. XV. cap. 3).
Edd. M: Lib. VII. ep. 3; G: Lib. VI. ep. 3. — Iaffé Reg. 1449 (1081).

GREGORIUS GENNADIO PATRICIO DE AFRICA.

His qui se apud excellentiam vestram nostris desiderant epistolis commendari securi de vestra facimus benignitate quod petimur. Ruferius siquidem comes[a] cum aliis concivibus suis a vobis, ut cognovimus, ad Africanam evocati provinciam[b] petiverunt scriptorum nostrorum sibi apud vos prodesse suffragia. Excellentiam[c] quapropter[d] vestram paterno salutantes affectu petimus, ut eos in nullo a quoquam patiamini apud vestros animos contra iustitiam ingravari, sed sicut circa commissos vobis pia[e] discretaque[f] vos novimus invigilare cautela, ita et de his tranquille disponere inspirante vobis Domino debeatis atque de insulae ipsius sollicitius tractare cautela, ne, si illic exercitus sine persona utili, quae hunc gubernare valeat, et cauta[g] dispositione transmittitur, adiumentum hostibus praebeatur. Quia autem Anastasium tribunum[1], quem illic excellentia vestra ordinaverat, bene secum egisse[h] atque in nulla laesione eum asserunt[i] miscuisse se[k] provinciae, quem etiam nunc et[l] remotum graviter

f) *ex* quando *corr. R 1.* g) gregem *r 1. 2 et sec. ed. M tres Vaticani; ex* greges *corr.* gregis *R 1.* h) custodia *r 1 et sec. ed. Maur. 3 Vatic.* i) *ita R 1;* pastoralis sollicitudinis accendere *r 1. 2 (om.* debet*).* k) pastoris *r 1.*

VII, 3 in titulo: patricio *R* 1;* patri *r 1;* patr̄ *r 2;* pat̄ *R 1.* a) cm̄ *R 1, r 1. 2; in marg.:* clarissimus miles *add. r 2* b) prov̄ *R 1, r 2.* c) excell. *om. R 1.* d) quam propter *r 2.* e) quia *r 2;* pia *om. r 1.* f) discreta qua *r 1.* g) et cauta *corr. in* incauta *R 1.* h) egisse secum *r 1.* i) *ex* asseruit *corr. r 2;* asseruit *R 1, r 1.* k) se, *quod add. edd., om. codd. n.* l) ut *R 1.*

VII, 3 una cum ep. praeced. transmissa esse videtur. — De Gennadio cf. ep. I, 59 n. IV, 7 n. 1) *Corsica, quae in antiquioribus provinciarum laterculis inter provincias numeratur, ab Iustiniano in C. J. I, 27, 1 et 2, quibus legibus Vandalis devictis Sardinia dioecesi Africanae adicitur, non commemoratur; Corsicam igitur cum Sardinia in unam provinciam redactam esse etiam Maurini censuere. Ex hoc loco intellegi potest tribunum illam partem limitis Sardi administrasse, quae in Corsica insula erat. Aut sub dispositione ducis Sardiniae erat, quamquam ab exarcho mittebatur (cf. ep. IX, 205), aut sub sola exarchi dispositione, sicut ille tribunus, qui* in traiectu, qui est contra Hispaniam, quod Septem dicitur *constitutus erat. Quod autem Ruferius comes appellatur, mirum non est; nam comitis titulo, quo non munus, sed dignitas significabatur, cum alii magistratus, tum tribuni ornabantur; in inscr. a. 568 in C. J. L. V, 7793* coniunx Tzittani com(itis) et trib(uni) *commemoratur et comites civitatis vel castri occurrunt in ep. VIII, 19. IX, 53. 71. 121. Cf. Gothofred. in comm. ad C. Th. tit. VI, 12 et ad l. VI, 13, 1 et librum meum, Unters. etc., p. 155. — De* gravamine exactionum *in Corsica cf. ep. V, 38.*

ferunt, praecipiat excellentia vestra illic iterum destinare suisque adhortationibus informare[m], ut qui de bona actione[2] iam placuit, nullius ad male agendum suasionibus incitetur, ne tantorum iudicium, quod ex bona amministratione habere meruit, deterius perdat, quod non optamus, agendo contraria. Ita ergo petimus, ut vestra excellentia faciat, quatenus bonum vestrum quod testatur Africa etiam Corsica cognoscat.

VII, 4.

Gregorius I. papa Cyriaco, episcopo Constantinopolitano, cuius virtutes, dum ipse Romanae sedis responsalis Constantinopoli fuerit, expertus sit, de inito pontificatu gratulatur, amorem et pacem petit Iohannemque Chalcedonensem et Athanasium Lycaoniae presbyterum commendat. *596, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 167 (Ind. XV. cap. 4).
Edd. M: Lib. VII. ep. 5; G: Lib. VI. ep. 5. — Iaffé Reg. 1450 (1083).

GREGORIUS CYRIACO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

Dudum dum[a] in urbe regia responsa sedis apostolicae facerem[1], bona vestrae sanctitatis agnovi. Et quia nunc animarum vobis cura commissa est, valde gaudeo et, quamvis indignus, omnipotentem Dominum quibus valeo precibus exoro, ut in vobis suam gratiam semper augeat vosque ad aeternam patriam faciat animarum lucra congregare. Quia vero ad hoc opus ad quod perducti estis infirmos vos esse dicitis: scimus, quia prima virtus est cognitio infirmitatis atque ex eo colligimus posse vos bene susceptum ministerium implere, quo[b] vos videmus infirmitatem propriam ex humilitate cognoscere[2]. Omnes enim infirmi sumus, sed ille est infirmior, qui suam considerare non valet infirmitatem. Vos vero, beatissimi fratres, ideo fortes estis, quia de fortitudine vestra[c] diffidentes in[d] omnipotentis Dei virtute confiditis.

Quantum vero mens mea caritati vestrae ligata sit, verbis epistolaribus explere non possum. Sed oro, ut[e] omnipotens Deus eandem quae inter nos est[f] caritatem ex gratiae[g] suae dono multiplicet omnemque occasionem scandali auferat[3], ne sancta ecclesia confessione verae fidei unita et coniunctis fidelium cordibus constipata detrimentum, quod absit, aliquod[h] sacerdotibus inter se disceptantibus sentiat. Quamvis ego in omne quod loquor, in omne quod superbis quorundam actibus contradico, ex omnipotentis Domini[i] largitate caritatis intimae custodiam numquam relinquo[k], sed sic ea quae sunt iustitiae foris exequor, ut ea quae intus amoris et dilectionis sunt minime postponam. Vos autem[l] semper mihi amoris mei vicem reddite et ea quae pacis ac dilectionis sunt custodite, ut unum in mente permanentes, quo[m] nullam dissensionem

m) informare *R 1; formare r 2;* firmare *r 1.*

VII, 4 in titulo: Ciriaco *r 2. R* 1.* a) (d)udum cum *in ras. R 1.* b) *ex* quos *corr. R 1, r 2.* c) vestra *in marg. add. r 1.* d) im *r 1; om. hoc verbum R 1.* e) ut *suprascr. m. prima r 1; om. r 2.* f) est *om. r 1.* g) et glorię *R 1.* h) aliquod, *ut videtur, om. r 2.* i) *ex* omnipotenti dn̄o *corr. r 2.* k) *in* relinquam *corr. R 1.* l) tm̄ *R 1.* m) *ex* quod *corr. R 1.*

2) *Actio hic duplici significatione: et = administratio (sicut in* praeceptum actionis*) et* = πρᾶξις.

VII, 4 Cyriaco, qui Iohanni Nesteutae successit (cf. ep. VI, 62 in f.), praeter sequentem, quae una cum hac transmissa esse videtur, ep. VII, 28. XIII, 43 inscriptae sunt; undecim annos sedebat (Theophan. ed. de Boor p. 272; duodecim sec. Chron. Pasch. p. 692 B.). 1) *Cf. ep. V, 53ª n. 1.* 2) *Cf. Reg. past. I, 6.* 3) *De titulo:* οἰκουμενικός *scribit noster.*

inter nos intrare[n] permittimus, eo optinere quae petimus apud Dominum ex ipsa melius cordium nostrorum unitate valeamus.

Praeterea Iohannem Chalcedonensem presbyterum et Athanasium Lycaoniae[4] sanctitati vestrae commendo, ut nullus vobis contra eos falsidica[o] locutione subripiat, quia eorum fidem suptiliter discussi eosque rectos in suis confessionibus, quae et scripto datae sunt[p], inveni.

Sancta autem trinitas sua vos manu protegat et circa animarum custodiam semper vos vigilantes et sollicitos reddat, quatenus in aeterna retributione valeatis non solum de vestro opere, sed etiam de subditorum vestrorum melioratione coronari.

VII, 5.

Gregorius I. papa Cyriaco, episcopo Constantinopolitano, de pontificatu (quem suscepisse eum Georgius presbyter et Theodorus diaconus nuntiaverant) gratulatur; de synodica eius disserens laudat orthodoxam fidem; monet, ut universalis episcopi appellatione in posterum abstineat; in confessione Eudoxium damnatis immerito adnumeratum esse scribit. *596, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 168 (Ind. XV. cap. 5).
Edd. M: Lib. VII. ep. 4; G: Lib. VI. ep. 4. — Iaffé Reg. 1451 (1082).

GREGORIUS CYRIACO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

Communem filium[a] Georgium presbyterum et Theodorum diaconem vestrum[1] ea qua[b] decuit caritate suscepimus vosque ab ecclesiasticarum rerum cura ad animarum regimen venisse gaudemus, quia iuxta veritatis vocem 'qui in modico fidelis est Luc. 16, 10.
et in maiori fidelis est'[2]. Et bene ministranti servo dicitur: 'Quia in pauca fidelis Matth. 25, 21.
fuisti, super multa te constituam'; cui mox etiam de aeterna retributione subiungitur: 'Intra in gaudium domini tui'. In scriptis autem vestris vos magnopere requiem quaesisse narratis; sed per hoc ad pastoralem sollicitudinem vos congrue venisse ostenditis, quia, sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus.
Et scriptum est: 'Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Hebr. 5, 4.
Aaron'. Et rursus isdem egregius praedicator dicit: 'Si unus pro omnibus mortuus est, 2. Cor. 5, 14 s.
ergo omnes mortui sunt et pro omnibus mortuus est[c]. Superest, ut et qui vivunt iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit'. Et pastori sanctae
ecclesiae dicitur: 'Simon Iohannis, amas me? Pasce oves meas'. Ex quibus verbis Ioh. 21, 17.

n) intrasse *R 1.* o) *ex* falsica *corr. R 1.* p) sint *R 1.*

VII, 5 in titulo: Ciriaco *r 2* — item eidem cui supra *R* 1.* a) *ita r 1. 2 et sec. ed. M 2 Vatic.;* communes filios *R 1.* b) *ex* quę *corr. R 1.* c) Christus *suprascr. r 2.*

4) De his presbyteris cf. ep. III, 52 n. 3. VI, 14 n. 5. VI, 15 ss. In ep. VI, 62 scribit Gregorius se non prius scripta de Athanasio transmissurum esse Cyriaco, quam eius synodica deferantur; quibus synodicis respondet ep. seq.

VII, 5 De Cyriaco cf. ep. praeced. not. *1) Iisdem clericis ecclesiae Constantinopolitanae, quos ob* imminentiam hiemalis temporis *(ep. VII, 6) citius relaxavit, ep. VII, 15 (597, m. Mart.) Constantinopolim missa est; atque eidem certe et hanc et praeced. et sequentes epistulas transtulerunt.* *2) Eadem fere verba in ep. VII, 6. Itaque oeconomi officio Cyriacus functus esse videtur: Chron. Pasch. p. 692 B. Adde etiam verba epistulae VII, 7, quibus notam 2 adieci.*

colligitur, quia, si is qui valet omnipotentis Dei oves rennuit pascere, ostendit se pastorem summum minime amare. Si enim unigenitus patris pro explenda utilitate omnium de secreto patris egressus est ad publicum nostrum, nos quid dicturi sumus, si secretum nostrum praeponimus utilitati proximorum? Quies itaque nobis et ex corde appetenda est et tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. Nam sicut toto desiderio debemus occupationem fugere, ita si desit qui praedicet, occupationis onus libenti necesse est humero subire. Quod ex duorum prophetarum opere docemur, quorum unus praedicationis officium vitare conatus[a] est et alter appetiit. Nam mittenti se Domino
Ier. 1, 6. Hieremias respondit dicens: 'Ah, ah, ah, domine Deus, nescio loqui, quia puer ego
Isai. 6, 8. sum'. Et cum omnipotens Deus personam ad praedicandum quaereret dicens: 'Quem mittam et quis ibit[b] nobis'? ultro se Esaias optulit dicens: 'Ecce ego, mitte me'. En ab utrisque exterius diversa vox prodiit, sed non a diverso fonte dilectionis emanavit[1].

Duo quippe sunt praecepta caritatis, Dei videlicet amor et proximi. Per activam igitur vitam prodesse proximis[c] cupiens Esaias officium praedicationis appetit[d], per contemplativam Hieremias vero amori conditoris sedule inhaerere desiderans, ne mitti ad praedicandum debeat, contradicit. Quod ergo laudabiliter unus[e] appetiit, hoc laudabiliter alter[e] expavit: iste, ne tacitae contemplationis lucra loquendo perderet, ille, ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in utrisque est suptiliter intuendum, quia et is qui recusavit plene non restitit[f] et is qui mitti voluit ante se per altaris calculum purgatum vidit, ne aut non purgatus adire quisque sacra ministeria audeat aut quem superna gratia eligit sub humilitatis specie superbe contradicat[2].

Magno autem desiderio vos in epistolis vestris invenio serenitatem mentis quaerere et repulsa perturbatione ad tranquillitatem cogitationis anhelare. Sed qua ratione ad hoc vestra fraternitas pertingere possit, ignoro. Qui enim regendam navem suscipit, tanto amplius necesse est vigilet, quanto amplius litus relinquit, ut aliquando futuras procellas ex signo[g] provideat, aliquando venientes aut directo clavo, si parvae sunt, superet aut, si vehementer intumescunt, dato in obliquum latere declinet[h]; et saepe solus vigilat, cum cuncti illic quibus nulla navis cura commissa est quiescunt. Quomodo autem suscepto pastorali onere habere serenitatem cogitationum potestis,
Iob 26, 5. cum scriptum sit: 'Ecce gigantes gemunt sub aquis'? Iuxta Iohannis etenim vocem
Apoc. 17, 15. 'aquae sunt populi', et gigantes sub aquis gemere est, quia quisquis in hoc mundo quasi quadam mole corporis ordine potestatis excreverit, tanto pondera maioris tribulationis sentit, quanto super se regendorum populorum curam susceperit. Sed si sancti spiritus virtus afflictam mentem afflaverit, protinus hoc quod Israhelitico populo cor-
Exod. 15, 19. poraliter factum est nobis spiritaliter contingit. Scriptum quippe est: 'Filii autem Israhel ambulaverunt per siccum per medium mare'. Et per[i] prophetam Dominus
Isai. 43, 2. pollicetur dicens: 'Cum transieris per aquas, tecum ero et flumina non operient te'. Illos enim flumina operiunt, quos actiones huius saeculi mentis perturbatione confundunt. Nam qui sancti spiritus gratia tenetur in mente, transit aquas et tamen fluminibus non operietur[k]; qui etiam inter medias populorum catervas sic peragit gressus[l] sui itineris, ut non summittat actionibus caput mentis.

a) *ex* coronatus *corr. R 1.* b) *post* ibit *suprascr.* ex *R 1;* ibit *postea add. r 2.* c) *ex* proximus *corr. r 2.* d) *in* appetiit *corr. R 1, r 1.* e) alter *pro* unus *R 1;* unus *et* alter *postea add. r 2.* f) resistit *R 1.* g) ex signa *r 1. 2, sed corr. in* ex signo *r 2;* ex signo *R 1.* h) declinet *om. r 2.* i) per *suprascr. R 1.* k) *in* operitur *corr. r 2.* l) gressum *R 1.*

1) Huius epistulae initii maxima pars e reg. past. I, 5. I, 7 sumpta est. *2) Haec pars verbotenus ex reg. past. I, 7 sumpta est.*

Ego quoque, qui indignus ad locum regiminis veni, infirmitatis meae conscius secretiora loca petere aliquando decreveram; sed superna mihi iudicia adversari conspiciens[a] iugo conditoris subdidi cervicem cordis[1] hoc praecipue perpendens, quia quaelibet occulta loca sine gratia Dei[b] animam salvare non possunt; quod aliquando in ipsis quoque conspicimus erratibus electorum. Nam Loth in perversa civitate iustus fuit, in monte peccavit. Sed ista cur dicimus, cum maiora noverimus? Quid enim paradiso iucundius? quid caelo securius? et tamen homo ex paradiso peccando et angelus cecidit e caelo. Illius ergo nobis, illius virtus quaerenda est et gratia postulanda, sine quo nusquam absque culpa, cum quo nusquam sine iustitia. Curandum ergo est, ut perturbatio cogitationum non exuperet animum: nam repelli funditus nullatenus potest. Quisquis enim est in loco regiminis, aliquando necesse habet etiam terrena cogitare et exteriorum quoque curam gerere, ut grex commissus valeat ad ea quae sibi sunt explenda subsistere. Sed magnopere semper providendum est, ne haec[c] eadem cura modum transeat, ut, cum ad cor licenter admittitur, nimis excrescere non permittatur[d]. Unde recte per Ezechielem prophetam dicitur: 'Sacerdotes caput suum Ezech. 44, 20. non radent neque comam nutrient; sed tondentes attondant capita sua'. Quid enim per significationem sunt capilli in capite, nisi cogitationes in mente? qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur, curas vitae praesentis designant, quae ex sensu[e] neglegenti quia importune[f] aliquando prodeunt, quasi[g] nobis non sentientibus procedunt. Quia igitur cuncti qui praesunt habere quidem sollicitudines et exteriores debent nec tamen eis vehementer incumbere, sacerdotes recte et caput prohibentur radere et comam nutrire, ut cogitationes carnales de vita subditorum nec a se funditus amputent nec rursus ad crescendum nimis relaxent. Ubi et bene dicitur: 'Tondentes tondant capita sua', ut videlicet curae temporalis sollicitudinis et, quantum necesse est, prodeant et tamen recidantur citius, ne[h] inmoderatius excrescant. Dum igitur et per amministratam exteriorem providentiam corporum vita protegitur et rursum per moderatam cordis intentio non[i] impeditur[k], capilli in capite sacerdotis et servantur, ut cutem cooperiant et resecantur, ne oculos claudant[2].

Praeterea epistolas[l] vestras recta plenas[m] fide suscepimus atque omnipotenti Deo gratias agimus, qui inconsutilem tunicam desuper contextam, videlicet[n] ecclesiam suam, vicaria confessione fidelium in unitate gratiae ab omni erroris scissione custodit et contra pereuntis mundi, ut ita dicam, tot culparum diluvium ex multis lignis arcam construit, in qua electi omnipotentis Dei serventur ad vitam. Nam cum vicissim nobis fidei nostrae confessionem transmittimus[3] et caritatem nostram erga nos ostendimus, quid aliud in sancta ecclesia agimus, nisi arcam bitumine linimus, ne unda erroris intret et vel spiritales quosque[o] tamquam homines vel carnales tamquam animalia occidat?

Sed cum sapienter a vobis recta fides prolata sit, restat procul dubio, ut debeatis pacem cordium prudentius custodire propter hoc quod veritas dicit: 'Habete sal in Marc. 9, 50. vobis et pacem habete inter vos'. Et Paulus apostolus ammonet dicens: 'Solliciti Ephes. 4, 3. servare unitatem spiritus in vinculo pacis'. Qui rursus ait: 'Pacem sequimini cum Hebr. 12, 14.

a) conspicientes *r 1.* b) dei *om. r 1, suprascr. R 1.* c) haec *om. R 1.* d) *corr. ex* permittitur *r 2. R 1.* e) *suprascr.* vel excessu *R 3.* f) *ex* inportuna *corr. R 1;* importuna *r 1.* g) *suprascr.* a *R 1.* h) ne *suprascr. R 1.* i) non *eradit R 1.* k) *ex* impediunt *corr. R 1.* l) *suprascr.* s. synodicas *R 3.* m) *ita R 1. R 3;* rectas plenas *r 2;* directas plena *r 1.* n) et *add. r 1.* o) *add. in marg.* alibi *R 3.*

1) Cf. ep. I, 24a. Pauli v. Greg. c. 13. Ioh. diac., v. Gr., I c. 44. Greg. Tur. X, 1: de fuga Gregorii et quodam miraculo ex hoc fortasse loco conficto. 2) Haec ex reg. past. II, 7 deprompta sunt. 3) Confessio fidei, ut ex synodica Gregorii (ep. I, 24) apparet, synodicae ipsi inserta erat.

omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum'. Quam videlicet pacem tunc
nobiscum veraciter habebitis, si profani nominis superbiam declinetis[1] iuxta hoc quod
1. Tim. 6, 20. idem magister gentium dicit: 'O Timothee, depositum custodi devitans profanas vocum
novitates'. Nimis quippe iniquum est, si hi qui praedicatores humilitatis facti sunt
Gal. 6, 14. de vani nominis elatione glorientur, cum verus praedicator dicat: 'Mihi absit gloriari
nisi in cruce domini nostri Iesu Christi'. Ille ergo vere gloriosus est qui non de[a]
temporali potentia, sed pro Christi nomine in sua passione gloriatur. In hoc itaque
vos medullitus amplectimur, in hoc sacerdotes esse recognoscimus, si repulsa vanitate
verborum sanctitatis locum cum sancta humilitate teneatis. Ecce enim in nefandi
appellatione nominis scandalizati sumus et non minimas querellas[b] servamus in mente,
Matth. 5, 23 s. promimus in voce. Vestra autem fraternitas novit, quia veritas dicit: 'Si offers munus
tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia habet frater tuus aliquid adversum te,
relinque ibi munus tuum[c] et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres[d]
munus tuum'. Qua[e] in re pensandum est, quia, cum omnis culpa oblato sacrificio deletur, tantum est malum scandali[f] alieno corde generati, ut ab eo qui peccaverit nec ipsum sacrificium Dominus accipiat, quod delere peccatum solet. Curate ergo cordis nostri scandalum festine detergere, ut possit omnipotens Deus oblationis vestrae sacrificium acceptabile habere.

Praeterea cum recta a vobis fides veraciter atque suptiliter sit prolata, inter eos quos secundum sanctissimas generales synodos damnandos esse censuistis Eudoxium[2] quendam vos damnasse repperimus, cuius nomen in Latina lingua neque in synodis neque in libris beatae memoriae episcoporum Epifanii, Augustini et Filastri[g][3], quos contra hereticos praecipue disputasse[h] novimus, positum repperimus. Quod si quis eum veraciter de catholicis patribus damnat, eius procul dubio sententiam sequimur. Vos tamen si in synodica vestra epistola eos quoque nominatim damnare voluistis qui extra sanctas synodos per patrum scripta damnantur, multos scriptis suis vestra fraternitas minus posuit, si autem[i] eos quos generales synodi respuunt, hunc unum amplius. Sed inter haec sciendum est, quia, ut nobis liceat rectam fidem libere fateri et cuncta quae agenda sunt concorditer in pace disponere, pro serenissimorum dominorum vita, propria quoque subole incessanter orandum est, ut omnipotens Deus eorum pedibus barbaras nationes subiciat, longa eis et felicia tempora concedat, quatenus per christianum imperium ea quae in Christo est fides regnet[4].

---

a) de *om.* *R 1.* b) *postea add.* quas *R 3.* c) *add.* ad altare *R 1.* d) offers *R 1.* e) *ex* quia *corr.* *r 1.* f) *add.* in *R 1.* g) Filastri *erad. et suprascr.* Ylarii *R 1;* Hilarii *et in marg.* al. Philastoris *R 3.* h) deputasse *r 1.* i) *corr. in* sed inter *R 1.*

1) *De appellatione* universalis *cf. ep. V, 41. 44 etc.* 2) *De hoc Eudoxio ep. VII, 31 noster Eulogium et Anastasium patriarchas interrogat, atque Eulogius ei, ut ex ep. VIII, 29 apparet, de illius haeresi* Basilii, Gregorii atque Epiphanii testimonia *protulit. — Eudoxius Germanicensis invasor fuerat ecclesiae Antiochenae, tum ecclesiae Constantinopolitanae (cf. Theodoret. h. eccl. II c. 20 ss. et haer. fab. comp. IV, c. 2) atque Valentem iureiurando obstrinxerat, ut in Arianismo perseveraret (cf. Theod. h. e. IV c. 11 s. Gussanv. not.). Adde Socrat. h. eccl. II, 19. 37. 40. 43. IV, 1. 14. Sozomen. h. eccl. III, 5. IV, 12 ss. 25.* 3) *Teuffel, Röm. Litteraturgesch., 422, 6: Augustin. de haeres. praef.:* Philastrius quidam Brixiensis episcopus, quem cum S. Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi, scripsit hinc (de haeresibus scil.) librum nec illas haereses praetermittens, quae in populo Iudaeo fuerunt ante adventum domini easque XXVIII commemoravit et post dom. adv. CXXVIII. scripsit hinc etiam graece episcopus Cyprius Epiphanius. *Cf. Migne, patrol. lat. t. XII, p. 1113 ss. XLII, p. 20 ss.; graec. t. XLI, p. 173 ss. Sed verisimile est Gregorium etiam hic non Graecum auctorem commemorare, sed Epiphanium illum scholasticum, per quem Cassiodorus historiam tripartitam scribere fecit. Cf. ep. VII, 31 n. et hist trip. V c. 39.* 4) *Cf. Diurni f. 1, 1 subscript.; f. 60 in f.; ep. VII, 7 in f. etc.*

VII, 6.

Gregorius I. papa Mauricium imperatorem, qui post Iohannis, episcopi Constantinopolitani, mortem successoris creationem diu tardaverit, laudat; de Cyriaco, cuius curam in ecclesia administranda noverit, bene sperat. Georgium presbyterum et Theodorum diaconum imperatore iubente et hieme appropinquante dimissos nuntiat. *596, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 169 (Ind. XV. cap. 6).
Edd. M: Lib. VII. ep. 6; G: Lib. VI. ep. 6. — Iaffé Reg. 1452 (1084).

GREGORIUS MAURICIO AUGUSTO.

Omnipotens Deus, qui pietatem vestram pacis ecclesiasticae fecit esse custodem, ipsa vos fide[a] servat, quam vos in sacerdotali unitate servatis, cumque supernae pietatis[b] iugo cor humiliter subditis, caelesti[c] gratia agitur, ut hostes vestros pede fortitudinis prematis. Non enim parvae potuit esse mercedis, quod Iohanne sanctae memoriae de hac luce subtracto ad ordinandum sacerdotem pietas vestra diu haesitavit, tempus paulo longius distulit, cum metu omnipotentis Domini consilium quaesivit, ut videlicet causa Dei cum magno debuisset timore disponi. Unde et aptum[d] valde existere in pastorali regimine fratrem atque consacerdotem meum Cyriacum existimo, quem[e] ad eundem ordinem pietatis vestrae consilia longa genuerunt; qui in amministrandis dudum rebus ecclesiasticis quam sollicitus et quomodo fuerit expertus[f], cuncti novimus. Unde et superna gestum dispensatione non ambigo, ut qui bene minima gesserat[g], congrue[h] maiora susciperet[i] atque a cura rerum ad animarum[i] regimina[k] transiret[1]. Pro qua re totis precibus deprecamur, ut omnipotens Deus bonum hoc serenitati dominorum piaeque eorum suboli et in praesenti saeculo atque in perpetua remuneratione retribuat et[l] praedicto fratri et consacerdoti meo, qui dominico gregi praelatus est, animarum curam plena sollicitudine exhibere concedat, ut inreprehensibiliter possit subiectorum suorum et prava corrigere et recta ad crescendum fovere, quatenus de eo pietatis vestrae iudicium non solum ante homines, sed ante supernae quoque maiestatis oculos convalescat.

Venerabiles autem viros Georgium presbyterum et Theodorum diaconem[2] pro iussione dominorum atque pro inminentia hiemalis temporis in hac urbe moras perpeti non permisi[m].

VII, 7.

Gregorius I. papa Mauricium, Patricium, Petrum, Domitianum, Helpidium, episcopos Graeciae, reprehendit, quod ob ordinationem Cyriaci, episcopi Constantinopolitani, nimis elati laetitia conclamaverint: „Haec dies, quam fecit Dominus“. *596, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 170 (Ind. XV. cap. 7).
Edd. M: Lib. VII. ep. 7; G: Lib. VI. ep. 7. — Iaffé Reg. 1453 (1085).

VII, 6 a) *ex* fides *corr. R 1;* fides *r 2.* b) potestatis *R 1 et Vatic. B sec. ed. M.* c) *ex* caelestia *corr. r 1.* d) *add.* vobis, *sed delet R 1.* e) quae *r 1.* f) *ita scr. Mommsen;* exertus *codd. n.;* exerstus *3 Vatic. sec. ed. M.* g) gesserit *R 1.* h) *hic* ad *suprascr. R 1.* i) *verba* susciperet *usque* animarum *om. R 1.* k) *ex* regimine *corr. R 1.* l) ac *R 1.* m) amisi *r 1.*

VII, 6 Cf. epistulas praeced. 1) *Cf. ep. VII, 5 p. 445 n. 2.* 2) *Cf. ep. VII, 5 p. 445 n. 1.*

VII, 7 una certe cum praecedentibus et cum sequentibus epistulis transmissa. — Episcopi, quibus haec epistula inscripta est, alias non commemorantur.

GREGORIUS MAURICIO, PATRICIO, PETRO, DOMETIANO ET HELPIDIO EPISCOPIS GRAECIAE.

Ordinationem[a] viri sanctissimi Cyriaci fratris et consacerdotis mei[1] cum magna vos laetitia suscepisse vehementer exulto, et quia Paulo apostolo praedicante didicimus: (1. Cor. 12, 26.) 'Si gaudet unum membrum, congaudent cetera membra'. pensare vos necesse est, quanta[b] vobis hac in re exultatione congaudeo, in qua non unum membrum, sed multa Christi membra gavisa sunt. Sicut tamen scripta fraternitatis vestrae potui[c] transcurrendo perpendere, magna laetitia in inmoderata eiusdem fratris mei laude vos rapuit. Nam hunc sicut solem in ecclesia apparuisse dicitis, ita ut cuncti clamaretis: (Ps. 117. 24.) 'Haec dies quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea'. Et certe sequentis vitae promissio est, qua dicitur: (Matth. 13, 43.) 'Iusti fulgebunt sicut sol'. Nam in hac adhuc vita quisque positus quantalibet virtute polleat[d], quomodo sicut sol fulget, in qua corpus quod corrumpitur adgravat animam et deprimit terrena inhabitatio[e] sensum multa cogitantem? In qua videmus aliam legem in membris nostris repugnantem legi mentis nostrae et captivos nos ducentem in lege peccati, quae est in membris nostris; in qua et in nobismetipsis responsum mortis habemus, ut non simus fidentes in nobis; in qua propheta clamat: (Ps. 54. 6.) 'Timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebrae'. Nam[f] et scriptum est: (Eccl. 27, 12.) 'Sapiens ut sol permanet, fatuus ut luna[g] mutabitur'; non ad claritatis fulgorem[h], sed ad[i] perseverantiam boni operis comparatio est solis deducta. Bonum vero ordinationis eius initium needum[k] a vobis potuit de perseverantia laudari. Quod autem, 'Haec dies quam fecit Dominus', clamasse vos dicitis, de quo hoc dictum sit[l], pensare debuistis. (Ps. 117, 22 s.) Praemissum quippe est: 'Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factus[m] est et est mirabilis[n] in oculis nostris'. Atque de hoc eodem lapide protinus subditur: 'Haec dies quam fecit Dominus'. Ipse enim qui[o] pro fortitudine constructionis dicitur lapis, pro inluminationis gratia appellatus est dies, qui etiam factus est, quia incarnatus. In quo exultare[p] et laetari praecipimur, quia erroris nostri tenebras suae in nobis virtutis luce superavit. In creaturae itaque laude[q] illa vox dari non debuit, quae soli convenit creatori.

Sed cur ista reprehendo, qui, quantum gaudia mentem rapiant, scio? caritas etenim vestra magnam vobis laetitiam genuit,[r] quam videlicet mentis laetitiam[r] in favore lingua secuta est. Quod cum ita sit, laus ista[s] culpa iam dici non potest, quam caritas invenit. Mihi vero de sanctissimo fratre meo dici breviter debuit[t], quod sufficienter[u] acciperem, quia scirem, quis esset[v]. Qui hanc mihi[w] praecipue dudum suae magnitudinis probationem dedit, quam in tam multis dispensationis ecclesiasticae causis occupatus[2] tranquillum cor inter[x] turbulentas[y] frequentias[z] tenuit seque ipsum semper sub mansuetudine restrinxit[a]. Quae videlicet non parva laus magni et inconcussi est animi inter causarum turbas non fuisse turbatum.

VII, 7 in titulo: Patricio *om. R 3;* Petro *om. R 1;* Mauricio Patricio *om. ed. Maur. cum Vatic. D* — Dometiano *R 1, r 2;* Demetiano *r 1;* Domiciano *R* 1;* Domitiano *R 3* — Elpidio *R* 1* — epos *R 1* — Graeciae *om. R 1. 3. R* 1;* Grec *r 1. 2, sed r 2 corr. in* Grecorum; Graeciae *sec. M et Vatic. C.* a) ordinationes *R 1.* b) quantum *r 1. 2.* c) potuit *r 1.* d) *ex* pollebat *corr. r 1.* e) habitatio *R 1.* f) *suprascr.* quod *R 3.* g) *ex* lana *corr. R 1.* h) fulgur *r 1. 2.* i) ad *om. r 1.* k) nondum *R 1.* l) sit *om. R 1.* m) factum *r 1.* n) mirabile *r 1.* o) qui *omiserat, sed add. r 1.* p) exultari *r 1.* q) lapide *r 1.* r) *verba* genuit *usque* laetitiam *om. R 1.* s) *ex* ita *corr. r 1.* t) debui *r 2.* u) *ita r 1; ex* sufficientes *corr. R 1, r 2.* v) est et *R 1.* w) mihi *om. r 1.* x) *ex* in *corr. R 1.* y) turbulenta *ex* turbulentas *corr. R 1;* turbulentas *r 1. 2 (ta in ras. r 1).* z) frequentius *codd. n.,* frequentias *edd.* a) *ex* restruxit *corr. r 1.*

1) *Cf. ep. VII, 4 n.* 2) *Cf. ep. VII, 5 p. 445 n. 2.*

Praeterea adsiduis insistere fraternitas vestra precibus debet, ut omnipotens Deus in praedicto fratre et consacerdote nostro bene coepta custodiat et semper ad meliora perducat. Hoc sanctissimis vobis, hoc subiecto ei populo semper orandum est. Nam ita sibi regentium merita conectuntur et plebium, ut saepe ex culpa praecedentium deterior fiat vita[a] subditorum et[b] saepe ex merito plebium delinquat[c] vita pastorum. Quia enim mala actio praecedentis[d] valde noceat subditis, testantur Pharisaei, de quibus scriptum est: 'Clauditis regnum caelorum ante homines. Vos enim[e] non intratis Matth. 23, 13. nec introeuntes sinitis introire'. Et quia culpa plebium multum noceat vitae pastorum, in David facto cognoscimus. Ille enim Deo attestante laudatus, ille supernorum mysteriorum conscius, tumore[f] repentinae elationis inflatus, populum numerando peccavit, et tamen vindictam populus David peccante suscepit. Cur hoc? quia videlicet secundum meritum plebium disponuntur corda regentium. Iustus vero iudex peccantis vitium ex ipsorum animadversione corripuit, ex quorum causa peccavit. Sed quia ipse, sua scilicet voluntate superbiens, a culpa alienus non fuit, vindictam culpae etiam ipse suscepit. Nam ira saeviens quae corporaliter populum perculit rectorem quoque populi intimo cordis dolore prostravit. Haec itaque considerate[g] invicem et, sicut is[h] qui vobis plebibusque praelatus est intercedere[i] pro omnibus, ita pro eius conversatione et moribus orare omnes debetis, ut apud omnipotentem Deum et vos illius valeatis imitatione proficere et ille meritis vestris adiuvetur. Cuncti autem concorditer pro serenissimis dominis eorumque[k] pia subole cum magnis in quantum possumus adsidue fletibus[l] oremus, ut eorum vitam protegens gratia superna custodiat et christiano imperio gentium colla substernat[1].

VII, 8.

Gregorius I. papa Stephanum episcopum laudat, quod Mariae patriciae, ut „in sancto Dei ovili aggregaretur" persuaserit; Constantinum praefectum admoneri iubet „ut in causis, in quibus mixtus sit, semper Dei iudicium ante oculos cordis habeat". *596, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 171 (Ind. XV. cap. 8).

Edd. M: Lib. VII. ep. 8; G: Lib. VI. ep. 8. — Iaffé Reg. 1454 (1086).

GREGORIUS STEPHANO EPISCOPO.

Scripta vestrae sanctitatis medullata[a] mihi caritatis verba locuta sunt, ita ut per calamum sic in epistolis animus transiret, ac si mihi per semetipsam[b] mens ipsa loqueretur. Qua de re magnas omnipotenti Deo gratias refero, quia et divisis[c] corporibus nobisque a nobis[d] longe recedentibus[e] caritas inter nos permanet indivisa. Et quidem multum mihi et ultra, quam indignus audire debui, favorem in epistolis de-

a) *ex* fit vita *corr. r 1: ex* ait fuit *corr. r 2;* vita *om. R 1.* b) ut *r 2.* c) delinquit *r 1.* d) praesidentis *r 1. 2.* e) enim *om. R 1.* f) timore *r 1.* g) *ita R 1, r 1:* considerare *r 2; ex* considerare *corr.* considerate *R 3.* h) invicem ut *(quod verbum in ras. suprascr.)* sicut his *R 1.* i) debet *suprascr. R 3.* k) eorum cum *r 1. 2.* l) fletus *r 1.*

VII, 8 a) medullitus *R 1.* b) se *R 1, r 1.* c) diversis *sec. ed. M Vatic. D.* d) nosque a nobis *R 1, r 2;* nobisque a nobis *r 1.* e) residentibus *R 1.*

1) Piissimum domini imperium gratia superna custodiat eique omnium gentium colla substernat *subscriptio in indiculo Diurni (f. 1, 1).*

VII, 8 Cuius civitatis Stephanus episcopus fuerit, ignoro. Ep. 1, 36 quidam Stephanus, Scodrensis civitatis episcopus, commemoratur.

Eccl. 11, 30. monstratis. Et scriptum est: 'Ne laudes hominem, quamdiu vivit'. Tamen et si audire talia dignus non fui, orationibus vestris peto ut dignus efficiar, ut, si bona in me ideo dixistis, quia non sunt, ideo sint, quia dixistis. De gloriosa autem Maria patricia valde laetatus sum, quia[f] in sancto Dei ovili adgregata est[g]; quod ex vestra factum adsidua praedicatione non dubito, quia ex ipso fructu ostenditis, quantum pro fide catholica laboratis. Multos etiam per illam venire ad ecclesiam suspicor, quod totum vestrae
Prov. 14, 4. laudi proficit, quia scriptum est: 'Ubi plurimae segetes, ibi maxima fortitudo boum'. Manifestatur enim virtus praesedentium[h], ubi surgit seges animarum.

Communem vero filium excellentissimum virum[i] domnum Constantinum praefectum[1] quantum plus diligitis, tantum exhortari adsidue debetis, ut in causis in quibus mixtus est semper omnipotentis Dei[k] iudicium ante cordis oculos habeat eique soli placere studeat, qui et in praesenti vita valeat[l] protegere et caelestis patriae praemia compensare.

VII, 9.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Syracusano, de stipe pauperibus per Candidum missa gratias agit; de causis aliis eum ad priora sua responsa revocat; rogat, ne ipsius scripta inter epulas legi coram hospitibus iubeat. *596, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 172 (Ind. XV. cap. 9).
Edd. M: Lib. VII. ep. 9; G: Lib. VI. ep. 9. — Iaffé Reg. 1455 (1087).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Benedictionem[1] quam pauperibus fraternitas vestra transmisit lator praesentium homo vester Candidus nobis dispensantibus suis manibus erogavit; quod vobis secundum animum vestrum fortasse parum visum est, nos tamen secundum modum vestrae substantiae esse nimium et ultra modum aestimamus[a], ut qui illic apud vos innumeros pauperes habetis, pro explenda largitate misericordiae etiam loca alia et longe posita requiratis. De causis vero aliis iam vobis scriptis prioribus[2] respondisse me[b] memini, et nihil aliud debetis, nisi ut sub consideratione solius omnipotentis Domini cuncta faciatis et nullius persona vos a vigore disciplinae emolliat neque vehemens dedignatio in[c] rigore, quod absit, aliquo inmoderatae districtionis obduret.

Praeterea audio, quod aliqua de his quae scripsisse me[d] memini fraternitas vestra ad mensam suam coram extraneis legi faciat; quod mihi non videtur esse faciendum, quia[e] hoc quod vos pro caritate facitis, possunt quidam, quantum ad me est, vanae[f] gloriae deputare. Ideoque coram extraneis antiquorum dicta legite, ex quorum auctoritate valeant qui audiunt informari[3].

---

f) quia *om. r 1.* g) est *om. r 1, suprascr. R 1.* h) *ita scr. Mommsen;* praedicantium *r 1;* praecedentium *r 2;* praecidentium *R 1.* i) *ita R 1, r 1;* virum *om. r 2.* k) dei *om. r 1.* l) *ita R 1, r 1;* valet *r 2.*

VII, 9 in titulo: Syracusane *R 1.* a) estimabimus *R 1.* b) me *suprascr. R 1.* c) in *om. R 1.* d) me *suprascr. R 1.* e) qui *(corr. in* quia*)* ad *R 1.* f) vana *r 1.*

1) Constantinus utrum Gregorii, praef. praet. per Italiam, successor an alibi, fortasse in Illyrico, praefectus praetorio fuerit, non liquet.

VII, 9 De Iohanne cf. ep. VI, 18 n. 1) De hac voce cf. ep. VI, 58 p. 433 n. 5. 2) Ep., ut mihi quidem videtur, VI, 41, ubi de causa Venantii agit noster. 3) Eadem fere de suis scriptis Gregorius praecipit ep. X, 16. XII, 6. (Ioh. diac. IV, 78.)

VII, 10.

Gregorius I. papa Agnello, abbati Ariminensi, concedit, ut praepositum sibi adiungat. *596, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 173 (Ind. XV. cap. 10).
Edd. M: Lib. VII. ep. 10; G: Lib. VI. ep. 10. — Iaffé Reg. 1456 (1088).

GREGORIUS AGNELLO ABBATI DE ARIMINO.

Filio nostro Secundo servo Dei[1] renuntiante didicimus, quod dilectio tua praepositum[2] non habens omnino in regendis fratribus elaboret. Si ergo qui vos ex ordine sequitur talis est, ut circa cellae ordinationem fratrumque custodiam nec non et in lucrandis animabus sollers valeat inveniri, is debet ad hunc locum incunctanter accedere. Si vero talis non est qualem locus exposcit, de quolibet etiam ultimo gradu si talis inter fratres Domino fuerit protegente reppertus, qui vitae meritis dignum conversationis suae praebeat documentum, divinique in eo timoris vigor invigilet, huius profecto non locus, sed est utilitas providenda, ut talis exemplo ad bonae imitationis normam cuncti se fratres extendant nec eos adhuc[a] locus inferior ad bene operandum tepidos reddat, dum in illo qui profecerit de praesenti quod imitentur aspiciunt. Dilectioni quapropter tuae in hac ordinatione sit nulla dubietas, quod[b] non locus, sed actio apta perquiritur, quia[c] et ante Deum ille prioris optinet locum, qui in eius oculis, etiamsi hic abiectus sit, bonae actionis instrumento placuerit. Circa fratres namque sollicita vos, sicut confidimus, decet invigilare custodia, ne arto[d] conversationis itinere per inlicitas evagando cogitationes exorbitent atque inimico per inertem custodiam inruptionis aditum praestent. Sed eos orationi decet instantius adhaerere, quatenus perfecta[e] eorum Dominus[f] suae propitiationis dono perficiat[g] et imperfecta ad cumulum faciat perfectionis ascendere.

VII, 11.

Gregorius I. papa Rufino, episcopo Ephesino, latorem praesentium, clericum litterarum nescium commendat, ut doctrina instruatur. *596, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 174 (Ind. XV. cap. 11).
Edd. M: Lib. VII. ep. 11; G: Lib. VI. ep. 11. — Iaffé Reg. 1457 (1089).

GREGORIUS RUFINO EPISCOPO EPHESI.

Amicitiarum vestrarum antiqua nos caritas movit[a] fraternitatem vestram scriptis praesentibus visitare. Magno etenim sumus gaudio relevati, quod de vestrae salutis

VII, 10 in titulo: abbas *R 1.* a) ad hunc *r 1. 2.* b) quo *R 1.* c) *ex* qui *corr. R 1.* d) *ita scr. Mommsen, cf. Matth. 7,14;* apto *codd. n.;* a recto *scr. edd.* e) perfecta *r 1; supra ras. 6 litt.* omnipotens deus perfecta *R 1:* precepta, *suprascr.* vel perfecta *r 2. Haec lectio difficile admitti potest: sed lectionen, quam edd. exhibent:* pia coepta *non, nisi in codd. Par. 2286 (R cum ep. praetermissis s. XIII.) et Vatic. D, invenerunt v. cl. Mollinier et Starzer, qui rogatu meo codd. et Paris. et Vaticanos perscrutati sunt.* f) dominus *suprascr. r 2, om. R 1.* g) (per)fici(at) *in ras. R 1.*

VII, 11 in titulo: Ephesio *R 1.* a) *in* movet *corr. r 2.*

VII, 10 Care confundas hunc Agnellum abbatem cum Agnello episcopo Ariminensi, qui temporibus Gregorii II. papae vivebat et qui auctor est cautionis illius, quam Tonini l. l., II p. 179 s. 464 s. profert (nisi ex Diurno conficta est); ibidem exstat epistula cuiusdam Gregorii papae de Agnello episcopo sec. f. 6 Diurni scripta; cf. Ewaldum in N. A. VII, p. 589 s. 1) *Cf. ep. VI, 24 n. 9.* 2) *Praepositus ab abbate ordinabatur, non ab episco o: cf. ep. III, 3. Wisbaum, l. l. p. 34.*

indicio prospera cuncta cognovimus: sed in his omnipotentem Dominum deprecamur, ut, sicut nos[b] in praesenti vita, quae quodam modo umbra futurae est, de transitoria corporis praestitit incolumitate cognoscere, ita in illa caelesti patria, in qua vera vita est, de perfecta salute animae gratulari communique[c] faciat exultatione gaudere. Harum namque lator nostris se apud vos desiderans epistolis commendari a nobis inquisitus, utrum, sicut decet clericum[1], litteras didicisset, eas se ignorare respondit. Quid ergo commendationis de eo apud fraternitatem vestram amplius agamus[d], ignoro, nisi ut de eius anima debeatis esse solliciti ac circa eum pastorali invigilare custodia[e], ut qui nescit legere, lingua vestra illi sit codex, in bono praedicationis vestrae vel operis quod imitetur aspiciat. Solet enim plerumque strictius cor viva vox trahere, quam lectio dicta per transitum. Sed dum haec ei interius spiritalis a vobis magisterii doctrina tribuetur, exterior quoque sollicitudo non desit[f], ut eius[g] adiumento ad spiritalia appetenda perveniat, ne, si hoc despicitur, desit cui praedicatio ministretur.

VII, 12.

Gregorius I. papa monasterio S. Cassiani Massiliensi atque Respectae abbatissae secundum petitionem Dynamii atque Aurelianae privilegia concedit. *596, Oct.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 175 (Ind. XV. cap. 12).
Edd. M: Lib. VII. ep. 12; G: Lib. VI. ep. 12. — Iaffé Reg. 1458 (1090).

GREGORIUS RESPECTAE ABBATISSAE DE GALLIA MAXILIAE.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequenti compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter adsumat. Proinde quod in honore sancti Cassiani[1] est consecratum monasterio[a] in quo praeesse dinosceris iuxta petitionem filiorum nostrorum Dinamii[2] atque Aurelianae[3], qui id religiosa devotione domui iuris sui iunctis uniisse aedificiis comprobantur[b], haec[c] privilegia praevidimus indulgeri constituentes[4], ut obeunte ante dicti monasterii abbatissa non extranea, sed quam congregatio sibi de suis elegerit ordinetur; quam tamen, si digna huic ministerio[d] iudicata fuerit, eiusdem loci episcopus ordinet. In rebus autem

b) *ita R 1, r 1;* vos *r 2.* c) *ita r 1;* communiter *R 1, r 2;* et *post. add. R 1.* d) agam *et ras. aliquot litt. R 1.* e) *ita R 1;* studia *r 1;* studio *r 2.* f) *ex* sit *corr. R 1.* g) ut huius *R 1.*

VII, 12 in titulo: Gallia *r 2 et sec. ed. M Vat. D;* Glli *R 1;* Gallis *r 1;* Gelliis *R* 1* — Maxiliae *r 1. 2;* Maxiliane *R 1;* Messilię *R* 1; sec. ed. M.:* Massiliensi *Vat. D.* a) monasterio *om. r 1.* b) *ex* comprobatur *corr. R 1.* c) et *r 1. 2.* d) monasterio *r 1. 2;* preesse monasterio *dipl. Ott.*

VII, 11 1) *Nov. Iust. 6 c. 4: γράμματα γὰρ ἀγνοοῦντα παντελῶς οὐ βουλόμεθα ἐν οὐδεμιᾷ τάξει κληρικὸν εἶναι. Nov. 123 c. 12.*

VII, 12 1) *Sammarthanus in Gall. Christ. I p. 679. 695 ss. contendit hoc monasterium a S. Cassiano in honorem Mariae virginis conditum, postea in honorem S. Cassiani consecratum atque nono saec. destructum esse.* 2) *De Dynamio cf. ep. III, 33 not.* 3) *Eisdem ep. VII, 33* (Dinamio et Aureliae) *inscripta esse videtur; Maurini Henr. Valesium (rer. Franc. l. XI p. 137) sequentes merito Eucheriam quandam Dynamii uxorem fuisse dicunt. Cf. inscriptionem, cuius mentionem facit Valesius: Le Blant, inscr. Chrét. de la G. n. 641; ep. IX, 217* Aureliano *cuidam directa est.* 4) *Otto III imp. in dipl. ecclesiae Trevirensi a. 1000, Mai. 30. concesso (St. 1229) scribit:* „b. Gregorius in registro inter cętera eccl. regiminis instituta scribens ait. Privilegia monasteriis virginum previdimus indulgeri constituentes" *etc. usque* potestatem.

vel dispositione eiusdem monasterii neque episcopum[a] neque ecclesiasticorum quemquam aliquam habere decernimus potestatem, sed ad haec sollicitudinis tuae[b], vel quae post te[c] in eodem loco fuerit abbatissa, curam[d] statuimus per omnia pertinere[1]. Die siquidem natalis vel dedicationis[2] monasterii suprascripti, episcopum[e] missarum illic sacra convenit sollemnia celebrare; a quo tamen ita hoc est officium exsolvendum[f], ut cathedra eius nisi praedictis diebus, cum[g] illic missarum sollemnia celebrat[h], non ponatur: quo discedente[i], simul[k] etiam cathedra illius de eodem oratorio auferatur[3]. Ceteris vero diebus per presbyterum qui ab eodem episcopo fuerit deputatus missarum officia peragantur.

Praeterea erga vitam actusque ancillarum Dei sive abbatissae[l], quae in suprascripto fuerit monasterio constituta[m], episcopum[n] secundum Dei timorem sollicitudinem[o] statuimus adhibere, ut, si aliquam de illic habitantibus exigente culpa oportuerit ultioni summitti, ipse iuxta[p] sacrorum canonum vigorem modis omnibus debeat vindicare. His igitur a nobis statutis atque concessis ita te[q] in congregationis tuae dispositione custodiam[r] stude sollicitiorem[s] enixius exhibere, ut iniqui hostis malitia nihil ibi[t] quod[u] maculari possit[v] inveniat. Haec igitur omnia quae huius pagina praeceptionis amplectitur monasterio tuo in omnibus et ab omnibus in perpetuo servari Christo protegente censemus, quatenus indultorum privilegiorum beneficia in sua semper inviolabiliter firmitate permaneant.

MENSE NOVEMBRI INDICTIONE XV.

VII, 13.

Gregorius I. papa Fortunato, episcopo Fanensi, permittit ad dissolvendum aes alienum captivorum redimendorum causa contractum, ut vasa sacra praesente Iohanne defensore vendat. *596, Nov.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 176 (Ind. XV. cap. 13).
Edd. M: Lib. VII. ep. 13; G: Lib. VI. ep. 13. — Iaffé Reg. 1459 (1091).

a) eps *R 1.* b) *hic* curam *add. r 1.* c) posita *(pro* post te*) R 1.* d) curae *R 1, om. hic hoc verbum r 1.* e) episcopum *om. R 1.* f) explendum *R 1.* g) cum *om. r 2, suprascr. R 1.* h) celebret *r 2.* i) recedente *(*re *in ras.) R 1.* k) similiter *r 1. 2.* l) sine abbatissa *R 1.* m) fuerit *om. et hic* est *add. R 1.* n) eps̄ *eras.,* erit *suprascr. R 1;* episcopo *r 2.* o) sollicitudines *R 1.* p) *ex* submittit ipse sub iuxta *corr.* submitti ipsa sub iuxta *R 1.* q) te *erad. R 1.* r) custodiam *om. r 2, ex* custodia *corr. R 1;* custodia *r 1.* s) sollicitudinem *R 1 et ante hoc v. suprascr.* et. t) tibi *R 1.* u) *in* quo *corr. R 1.* v) *ex* possis *corr. R 1.*

Mense *cet. ad ep. praeced. trahunt r 1. 2* — m̄ novembr. *r 1. 2;* m̄ nob̄ *R 1.*

1) *Eadem monasteriis virorum concedi solent (cf. ep. V, 47. 49. VIII, 17), quae hac epistula feminis; sed, ut ex ep. IV, 9 apparet, praecipiebatur* ut quidam de clero probati viri curam gerentes earum se necessitatibus adhiberent; *cf. Wisbaum, l. l. p. 35. Loening, l. l. II p. 378, contendit:* Allerdings war hier dem Bischof noch vorbehalten zu prüfen, ob die Wahl der Nonnen auch auf eine würdige Person gefallen sei; *quae interpretatio verborum* si digna iudicata fuerit, *an vera sit, mihi quidem formulam ep. V, 47. 49 etc. intuenti dubium esse videtur.* 2) *Recte notant Maurini etiam in ep. XI, 56 distingui diem dedicationis et natalicios* sanctorum martyrum, quorum illic reliquiae ponuntur. 3) *Eadem fere in monachorum privilegiis vetantur (cf. ep. VI, 44. IX, 165), in quibus dies omnino nulli excipiuntur.*

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO FANENSI.

Sicut reprehensibile et ultione dignum est sacrata[a] quemquam[b] vasa praeter in his quae lex et sacri canones praecipiunt venundare, ita nulla est obiurgatione vel vindicta plectendum, si pietatis causa pro captivorum fuerint redemptione distracta[c] [1]. Quia ergo fraternitate vestra indicante comperimus ad redemptionem mutuam fecisse pecuniam et eam unde solvere[d] non habere atque ob[e] hoc cum nostra vos auctoritate sacrata velle vasa[f] distrahere, in hac re, quia et legum et canonum decreta consentiunt, nostrum[g] consensum praebere curavimus et in distrahendis sacratis vasis vobis licentiam indulgemus. Sed ne eorum venditio ad vestram possit invidiam pertinere, oportet, ut Iohannis defensoris[h] nostri praesentia[i] usque ad quantitatem debiti distrahi et eorum solvi pretium creditoribus debeat[k], quatenus, dum haec res[l] huiusmodi fuerit[m] observatione completa[m], nec creditores mutuae[n] pecuniae damna sentiant nec fraternitas vestra[o] invidiam nunc vel quandoque sustineat.

VII, 14.

Gregorius I. papa Constantium, episcopum Mediolanensem, malevolorum obtrectationem aequo animo ferre iubet; de ceteris causis per Marinianum defensorem ipsius ei mandat; hortatur, ut episcopi remoti successor eligatur. *596, Nov.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 177 (Ind. XV. cap. 14).
Edd. M: Lib. VII. ep. 14; G: Lib. VI. ep. 14. — Iaffé Reg. 1460 (1092).

GREGORIUS CONSTANTIO MEDIOLANENSI EPISCOPO.

Antiquus humani generis inimicus quibus vos linguarum iaculis et malorum cordium insidiis existimavit impetendos, relatione multorum iam[a] dudum me audisse cognoscite[1]. Sed in cunctis quae in hac vita adversa proveniunt, sola est, sicut nostis, omnipotentis Dei districtio pensanda atque ad cor semper proprium recurrendum, et nullius nos ibi lingua implicat[b], ubi conscientia non accusat. Quem enim conscientia defendit, et inter accusationes liber est; et liber vel[c] sine accusatione esse non potest, si sola quae interius addicit[2] conscientia accusat. De vestra igitur sanctitate absit a Christianorum iudicio ea quae maledicorum hominum rumoribus conficta credimus in qualicumque modulo suspicionis adducere, quia et sacri eloquii testimonium tene-

VII, 13 in titulo: om. Fanensi *R 1.* a) *ita r 1. 2;* sacra *R 1.* b) *ita r 1. 2;* quamquam *R 1.* c) *ex* districta *corr. R 1.* d) *ita r 1; ex* solvere *corr. r 2* solveret; solverem, *sed* m *erad. R 1.* e) *in* ad *corr. R 1.* f) causa *r 1.* g) vestrum *r 1.* h) *ex* Ioh. defris *corr.* fris *et* ante *suprascr. R 1.* i) praesentiam *R 1.* k) *in* debeas *corr. R 1.* l) heres *(pro* haec res*) R 1.* m) *corr. in* fuerint *et* complete *R 1.* n) mutuatae *R 1.* o) *ex* fraternitate *corr.* fraternitas tua *R 1 et add.* pecunie.

VII, 14 in titulo: epo Mediolanensis *R 1.* a) iam *om. R 1.* b) *ita R 1, r 1;* implicet, *ut videtur, r 2.* c) et liber vel *erad. et* sed *suprascr. R 1.*

VII, 13 Fortunatus ep. Fanensis alibi non commemoratur. Cf. ep. VI, 45, ubi nos Catenensi *pro Fanensi conicimus.* *1) De redemptione captivorum cf. ep. IV, 17 n. 1.*

VII, 14 De Constantio cf. ep. I, 80 n. 3. III, 29 ss. IV, 1 ss. 37. V, 18 etc. *1) Quae Constantio obiecta sint de tribus capitulis, vide in ep. laud.* *2) Cf. ep. V, 6 p. 287 n. 1.*

mus. ut[e] mala maiora, cum forsitan dicuntur, nisi probata credi non debeant, sed[f] probata citius ulcisci. Nam ipse qui omnia creavit et cuncta quae condidit intuetur Deus, malorum gravium ultione commotus ait: 'Clamor Sodomae et Gomorrae ascendit (Gen. 18, 20 s.) ad me: descendo, ut videam, utrum clamorem quem audivi opere compleverint, et ulciscar; an non est ita, ut sciam'. Quo enim descenderet Deus, ut quae essent facta cognosceret? Aut quid non is qui ubique est sciret? Sed ut nostrae ignorantiae exemplum discretionis daret, quatenus deberemus mala gravia audita non credere, ipse se dixit[g] ad cognoscendum descendere, de quo omnibus liquet, quia et non descendens omnia sciret. Haec igitur dixi, ut nimiae[h] esse levitatis ostenderem, si quis mala gravia credere studeat quae probari non possunt. Unde sanctitas vestra debet mentem suam a maledicorum[i] hominum rumoribus atque obtrectatione disiungere et sola quae internae vitae sunt atque ad utilitatem subditorum proficiunt cogitare, quia et ad hoc fortasse antiquus hostis tali cura implicari vos voluit, ut, dum fraternitatis vestrae animus erga ea quae sua sunt indesinenter occupatur, aliena minus cogitet et nullum verbi solacium subditis inferat atque perverse agentibus nulla districtione contradicat. Sic namque in corporali proelio fieri solet, ut is qui in certamine vexillum portat ipsum hostis vehementer impetat, quatenus, si ipse qui a ceteris attenditur[k] vulnus acceperit, multitudo omnis citius dispersa capiatur[l]. Hoc ergo opinionis inlatae vulnus sentire vestra fraternitas non debet, sed vitam atque meliorationem sibi commissorum curare[m], quatenus venturo iudici bonam possitis[n] et de vestra innocentia et de subditorum[o] melioratione ponere rationem. Cetera autem quae ad utilitatem temporis[p] congruunt per Marinianum[q] [3] defensorem vestrum vobis verbo[r] intimanda mandavi[s].

Illum vero episcopum [4] quia a[t] fraternitate vestra comperimus esse depositum, postquam sacri canones, sicut nostis, ultra tres menses ecclesiam praecipiant[u] non vacare, si manifestum in eo crimen apparuit, episcopum loco eius studii vestri sit modis omnibus ordinare, quia diu sine proprio rectore esse non debet ecclesia [5].

MENSE MARTIO INDICTIONE XV.

VII, 15.

Gregorius I. papa Georgium presbyterum et Theodorum diaconum ecclesiae Constantinopolitanae non diutius Romae mansisse dolet; exponit Christum ad inferos descen-

e) *ex* et *corr. r 1.* f) sed *om. R 1.* g) dicit *r 2, ut videtur.* h) *ex* anime *corr. R 1.* i) *ex* medicorum *corr. R 1.* k) *ita r 1;* accenditur *r 2;* quid *(in* qui *corr.)* ceteris *(in* ceteros *corr.)* accenditur *(in* accendit *corr.) R 1.* l) *ex* capitur *corr.* capiatur *R 1.* m) *ex* cure *corr. R 1.* n) *ex* possetis *corr. r 2.* o) subiectorum *r 2, ut videtur.* p) tempori *R 1.* q) Marianum *R 1.* r) verbo *postea add. R 1;* verba *r 1.* s) mandavimus *r 2.* t) *ita r 2; ex* qui a *corr.* quem a *R 1;* qui a *r 1.* u) *ex* praecipiat *corr. R 1;* praecipiat *r 2.*

Mense *cet. ad epistulam praecedentem trahunt r 1. 2. R* 1.* — mar. *abbrev. R 1, r 1. 2.* — *Add.* data *R* 1.*

3) *Idem certe est, qui ep. X, 11 Constantio transfert.* 4) *Cuius civitatis, ignoramus, quoniam scriptor hic pro nomine* ill. *posuit.* 5) *Metropolitani episcopi Mediolani et Ravennae ipsi suos suffraganos ordinabant: cf. ep. VII, 39. Wisbaum l. l. p. 43. — Iustinianus in nov. 123 c. 1 constituit decretum de eligendo episcopo intra sex menses faciendum esse; ἐντὸς τριῶν μηνῶν can. 25 Chalced. concilii;* ne plebs Deo devota diu sine proprio videatur esse rectore *Diurni f. 3; cf. ib. f. 79. 80.*

dentem solos illos a poenis debitis liberasse, qui eum et venturum esse crediderint et praecepta eius vivendo tenuerint. *597, Mart.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 178 (Ind. XV. cap. 15).
Edd. M: Lib. VII. ep. 15; G: Lib. VI. ep. 15. — Iaffé Reg. 1461 (1093).

GREGORIUS GEORGIO PRESBYTERO ET THEODORO DIACONO ECCLESIAE CONSTANTINOPOLITANAE.

Memor bonitatis vestrae atque caritatis memetipsum valde reprehendo[a], quod vos ad remeandum citius relaxavi; sed quia semel ac secundo importune mihi de relaxatione vestra vos insistentes vidi, perpendi, ne grave esset, si vestra apud nos dilectio moraretur. Postquam vero cognovi vos propter hiemis tempus tam longo tempore in[b] itinere remansisse, fateor, citius[c] dimissos esse vos dolui. Si enim iter propositum vestra dilectio peragere non valebat[d], melius fuerat, ut apud me moram, quam extra[e] faceret.

Praeterea post discessum vestrum dilectissimis filiis meis diaconibus narrantibus agnovi, quod dilectio vestra dixisset omnipotentem dominum salvatorem nostrum Iesum Christum ad inferos descendentem omnes qui illic eum Deum confiterentur salvasse atque a poenis debitis liberasse. De qua re volo ut vestra caritas longe aliter sentiat. Descendens quippe ad inferos solos[f] illos per suam gratiam liberavit, qui eum et venturum esse crediderunt et praecepta eius vivendo tenuerunt[1]. Constat autem, quia post incarnationem Domini nullus etiam ex his salvari potest, qui fidem illius tenent
Tit. 1, 16. et vitam fidei non habent, quia scriptum est: 'Confitentur se nosse Deum, factis autem
1. Ioh. 2, 4. negant'. Et Iohannes ait: 'Qui dicit, quia "novi eum", et mandata eius non custodit,
Iac. 2, 20. mendax est'. Iacobus quoque frater Domini scribit dicens: 'Fides sine operibus mortua est'. Si ergo fideles nunc sine bonis operibus non salvantur et infideles ac reprobi sine bona actione Domino ad inferos descendente salvati sunt, melior illorum sors fuit qui incarnationem Domini minime viderunt, quam hi[g] qui post incarnationis eius mysterium nati sunt. Quod quantum fatuitatis sit dicere vel sentire, ipse Dominus
Matth. 13, 17. Luc. 10, 24. testatur discipulis[h] dicens: 'Multi reges et[i] prophetae cupierunt videre quae videtis et non viderunt'. Sed ne dilectionem vestram in mea disputatione immorer, quid de hac[k] heresi Philaster in libro quem de heresibus scripsit[2] dixerit, agnoscat; cuius haec verba sunt: 'Sunt heretici qui dicunt Dominum in infernum descendisse et 'omnibus post mortem etiam ibidem renuntiasse[l], ut confitentes ibidem salvarentur,
Ps. 6, 6. 'cum hoc sit contrarium dicente propheta[m] David: "In inferno autem quis confitebitur
Rom. 2, 12. 'tibi?" Et apostolus[m]: "Quotquot sine lege peccaverunt, sine lege peribunt"[3]'. Cuius verbis[n] beatus quoque[o] Augustinus[p] in eo libro concordat, quem de heresibus scripsit[4].

VII, 15 in titulo: Gregorio *(ita et Vatic. sec. ed. M)* Hebreo et Théodoro diac. eccl. Const. *R 1.*
a) deprehendo *R 1.* b) in *om. r 2.* c) utius *erad.,* citius *suprascr. R 1.* d) *ex* valebant *corr. R 1.* e) me *add. r 1. 2.* f) *in marg. m. post. add.* solum *R 1.* g) *ita r 2, R 1;* hi *om. r 1.* h) suis *add. r 1.* i) ac *r 1.* k) *hic* re *erad. R 1.* l) renuntiasse *R 1. Philast.* — se renuntiasse *r 1. 2.* m) dicenti prophetae *et* apostolo *Philast.* n) verba *R 1.* o) quippe *r 1.* p) Agustinus *r 1.*

VII, 15 De Georgio et Theodoro cf. ep. VII, 5, p. 445 n. 1; qui quinque vel summum sex mensibus ante Roma Constantinopolim profecti atque longo tempore *in itinere immorati nuntium Constantinopoli Romam miserant, a quo Gregorius de eorum itinere certior factus est; quae concordant cum Agnello, qui c. 132 scribit:* nullus est, qui in tribus mensibus Constantinopolim (Ravenna) ire et revertere possit.
1) De hac contentione dogmatica cf. Lau, l. l. p. 452. *2) Cf. VII, 5, p. 448 n. 3.* *3) Phil. de haeres. 125 (Migne, patrol. lat. t. XII c. 1250 s.).* *4) August. de haeres. c. 79 (Migne, patrol. lat. t. XLII c. 45).*

Haec itaque omnia pertractantes nihil aliud teneatis[q], nisi quod vera fides per catholicam ecclesiam docet: quia descendens ad inferos Dominus illos solummodo ab inferni claustris eripuit, quos viventes in carne per suam gratiam in fide et bona operatione salvavit. Quod enim per evangelium dicit: 'Cum exaltatus fuero, omnia traham Ioh. 12, 32.
ad me ipsum', omnia videlicet electa. Nam trahi ad Deum[r] post mortem non potuit qui se a Deo[s] male vivendo separavit.

Omnipotens Deus sua vos protectione custodiat, ut, ubicumque estis, et in anima et in corpore gratiae eius auxilium sentiatis.

MENSE APRILI INDICTIONE XV.

VII, 16.

Gregorius I. papa Agnellum, episcopum Terracinensem, post Bacaudae episcopi mortem ecclesiae (Formiensis) visitatorem constituit; mandat, ut novum episcopum per clerum plebemque eligendum curet. *597, Apr.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 179 (Ind. XV. cap. 16).
Edd. M: Lib. VII. ep. 16; G: Lib. VI. ep. 16. — Iaffé Reg. 1462 (1091).

GREGORIUS AGNELLO EPISCOPO DE TERRACINA.

Obitum Bacaudae[1] antistitis directa relatio patefecit: quapropter visitationis destitutae ecclesiae fraternitati tuae operam sollemniter delegamus: quam ita te convenit exhibere, ut nihil de provectionibus clericorum, reditu, ornatu ministeriisque, vel quicquid illud est in patrimonio eiusdem a quoquam praesumatur ecclesiae[a]. Et ideo fraternitas tua ad praedictam ecclesiam ire properabit et adsiduis adhortationibus clerum plebemque eiusdem ecclesiae ammonere[b] festinet[c], ut remoto studio uno eodemque consensu talem sibi praeficiendum expetant[d] sacerdotem, qui[e] tanto ministerio dignus valeat repperiri et a venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum[f] sollemnitate decreti omnium subscriptionibus roborati et dilectionis tuae[g] testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat. Commonentes etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittatis[h] ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius civitatis in qua visitationis impendis officium nullus ad episcopatum dignus, quod

q) *ex* tenetis *corr. R 1.* r) dn̄m *r 1.* s) dn̄o *R 1.*

Mense *cet. ad ep. praeced. trahunt r 1. 2, R* 1.* — Aprili *ex* Aprilis *corr. r 2;* apr̄ *abbr. R 1;* apł *r 1.*

VII, 16: hanc ep. „in Norm. Anglic. Corb. Rem." ideo omissam esse coniciunt Maurini, „quod formulam iniungendae visitationis contineat iam plurimis in epistulis repertam. a) *ita R 1, ep. XIII, 16; verba* ecclesiae *usque* plebemque eiusdem *om. r 1; verba* eccl. *usque* praedictam *om. r 2.* b) monere *r 1. 2.* c) festines *r 1.* d) *ex* expectant *corr. R 1.* e) *in* quo *corr. R 1.* f) in *R 1.* g) tuae *om. r 1.* h) permittas *r 1.*

VII, 16 secundum formulam iniungendae visitationis, de qua cf. ep. II, 39 atque epistulas ib. in notis citatas. — De Agnello, Fundensi, postea etiam Terracinensi episcopo, cf. ep. II, 6 n. III, 13. V, 57a, p. 366 n. 5. VIII, 19. IX, 45. 1) *De Bacauda, episcopo Formiensi, cf. ep. I, 4 n. 2. I, 8. II, 6. IV, 42. Epistula IX, 45 (598, Oct.) inter alios episcopos Albino Formiensi missa est.*

evenire non credimus, potuerit inveniri. Provisurus ante omnia, ne ad cuiuslibet conversationis meritum[i] laicae personae adspirare praesumant et tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.

VII, 17.

Gregorius I. papa Sabiniano, episcopo Iadertino, Maximi (Salonitani) societatem iam repudianti praecipit, ut cum episcopis aliisque religiosis quam plurimis absolutionis percipiendae causa sine mora Romam veniat. *597, Apr.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 180 (Ind. XV. cap. 17).
Edd. M: Lib. VII. ep. 17; G: Lib. VI. ep. 17. — Iaffé Reg. 1463 (1095).

GREGORIUS SABINIANO EPISCOPO IADERTINO.

Si dispensationis ecclesiasticae regulam et antiquae consuetudinis ordinem sollicita studuisses consideratione pensare, nec tibi aliqua inlicitae praesumptionis culpa subriperet[a] nec[b] alii occasione tui peccati discrimen incurrerent[c]. Itaque cognovisse te non est ambiguum, quia, dum ad nos quaedam de Maximo[1] pervenissent quae sacerdotii provectum non leviter impedirent, nostrum in eius persona non fuisse consensum nec prius nos eum voluisse ad hoc quod nitebatur accedere, quam digna de his quae dicta erant satisfactio proveniret. Quod cum servare[d] et tu[e] omni modo debuisses, actum magis est, ut ante dictus Maximus caecae mentis aviditate episcopatum arripiens ad suam te incaute voluntatem contra nostrum[f] vetitum inclinaret. Sed ne vel tunc inrequisita quae ad nos perlegata fuerant remanerent, nostris, ut huc veniret, est[g] epistolis[2] accersitus. Quem etiam pravo studio differentem curae nobis fuit sub interdictione communionis iteratis epistolis[3] ammonere, ut ad nos pro sui purificatione venire excusatione postposita properaret: sed elegit excommunicationi succumbere, quam oboedientiam exhibere. Unde contigit, ut perversae mentis ipsius pravitas in sua alios secum, quod dici nefas est, perditione convolveret. Nunc autem quia ab eius te[h] nequitia cognovimus dissentire, denique ut nec ei communices nec nominis ipsius facias[i] inter sacra missarum sollemnia mentionem: ut animae tuae vel sero te ab eo discordasse proficiat, scriptis te praesentibus adhortamur, quatenus ad nos mora summota venire non differas[4], sed et alios tecum, quos tamen potueris, episcopos ceterosque religiosos festines adducere, ut causa suptilius examinata et vestra, si[k] res exegerit, congrue decenterque debeat absolutio provenire et hi qui in[l] peccato eiusdem teme-

i) *ita r 2 et Vatic. sec. ed. M;* meriti *r 1;* meritis *R 1.*

VII, 17 in titulo: ita r 1 (sed ex Sabiano *corr.) et r 2; om.* Iadertino *R 1 — sec. ed. M:* Saviano ep. Tyburtino *Vatic. B.* a) *ita R 1, r 2;* subreperet *r 1.* b) *ex* ne *corr. R 1.* c) discurrerent *codd. n., sed in* incurrerent *corr. R 1.* d) quod c. servare *om. R 1.* e) tuo *R 1.* f) nostris *r 1.* g) est *om. R 1.* h) quia abeunte *r 2.* i) *ex* facies *corr. R 1.* k) et *(postea add.* ut*)* vestri *(om.* si*) R 1.* l) in *om. R 1.*

VII, 17 Sabiniano missae sunt ep. VIII, 11. 24; atque idem commemoratur in ep. IX, 234. Cf. etiam Ioh. diac. IV, 11 et ep. VI, 46, qua Gregorius clerum et populum Iadertinum adhortatus erat, ut a communione Maximi, praesumptoris Salonitani, se suspenderent, sed episcopi mentionem non fecerat. *1) Cf. ep. IV, 16 n. 3. V, 6, p. 286 n. 1.* *2) Ep. VI, 3 (nam verbo* epistolae *plurali tantum hic utitur noster).* *3) Ep. VI, 25.* *4) Sabinianum Romam venisse non constat neque, qui ep. VIII, 11 legit, eum venisse crediderit.*

ritate collapsi sunt ad viam salutis auxiliante beato Petro apostolorum principe dispositione Christo placita revocentur[m]. Sciat autem quisquis ad nos episcopus vel religiosus venerit, nullum se praeiudicium vel iniustitiam sustinere, sed ita interius cognita veritate quae redemptori nostro placuerint ordinari, quatenus ex ipsa nostra dispensatione Domino suffragante cunctis appareat non nos proprio odio[5] contra aliquem, sed Dei zelo et ecclesiastici ordinis libramine commoveri.

VII, 18.

Gregorius I. papa Martinum, diaconum et abbatem, criminibus obiectis absolvit locoque atque ordini suo restituit. *597, Apr.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 181 (Ind. XV. cap. 18).
Edd. M: Lib. VII. ep. 18; G: Lib. VI. ep. 18. — Iaffé Reg. 1464 (1096).

GREGORIUS MARTINO DIACONO ET ABBATI.

Sicut veraciter adversus religiosos dicta crimina digna sunt ultione plectenda, ita ab inlatis sunt nihilominus absolvendi, quando nullus eos[a] culpae reatus[b] astringit. Quia[c] igitur aliqua nobis de te fuerant[d] nuntiata quae officii tui propositum non leviter macularent, curae nobis fuit ea diu ac suptili[e] investigatione requirere: et quoniam nil quod tibi noceret invenimus, ne qua[f] de his quae dicta fuerant suspicio remaneret, ad plenissimam te satisfactionem, si ab eis insons[g] extiteris, ad sacratissimum corpus beati Petri apostolorum principis districta[h] fecimus sacramenta praebere[1]. Et ideo postquam nobis, ut oportuit, satisfactum est, dilectionem tuam praevidimus modis omnibus absolvendam[i] atque ad tuam te[k] ecclesiam in eo quo videlicet fuisti loco et ordine per omnia statuimus remeare et nullam te a quoquam contradictionem vel inquietudinem de his quae ad nos perlata fuerant sustinere ammonentes, ut ita te[l] de cetero cautum sollicitumque debeas[m] exhibere, quatenus et officio tuo moribus et actione respondeas[n] et[o] omnis contra te penitus adversae opinionis dicendi subtrahatur occasio.

---

m) *ex* revocantur *corr. r 1.*

VII, 18 in titulo: Marciano *R 1;* de iuramento *add. r 2 in margine.* a) se hoc *(pro* eos*) R 1.* b) *in* reatu *corr. R 1.* c) *in* qui *corr. R 1.* d) *ex* fuerint *corr. R 1.* e) subtilius *R 1.* f) *ex* neque *corr. R 1.* g) insonus *R 1.* h) adstricta *r 1.* i) *ita r 1 et ex* absolvendum *corr. r 2;* absolvendum *R 1.* k) te *om. r 1.* l) te *hic om. R 1 et post* cautum *add.* m) *ex* debes *corr. R 1.* n) *ita r 1 et ex* respondes *corr. R 1;* responderet *r 2.* o) *ita R 1;* ut *r 1;* et *om. r 2.*

5) Cf. ep. VI, 26. VI, 46.

VII, 18 1) Eodem modo obiectis criminibus liberati sunt a Gregorio: Leo, Catanensis ep., (ep. II, 30); Mennas, Tilesinus ep., (XIII, 7). Cf. sacramentum *quo se Leo papa* coram b. Petro, principe apostolorum, in cuius basilica consistimus, *purgavit (ep. Car. 20). Maximi, praesumptoris Salonitani, satisfactio* ad s. corpus b. Apollinaris *commemoratur in ep. IX, 177. Reg. VIII, 36 (app. VIII. Maurin.). Et episcoporum iuramenta secundum form. Diurni 75. 76 et Bonifatii (ep. Bon. 17) et Pantaleonis notarii iuramentum (ep. XIII, 37)* apud sacratissimum corpus b. Petri *praestabantur. Cf. form. Diurni 84 s.*

MENSE MAIO INDICTIONE XV.

VII, 19.

Gregorius I. papa Cypriano diacono scribit episcopis Siciliae se concessisse, ut non tertio, sed quinto quoque anno Romam adirent, eosque, quia iam diu non venerant, una cum Liparitano et Rhegiensi episcopis ad natalem S. Petri vocat; quo itinere ne suspicio praetori detur, caveri iubet. De Libertino, viro magnifico, atque de exarcho, qui „in Pado occupatus est“ addit. *597, Mai.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 182 (Ind. XV. cap. 19).
Edd. M: Lib. VII. ep. 22; G: Lib. VI. ep. 19. — Iaffé Reg. 1465 (1100).

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO.

Novit dilectio tua hanc olim consuetudinem tenuisse[a], ut fratres et coepiscopi nostri Romam semel in triennio de Sicilia convenirent, sed nos eorum labori consulentes constituisse, ut suam hic semel in quinquennio praesentiam exhiberent[1]. Et[b] quia iam diu est, quod hic minime convenerunt[b], eos hortari te volumus, ut natale sancti Petri[2] hic Deo perducente nobiscum debeant[c] celebrare. Sed ne forte praetori aliqua possit nasci suspicio[3], si eos hic ammonitos venire cognoverit, voluntatem nostram[d] intellegens[e] ita hoc ex te facere stude, ut et ipsi, sicut praediximus, ad diem constitutum hic veniant et nulla de eis praetori possit esse suspicio. Liparitanum[f4] vero et Regitanum[5] episcopos, ut hic veniant, pariter commonebis.

Circa Libertinum[6] vero[g] magnificum esto sollicitus, ut nullus illum dolus decipiat, quia aliqua nobis de Ravennati urbe scripta sunt; ipsamque ad te epistolam misimus, ut ex ea, qualiter te erga eum debeas exhibere, possis addiscere[7]. Consolare autem eum, ut se non affligat: quia credimus, quod nos excellentissimus filius

Mense *cet. deest R* 1, ad ep. praeced. trahunt r 1. 2;* Maius *r 1. 2;* Mai̅ *R 1.*

VII, 19 a) *in* fuisse *corr. R 1.* b) *verba* et quia *usque* convenerunt *om. R 1.* c) *ex* debent *corr. R 1.* d) vestram *r 1. 2.* e) *ex* intellegentes *corr. R 1.* f) Lyparit. *r 1. 2.* g) virum *add. edd., non immerito; fortasse pro* vero *scribendum* virum.

VII, 19 De Cypriano, rectore patrimonii Siciliae, cf. ep. III, 55 n. 1) *Cf. Iohannem diac. III, 25, qui addit:* ubi notandum, quia, si beatus Gregorius xenia, quod credi nefas est, anhelaret, non episcoporum adventus a triennio in quinquennium protelaret, immo a triennio in biennium procul dubio festinaret; *adde ep. II, 8. Secundum cautionem, quae f. 74 in Diurnum recepta est, episcopi iurabant:* promitto me ad natalem apostolorum, si nulla necessitas impedierit, annis singulis occursurum. *Cf. f. Diurni 105:* post biennium. 2) *I. e. dies 29. mensis Iunii; cf. ep. I, 39^a n. 5 (p. 54) et f. Diurni 42. 44 (excusatoriam et invitatoriam ad episcopum in natale papae), ex quibus intellegi potest episcopos* ex more *anniversario ordinationis die Romam venisse ante Gregorii pontificatum. — A. 592, i. e. ante quinquennium, episcopi Siciliae Romae fuisse videntur: cf. ep. I, 70. II, 30.* 3) *Magistratus saepe profectionibus episcoporum obviasse apparet ex ep. I, 70. 72. VI, 59 etc. Quisnam tunc praetor fuerit, nescimus. Cf. n. 6.* 4) *Cf. ep. II, 19 n. 3.* 5) *Bonifatium: cf. ep. III, 4 n.* 6) *Libertinus (de quo cf. ep. III, 37 n.) praetor esse iam desiit; nam idem non esse videtur, qui non multo ante commemoratur praetor. In ep. IX, 5 Libertinus gloriosus et in titulo ep. IX, 28 expraefectus dicitur.* 7) *Fortasse de rationibus praeturae reddendis agitur.*

noster exarchus[8] non contristet. Nam de persona ipsius scribere non distulimus: sed quia in Pado isdem exarchus occupatus est[9], minime[h] scripta eius suscepimus.

VII, 20.

Gregorius I. papa Fortunato episcopo (Neapolitano) et Anthemio, defensori per Campaniam, mandat, Stephanum impellant, ut, quam sponsam habuerit, Catelli sorori, monacham professae, ablata restituat: Catellum, praesentium latorem, commendat. 597, *Mai.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 183 (Ind. XV. cap. 20).
Edd. M: Lib. VII. ep. 23; G: Lib. VI. ep. 20. — Iaffé Reg. 1466 (1101).

GREGORIUS FORTUNATO EPISCOPO ET ANTHEMIO DEFENSORI PER CAMPANIAM UNIFORMIS.

Catellus praesentium lator nobis innotuit sororem suam, quae Stephano cuidam fuerat desponsata, divinae propitiationis instinctu Neapolim in monasterio esse conversam atque eundem Stephanum domum et res eius aliquas indebite detinere. Et quia decreta legalia[1] desponsatam, si converti voluerit, nullo omnino censuerunt[a] damno multari[b], fraternitas tua una cum Anthemio[c] subdiacono veritatem diligenti curiositate studeat perscrutari. Et si, ut edocti sumus, domum vel quid aliud suprascriptum[d] Stephanum iniuste tenere cognoscitis, eum adhortatio vestra instanter ammoneat, ut quae indebite[e] detinet sine aliqua mora vel altercatione restituat[f], ne rerum alienarum restitutionem[f] sub qualibet excusationis specie differat[g]. Quem[h] si adhortationem vestram neglegere fortasse cognoscitis, nobis tam hoc quam etiam qualiter se causae veritas habeat, suptiliter indicate, quatenus cognito[i] negotii merito aliter[k] cogatur aequitate suadente restituere, quod facere propria sponte honestatis consideratione contemnit. Latorem vero praesentium fraternitati tuae commendantes hortamur, ut eum illic moras pati hac pro causa diutius non permittas.

---

h) *ita r 1;* autem *add. R 1, r 2.*

VII, 20 in titulo: defensori *et sequentia verba om. R 1 —* unifōr *r 1. 2 et r 2 in marg. add.* formis; *om. R 1. R* 1 — R 1 add., sed nigro atram. delet:* ubi sponsa deseruit sponsum ad dm̄ conversa. — *Wisbaum in thesi dissertationi adnexa contendit* subdiacono *pro* defensori *legendum esse.* a) consueverunt *Vat. A sec. ed. M.* b) mutari *R 1;* mutare *Vat. A.* c) Athemio *R 1.* d) superscr. *r 1.* e) indebito *r 1. 2.* f) *verba* restituat *usque* restitutionem *om. R 1.* g) deserat *R 1.* h) *ex* quam *corr.* quod *R 1.* i) cognitione *R 1.* k) alter *r 1.*

8) *Scil. Callinicus, qui Romano mortuo successerat: cf. ep. VII, 26; Romanus enim saepissime papam* contristavit*: ep. V, 40 etc.* 9) *Scilicet bello contra Langobardos et actionibus de pace.*

VII, 20 De Fortunato Neapolitano cf. ep. III, 58 n. et de Anthemio, rectore patrimonii, ep. I, 23 n. — Uniformis *dicitur epistula, sicut aliae a* paribus*; uniformis etiam appellatur in archetypo ep. Theophili (Alexandrini) ad episcopos Palaestinos et ad Cyprios (Migne, patr. Lat., t. XXII, c. 758 ss.), scilicet ad Eulogium, Iohannem, Zebianum etc., ut iam ed. Veneta ad ep. I, 25 notavit. Cf. Ewaldi not. ad ep. I, 24. Ut e tenore epistulae apparet, in registro vel in archetypo nostro exemplar epistulae Fortunato missum transscriptum erat.* 1) *Gussanv. recte citat legem Iustiniani C. J. I, 3, 54 (56), 2 ss.*

VII, 21.

Gregorius I. papa Candido, presbytero suo per Gallias, mandat de quattuor christianis Iudaeorum Narbonensium servis redimendis, pro quibus frater eorum, Dominicus, lator praesentium, petierit. *597, Mai.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 184 (Ind. XV. cap. 21).
Edd. M: Lib. VII. ep. 24; G: Lib. VI. ep. 21. — Iaffé Reg. 1467 (1102).

GREGORIUS CANDIDO PRESBYTERO NOSTRO PER GALLIAS.

Dominicus praesentium portitor lacrimabiliter nobis innotuit quattuor fratres suos de captivitate a Iudaeis redemptos esse atque eos nunc Narbonae[1] in eorundem Iudaeorum servitio detineri. Et quia omnino grave execrandumque est Christianos esse in servitio Iudaeorum[2], dilectionem tuam scriptis praesentibus adhortamur, ut cum omni suptilitate et sollicitudine studeat perscrutari. Et si re vera ita est atque manifesta tibi veritate constiterit, quia neque ipsi, unde se redimant, neque suprascriptus portitor habet, eos studii tui sit redimere: sciens, quia, quicquid in eis dederis, tuis sine dubio rationibus[a] imputatur.

MENSE IUNIO INDICTIONE XV.

VII, 22.

Gregorius I. papa Gregoriae, cubiculariae Augustae, de peccatorum venia scribit; revelationes sibi fieri negat. *597, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 185 (Ind. XV. cap. 22).
Edd. M: Lib. VII. ep. 25; G: Lib. VI. ep. 22. — Iaffé Reg. 1468 (1103).

GREGORIUS GREGORIAE CUBICULARIAE AUGUSTAE.

Desiderata dulcedinis vestrae scripta suscepi, in quibus vos omnino de peccatorum multitudine studuistis accusare. Sed scio, quia omnipotentem Deum ferventer

VII, 21: titulum ita exhibent (et Gałl *abbrev.) r 1. 2; deest in R 1, qui in tit. ep. seq. scribit:* Candido ēpō n̄o per Gałli — nostro p. G. *omittitur „in omnibus paene mss." Maurinorum „praeter Vatic. A"*; n̄ro illi in Galliis *R* 1.* a) imputatur moribus *(om.* rationibus*) R 1.*

Mense *cet. om. R 1 et ad ep. praeced. trahunt R* 1, r 1. 2* — Iulio *Vatic. A sec. ed. M* — data *add. R* 1.*

VII, 22: pro hoc titulo scribit Candido ēpō n̄o per Gałli, *i. e. titulum ep. praeced., sed suprascribit:* Theotistę patricie, *i. e. tit. epistulae sequentis, R 1;* Theot. p. *Vatic. B sec. ed. M* — cubilariae *r 2* — hic legitur Marie peccata demissa fuisse *add., sed post. m. del. R 1.*

VII, 21 De Candido, rectore patrimonii Galliarum, cf. ep. VI, 10 n. 1) *Narbo vel Narbona (hodie Narbonne) urbs erat in regno Gothorum: cf. Greg. Tur. hist. Franc. IX, 15 etc.* 2) *De Iudaeorum mancipiis cf. ep. IV, 9 n. 3. IX, 104. Adde Leg. Wisigoth. XI, 2, 12 (Reccared.):* nulli Iudaeo liceat christianum mancipium comparare nec donatum accipere . . . . . . servus vero vel ancilla, qui contradixerint esse Iudaei, ad libertatem perducantur.

VII, 22 una sine dubio cum sequentibus epistulis Constantinopolim transmissa per Anatolium diaconum; scripta, quibus his epistulis noster respondit, per Sabinianum Romam translata esse videntur: cf. ep. VII, 25 n. 1. — De Gregoria, quam Ewald Rusticianae nurum fuisse coniecit, eiusque propinquis cf. ep. II, 27 n. 4. Frequentissime cubicularii dignitas commemoratur, neque numquam cubiculariae, ut

diligitis, atque in eius misericordia confido[a], quia illa de vobis sententia[a] ex ore veritatis procedit quae[b] de quadam sancta muliere dicta[c] est: 'Dimissa sunt ei peccata (Luc. 7, 47.) multa, quia dilexit multum'. Quomodo autem fuerint[d] dimissa, in hoc etiam monstratum est quod postmodum est secutum: quia ad pedes Domini sedebat, verbum ex ore illius audiebat. In contemplativa enim vita suspensa iam activam transcenderat, quam adhuc Martha soror illius tenebat. Sepultum quoque Dominum studiose requisivit, ad monumentum inclinata corpus illius non invenit: sed etiam discipulis recedentibus ipsa ante ianuam monumenti plorans perstitit et quem mortuum flebat, viventem videre meruit et, quia resurrexisset, discipulis nuntiavit. Et hoc mira dispensatione pietatis Dei fuit, ut ex ore mulieris nuntiaretur vita, quia ex ore mulieris mors fuerat in paradiso propinata. Quae alio quoque tempore cum Maria altera post resurrectionem Dominum vidit et accedens pedes eius tenuit. Duc[e], rogo, ante oculos, quae manus cuius tenuerunt pedes. Illa mulier quae fuerat in civitate peccatrix, illae manus quae fuerant iniquitate pollutae, illius tetigerunt pedes qui ad patris dexteram super angelorum verticem sedet. Pensemus, si possumus, quae sunt ista viscera supernae pietatis, ut mulier quae in profundo voraginis fuerat demersa per culpam, ex amoris penna sic in altum levaretur per gratiam. Impletum est, dulcis filia, impletum quod de hoc sanctae ecclesiae tempore prophetica nobis voce promissum est: 'Et in die illo erit (Zach. 13, 1.) domus David fons patens in ablutionem[f] peccatoris et menstruatae'[1]. Domus enim David nobis peccatoribus fons patens in ablutionem[f] est, quia[g] iniquitatum nostrarum sordibus per David filium Salvatorem nostrum aperta[h] iam misericordia lavamur.

Quod vero dulcedo tua in suis epistolis subiunxit importunam se mihi existere, quoadusque scribam mihi esse revelatum, quia[i] peccata tua dimissa sint, rem et difficilem etiam et inutilem postulasti: difficilem quidem, quia ego indignus sum, cui revelatio fieri debeat, inutilem vero, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cum iam in die vitae tuae ultimo plangere eadem peccata minime valebis. Quae dies quousque veniat, semper suspecta, semper trepida metuere culpas debes atque eas cotidianis fletibus lavare. Certe Paulus apostolus iam ad tertium caelum ascenderat, in paradiso quoque ductus fuerat, arcana verba audierat, quae loqui homini non liceret, et tamen adhuc trepidans dicebat: 'Castigo corpus meum et servituti subicio, ne forte[k] (I. Cor. 9, 27.) aliis praedicans ipse reprobus efficiar'. Adhuc timet qui iam ad caelum ducitur, et iam timere non vult qui adhuc in terra conversatur? Perpende, dulcissima filia, quia mater neglegentiae solet esse securitas. Habere ergo in hac vita non debes spem per[l] quam neglegens reddaris. Scriptum est: 'Beatus vir qui semper est pavidus'. (Prov. 28, 14.) Et rursum scriptum est: 'Servite Domino in timore et exultate ei cum tremore'. In (Ps. 2, 11.) pauco ergo vitae huius tempore[m] mentem vestram necesse est ut tremor teneat, quatenus per securitatis[n] gaudium sine fine postmodum exultet. Omnipotens Deus sancti spiritus sui gratia mentem vestram repleat et post fletus[o] quos cotidie in oratione funditis ad gaudia vos aeterna perducat.

---

a) *verba* confido *usque* sententia *om. R 1.* b) qđ (đ *in ras.*) *R 1.* c) dictum (um *in ras.*) *R 1.* d) fuerunt *r 1.* e) ad duc *R 1.* f) ablutione *ex* ablutionem *primo et* ablutionem *ex* ablutione *secundo loco corr. R 1;* ablutionem *primo et* ablutione *secundo loco r 1. 2.* g) ab *add. r 2, ut videtur.* h) aperta *om. R 1.* i) *ex* qui *corr. r 1.* k) cum *add. r 1. 2; in R 1 ras. 3 litt.* (cum — praedicaverim *Hieron.*, *κηρύξας Graec.*). l) *ita ex* semper *corr. r 2;* semper *r 1; post ras. 2 litt.* per *R 1.* m) temporis *r 1.* n) per se caritatis *r 1.* o) post fletus *om. r 1.*

apud Theophan. ed. de B. p. 470 (a. 6287) et in l. II. Constant. Porphyr. de cerim., c. 24 (p. 623 B. ss.): ἐπὶ προαγωγῇ κουβικουλαρείας.

1) Hic, ut saepe, sensum, non verba usurpare Gregorium notat Gussanv.

VII, 23.

Gregorius I. papa Theoctistam patriciam et Andream, quemadmodum et Augustae et „parvulorum dominorum“ animos excolant, docet; de triginta auri libris per Sabinianum diaconum missis gratias agit, quarum dimidiam partem ad redimendos Crotonienses, qui anno superiore capta civitate in captivitatem Langobardorum ceciderint, dimidiam ad „lectisternia“ monialibus Romae emenda se contulisse scribit. Clavem S. Petri mittit, quam, cum praesente Autarith, Langobardorum rege, miraculum edidisset, ab eodem rege decessori suo missam esse narrat. 597, *Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 186 (Ind. XV. cap. 23).
Edd. M: Lib. VII. ep. 26; G: Lib. VI. ep. 23. — Iaffé Reg. 1469 (1104).

GREGORIUS THEOCTISTAE PATRICIAE ET ANDREAE.

Quod in tanto tumultu causarum vestra excellentia posita sacri verbi ubertate plena est atque incessanter ad aeterna gaudia suspirat, magnas omnipotenti Deo gratias
Exod. 15, 19. ago, quia hoc in vobis impletum video quod de electis patribus scriptum est: ‘Filii
Ps. 68, 3. autem Israhel ambulaverunt per siccum per medium mare’. At contra: ‘Ego veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me’. Vos vero ad repromissionis patriam inter undas causarum saecularium siccis, ut video, gressibus ambulatis. Agamus ergo gratias ei spiritui qui corda quae implet levat, qui inter tumultus hominum solitudinem[a] in mente facit, in cuius praesentia nullus locus compunctae animae non est secretus[b]. Aeternae enim suavitatis odorem trahitis atque ideo sponsum animae
Cant. 1, 3. ardenter amatis, ita ut cum[c] caelesti sponsa ei[d] dicere possitis: ‘Trahe me: post te in odore unguentorum tuorum currimus’. In epistolis autem vestrae excellentiae hoc minus repperi, quia mihi de serenissima domina [1] indicare noluit, quam studiose legat vel in lectione[e] qualiter compungatur. Prodesse quippe ei multum debet vestra praesentia, ut inter causarum fluctus, quos adsidue patitur, ex quibus, velit nolit, foras trahitur, semper ad amorem caelestis patriae interius revocetur, et hoc quoque investigare debetis, quotiens ei[f] pro sua anima lacrimae[g] dantur, utrum adhuc ex timore an iam[g] ex amore compungitur.

Duo [2] quippe sunt compunctionis genera, sicut scitis. Unum quod aeternas poenas metuit, aliud quod caelestibus praemiis suspirat, quia[h] Deum sitiens anima prius timore compungitur, post amore. Ante enim semetipsam in lacrimis afficit, quia[i], dum malorum suorum recolit, pro his perpeti supplicia aeterna pertimescit; at vero cum longa maeroris anxietudine fuerit formido consumpta, quaedam iam de praesumptione veniae securitas nascitur[k] et in amore caelestium gaudiorum animus inflammatur; et qui prius flebat, ne duceretur ad supplicium, postmodum flere amarissime incipit, quia differtur a regno. Contemplatur[l] etenim mens, qui sunt angelorum chori, quae ipsa[m] societas beatorum spirituum, quae visio internae claritatis[n] Dei, et amplius plangit

VII, 23: hunc titulum exhibent r 1. 2. R 1 et sec. ed. M Vatic. A. B. C;* Theotiste patricie *atram. nigro in ras. R 1 omissis ceteris.* a) sollicitudinem *r 1. 2 et Vatic. A et C sec. ed. M.* b) securus *Vatic. D sec. ed. M.* c) cum *m. 1. in marg. add. r 1.* d) ei *om. R 1.* e) *ex* electione *corr. r 1.* f) enim *r 1.* g) *verba* lacrimae *usque* an iam *om. R 1.* h) *ex* qui *corr. R 1.* i) qui *R 1.* k) *ex* nescitur *corr. R 1.* l) contemplantur *R 1.* m) ipse *r 1.* n) *ex* caritatis *corr. r 1.*

VII, 23 una certe cum ep. praecedenti atque cum epistulis sequentibus Constantinopolim translata. — De Theoctista, sorore imperatoris, cf. ep. I, 5 n. et de Andrea illustri ep. I, 30 n. 1) *Scil. Constantina Augusta.* 2) *Haec omnia a verbis* duo quippe sunt *usque ad verba* necesse fuit, ut prius inriguum sup. et post inr. inferius *e Dialog. l. III. c. 34 sumpta sunt.*

quae a bonis perennibus deest, quam flebat prius, cum mala aeterna metuebat, sicque fit, ut perfecta compunctio formidinis trahat animum compunctioni dilectionis. Quod bene in sacra veracique historia figurata narratione describitur, quae ait: 'Axa filia Ios. 15, 18 s. Chaleb sedens super asinam suspiravit. Cui dixit pater suus: Quid habes? Atque illa respondit: Da mihi benedictionem; terram australem et arentem dedisti mihi, iunge et inriguam. Et dedit ei pater suus inriguum superius et inriguum inferius'. Axa quippe super asinam sedet, cum inrationabilibus carnis suae motibus anima praesidet. Quae suspirans a patre terram inriguam petit, quia a creatore[a] nostro cum magno desiderio quaerenda est lacrimarum gratia. Sunt namque nonnulli, qui iam in dono percipiunt libere pro iustitia eloqui, oppressos tueri, indigentibus propria tribuere, ardorem fidei habere, sed adhuc gratiam lacrimarum non habent. Hi[b] nimirum terram australem et arentem habent[b], sed adhuc inrigua indigent, quia in bonis operibus positi, in quibus magni atque ferventes sunt, oportet valde, ut aut timore supplicii aut amore regni caelestis peccata, sine quibus vivere non possunt, cotidie plorent. Sed quia, ut dixi, duo sunt compunctionis genera, dedit ei pater suus inriguum superius et inriguum inferius. Inriguum quippe superius accipit anima, cum se in[c] lacrimis regni caelestis desiderio affligit: inriguum vero inferius accipit, cum inferni supplicia flendo pertimescit. Et quidem prius inferius et post inriguum superius datur. Sed quia compunctio amoris magna dignitate praeeminet, necesse fuit, ut prius inriguum superius et post inriguum inferius diceretur. Vos ergo, quae operante omnipotente Deo[d] utraque compunctionis genera experimento nostis, quantum per verba vestra serenissimae dominae vestrae prodestis, cotidie sollicite perscrutari debetis.

Peto autem, ut parvulos dominos quos nutritis[1] praecipuis[e] moribus[f] instituere curetis et[g] gloriosos eunuchos qui eis deputati sunt[2] ammonere, ut ea illis loqui debeant, quae eorum mentes in caritate circa se invicem et erga[h] subiectos in mansuetudine compungant[i], ne, si[k] quid odii inter se modo conceperint, in aperto postea erumpat[l]. Verba quidem nutrientium aut lac erunt[m], si bona sunt, aut venenum[n], si mala. Taliter ergo nunc eis suggerant quae postmodum ostendant, quam bona fuerint quae a nutritorum[o] suorum ore suxerunt.

Praeterea triginta auri libras dilectissimus[p] filius meus Sabinianus[q] diaconus[3] ab excellentia vestra transmissas in redemptionem captivorum dandas atque pauperibus erogandas detulit, de quibus vobis[r] gaudeo, sed mihi pertimesco, quia apud tremendum iudicem non solum de sancti Petri apostolorum principis substantia, sed etiam de vestris rebus rationes redditurus vado[4]. Vobis autem omnipotens Deus pro terrenis caelestia, pro temporalibus aeterna restituat. Indico vero, quia ex Crotonensi[s] civitate, quae super Adriaticum mare in terra Italiae posita transacto anno a Langobardis capta est[5], multi

a) quia (*ex* a *corr.*) creator *R 1.* b) *verba* hi *usque* habent *om. R 1.* c) a *r 1.* d) domino, *ut videtur, r 2;* dō *in ras. r 1.* e) precipuis *suprascr. R 1.* f) minoribus *R 1, r 1;* a minoribus *r 2; sed* vel moribus *suprascr. R 1.* g) et *ex* ut *corr. r 1.* h) invicem et erga *om. R 1.* i) compungat *r 1.* k) si *suprascr. R 1.* l) erumpant *R 1.* m) lacerant *codd. n.; sed in* lac erunt *corr. R 1.* n) dant *suprascr. r 2.* o) *ex* tritorum *corr. r 1.* p) dilec *R 1;* dilectus *r 1; ex* dilect *corr.* dilectissimus *r 2.* q) Savinianus *r 1. 2.* r) *ita R 1, r 1;* vobis *om. r 2, sed* gaudeo *in* congaudeo *corr.* s) extranensi *corr. ex* extronensi *R 1.*

1) *Mauricii quinque filii et tres filiae vixerunt, cum depositus est, quorum maximus natu, Theodosius, natus erat a. 585 (Theophan. ed. de B. p. 290. 291. 254; a. 6094. 6095. 6077 Chron. Pasch. p. 691—4 B; Theophyl. VIII, 11. 13.).* 2) *Sine dubio de cubiculariis, qui filiis et filiabus imperatoris serviebant, agit noster.* 3) *Cf. ep. VII, 25 n. 1. — 30 librae = 2160 solidi = c. 26 000 M.* 4) *Similia in ep. VII, 25. — Nota hic nostrum eodem fere modo temporis futuri uti, quo Galli moderni, qui dicere solent:* je vais rendre. 5) *Cf. ep. VI, 32 n. 1 et de Crotoniensi civitate ep. II, 39 n. 1.*

viri ac multae mulieres nobiles in praeda ductae[a] sunt et filii a parentibus, parentes a filiis et coniuges a[b] coniugibus divisi, ex quibus aliqui iam redempti sunt; sed quia gravibus eos pretiis[c] dicunt, multi apud nefandissimos Langobardos hactenus remanserunt. Mox autem medietatem pecuniae quam transmisistis in eorum redemptionem transmisi, de medietate vero ancillis Dei, quas vos Graeca lingua monastrias[d] dicitis, lectisternia[e] emere disposui, quia in lectis suis gravi nuditate in huius[f] urbis vehementissimo frigore laborant. Quae in hac urbe multae sunt[1]. Nam iuxta notitiam qua dispensantur[2] tria milia repperiuntur. Et quidem de sancti Petri apostolorum principis rebus octoginta annuas libras[3] accipiunt. Sed ad tantam multitudinem ista quid sunt, maxime in hac urbe, ubi omnia gravi pretio emuntur? Harum vero talis vita est, atque in tantum lacrimis[g] et abstinentia stricta, ut credamus, quia, si ipsae non essent, nullus nostrum iam per tot annos in loco hoc subsistere inter Langobardorum gladios potuisset.

Praeterea benedictionem sancti Petri apostoli clavem[4] a sacratissimo eius corpore transmisi, de qua videlicet clavi hoc est gestum quod narro miraculum. Dum eam[h] quidam Langobardus civitatem ingressus in Transpadanis partibus invenisset, quia sancti Petri clavis esset, despiciens, sed pro eo, quod eam auream vidit, facere sibi ex illa aliquid aliud volens eduxit cultellum, ut illam incideret. Qui mox cultellum, cum quo eam per partes mittere voluit, arreptus per spiritum sibi in gutture defixit eademque hora extinctus cecidit. Et dum illic rex Langobardorum Autarith[i] atque alii multi eius homines adessent et is qui se percusserat seorsum mortuus, clavis vero haec[k] seorsum iaceret in terra, factus est omnibus vehementissimus timor, ut eandem clavem de terra levare nullus praesumeret. Tunc quidam Langobardus catholicus, qui[l] sciebatur orationi et elemosinis deditus, Mimiulf[m] nomine, vocatus est atque ipse hanc levavit de terra. Autarith[i] vero pro eodem miraculo aliam clavem auream fecit atque cum ea pariter ad sanctae memoriae decessorem meum[5] transmisit indicans, quale per eam miraculum contigisset. Ipsam ergo vestrae excellentiae transmittere studui, per quam omnipotens Deus superbientem et perfidum hominem peremit, ut per eam vos, quae[n] eum timetis et diligitis, et praesentem salutem et aeternam habere valeatis.

VII, 24.

Gregorius I. papa Anastasio, episcopo Antiocheno, scribit, ne universalis episcopi appellationem a Cyriaco (episcopo Constantinopolitano) assumptam parvi faciat.

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 187 (Ind. XV. cap. 24). *597, Iun.*
Edd. M: Lib. VII. ep. 27; G: Lib. VI. ep. 24. — Iaffé Reg. 1470 (1105).

a) *ex* ducta *corr.* ducte̥ *et* i *suprascr. R 1.* b) et *r 1.* c) *ex* presentibus *corr. R 1.* d) monasterias *R 1.* e) *ex* lectisterrena *corr. r 1.* f) cuius *r 1. 2.* g) lacrimas *r 1.* h) eum *r 2, R 1, sed R 1 corr.* i) Auctarit *R 1,* Autarith *r 1. 2; cf. idem nomen in ep. I, 17 n. a; II, 45 p. 144 n. r.* k) ex *r 1. 2.* l) ut *add. r 1.* m) *ita R 1, r 1. 2;* Nimulf *R* 1;* Mimilphus *contin. Pauli, s. XIII—XIV, SS. rer. Lang. p. 206.* n) qui *r 2, ut videtur.*

1) Hac multitudine feminarum, ut videtur, commotus Gregorius testamentum Iohannis presbyteri immutarit atque monasterium feminarum, non servorum Dei constituit: cf. ep. VI, 42. IX, 137. Adde etiam ep. V, 39 p. 328. 2) De eiusmodi notitiis scribit Iohannes diac. II, 30. 3) 80 librae = 5760 solidi = fere 70 000 M. 4) De clavibus b. Petri cf. ep. I, 25 n. 5. 5) Authari a. 590, Sept. 5, decessit (cf. ep. I, 17 n. 2) post regnum annorum 6 mens. 6; de Pelagio II. igitur hic agitur.

GREGORIUS ANASTASIO EPISCOPO ANTIOCHENO.

Desideratam suavissimae vestrae sanctitatis epistolam communi filio Sabiniano diacono[1] deferente suscepi, in qua non linguae, sed animae verba profluebant. Et non mirum, si bene loquitur qui perfecte vivit. Quia enim per magistrum spiritus[a] in schola cordis praecepta vitae didicistis, terrena cuncta despicere, ad caelestem patriam festinare, quantum vos in bono profecistis, tantum bona etiam de aliis sentitis. Dum vero in scriptis vestrae beatitudinis multa de me dici laudabilia audirem, intellexi studium, quia commemorare[b] voluistis non, quid sum, sed quid esse debeam. Illud vero, quod me dicitis morum meorum debere reminisci et maligno spiritui quaerenti animas cribrare pro nulla causa locum non[c] dare: ego quidem me semper malis moribus fuisse recolo atque eosdem in me mores[d], si possum vincere[e] ac delere, summopere festino. Si tamen, ut vos creditis, boni aliquid habui, in omnipotentis Dei adiutorio confido, quia oblitus non sum. Sed sanctitas vestra, ut video, in praemissis dictis dulcedinis et subsequenti hoc[f] verbo epistolam suam api esse similem voluit, quae mel simul et aculeum portat, ut me et melle[g] satiaret et aculeo pungeret. Sed inter haec ego ad meditandam vocem Salomonis redeo: 'Quia meliora sunt vulnera (Prov. 27, 6.) diligentis, quam inimici blandientis[h] oscula[i]'.

Quod vero dicitis pro nulla causa dare nos locum scandalo[k] non[l] debere, haec mihi et piissimus dominus[m] filius noster[n], pro cuius vita incessanter orandum est, iam saepius scripsit[2]; et quod ille ex potestate, scio, quia hoc vos ex amore dicitis. Nec miratus sum vos in vestris epistolis imperialia verba posuisse[o]: quia[p] habent inter se cognationem[q] maximam amor et potestas. Nam utraque principaliter praesumunt, utraque per auctoritatem semper loquuntur.

Et quidem in suscipienda fratris et consacerdotis nostri Cyriaci synodica epistola dignum non fuit, ut pro causa profani vocabuli moras facerem, ne unitatem sanctae ecclesiae perturbarem; sed tamen de eodem superstitioso et superbo vocabulo eum ammonere studui[3] dicens, quia pacem nobiscum habere non posset, nisi elationem praedicti verbi corrigeret, quam primus[r] apostata invenit. Vos tamen eandem causam nullam esse dicere non debetis, quia[s], si hanc aequanimiter portamus, universae ecclesiae fidem corrumpimus. Scitis enim, quanti non solum heretici, sed etiam heresiarchae de Constantinopolitana ecclesia sunt egressi. Et ut de honoris vestri iniuria taceam, si unus episcopus vocatur universalis, universa ecclesia corruit, si unus universus cadit[t][4]. Sed absit haec stultitia, absit haec levitas ab auribus[u] meis, in omnipotente autem (Matth. 23, 12.) Domino confido, quia quod promisit citius impleturus est: 'Omnis qui se exaltat (Luc. 14, 11 et 18, 14.) humiliabitur'.

Haec occupatus in multis ad epistolarum vestrarum dicta in brevitate respondi; nam quae modo loqui per scripta non debeo, in animo signata manent. Peto, ut me

VII, 24 in titulo: Anthioceno *R 1.* a) $\overline{\text{sps}}$ *R 1, sed corr. in* $\overline{\text{spm}}$ $\overline{\text{scm}}$. b) *ex* commorare *corr. R 1.* c) non *om. r 1.* d) *ex* immemores *corr. R 1, r 1.* e) vindicare *R 1.* f) hoc *om. r 1.* g) mel *R 1.* h) *ex* blandimentis *corr. r 1; ex* blandimens *corr.* blandiens *R 1.* i) *ex* osculo *corr.* osculum *R 1.* k) scandali *r 1. 2.* l) non *om. r 1. 2.* m) dominus *om. R 1; ex* dominus *corr.* domnus *r 1.* n) $\overline{\text{nr}}$ *R 1;* vester *r 1. 2.* o) *ex* potuisse *corr. R 1;* potuisse *r 1. 2.* p) *ex* qui *corr. R 1.* q) cogitationem *r 1.* r) prius *R 1.* s) qui *R 1.* t) cadit *ex* cadet *corr. r 2;* cadet *r 1;* cadat *R 1.* u) urbibus *r 1. 2.*

VII, 24 sine dubio una cum praeced. et sequentib. epistulis, quae in Orientem missae sunt, translata. — De Anastasio, cui per eundem nuntium alteram epistulam (VII, 31) noster transmisit, cf. ep. I, 7 n. et V, 41 n. — De hac epistula scribit Lau, l. l. p. 163. 1) *Cf. ep. VII, 25 n. 1.* 2) *De his* serenissimis iussionibus *cf. ep. V, 37. VII, 30.* 3) *Scil. ep. VII, 5.* 4) *Cf. ep. V, 37 etc.*

beatitudo vestra in suis sanctis orationibus semper ad memoriam reducat, quatenus a malis[v] temporalibus et aeternis vestrae intercessiones eripiant. Pro serenissimo autem domno imperatore studiose et ferventer orate, quia valde est vita eius mundo necessaria. Cesso autem amplius dicere, quia et vos non dubito scire.

VII, 25.

Gregorius I. papa Theodoro, medico Constantinopolitano, qui captivis pauperibusque stipem per Sabinianum diaconum miserit, gratias persolvit atque clavem S. Petri transmittit. *597, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 188 (Ind. XV. cap. 25).
Edd. M: Lib. VII. ep. 28; G: Lib. VI. ep. 25. — Iaffé Reg. 1471 (1106).

GREGORIUS THEODORO MEDICO CONSTANTINOPOLIM.

Dilectissimus filius meus Sabinianus[a] diaconus[1] ad me reversus nulla mihi gloriae vestrae scripta detulit, sed ea quae transmissa sunt captivis vel pauperibus deportavit, unde et intellexi causam. Ideo enim homini loqui per epistolas noluistis, quia omnipotenti Deo verbum in bona operatione feceratis. Habet enim[b] haec eadem vestra
Eccl. 29, 15. operatio vocem propriam, quae ad aures Dei secreta[c] clamat, sicut scriptum est: 'Absconde elemosinam in sinu pauperis, et haec pro te exorabit'. Et[d] quidem mihi, fateor, triste est aliena expendere et super eas quas de substantia ecclesiastica habeo adhuc etiam de rebus suavissimi filii domni Theodori rationes ponere[2]. Vestrae tamen benignitati congaudeo, quia sollicite attenditis atque custoditis hoc quod veritas dicit:
Luc. 11, 41. 'Date elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis[e]' et hoc quod scriptum est:
Eccl. 3, 33. 'Sicut aqua extinguit ignem, sic elemosina extinguit peccatum'. Paulus quoque aposto-
2. Cor. 8, 14. lus ait: 'Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia vestrae
Tob. 4, 9. sit inopiae supplementum'. Tobias filium ammonet dicens: 'Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si autem parum, etiam de exiguo libenter impertire'. Vos itaque haec omnia praecepta servatis; sed pro nobis ut[f] oretis, petimus, ne laborum vestrorum fructus indiscrete et non sicut necesse est, dispensemus, ne, unde vos peccata minuitis, nos inde cumulemus. Omnipotens autem Deus sua vos protectione custodiat sicque vobis in terreno palatio humanam gratiam tribuat, ut post longa vos tempora ad caelestis palatii gaudia aeterna perducat.

Benedictionem vero sancti Petri apostolorum principis, quem multum diligitis, clavem a sacratissimo eius corpore vobis transmisimus, in qua ferrum de catenis eius clausum est, ut quod illius collum ligavit ad martyrium, vestrum ab omnibus peccatis solvat[g] [3].

---

v) me *add. r 2, ut videtur.*

VII, 25 in titulo: Constantinopł *r 1;* Constantinopoł *r 2;* Const̄ *R 1.* a) Savinianus *R 1.* b) etenim *r 1. 2.* c) *ita R 1;* secretas *r 1. 2.* d) *ex* ut *corr. R 1.* e) vobis *suprascr. r 1.* f) *ex* et *corr. R 1.* g) absolvat *r 1.*

VII, 25 sine dubio una cum praeced. et sequent. epistulis transmissa. — De Theodoro, medico imperatoris, cf. ep. III, 63 n. 5. *1) De Sabiniano cf. ep. III, 51 n. 3; ei adhuc m. Iun. a. 595 Gregorii apocrisiario epistula Constantinopolim missa exstat (V, 45). Cui Anatolius, harum, ut videtur, epistularum lator, (cf. ep. VII, 27. 28) successit.* *2) Similia in ep. VII, 23.* *3) De clavibus b. Petri cf. ep. I, 25 n. 5.*

VII, 26.

Gregorius I. papa Andream, munus sibi ab imperatore peti cupientem, ad quietam piamque vitam in proastio suo vocat; de imperatricis erga eum gratia congaudet; quod Constantina, clarissima puella, ante nuptias (cum Andrea) ineundas „ab huius mundi inlecebris erepta“ sit, vehementer exultat; gratias agit Andreae, quia eum de duabus personis, qui cum Callinico venerant, cautum reddidit. 597, *Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 189 (Ind. XV. cap. 26).
Edd. M: Lib. VII. ep. 29; G: Lib. VI. ep. 26. — Iaffé Reg. 1472 (1107).

GREGORIUS ANDREAE.

Magnitudinis vestrae scripta[a] suscipiens cognita salute vestra gavisus sum et de benignitate[b] piissimae dominae[1], quae erga vos suam gratiam ostendere dignata[c] est, valde laetatus. Et quod domna Constantina clarissima puella, priusquam nuptias faceret, ab huius mundi[d] inlecebris est erepta, vehementer exulto. Illud autem, quod vos in militia sponsi eius intrasse dixistis et quod serenissimo domino imperatori commendari[e] voluistis, ut vobis aliqua iniungat, ubi vos utiles esse existimat, mentem meam non modico maerore tetigit, quia ego bonitatem morum vestrorum in[f] aliud tendere semper aestimavi[g], multos autem novi, qui in servitio reipublicae positi vehementer affliguntur[2], quia eis non licet vacare et peccata[h] sua plangere; et vos[h] quare, nescio, occupari desideratis? Cur enim[i], magnifice fili, non consideras, quia mundus in fine est? Omnia urguentur cotidie; ad reddendas rationes aeterno et tremendo[k] iudici ducimur. Quid ergo aliud nisi de adventu illius cogitare debemus? Vita enim nostra naviganti est similis; is namque qui navigat, stet, sedeat[l], iaceat[m]: vadit, quia impulsu navis ducitur. Ita ergo et nos sumus, qui sive vigilantes sive dormientes, sive tacentes[n] sive loquentes, sive iacentes[o] sive ambulantes, sive volentes sive nolentes per momenta temporum cotidie ad finem tendimus[3]. Cum igitur dies finis nostri advenerit, ubi nobis erit omne quod modo cum tanta cura quaeritur et cum sollicitudine congregatur? Non igitur honor, non divitiae quaerendae sunt, quae dimittuntur. Sed si bona quaerimus, illa diligamus quae sine fine habebimus; si autem mala pertimescimus, illa timeamus quae a reprobis sine fine tolerantur.

Hoc ipsum vero esse in obsequio piissimi principis, quanta est mentis occupatio in appetitu terrenae gratiae et quantus est timor, ne haec[p] eadem gratia perdatur, si adepta fuerit? Perpende[q] ergo, quae poena sit aut prosperitatis[r] desiderio fatigari aut adversitatis timore pavescere. Unde magis suadeo, ut magnitudo vestra in suo proastio[s][4]

VII, 26 a) litteras *r 1.* b) bignitate *r 1.* c) *ex* dignatus *corr. R 1.* d) modi *R 1.* e) dom̄ imp. *et suprascr.* scribere me *(om.* commendari*) R 1.* f) ad *R 1.* g) existimavi *R 1.* h) *verba* peccata *usque* vos *om. R 1.* i) autem *R 1.* k) et tremendo *om. R 1.* l) *in* sedet *corr. r 2.* m) iacet *r 2.* n) iacentes *r 1.* o) *ita R 1; s. iac. om. r 2; s. tacentes r 1.* p) haec *om. R 1.* q) perpendat *r 1.* r) prosperitas *r 1.* s) proastio *in marg. repetit r 2.*

VII, 26 una certe cum praeced. et cum sequentibus ep. transmissa. — In aliis epistulis quidam Andreas, vir gloriosus, scholasticus Ravennae occurrit, quem cave cum viro magnifico confundas, in aliis Andreas, vir illustris, (cf. ep. I, 29 n.), quem cum nostro cognatione iunctum esse conicere licet. Cf. tit. ep. VII, 23. 1) *Scil. Constantinae Augustae.* 2) *Similia scribit noster Quertino ep. IX, 6:* omnino grave esse, et praesertim hoc tempore, amministrationem suscipere. 3) *Gussanv. citat similem locum ex Augustino, de catechiz. rudibus c. 16.* 4) *προάστειον* = praedium suburbanum *Ducange, Dirksen.*

quondam, in pauco tempore delectabili acceptaculo peregrinationis vivere studeat et quietam ac tranquillam vitam ducere, sacris lectionibus vacare, caelestia verba meditari, in aeternitatis amore se accendere, de terrenis rebus secundum vires bona opera agere et regnum perpetuum in eorum remuneratione sperare. Sic autem vivere iam in aeternitatis vita partem habere est.

Haec, magnifice fili, loquor, quia multum te diligo; et quia in procellas et fluctus tendis, verborum meorum funibus te ad litus revoco; et si trahentem sequi volueris, quae pericula evaseris, quae gaudia inveneris, in ipso quietis tuae litore positus agnosces[a].

Praeterea gratias ago, quia me de duabus personis, quae cum glorioso Callinico[b 1] venerunt, cautum reddere studuistis[c], quamvis personae eius quam prius magnitudo vestra nominavit iam in malis non modicum experimentum tenemus[2]. Sed quia mala sunt tempora, omnia cum gemitu portamus.

Omnipotens autem Deus sua vos protectione custodiat detque vobis et hic bene agere et apud se in perpetuum in aeterna gloria gaudere.

VII, 27.

Gregorius I. papa Narsae religioso, ut monachos a Paulo congregatos et alios quosdam de animarum salute per litteras hortetur, petenti non satisfacit; Constantinopoli enim neminem esse, qui de Latino in Graecum dictata bene transferat. Se dominae Gordiae scripsisse atque duas camisias et quattuor oraria eius Theoctistaeque coniugibus ex benedictione S. Petri atque Narsae unum puerulum obtulisse memorat. Anatolium diaconum, responsalem suum, commendat. *597, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 190 (Ind. XV. cap. 27).
Edd. M: Lib. VII. ep. 30; G: Lib. VI. ep. 27. — Iaffé Reg. 1473 (1108).

GREGORIUS NARSAE RELIGIOSO.

Cum Romanum[a] defensorem[b] ad urbem regiam mitterem[1], diu scripta vestra requisivi[c], sed inveniri minime potuerunt; postmodum vero inter multas aliorum sunt epistolas inventa, in quibus mihi dulcedo vestra suas[d] afflictiones et tribulationes spi-

a) agnoscetis *R 1.* b) *ita R 1, r 1. 2;* Gallinico *sec. ed. M 3 Vat.;* Callicino *ed. M;* Gallitio *vet. edd.* c) studuisti *r 2.*

VII, 27 in titulo: Narse relig. *r 1. 2;* Narse rius *R 1.* a) Romam *r 1.* b) defer̄, *sed in marg.* defensorem *R 1;* def̄ *r 1. 2.* c) *ita r 1. 2;* requisi(t *eras.) R 1.* d) suas *om. (ras. 4 litt.) R 1.*

1) Callinicus, cuius mentionem noster iam ep. VII, 19 fecerat, Romano, mortuo (cf. Paul. diac., h. Lang. IV, 12) post kal. Iun. a. 595 (cf. ep. V, 40), successit exarchus; ep. IX, 141. 154 ei inscriptae sunt; ante m. Iun. a. 603 Smaragdus ei successit (ep. XIII, 36) et post m. Iul. a. 599 (cf. ep. IX, 176). In nonnullis codicibus Pauli h. Langob. legitur Gallicinus pro Callinico. 2) Quaenam duae illae personae fuerint, ignoramus; sed dubium non est, quin ex officio vel obsequio exarchi fuerint, atque notandum Andream (de quo cf. ep. V, 51 n.), virum gloriosum, et Romani et Callinici tempore scholasticum fuisse (cf. ep. IX, 151).

VII, 27 una certe cum ep. praeced. et sequent. translata. — De Narse, comite et religioso Constantinopolitano, cf. notam ad ep. I, 6. 1) Hic Romanus defensor an idem fuerit, qui postea a Gregorio rector patrimonii Syracusani constitutus est, (cf. ep. II, 38 n. 1) non liquet, neque, quando Constantinopolim missus sit, constat. Sed post aliam epistulam m. Sept. a. 595 Narsae scriptam (VI, 14) missus esse videtur.

ritus indicat et adversitates malorum hominum manifestat. Sed rogo, in his omnibus revoca ad mentem hoc quod et credo, quia numquam obliviseeris: quia 'omnes qui (2. Tim. 3, 12.) volunt pie vivere in Christo persecutionem patiuntur'. Qua in re ego fidenter dico, quia minus pie vivis, si minus persecutionem pertuleris. Isdem quoque doctor gentium quid aliud[a] discipulis dicit, audiamus: 'Ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, (1. Thess. 2, 1.) quia non inanis fuit, sed ante passi et contumeliis[b] affecti'. Ecce, dulcissime fili, praedicator sanctus vacuum ingressum suum fuisse perhibuit, si contumelias[c] non pertulisset: et tua caritas dicere[d] bona vult, sed mala perpeti recusat. Unde necesse est, ut inter adversa se[e] strictius[f] accingat[g], ut desiderium ad amorem Dei atque studium bonae ammonitionis ipsa plus adversitas augeat. Sic semina messium gelu cooperta fertilius[h] germinant; sic ignis flatu premitur, ut crescat. Scio quidem, quia ex tot malarum linguarum perversis sermonibus tempestatem validam pateris[i], in mente[k] contradictionum fluctus sustines. Sed redeat ad animum quod per psalmistam Dominus dicit: 'Exaudivi te in abscondito tempestatis, probavi te ad[l] aquas contra- (Ps. 80, 8.) dictionis'. Si enim inter contradicentes ea quae Dei sunt egeris, tunc verus operator probaris.

Dulcissima autem vestra caritas scripsit mihi, ut monasteriis quae per orationes et magisterium vestrum a filio nostro domno Paulo instituta sunt aliquid ammonendo scriberem. Sed si de via Dei[m] sunt, scio, quia per compunctionis gratiam fontem sapientiae intus habent et meae siccitatis guttas parvulas suscipere non debent. Perfecta[n] autem vestra sapientia recolit, quia in paradiso pluvia non fuit, sed fons ascendebat de medio paradisi, qui inrigaret faciem terrae. Illae ergo animae quae per compunctionis gratiam fontem in semetipsis habent de aliena lingua pluviam necessariam non habent.

Per scripta autem vestra mihi transitum domnae Esychiae[o] nuntiastis, et magna exultatione gavisus sum, quia illa bona anima feliciter ad suam patriam pervenit, quae in patria laborabat[p] aliena. Gloriosas autem filias meas domnam Domnicam[q] et domnam Eudochiam[r] mea vice salutate[s][1]. Sed quia praedictam domnam Domnicam[q] iam diu est quod audio praepositam factam, hoc circa eam vestra caritas vigilet, ut, quia iam servire in labore terreni palatii non compellitur, omnes mundi huius perfecte strepitus fugiat, totam se Deo conferat, nihil de se extra se relinquat, sed et quantas valet animas in creatoris sui servitium colligat, ut earum mentes per verbum eius gratiam compunctionis accipiant et tanto celerius ipsa ab omnibus peccatis suis absoluta sit, quanto per eius vitam et linguam etiam aliarum animae peccatorum suorum nexibus[t] eruperint. Quia autem nemo hominum in hoc mundo sine peccato est — et quid est aliud peccare nisi a Deo fugere? — fiducialiter dico etiam eandem[u] filiam meam peccata aliqua habere. Ut ergo dominae suae, id est aeternae sapientiae, perfecte satisfaciat, quae sola fugit, cum multis redeat. Aversionis enim suae culpa nulli[v] imputabitur quae revertens lucrum reportat[w].

a) alibi *r 1.* b) passionis et contumelias *in* passionibus et contumeliis *corr. R 1.* c) contumeliam *r 2.* d) dici *Vatic. D sec. ed. M.* e) is *in* ista *corr. r 2;* iis se *Vatic. A sec. ed. M;* se *hic om., sed post* ut *add. R 1.* f) districtius *R 1, suprascr.* constr. g) accingatur *r 2.* h) fetibus *R 1.* i) *ex* poteris *corr. R 1.* k) *ex* mentem *corr. R 1;* mentem *r 2.* l) apud *r 1.* m) dei *om. r 1. 2 et Vatic. A. C. D sec. ed. M;* de via dei *R 1 et Vatic. B sec. ed. M.* n) perfecte *R 1.* o) Esicię *R 1.* p) laborat *r 1.* q) Dominicam *r 1.* r) Eudociam *R 1, r 1: in* Eudochiam *corr. r 2.* s) salte *R 1.* t) nexus *R 1.* u) eandem *om. R 1.* v) nulla *R 1.* w) deportat *r 1.*

1) *Esychiae, Dominicae, Eudochiae etiam in ep. I, 6 noster mentionem facit (cf. ib. n. 7).*

Domnum autem Alexandrum et domnum Theodorum[1] mea per vos peto[a] vice salutari. Quod vero scribitis, ut excellentissimae filiae meae domnae Gordiae[b] [2] et sanctissimae filiae eius domnae Theoctistae[c] [3] et magnificis earum hominibus domno Marino[4] et domno Christodoro[d] scribere debeam eosque de anima sua aliquid ammonere, bene scit dulcissima vestra magnitudo, quia hodie in Constantinopolitana civitate, qui[e] de latino in graeco dictata bene transferant[f], non sunt[5]. Dum enim verba custodiunt et sensus minime attendunt, nec verba intellegi faciunt et sensus frangunt. Pro qua re praedictae filiae meae domnae Gordiae[g] breviter scripsi; nam ceteris tacui. Duas autem camisias et quattuor oraria vobis transmisi, quae praedictis viris ex benedictione sancti Petri peto[h] humiliter offerre. Praeterea quidam moriens unum mihi puerulum dimisit; de cuius anima cogitans eum dulcedini vestrae transmisi, ut in eius vivat in hac terra servitio, per quem ad libertatem caeli valeat pervenire.

Dilectissimum autem filium meum Anatolium[i] diaconum[6], quem ad facienda responsa ecclesiae in urbe regia transmisi, peto ut frequenter vestra dulcissima caritas visitet, et post labores quos in causis saecularibus patitur in verbo Dei vobiscum requiem inveniat et quasi quodam candido linteo eiusdem laboris terreni sudorem detergat. Quem personis omnibus quae vobis notae sunt commendate, quamvis[k] scio, quia, si perfecte[k] cognoscitur, commendatione non eget[l]. Vos autem quantum sanctum Petrum apostolum, quantum me diligitis, in ipso monstrate.

Omnipotens autem Deus dulcissimam mihi caritatem vestram ab interioribus hostibus exterioribusque[m] custodiat et, quando ei placuerit, ad caelestia vos regna perducat.

VII, 28.

Gregorius I. papa Cyriaco, episcopo Constantinopolitano, respondens scandali occasionem a sese quaeri negat; significat de Anatolio diacono, ut et imperatori et Cyriaco satisfaceret, misso; monet, ut novum verbum, per quod scandalum ortum sit, auferat.

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 191 (Ind. XV. cap. 28). *597, Iun.*
Edd. M: Lib. VII. ep. 31; G: Lib. VI. ep. 28. — Iaffé Reg. 1474 (1109).

GREGORIUS CYRIACO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

Scripta beatitudinis vestrae suscepimus, quae nobis non linguae, sed animae verba loquebantur. Aperiebant etenim mentem, quae tamen mihi clausa[a] non erat,

a) peto *suprascr. R 1.* b) Gurdiae *R 1;* Gurdiae *in* Gord. *corr. r 2,* Gurdianae *in* Gordianae *r 1.* c) Theotiste *R 1.* d) *ita R 1;* Chistidoro *r 2;* Christidoro *r 1.* e) quae *R 1, r 1.* f) transferat *R 1, r 1, r 2, sed in* transferant *corr. r 2;* n̄ s̄ *erad. R 1.* g) Gurdiae *R 1, r 1, r 2, sed in* Gordiae *corr. r 2, in* Gordiane *r 1.* h) Petri ꝓ (= pro), *suprascr.* debeas *R 1.* i) Anatorium *R 1.* k) *verba* quamvis *usque* perfecte *om. R 1 et suprascr.* qa q. l) egent *R 1.* m) exteriusque *r 1. 2.*

VII, 28 in titulo: Constā *R 1;* Constantinopoł *r 1.* a) causa *codd. n.*

1) Cf. ep. I, 6 n. 7; Theodorus idem esse videtur, qui aliis locis imperatoris medicus vel archiater appellatur (cf. ep. III, 63. VII, 25). 2) Gordia etiam appellabatur soror imperatoris, quae iam secundo Mauricii anno et adhuc ultimis eius annis uxor Philippici erat, ut apparet ex Theophyl. I, 13 et Theophane p. 293 ed. de B (ad. a. 6098). 3) Alia haec esse videtur, alia Theoctista, cui ep. I, 5. VII, 23 datae sunt, soror imperatoris: cf. Ducange, Hist. Byz., famil. imper., p. 106. 4) Cf. ep. I, 6 n. 7. 5) Gregorius autem se ipsum linguam graecam ignorare saepius dicit: cf. ep. I, 28 n. 2. III, 63 n. 7. 6) Anatolio apocrisiario ep. IX, 187. 189. 201. 237. XI, 29 missae sunt; mortuus est a. 601; nam m. Ian. 602 (ep. XII, 6) Gregorius dilectissimae memoriae *Anatolii mentionem facit. Non liquet, an idem fuerit ac vicedominus in ep. I, 11 commemoratus.*

quia per memetipsum suavitatis ipsius experimentum tenebam[b]. Unde omnipotenti Deo incessanter gratias refero, quia, si erga nos in corde vestro virtutum mater caritas permanet, bonorum operum ramos numquam amittitis, qui ipsam bonitatis radicem tenetis. Oportet ergo, ut mihi atque omnibus fratribus vestris eius caritatis pulchritudinem in hoc primum opere monstretis, ut verbum superbiae, per quod grave scandalum in ecclesiis generatur[1], auferre festinetis hoc modis omnibus implentes quod scriptum est: 'Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis'. Et rursum: 'Nullam occasionem dare adversario maledicti gratia'[c]. Tunc enim ostensa caritas vera est, si per typhum[d] superbiae inter nos scissura non fuerit. Ego enim Iesum testem invoco in anima mea, quia a summo usque ad ultimum nulli hominum dare scandali occasionem volo. Omnes esse magnos et honorabiles cupio, quorum[e] tamen[f] honor honori non detrahit[g] omnipotentis Dei. Nam quisquis se contra Deum honorari appetit, mihi honorabilis non est. Sed ut cognoscatis, quam erga vestram beatitudinem habeam voluntatem, dilectissimum filium meum Anatolium diaconum[2] ad piissimorum dominorum vestigia transmisi, qui eorum pietati ac vestrae fraternitati satisfaciat, quia nulli in hac causa nocere appeto, sed humilitatem Deo placitam et sanctae ecclesiae concordiam custodire. Et quia hostis omnipotentis Domini Antichristus iuxta est, studiose cupio, ne proprium quid inveniat non solum in[h] moribus, sed neque in vocabulo sacerdotum. Ea ergo quae novo modo introducta sunt, ipso ordine quo inlata sunt auferantur, et pax nobis in Domino inlibata permanebit. Nam quae erit inter nos dulcedo, quae caritas, si nosmetipsos voce refovemus et rebus pungimus? Hoc ergo vestra sanctitas agat, ut bona quae dicitis nos in cordis medulla sentiamus, quatenus, dum in unanimitate corda fuerint sacerdotum, pro piissimorum dominorum vita deprecantes tanto citius exaudiri mereamur, quanto et orationes nostras ante Dei oculos pax inluminat et discordiae macula non obscurat.

Ephes. 4, 3. I. Tim. 5, 14.

VII, 29.

Gregorius I. papa Anastasium presbyterum hortatur, ut suscepto „ducatu“ monasterii, „quod Neas dicitur“, veteres inter monasterii patrem et episcopum Hierosolymitanum inimicitias una cum Amos episcopo componat. De reliquiis, quas per Exhilaratum secundicerium et post per Sabinianum diaconum transmiserit, gratias dicit. *597, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 192 (Ind. XV. cap. 29).
Edd. M: Lib. VII. ep. 32; G: Lib. VI. ep. 29. — Iaffé Reg. 1475 (1110).

GREGORIUS ANASTASIO PRESBYTERO.

Quia 'bonus homo de bono thesauro cordis sui profert[a] bona', hoc tua caritas et semper vivendo et modo mihi in epistola sua loquendo monstravit: in qua inveni duos[b] quosdam de virtutibus litigantes, te videlicet pro caritate atque alium pro timore et

Matth. 12, 35. Luc. 6, 45.

b) teneam *r 1.* c) *ita r 1 et ex* maledictae gratiae *corr. r 2;* maledicte gratię *R 1.* d) typum *in* typhum *corr. r 2;* typum *R 1, r 1.* e) quero *R 1.* f) ut *suprascr. R 1.* g) *in* detrahat *corr. R 1.* h) in *om. r 2, suprascr. R 1.*

VII, 29 in titulo: Ioh. diac. et vet. edd. add. Isauriae, hunc, ut videtur, Athanasium *esse putantes:* Athanasio *Guss.* a) proferat *r 2.* b) *ex* duas *corr. r 1.*

VII, 28: cf. epistulas praeced. et seq. — De Cyriaco vide ep. VII, 4 not. — De hac ep. scribit Lau. l. l. p. 163 s. 1) *Scil. universalis appellationem.* 2) *Cf. ep. praeced. n. ultimam.*

VII, 29 una sine dubio cum epistulis praeced. et cum epistula seq. transmissa.

humilitate contendere. Et quamvis in multis occupatus, quamvis Graecae linguae nescius[1], in contentione[a] tamen vestra iudex resedi[b]; sed requisita veritate in meo iudicio contradictorem tuum ipse vicisti per apostolicam sententiam, quam vobis con-
1. Ioh. 4, 18. tendentibus protuli: quia 'timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem. Timor enim[c] poenam habet: qui autem timet, non est perfectus in caritate'. Tua itaque fraternitas, quantum in caritate perfecta sit, scio. Et quia[d] omnipotentem Deum[e] multum diligit, oportet, ut de proximo multum praesumat. Non enim loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt, sed ei nos aut merita bona iungunt aut mala disiungunt. Quia ergo adhuc incertum est, quis interius qualis sit, cur non audebas scribere, dum inter me et te, quis sit superior, ignores? Et quidem bene te vivere scio, me autem multis oneratum peccatis novi. Sed etsi ipse peccator es[f], mihi tamen multo melior[g], quia tu tua tantummodo, ego vero et eorum qui mihi commissi sunt peccata porto. In hoc ergo te altum, in hoc magnum aspicio, quia ante humanos oculos in magno atque in alto loco minime profecisti[h]; in quo saepe, dum exterius ab omnibus[i] honor tribuitur, ad ima animus mergitur, quia curis discerpentibus[k] gravatur[l].
Ps. 83, 6. Tibi autem omnipotens Deus iuxta hoc quod scriptum est 'ascensus in corde disposuit[m], in convalle lacrimarum'. Multo autem mihi altior, multo sublimior videri poteras, si neque ducatum monasterii[n] quod Neas[2] dicitur suscepisses, quia in eodem monasterio, sicut audio[o], monachorum quidem species tenetur, multa vero sub sanctitatis habitu saecularia aguntur. Sed etiam ad hoc te existimabo caelesti gratia pervenisse, si ea quae in loco illo omnipotenti Deo displicent te fuerint duce correcta.

Sed quia inter patrem eiusdem monasterii et pastorem Hierosolymorum ecclesiae[p] semper esse iurgia[3] consueverunt, credo, quod omnipotens Deus idcirco dilectionem tuam et sanctissimum fratrem et consacerdotem meum Amos[q][4] esse uno tempore Hierosolymis voluit, ut ea quae praedixi iurgia tollerentur. Nunc ergo ostendite, quantum vos prius amastis. Scio, quia utrique[r] abstinentes, utrique docti, utrique humiles
Ps. 150, 4. estis; unde necesse est, ut Salvatoris sit[s] nostri gloria iuxta vocem psalmi: 'In tympanis laudetis[t] et choro'[5]. In tympano etenim sonus ex pelle sicca est, in choro vero vocum concordia. Quid igitur per tympanum nisi abstinentia, quid per chorum nisi unanimitas[u] designatur? Quia ergo per abstinentiam Dominum laudatis in tympano, peto[v],
Marc. 9, 49. per unanimitatem[w] laudetis in choro. Per semetipsam quoque veritas dicit: 'Habete sal in vobis et pacem habete inter vos'. Quid per sal nisi sapientia designatur, Paulo
Coloss. 4, 6. attestante, qui ait: 'Sermo vester in gratia semper sale sit conditus'? Quia ergo per doctrinam verbi caelestis sal habere vos novimus, restat, ut per caritatis gratiam etiam pacem inter vos toto corde teneatis. Haec, carissime frater, dico, quia utrosque vos multum diligo atque omnino pertimesco, ne[x] orationum vestrarum sacrificia ex aliqua inter vos dissensione maculentur.

a) contione *r 2.* b) presedi *R 1.* c) timor *ex* timorem *corr.*, enim *suprascr. r 2;* timor (*om.* enim) *r 1.* d) quę *R 1.* e) deum *om. R 1.* f) *ex* peccatores *corr. R 1.* g) *ex* multori meliori *corr. R 1;* es *suprascr. r 2.* h) *ex* profecistis *corr. r 1.* i) hominibus *r 2.* k) decerpentibus *r 1.* l) *ex* gravabatur *corr. R 1.* m) disposui *R 1.* n) monasterio *r 1.* o) *ex* odium *corr. R 1.* p) ecclesiarum *R 1.* q) *in* ambos *corr. r 1.* r) *sequens folium excidit r 2.* s) *add.* sit *r 1.* t) *verba* laudetis *usque* in *om. r 1.* u) humanitas *R 1.* v) ut *suprascr. R 1.* w) humanitatem *R 1.* x) nec *r 1.*

1) Cf. ep. I, 28 n. 2. III, 63 n. 7. *2) Ut ex hac ep. apparet, hoc monasterium in civitate Hierosolymitana erat. (Cf. castellum* quod Novas dicitur *in ep. IX, 155).* *3) De iisdem iurgiis agitur in ep. XI, 28.* *4) Ad Amos noster ep. VIII, 6 transmisit; hic fuit patriarcha Hierosolymitanus per 8 annos (a. 593—601 secundum Theophan.); ep. XI, 28 (a. 601 m. Febr.) eius successori, ep. I, 24 (a. 591 m. Febr.) eius praedecessori scripta est.* *5) Quae sequuntur similia sunt eis, quae noster exponit in Reg. past. III, 22 (46).*

Benedictionem[1] vero quam et prius per Exhilaratum[a] secundicerium[2] et postmodum per Sabinianum[b] diaconum transmisistis cum gratiarum actione suscepi, quia de loco sancto decuit vos sancta transmittere et, cui adsidue ministratis, ex ipso vestro munere demonstrare.

Omnipotens Deus sua vos[c] dextera protegat atque a malis omnibus servet inlaesos.

VII, 30.

Gregorius I. papa Mauricii imperatoris de nuntiis Cyriaci (episcopi Constantinopolitani) benigne excipiendis adhortatione negat opus fuisse; quos vel sacra secum procurasse scribit. Elationem Cyriaci (universalem se appellantis) ait non frivolam modo, sed etiam perniciosam esse. *597, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 193 (Ind. XV. cap. 30).
Edd. M: Lib. VII. ep. 33; G: Lib. VI. ep. 30. — Iaffé Reg. 1476 (1111).

GREGORIUS MAURICIO AUGUSTO.

Dominorum pietas provida, ne quid fortasse scandali in unitate sanctae ecclesiae ex sacerdotum dissensione generari potuisset, semel ac bis me ammonere dignata est, ut responsales fratris et consacerdotis mei Cyriaci benigne susciperem eosque ad remeandum citius relaxarem[1]. Et licet piissimi domini[a] apte et[b] provide cuncta praecipiant[c], ego tamen invenio, quia eorum iudicio indiscretus esse ex hac tali ammonitione reprehendor. Numquidnam si ex superbo ac profano vocabulo meus non in modico est animus vulneratus, tantae indiscretionis esse potui, ut nescirem, quid unitati[d] fidei, quid concordiae ecclesiasticae deberem, et fratris mei responsales et synodicam epistolam suscipere[2] cuiuslibet causae amaritudine interveniente recusarem? Absit hoc. Nimis mihi fuerat desipuisse sic[e] sapere. Aliud namque est quod conservandae unitati[f] fidei atque aliud quod debemus compescendae[g] elationi. Distinguenda ergo erant tempora, ne praedicti fratris mei ex quolibet articulo novitas[h] turbaretur. Unde et responsales eius cum magno affectu suscepi. Quicquid debui[i] caritatis, exhibui meliusque eos, quam consuetudo prisca fuerat, honoravi et mecum feci eos sacra missarum sollemnia celebrare, quia, sicut[k] meus diaconus ad exhibenda[l] sancta mysteria illi non debet ministrare, qui elationis culpam aut commisit aut commissam ab aliis[3] ipse non corrigit, ita ministri illius in celebratione missarum[m] mihi adesse debuerunt, qui custodiente Deo in superbiae errore non cecidi[n]. Eundem vero fratrem et consacerdotem meum studiose ammonere curavi[4], ut[o], si habere pacem omnium concordiamque de-

a) Hilaratum *r 1.* b) Savinian. *r 1.* c) nos *r 1.*

VII, 30 a) piissime dominae *r 1.* b) ac *r 1.* c) praecipiatis ut *r 1;* praecipiant *ex* praecipia *corr. et* ut *add., sed erad. R 1.* d) universitati *Vat. B sec. ed. M.* e) sic *suprascr. R 1.* f) unitatis *r 1.* g) competendae *r 1.* h) vitas *R 1, sed erad. et* acritas *suprascr.* i) debuit *R 1.* k) sicut *in marg. add. signo omissionis addito r 1.* l) hibenda *R 1.* m) *hic incipit r 2.* n) cecidit *R 1.* o) et *R 1.*

1) De hac voce cf. ep. VI, 58 n. 5. 2) Idem, ut videtur, qui in ep. V, 6 commemoratur. — Secundicerii scil. notariorum officii, secundi inter notarios, non ante sextum saeculum mentio fieri videtur: cf. Galletti, del primicero etc. p. 89 ss. Die V. m. Oct. a. 600 Paterius erat secundicerius (cf. Reg. XI, 15 = Maur. app. IX).

VII, 30 una sine dubio transmissa cum epistulis praecedentibus. 1) Cf. ep. VII, 6 in f. 2) Cf. ep. VII, 5. 3) Scil. ab Iohanne patriarcha. Cf. ep. V, 45 in f.: numquam cum eo procedere praesumas. *4) Cf. ep. VII, 5. 28.*

siderat, ab stulti vocabuli se appellatione compescat. De qua re mihi in suis iussionibus dominorum pietas praecepit dicens, ut pro appellatione frivoli nominis inter nos scandalum generari non debeat. Sed rogo, ut imperialis pietas penset, quia alia sunt frivola valde innoxia atque alia vehementer nociva. Numquid non cum se Antichristus veniens[p] Deum dixerit, frivolum valde erit, sed tamen nimis perniciosum? Si quantitatem sermonis attendimus, duae sunt syllabae, si vero pondus iniquitatis, universa pernicies. Ego autem fidenter dico, quia, quisquis se universalem sacerdotem vocat vel vocari desiderat, in elatione sua Antichristum praecurrit, quia superbiendo se ceteris praeponit, nec dispari superbia ad errorem ducitur, quia, sicut perversus
Matth. 23, 12. Luc. 14, 11 et 18, 14. ille Deus videri vult super omnes homines, ita, quisquis iste est, qui solus sacerdos appellari appetit, super reliquos sacerdotes. Sed quoniam veritas dicit: 'Omnis qui se exaltat, humiliabitur', scio, quia[q] quaelibet elatio tanto citius rumpitur, quanto amplius inflatur. Illis ergo pietas vestra praecipiat, ne quod per appellationem[r] frivoli nominis scandalum gignant[s], qui in superbia et[t] typho[u] ceciderunt. Nam peccator ego, qui auctore Deo humilitatem teneo, ammonendus ad humilitatem non sum.

Omnipotens autem Deus serenissimi domini nostri vitam et ad pacem sanctae ecclesiae et ad utilitatem Romanae[v] reipublicae per tempora longa custodiat. Certi etenim sumus, quia, si vos vivitis, qui caeli dominum timetis, nullam[w] contra veritatem superbiam praevalere permittatis[x].

VII, 31.

Gregorius I. papa Eulogio Alexandrino et Anastasio Antiocheno episcopis a pari significat se Cyriaci nuntios ad res divinas Romae admisisse, diacono suo vero Constantinopoli versanti, ne illi sacra facienti adesset, praecepisse. Addit de Eudoxio, quem Cyriacus in damnatorum numero videatur falso retulisse; de „Sozomeni" historia a sede apostolica repudiata; de monachis Isauriae et de synodi Ephesiae actis et de Adae anima. *597, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 194 (Ind. XV. cap. 31).
Edd. M: Lib. VII. ep. 34; G: Lib. VI. ep. 31. — Iaffé Reg. 1477 (1112).

GREGORIUS EULOGIO EPISCOPO ALEXANDRINO ET ANASTASIO EPISCOPO ANTIOCHENO A PARIBUS.

Caritas, qua vobis valde constrictus sum, tacere me minime permittit, ut sanctitas vestra quaecumque apud nos aguntur agnoscat et falsis rumoribus[a] non decepta suae iustitiae atque rectitudinis viam, sicut perfecte coepit, perfectius teneat. Responsales siquidem fratris et consacerdotis nostri Cyriaci venientes eius ad me synodicam epistolam detulerunt[1]. Et quidem inter nos et ipsum, sicut vestra beatitudo novit, propter appellationem profani nominis est gravis discordia: sed in causa fidei transmissos re-

p) veniens *om. r 1.* q) quia *om. R 1.* r) elationem *omn. Vatic. sec. ed. M.* s) gignat *r 1. 2; ex* gignit *corr.* gignant *R 1.* t) superbiae (*om.* et) *R 1.* u) *ita R 1 et ex* typo *corr. r 2:* typo *R 1.* v) Romanę *del. R 1.* w) nulla *r 1. 2.* x) superbe (*om.* praevalere) permittitis *r 1. 2.*

VII, 31 in titulo: Fulgentio ēpō Alexandro Anastasio ēpō Anthioceno pari *R 1* — a pari *r 1;* a patri (t *expunx.*) *r 2 corr. in* a paribus; *R 3:* a pari. a) *ex* rei moribus *corr. R 1.*

VII, 31 De temporis notis huius epistulae cf. notam ultimam. — De Eulogio et Anastasio episcopis cf. ep. V, 41 n. et de nota a paribus *ep. I, 24 n.* 1) *Cf. ep. VII, 5.*

sponsales eius existimavi[a] esse suscipiendos, ne[b] culpa elationis, quae in Constantinopolitana ecclesia[c] paene contra omnes sacerdotes exorta est, dissensionem fidei et rixam ecclesiasticae faceret unitati. Eosdem vero responsales mecum[d], quia hoc omnino humiliter precabantur, missarum sollemnia celebrare feci, quia, sicut et serenissimo domno[e] imperatori intimare studui, responsales fratris et consacerdotis nostri Cyriaci mihi communicare debuerunt, quia auctore Deo[f] in elationis errorem non cecidi[g] [1]. Meus vero diaconus cum praedicto fratre nostro Cyriaco missarum sollemnia celebrare non debet, quia per[h] profanum vocabulum culpam superbiae aut commisit aut sequitur, ne, si, quod absit, ei in tali elatione posito procedit, vanitatem stulti nominis confirmare videamur. Eundem vero fratrem ammonere studui, ut se a tali superstitione corrigat, quia, si hanc non correxerit, pacem nobiscum nullo modo habebit.

Praeterea isdem frater noster[i] omnia in suis synodicis catholice Deo auctore locutus est. Quendam vero Eudoxium damnavit, quem[k] neque in synodis damnatum invenimus neque a decessoribus eius in suis synodicis reprobatum. Et canones quidem Constantinopolitani concilii Eudoxianos damnant[2], sed quis[l] fuerit eorum auctor Eudoxius, nequaquam dicunt. Romana autem ecclesia eosdem canones vel gesta synodi illius hactenus non habet nec accepit[3], in hoc autem eandem synodum suscepit, quod est per eam contra Macedonium definitum. Reliquas vero hereses quae[m] illic memoratae sunt ab aliis iam patribus damnatas reprobat: de Eudoxianis vero nihil hactenus agnovit. In historia autem Sozomeni[n] de quodam Eudoxio, qui Constantinopolitanae ecclesiae episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narrantur. Sed ipsam quoque historiam sedes apostolica suscipere recusat, quoniam multa mentitur et Theodorum Momsuestiae[o] nimium laudat atque usque ad diem obitus sui magnum doctorem ecclesiae fuisse perhibet[4]. Restat ergo, ut, si quis illam historiam recipit, et[p] synodo quae[q] piae memoriae Iustiniani temporibus de tribus capitulis facta est, contradicat. Qui vero huic contradicere non valet, illam historiam necesse est ut repellat[r]. In Latina ergo lingua de[s] hoc Eudoxio nunc[t] usque neque in Philastro neque[u] in beato Augustino[v], qui

a) existimavit *r 1.* b) *ex* sine *corr. R 1.* c) ecclesiae *r 1.* d) mecum *om. r 1. 2.* e) domni *R 1.* f) ego *suprascr. R 3.* g) cecidit *in* ceciderunt *corr. R 1.* h) per *om. r 1.* i) noster *om. R 1.* k) quem *(del.)* quem *r 1.* l) quia *R 1.* m) qui *r 1.* n) Sisomeni *suprascr.* zo *r 1.* o) Momsuestiae *r 1. 2;* Monisbestię *R 1.* p) receperit (perit *in ras.*) et (*eras.*) *R 1;* recipit ut *r 1. 2.* q) qui *r 1.* r) refellat *ex* rebellat *corr. R 1.* s) *ex* ad *corr. R 1.* t) *ex* hunc *corr.* huc *R 1.* u) *ita r 2;* Philastronę qui *r 1;* Pilastrone n. *R 1;* Phylastrone n. *R 3.* v) Augusto *r 1.*

1) Cf. ep. VII, 30 n. 3. *2) Canone I. conc. Const. episcopi constituunt* omnem haeresim anathemizari et specialiter Eunomianorum sive Anomaeorum et Arianorum sive Eudoxianorum et Macedonianorum *etc. (Mansi, conc. ampl. coll., III c. 558 ss.).* *3) Propter canonem III, quo constituitur:* Constantinopolitanus episcopus habeat priores honoris partes post Romanum episcopum. *Cf. Lau, l. l. p. 161.* *4) De Eudoxio cf. ep. VII, 5 p. 448 n. 2. Henricus Valesius in praefatione ad histor. Sozomeni (Migne, patrol. Graec., LXVII p. 25) de hoc loco scribit:* haec Theodori Mopsuesteni laudatio hodie in historia Sozomeni non exstat: sed habetur in l. V. hist. eccl. Theodoriti c. 40. Aut igitur dicendum est Gregorium M. memoriae vitio lapsum fuisse — aut dicendum est maximam partem libri IX. Hermiae Sozomeni hodie desiderari, historiam scil. annorum circiter 18 — et in iis capitibus Sozomenum de Theodoro Mops. ea scripsisse: *equidem neutrum probo neque puto nostrum de Graecis patribus scripsisse (cf. ep. I, 28 n. 2; III, 63 n. 7 et verba, quae hic sequuntur). Sed Sozomenum laudans Gregorius historiam tripartitam in mente habuit, compositam ex operibus Theodoreti, Sozomeni, Socratis, quos Cassiodorus* per Epiphanium *(cf. ep. VII, 5 p. 448 n. 3)* scholasticum Latino condens eloquio .... in unius stili tractum *perduxit (praef. in hist. tripart.); hist. trip. V, 39:* Eudoxius . . . Constantinopolitanam invasit ecclesiam; *ib. X, 34 (ex Theodoreto):* Theodorus, Mopsuestiae quidem episcopus, sed totius doctor ecclesiae, dum contra universam cohortem haereticorum fortiter dimicasset, terminum vitae sortitus est. *(Similia etiam Maurini coniecisse videntur.)*

multa de heresibus conscripserunt. neque in aliis patribus aliquid invenimus. Caritas igitur vestra. si quis[a] apud Graecos probatorum[b] patrum de eo[c] sermonem fecit. suis mihi epistolis innotescat.

Praeterea ante triennium cogente causa monachorum Isauriae[d], qui heretici accusabantur, satisfaciens[e] mihi quondam[f] frater et consacerdos meus domnus Iohannes litteras misit[1], quibus[g] nitebatur ostendere eos Ephesinae[h] synodi definitionibus contradicere[i]: velut[k] ex eadem synodo certa nobis, quibus ipsi obsisterent, capitula destinavit. Inter alia autem scriptum illic continebatur[l] de Adae anima, quia in peccato mortua non fuerit et[m] quod diabolus in cor hominis non ingrediatur[n] et, si quis haec dixisset, anathema esset. Quae cum mihi relecta fuissent, valde contristatus sum. Si enim Adae, qui primus peccavit, anima mortua in peccato non est, quomodo de ligno vetito
Genes. 2, 17. ei dictum est: 'In quacumque[o] die[p] comederitis ex eo, morte moriemini?' Et certe comedit Adam et Eva de ligno vetito et tamen in carne sua ultra DCCCC annos postmodum vixerunt. Constat itaque, quia[q] carne non est mortuus. Si ergo anima mortuus non est, quod dici[r] nefas est, falsam sententiam de illo protulit Deus, qui dixit, quia, qua die comederet, moreretur. Sed absit hic error, absit a[s] vera fide. Nos enim primum hominem, qua die peccavit, anima mortuum dicimus atque per hunc omne genus humanum in hac mortis et corruptionis poena damnatum. Per secundum vero hominem et modo a morte animae et postmodum ab omni corruptione carnis in aeterna resurrectione liberari nos[t] posse confidimus. Sicut autem et praedictis responsalibus diximus, Adae animam mortuam in peccato dicimus[u] non a substantia vivendi. sed a qualitate vivendi. Quia enim aliud est substantia atque aliud qualitas, non est eius anima ita mortua, ut non esset, sed[v] ita mortua, ut beata non esset[v]. Qui tamen[w] Adam postmodum per paenitentiam ad vitam rediit.

Quod vero diabolus cor hominis[x] ingrediatur, si[y] evangelio creditur, non negatur.
Ioh. 13, 27. Ibi enim scriptum est: 'Et post buccellam introivit in eum satanas'. Et ibi rursum
Ibid. v. 2. dicitur: 'Cum diabolus iam se misisset in corde, ut traderet eum Iudas'. Hoc autem qui negat, in Pelagianam heresem cadit. Quia ergo perscrutantes Ephesinam synodum nihil in ea tale contineri invenimus. de Ravennati quoque ecclesia vetustum valde codicem[2] eiusdem synodi ad nos deferri fecimus et synodo quam habemus eum[z] ita concordare invenimus[z], ut in nullo discreparet, et nihil aliud continet in definitione anathematis et reprobationis[a], nisi quod XII capitula beatae memoriae[b] Cyrilli reprobant. Hanc autem totam rationem multo latius suptiliusque praedictis responsalibus eius in praesenti positis reddidimus[c] atque ei plenissime satisfecimus[d]. Igitur ne vel haec vel aliqua similia illic subrepant, quae sanctam ecclesiam scandalizent[e], necesse nobis fuit haec ipsa sanctitati vestrae indicare. Et quamvis[f] fratrem et coepiscopum nostrum Cyriacum noverimus[g] orthodoxum, tamen propter alios cauti esse debemus. ut, antequam ad publicum prodeant, errorum semina conculcentur.

a) *ex* sicut *corr. R 3;* si quid *r 1.* b) provotorum *R 1;* pro beatorum *r 1.* c) eodem *R 1.* d) Hisauriae *R 1, r 1. 2.* e) *ex* satisfacientes *corr. R 3.* f) quod *r 2; om. h. v. r 1; ex* quod *corr.* quidam *R 3;* qđ *in* con *corr. R 1.* g) cum *suprascr. R 3.* h) Ephesini *R 1, r 1, r 2, sed corr. r 2.* i) *ex* contradixerunt *corr. R 1. 3;* contradixerunt *r 1. 2.* k) et *suprascr.,* velut *del. R 1.* l) *ita r 1;* continebantur *R 1, r 2.* m) et *R 1, r 2;* eo *r 1.* n) ingrediebatur *r 1.* o) quocumque *r 1. 2.* p) *hic duo folia desiderantur r 2.* q) in *add. r 1.* r) dicit *R 1.* s) ab *R 1.* t) *ex* non *corr. R 1.* u) didicimus *r 1.* v) *verba* sed *usque* esset *om. R 1.* w) quia (tamen *eras.*) *R 1.* x) non *add., sed del. r 1.* y) enim *add. r 1.* z) *verba* eum *usque* invenimus *om. R 1.* a) probationis *R 1.* b) b m *R 1, r 1; add. in marg.* beati martiris *R 1.* c) *ex* reddimus *corr. R 1; ex* reddimus *corr.* redidimus *r 1.* d) *ex* fecimus *corr. R 1.* e) *ex* scandalizant *corr. R 1.* f) quam *R 1.* g) *ex* neverem *corr.* venerer *R 1.*

1) *Cf. ep. V, 44 in f.* 2) *De vetustate bibliothecae Ursianae Ravennae narrat Rubeus, hist. Rav., 1589, p. 617, et de* vetustissimo concilii Nicaeni codice.

Scripta vestrae sanctitatis communi filio Sabiniano[a] diacono veniente suscepi[1]. Sed quia harum lator iam ad egrediendum paratus retineri non potuit, ad haec responsali meo[a] diacone veniente respondeo.

VII, 32.

Gregorius I. papa Dominicum, episcopum Carthaginiensem, motus querela Cumquodei abbatis, praesentium latoris, ut, qui monachi monasterium deseruerint, poenas iis irroget, hortatur. *597, Iun.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 195 (Ind. XV. cap. 32).
Edd. M: Lib. VII. ep. 35; G: Lib. VI. ep. 32. — Iaffé Reg. 1478 (1113).

GREGORIUS DOMINICO EPISCOPO CARTAGINENSI.

Licet fraternitatem tuam[a] erga monasteriorum curam pastorali vigilantia credamus esse sollicitam, ea tamen quae de monasterio in Africana provincia posito cognovimus vobis necessario[b] providimus[c] indicare[d]. Queritur autem Cumquodeus[e] [1] abbas lator praesentium, quia, si quando monachos quibus praeesse dinoscitur sub regulari voluerit disciplina restringere, monasterium temere deserant[f] et licite, quocumque voluerint[g], vagantes existant[h]. Quia ergo hoc et ipsis omnino perniciosum est et aliis perditionis monstratur[i] exemplum, hortamur fraternitatem vestram, ut, si ita est, ecclesiasticam in illos correctionem exerceat et congrua[k] eos ultione a tali procul dubio praesumptione compescat atque ita ad oboediendum salubri provisione superbientes animos iugo disciplinae subiciat, ut quos ad huiusmodi pravitatis excessum eorum poterat imitatio provocare, emendatio a culpa revocet et suis, ut dignum est, doceat praepositis oboedire. Quia vero a quibusdam episcopis excedentes monachos perhibet defensari, fraternitas vestra in hoc studeat esse sollicita et eos a tali defensione sua modis omnibus interminatione suspendat.

a) *ex* Sabiano *corr.* Saviniano *R 1.* b) eo *R 1.*

VII, 32 in titulo: Cartagine *R 1;* Kartaginensis *r 1.* a) vestram *r 1.* b) necessaria *r 1.* c) praevidimus *r 1.* d) illa *add. r 1.* e) c̄codeus *R 1:* Concodeus *r 1;* Cumquodeus *edd.* f) desierant *r 1.* g) *add.* valuerint *r 1.* h) existunt *R 1.* i) monstrat *r 1.* k) *ex* congrava *corr. r 1.*

1) De iisdem Anastasii scriptis ep. VII, 24 et de Eulogii scriptis ep. VII, 37 (m. Iulio) agi videtur; et illa et haec ergo (nisi haec verba ei tantum epistulae exemplari, quod Anastasio missum est, addita sunt) diacono, *i. e. Anatolio,* veniente *transmissa est; quae si ita sunt, hae epistulae non eodem ordine in registrum relatae sunt, quo scriptae sunt; nam ep. VII, 31. 37 ante ep. VII, 24 transmissae esse videntur.*

VII, 32 De Dominico cf. ep. II, 52 n. *1) Nonnullorum aliorum nominum simili modo compositorum Marini, pap. dipl., p. 288, mentionem facit: Habetdeum, Quodvuldeus,* Coddeus *(=* Quoddeus*). Notitia provinc. et civit. Africae in M. G., auct. ant., III, 1 p. 63 ss. enumerat praeter Quodvultdeos et Adeodatos plurimos etiam Deumhabet, Servumdei, Habetdeum. In Gregorii epistulis occurrunt: Quodvultdeus (episcopus Africanus: ep. II, 52, p. 155); Spesindeo (praeses Sardiniae, ep. XI. 12): Deusdedit et Adeodati nonnulli. Itaque editorum coniecturam, qui pro* Concodeus: Cumquodeus *posuerunt, probo neque credo illud pro* Concordius *errore librarii scriptum esse.*

MENSE IULIO INDICTIONE XV.

VII, 33.

Gregorius I. papa Dynamii et Aureliae in Francia degentium religionem laudat et confirmat. Codicem expetitum pollicetur. *597, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 196 (Ind. XV. cap. 33).
Edd. M: Lib. VII. ep. 36; G: Lib. VI. ep. 33. — Iaffé Reg. 1479 (1114).

GREGORIUS DINAMIO ET AURELIAE PER FRANCIAS.

Scriptorum vestrorum pagina lectione percursa[a] magnam nobis studio vestro contulit indicato laetitiam, quia per hoc, quod vos sacrae lectionis pabula quaerere et supernae patriae desiderare gaudia nuntiavit, dilectionem vestram religiosam conversionem non solum nomine, sed etiam tenere vita monstravit. Et quoniam desiderata vos adepturos posse confidimus, vehementi vobis cor nostrum exultatione congaudet. Nam quia huiuscemodi desiderium gratia divina non[b] deserat[c], ipsa vos[d] veritas testi-
Matth. 7, 8. Luc. 11, 10. monio suae vocis informat, quae ait: 'Omnis qui quaerit, invenit, qui petit, accipit. et pulsanti aperietur'. Hac itaque fulti certitudine de eiusdem redemptoris nostri misericordia nihil ambigere, sed spe debemus indubitata praesumere. Nec enim muneris sui largitate frustrabitur, sed vires sustinendi[e] prorsus indulget, qui[f] velle concessit. Nam iam[g] hoc ipsum desideranter[h] appetere donum est. Quia tamen ita in[i] gratia debemus superna praesumere, ut non simus neglegentes in oratione vel opere,
Luc. 18, 1. voce idem[k] veritatis exprimitur[l]: 'Oportet semper orare et non deficere'. Petamus ergo orando, quaeramus legendo, pulsemus operando. Sit igitur mens vigilans, sit undique suspecta, sit ubique sollicita, ut insidiantis possit laqueos praecavere. Sed quia, quanto hostis noster cautum contra se unumquemque cognoscit, tanto corda sibi resistentium suptili molitur arte subvertere, omnipotentem Deum adsiduis lacrimis et deprecatione poscamus, ut nos veneni eius non sinat infectione corrumpi, sed contra certamina et latentes suggestiones quas ingerit potentiae suae nos scuto circumtegat, in quo iacula ipsius inlisa frangantur; et cor nostrum percussionis ipsius contactus non vulneret, sed gratiae suae dono eius nobis insidias et intellegere donet et vincere. Codicem vero, quem dirigeremus, talem qui vos, ut petistis, instrueret, minime paratum habuimus, sed in subsequenti transmittimus.

VII, 34.

Gregorius I. papa Domnicam, Iohannis uxorem, ad ecclesiam reversam esse gaudet, Romamque ut ad maritum veniat, hortatur. *597, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 197 (Ind. XV. cap. 34).
Edd. M: Lib. VII. ep. 37; G: Lib. VI. ep. 34. — Iaffé Reg. 1480 (1115).

Mense *cet. ad ep. praeced. trahunt r 1 et sec. ed. M Vat. A et B.*

VII, 33 in titulo: Dinamio *R 1;* Dynamio *r 1;* Dynamiae *sec. ed. M Vatic. D.* — Aurelia *R 1* — Fran *R 1;* Francias *r 1.* a) percussa *r 1.* b) non *erad. R 1.* c) desiderat *R 1, r 1;* deserat *scr. edd.* d) nos *r 1.* e) optinendi *r 1.* f) que *R 1.* g) mia *R 1.* h) desiderantes *r 1.* i) de *r 1.* k) *ex* idem *corr.* item *R 1.* l) expromitur *r 1.*

VII, 33 De Dynamio et Aurelia cf. ep. III, 33 n. VII, 12 n. 3.

GREGORIUS DOMNICAE UXORI IOHANNIS.

Laetos nos vestrae nimis epistolae reddiderunt, quod vos unitati ecclesiae sociatam[a] Deo protegente cognovimus. Et quidem, sicut et ipsae scribitis, ante hoc facere debuistis, quia talis viri coniugem nec ad modicum esse decuit a communionis unitate disiunctam. Considerare enim debuisti, gloriosa filia, quanta multitudo fidelium in matris ecclesiae sinu consistat quantisque virtutibus sacerdotes, qui in ista fide defuncti sunt, coruscarunt vel quanta[b] ad corpora sua miracula faciant, atque eos non diiudicare, sed plus tantis viris ac sacerdotibus quam tibi credere debuisti. Inter haec tamen omnipotenti Deo gratias agimus, quia[c] ita cordi vestro lumen suae veritatis infudit[d], ut erroris sui pulsa caligine rectam vobis viam, quam sequi et[e] tenere debeatis, ostenderet. Gloriosum autem coniugem vestrum, quousque vivimus, a nobis dimittere[f] nolumus; et ideo eum ad vos reverti aliquatenus non[g] confidatis. Et quidem ipse ad vos venire vult[h], desiderat[i], sed postquam[k] in civitate Romana est, non potest, non ei licet, quia amoris nostri omnino tenetur vinculis adligatus. Melius est ergo, ut vos ad eum venire modis omnibus festinetis, quia caput suum potius membra et sequi[l] debent et, quocumque fuerit, comitari.

VII, 35.

Gregorius I. papa Dono, episcopo Messanensi, praecipit, ut Faustinum, latorem praesentium, ecclesiae Meriensis militem, in dissolvendo aere alieno ad filias redimendas conflato ecclesiae illius opibus adiuvet. 597, *Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 198 (Ind. XV. cap. 35).
Edd. M: Lib. VII. ep. 38; G: Lib. VI. ep. 35. — Iaffé Reg. 1481 (1116).

GREGORIUS DONO EPISCOPO MESSANA.

Et sacrorum canonum et legalia statuta permittunt ministeria ecclesiae pro captivorum esse redemptione vendenda[a] [1]. Et ideo quoniam Faustinus [2] lator praesentium, ut filias suas de iugo potuisset captivitatis exuere, CXXX solidorum probatur debitum contraxisse, ex quibus XXX redditis ad reliquae[b] quantitatis restitutionem eum certum est non posse sufficere, fraternitatem tuam his hortamur affatibus, ut de argento

VII, 34: titulum ita exhibet r 1: Domnica uxore Iohis *R 1; deest titulus propter fol. excisum r 2.* a) *ex* societam *corr. R 1.* b) *ex* quanti *corr. r 2;* quanti *r 1.* c) qui *r 1.* d) *ex* infundit *corr. R 1.* e) et *om. r 1.* f) *ex* demittere *corr. R 1; ex* demitti *corr.* dimitti *r 2.* g) non *om. r 1. 2, suprascr. R 1.* h) et *add. r 1;* valde *coni. Mommsen.* i) desiderat *om. r 2.* k) *ex* quam *corr.* quamdiu *r 1.* l) exequi *in ras. R 1.*

VII, 35: titul. ita exhibent R 1, r 1. 2, sed Domno *R 1;* Dono abb. Messanensi *R* 1 — add. rubro, sed erad.* pro captivis *et verba quae legi iam non possunt R 1.* a) venundanda *r 1.* b) reliquam *et ras. 2 litt. R 1:* reliquae se *r 1. 2.*

VII, 34 Domnica haec alias non occurrit; sed mihi quidem dubium non est, quin eadem sit uxor Iohannis gloriosissimi filii nostri praefecti urbis, *de qua noster ep. IX, 116 (a. 599 in.) Theodorum, curatorem (Ravennae),* iterum *rogat, ut eam cum militibus Romam mittat. Ex quo apparet Iohannem iam a. 597 m. Iul. praefectum urbi fuisse; nam ex hac nostra epistula discimus ei iam tunc non licuisse Roma decedere.*

VII, 35 De Dono cf. ep. VI, 8 n. 1) *De redemptione captivorum cf. ep. IV, 17 n. 1.* 2) *Faustinus, vir eloquentissimus, Peltrasii filius, qui, mense Septembri Romam, ut videtur, reversus, de ecclesia Messanensi questus est: ep. VIII, 3.*

Meriensis ecclesiae[3], cuius miles[4] esse dinoscitur, quod apud vos est, quindecim ei libras[5] accepto ab eo desuscepto[c][6] dare modis omnibus debeatis, ut eo venundato et restituto debito necessitate valeat obligationis absolvi. Sed et illud fraternitas vestra debet esse sollicita, ut, si quidem de praedicta ecclesia usuale argentum est, suprascriptam[d] quantitatem accipiat; alioquin de sacratis vos vasis hac in re eam quam praediximus quantitatem praebere necesse est. Nam sicut omnino grave est frustra ecclesiastica ministeria venundare, sic iterum culpa est inminente huiuscemodi[e] necessitate res maxime desolatae ecclesiae captivis suis praeponere et in eorum redemptione cessare.

VII, 36.

Gregorius I. papa Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, ut inter Caesarium abbatem „monasterii S. Petri, quod in loco, qui Baias dicitur, constitutum est", et Iohannem, abbatem monasterii S. Luciae Syracusani, finium controversiam Iohanne agrimensore, per Fantinum misso, usus componat; Caesarium commendat. *597, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 199 (Ind. XV. cap. 36).
Edd. M: Lib. VII. ep. 39; G: Lib. VI. ep. 36. — Iaffé Reg. 1482 (1117).

GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO SYRACUSANO.

Ne religiosorum virorum corda saecularium rerum contentio a mutua, quod absit, caritate disiungat, magna est sollicitudine studendum, ut facillimum finem res possit in altercationem deducta percipere. Quia ergo indicante Caesario[a] abbate monasterii sancti Petri, quod in loco qui Baias dicitur constitutum est, comperimus inter eum et Iohannem abbatem[1] monasterii[b] sanctae Luciae in Syracusana civitate[2] constitutum[c] gravem esse exortam de quibusdam finibus quaestionem[d], ne ipsa inter eos valeat intentio prolongari, certamina eorum agrimensoris[e][3] definitione prospeximus finienda. Et ideo scripsimus Fantino defensori[4], ut Iohannem agrimensorem[e], qui de Romana

c) acceptas ab eodem suscepto *R 1.* d) superscriptam *r 2.* e) huiusmodi *r 1. 2.*

VII, 36 a) Cesario *R 1, r 1.* b) *ex* monast̄ *corr.* monasterium *r 1.* c) constitutum *codd. n., sed in* constituti *corr. R 1.* d) et *postea add. r 2.* e) agrimess. *r 1 et sec. ed. M Vatic. D.*

3) *Eadem esse videtur ecclesia, quae in ep. V, 9 Myriensis appellatur; sed nota praecepto papae nescio qua ex causa neglecto episcopum nondum ordinatum esse.* 4) *Subdiaconus:* ecclesiae miles *appellatur in ep. III, 31 (cf. ib. n. 1); clericus* ecclesiae militat *secundum ep. IV, 17; nam militare est quocumque modo alicui officio incumbere* (militaris vel armata militia; provincialis officii, palatina militia; caelestis militia: *Dirksen). Quo in ecclesia officio Faustinus functus sit, ignoramus; sed cum* eloquentissimus *appelletur, conicere licet eum notarium fuisse. Cf. ep. VIII, 3.* 5) *I. e. c. 75 solid. auri. Cf. Hultsch, Metrologie, ed. 2., p. 341 ss. Mommsen, Gesch. d. röm. Münzwesens p. 833 s.* 6) *De voce* desusceptum *cf. ep. III, 49 n. 5.*

VII, 36 De Iohanne episcopo cf. ep. V, 54 n. 1. VI, 18 n. 1) *De Iohanne cf. ep. I, 67 n. III, 3 n.* 2) *De Benedictorum familiae antiquissimo templo, quod a Maxima quadam tempore Diocletiani conditum esse traditur, et nobilissimo adiuncto coenobio divae Luciae, Romanae viduae* in Netino agro ad silvam quercetumque cui nomen est Bauli *sito cf. R. Pirri Siciliam sacram p. 662 s. 1238 ss.* 3) *Agrimensores publici aut notarii aut advocati aut iudicis officio fungebantur; in controversiis enim agrorum de fine* intra quinque pedes *et de loco ius dicebant; cf. Rudorff, gromat. Institutionen, in: Schr. der röm. Feldmesser II, p. 422 ss., qui credidit in nulla causa tradi agrimensores intervenisse post illam, de qua Cassiodorus scribit in Var. III, 52.* 4) *De Fantino cf. III, 55 n. IV, 43 n.*

urbe Panormum profectus est, illic ad fraternitatem vestram debeat destinare. Hortamur ergo, ut cum eo ad loca de quibus est[f] contentio debeatis accedere et utraque parte comminus instituta[g] loca quae in lite sunt vestra faciatis praesentia terminari. XL tamen annorum utraeque parti praescriptione[h] servata[5]. Quaeque vero definita fuerint, ita[i] servari fraternitas vestra sollicite studioseque provideat, ut denuo nec iurgium exinde aliquod excitari nec querella ad nos valeat aliqua pervenire.

Caesarius[k] venerabilis abbas quia noster olim fuerit[l], fraternitatem vestram credimus non latere et ideo eum vobis salva aequitate in omnibus commendamus. Et quia in saecularibus causis omnino inexpertus[m] est, vestra illum sollicitudine necesse est adiuvari, sic tamen, ut in cunctis, sicut decet, rationem et iustitiam conservetis.

VII, 37.

Gregorius I. papa Eulogium, episcopum Alexandrinum, haereticos oppugnantem laudat; ligna pollicetur: sex minora Aquitanica pallia et duo oraria mittit; addit se collatum et viritheum non libenter bibere; cognidium poscit, quia Romae a negotiatoribus „nomen cognidii et non substantia comparetur“. *597, Iul.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 200 (Ind. XV. cap. 37).
Edd. M: Lib. VII. ep. 40; G: Lib. VI. ep. 37. — Iaffé Reg. 1483 (1118).

GREGORIUS EULOGIO EPISCOPO ALEXANDRINO.

Suavissima mihi sanctitas vestra multa in epistolis suis[a][1] de sancti apostolorum principis Petri cathedra locuta est dicens, quod ipse in ea nunc usque in suis successoribus sedeat[b]. Et quidem ego indignum me esse non solum in honore praesidentium, sed etiam in numero stantium agnosco. Sed cuncta quae dicta sunt in eo libenter accepi[c], quod ille mihi de[d] Petri cathedra locutus[e] est, qui Petri cathedram[e] sedet[f]. Et cum me specialis honor nullo[g] modo delectet, valde tamen laetatus sum, quia vos, sanctissimi,[2] quod mihi impendistis vobismetipsis dedistis. Quis enim nesciat sanctam ecclesiam in apostolorum principis soliditate firmatam, qui firmitatem mentis traxit in nomine, ut Petrus a petra vocaretur? cui veritatis voce dicitur: 'Tibi Matth. 16, 19.
dabo claves regni caelorum'. Cui rursum dicitur: 'Et tu aliquando conversus confirma Luc. 22, 32.
fratres tuos' et[h] iterum: 'Simon Iohannis, amas me? Pasce oves meas[i]'. Unde et[k], Ioh. 21, 17.
cum multi sint apostoli, pro ipso tamen principatu sola apostolorum principis sedes in auctoritate convaluit, quae in tribus locis unius est. Ipse enim sublimavit sedem, in qua etiam quiescere et praesentem[l] vitam finire dignatus est; ipse decoravit sedem, in quam evangelistam discipulum misit; ipse firmavit sedem, in qua septem annis, quamvis discessurus, sedit. Cum ergo unius atque una sit sedes, cui ex auctoritate divina tres nunc episcopi praesident, quicquid ego[m] de vobis boni audio, hoc mihi

f) est est *r 1.* g) *ita r 1. 2;* constituta *R 1.* h) perscriptione *R 1.* i) fuerint ita *om. R 1.* k) *ita r 1. 2;* Cesarius *R 1.* l) fuerat *R 1.* m) *ex* impertus *corr. R 1;* inspertus *r 1. 2.*

VII, 37 a) tuis *r 2; om. r 1.* b) *ex* sedeant *corr. r 2.* c) accipio *R 1.* d) illa (*ex* ille *corr.*) mecum in *R 1.* e) *verba* locutus *usque* cathedram *om. R 1.* f) sed *in* sedet *corr. R 1.* g) in ullo *corr. in* in nullo *r 2.* h) *ita r 1;* et *om. R 1, r 2.* i) meos *r 1.* k) ita et *r 1. 2.* l) praesidentem *r 1.* m) ergo *r 1.*

5) *Significari videtur praescriptio litis pendentis (C. I. VII, 39, 9), litem igitur intra hoc tempus terminandam esse. (Mommsen.)*

VII, 37 De Eulogio cf. ep. V, 41 n. 1) *Cf. ep. VII, 31 n. ultim.* 2) *Ex hoc verbo Mommsen coniecit etiam huius epistulae primam partem a pari cum Eulogio tum Anastasio missam esse.*

imputo[1]: si quid de me boni creditis, hoc vestris meritis imputate, quia in illo unum Ioh. 17, 21. sumus qui ait: 'Ut omnes unum sint, sicut et[a] tu, pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint'. Debitum autem salutationis alloquium persolvens indico, quia magno gaudio exulto, quod vos contra hereticorum latratus adsidue laborare cognovi atque omnipotentem Dominum[b] deprecor, ut beatitudinem vestram sua protectione adiuvet, quatenus per linguam vestram de sinu sanctae ecclesiae omnem radicem amaritudinis evellat, ne[c] rursum germinans impediat multos et per illam coin- Luc. 19. 13. quinentur multi. Accepto etenim talento cogitatis[d] quod praeceptum est: 'Negotiamini, dum venio'. Ego itaque etsi negotiari nil valeo, lucris[e] tamen negotii vestri congaudeo, hoc videlicet sciens, quia, etsi me participem operatio non facit, laboris vestri me participem caritas facit, quia, sicut existimo, bonum proximi etiam otioso commune fit, qui de alterius actibus gaudere communiter scit.

Praeterea ligna[2] transmittere volui, sed beatitudo vestra, si essent necessaria, non indicavit; et maiora multum mittere possumus, sed nequaquam talis navis huc mittitur, quae haec capere valeat. Minus[f] autem mittere verecundum puto. Quid tamen facere debeam, beatitudo vestra suis mihi epistolis innotescat.

Parvulam vero benedictionem[2] de amatoris vestri sancti Petri ecclesia sex minora Aquitanica pallia[3] et duo oraria transmisi; qui[g] enim multum diligo, etiam de parvis praesumo. Habet enim ipsa dilectio auctoritatem suam et omnino certa est, quia iniuria non erit in omne quod amando[h] praesumpserit.

Suscepi autem benedictionem sancti evangelistae Marci iuxta brevem vestris epistolis insertum. Sed quia collatum[4] ac viritheum[5] non libenter bibo[i], praesumenter[k] cognidium[6] requiro, quod in hac urbe post multa tempora vestra innotescere[l] transacto anno sanctitas fecit. Nam nos hic a negotiatoribus nomen cognidii et non substantiam comparamus.

Peto autem, ut contra omnes amaritudines quas in hac vita patior vestrae me sanctitatis oratio fulciat atque ab his apud omnipotentem Dominum suis intercessionibus defendat.

---

a) et *om. r 1.* b) Deum *r 1. 2.* c) si *add. r 1. 2; ras. 2 litt. R 1.* d) cogitans *r 1.* e) lucri *r 1.* f) *ita r 1;* minos *in* minus *corr. r 2;* minora (ora *in ras.*) *R 1.* g) quia *r 2, ut videtur.* h) amore *R 1.* i) vivo *r 1. 2;* vibo *R 1.* k) praesumenter *r 1;* praesumentes *R 1, r 2, sed corr. in* praesumens *R 1.* l) innotesceret *r 1.*

1) *De tribus sedibus b. Petri scribit noster eodem modo in ep. V, 42. Cf. ep. VI, 58 n. 2 et quae de hac re disserunt Grisar, Ztschr. f. kathol. Theol. IV (1880), p. 512 s., et Wisbaum, l. l. p. 14 s,* 2) *Cf. ep. VI, 58 n. 7.* 3) *Ep. I-K. 943 Pelagius I. papa Sapaudo Arelatensi praecipit, ut* saga tomentacia, quae pauperibus erogari possint, et tunicas albas aut cucullas vel colobia, aut si quae aliae species in provincia fiunt, *mittat; cf. etiam ep. VI, 10; sed nescio, quale fuerit genus palliorum, quod hic Aquitanicum dicitur.* 4) *Colatum a verbo colare et colo (colatum διηθημένον: Gloss. ps.-philox. p. 103); itaque (vinum) colatum* vinum purum vel vas proprium, in quo deportatur (*Papias apud Ducange).* 5) *Viritheum quid sit nescio neque veterum editorum coniecturas repetere operae pretium est. (biriteum = βρύτεον, 'Tresterwein', cf. Athen. II, 56 d: Stowasser.)* 6) *Neque quid hoc sit certo scimus. (= κωνῖζον, κωνίας οἶνος = vinum resinatum: Stowasser.) Anno transacto (ep. VI, 58 n. 6) papa Eulogio gratias egerat, quod* ea quae paradiso vicina sunt, bene olentia ligna *transmisisset.*

VII, 38.

Gregorius I. papa Cypriano diacono, rectori suo per Siciliam, alio electo repudiato mandat, disquirat, num Marcianus, dioecesis Taurianensis presbyter, in ecclesia Massalargiensi, dioecesis Catanensis, habitans, dignus sit, qui Locrensis episcopus creetur.

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 201 (Ind. XV. cap. 38). *597, Iul.*
Edd. M: Lib. VII. ep. 41; G: Lib. VI. ep. 38. — Iaffé Reg. 1484 (1119).

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO, RECTORI NOSTRO PER SICILIAM.

Habitatores Lucrensis[a] civitatis[1] quendam ad nos presbyterum adduxerunt, qui eis debuisset episcopus ordinari[2]. Sed quia minime dignus inventus est, ne diu sine proprio possint consistere sacerdote, a nobis ammoniti in scrinio[b] promiserunt[3] alium studiose quaerere et ad nos consecrandum Deo adiutore perducere. Et ideo ad dilectionem tuam latore praesentium veniente Marcianum[4] presbyterum dioeceseos[c] Taurianensis ecclesiae[d][5], qui nunc habitat in ecclesia quae est in massa Largia[e][6] constituta dioeceseos[f] Catenensis[g] ecclesiae, ad te facito modis omnibus evocari: atque eum studii tui sit de criminibus quae ad episcopatum accedere non permittunt cum omni suptilitate requirere. Et si eorum se expertem esse responderit, cum praesentium portitore eum festina dirigere, ut facto in eo decreto ad nos Deo protegente veniat ordinandus: si vero est aliquid quod ei possit obsistere, hunc qui ad dilectionem tuam venit cum omni cura celeritate dimittere, ut ad loca sua remeans, alter[h] secundum ea quae promissa sunt requiratur[i].

MENSE AUGUSTO INDICTIONE XV.

VII, 39.

Gregorius I. papa Mariniano, episcopo Ravennati, mandat, ut Corneliensibus pro lapso episcopo successorem consecrari postulantibus satisfaciat. *597, Aug.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 202 (Ind. XV. cap. 39).
Edd. M: Lib. VII. ep. 42; G: Lib. VI. ep. 39. — Iaffé Reg. 1485 (1120).

VII, 38 in titulo: Cipriano *R* 1;* Cyriaco *R 1 et sec. ed. M Vatic. B, qui omisit:* diac. — reg. nr *r 1. 2;* et rectori nostro *R* 1;* nōt. nrō *(in ras.) R 1, Vat. B.* a) *ita R 1;* Lutrensis *r 1. 2 et sec. ed. M Vatic. A. B. D.* b) in secreto *Vat. A sec. ed. M.* c) *ex* docere éos *corr. R 1;* docere eos *r 2;* ducere eos *r 1.* d) *ex* Taurianens ecla *corr. R 1.* e) *ita r 1. 2 et sec. ed. M. Vat. A. D;* Massalauria *R 1:* Massalaria *Vat. B sec. ed. M.* f) dioeceseos *r 2.* g) *ita r 1. 2, sed r 2 corr. in* Catin.*;* Catheniensis *R 1.* h) *in* altrum *corr. R 1.* i) *in* requirat *corr. R 1.*

Mense *cet. ad ep. praecedentem trahunt r 1. 2 —* Aūg *abbrev. codd.*.

VII, 38 transmissa esse videtur per clericum Locrensem. — De Cypriano cf. ep. III, 55 n. 1) *Locri (olim Epizephyrii dicta, prope Gerace) et Taurianum urbes confines Bruttiorum.* 2) *De modo, quo episcopi eligebantur et de iure papae electos recusandi cf. Wisbaum l. l. p. 41.* 3) *Id est, ut equidem puto, per scriptum ita promittere, ut in scrinio ecclesiae Romanae reponatur.* 4) Marciano, episcopo Locris *cum aliis ep. IX, 134 inscripta est; ante eum Dulcinus episcopus Locrensis fuerat, ut apparet ex ep. IX, 75. A. 680 Stephanus quidam* episcopus sanctae Locrensis *(Λοκριτίας)* ecclesiae provinciae Calabriae *erat: Mansi l. l. XI c. 299.* 5) *Taurianensis ecclesiae clerici a barbaris pulsi in Siciliam fugerant: cf. ep. I, 38 n. 1.* 6) *Equidem asserere non ausim eundem locum esse, qui nunc Mascalucia appellatur, oppidum prope Cataniam.*

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNATI.

Fraternitatis vestrae epistola nuntiante comperimus Corneliensis ecclesiae[1] filios adsidua supplicatione in loco lapsi quondam[a] episcopi sui consecrandum sibi a vobis poscere sacerdotem atque vos, quid de ea re fieri debeat, dubitare et nostrum evidens expectare mandatum. Postquam ergo quemquam criminaliter excedentem[b] in locum, de quo lapsus est nulla permittit ratio revocari et ultra tres menses ecclesiam vacare pontifice statuta sacrorum canonum non permittunt[2], ne cadente pastore dominicum gregem antiquus, quod absit, hostis insidiando dilaniet: fraternitas vestra deprecationi eorum consentire et in[c] loco lapsi debet episcopum ordinare. Nam dum non petentes eos etiam ante vestris ad hoc debueratis adhortationibus ammonere, postulantes nulla vos oportet excusatione differre, quia ecclesia Dei diu viduata proprio episcopo non debet remanere.

VII, 40.

Gregorius I. papa Marinianum, episcopum Ravennatem, hortatur, videat „ne ullam deinceps in monasteriis clerici . . . . ob aliud habeant, nisi orandi tantummodo causa, accedendi licentiam, aut si forte ad peragenda sacra missarum fuerint invitati mysteria“.

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 203 (Ind. XV. cap. 40). *597, Aug.*

Edd. M: Lib. VII. ep. 43; G: Lib. VI. ep. 40. — Iaffé Reg. 1486 (1121).

GREGORIUS MARINIANO EPISCOPO RAVENNAE.

Dudum ad nos multorum relatione pervenerat monasteria in Ravennatibus partibus constituta omnino clericorum vestrorum dominio[a] praegravari, ita ut occasione quasi regiminis ea, quod dici grave est, velut in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes decessori vestro epistolas misimus, ut hoc emendare per omnia debuisset[1]. Sed quoniam vitae est termino citius occupatus, ne hoc onus[b] monasteriis[c] remaneret, fraternitati vestrae eadem nos scripsisse recolimus[2]; et quia, ut comperimus, in huius rei hactenus correctione cessatum est, haec ad vos iterum praevidimus scripta dirigere. Hortamur ergo, ut omni mora omnique excusatione summota ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis gravamine relevare, quatenus nullam deinceps in eis clerici vel hi qui in sacro sunt ordine constituti ob aliud habeant, nisi orandi tantummodo causa, accedendi licentiam, aut si forte ad peragenda sacra missarum fuerint invitati mysteria. Sed ne vel per cuiuslibet monachi aut abbatis promotionem

VII, 39 in titulo: Raveññ *r 1;* Raveñ *r 2;* Ravennatis *R 1, qui in marg. nigro add.:* quod lapso episcopo mox debeat alius ordinari. a) quodam *r 2;* quod *r 1.* b) *ita R 1;* accedentem *r 1. 2.* c) in *om. R 1.*

VII, 40 in titulo: Raveñ *R 1;* Ravenne̜ *R 4;* Raveññ *r 1.* a) *ex* dñō *corr. R 1.* b) genus *R 4.* c) monasterio *r 1. 2, R 4.*

VII, 39 De Mariniano cf. ep. V, 51 n. 5. *1) Forum Cornelii, urbs Aemiliae, inter Bononiam et Ravennam, cuius episcopi suffraganei erant episcopi Ravennatis. Paul. diac. II, 18 scribit de* Cornelii foro, cuius castrum Imolas appellatur, *atque Imola successit urbi Corneliensi, cum nihil nisi nomen territorii Corneliensis subsisteret. (Agnell. c. 47.) Epistulae concilii Romani a. 680 scriptae Barbatus, episcopus ecclesiae Corneliensis, subscripsit. (Mansi l. l. XI c. 314) Cf. Loening, Gesch. d. D. Kirchenrechts, I, 444 n. 2. Wisbaum, l. l. p. 43.* *2) Cf. VII, 14 n. 5.*

VII, 40 una certe cum praeced. ep. translata. *1) Ep. V, 1. Cf. Ioh. diac. II, 54.* *2) Ep. VI, 28.*

onus aliquod fortasse sustineant, studendum vobis[d] est, ut, si quispiam abbatum aut monachorum ex quocumque monasterio ad clericatus officium vel ordinem sacrum accesserit, non illic aliquam habeat[e], ut diximus, ulterius potestatem, ne monasteria cuiuslibet[f] occasionis velamine ea quae prohibemus sustinere onera compellantur. Haec itaque omnia vigilanti cura emendare iam secundo commonita sanctitas vestra non differat, ne, si post hoc neglegentes[g] vos esse, quod non credimus, senserimus, aliter monasteriorum quieti prospicere compellamur[4]. Nam notum[h] vobis sit, quia tantae necessitati[i] servorum Dei congregationem amplius subiacere non patimur. Ne vero aliqua vobis excusatio de monachis oriatur, personam hic quam praeviderit utilem ex opere[k] fraternitas vestra transmittat et ei nos, qui cum eo ad vos[l] venire possint, monachos deputamus[5]: quos ut prospexeritis, debeatis in monasteriis ordinare, si tamen talia loca sunt, ut sit, unde ibi subsistere valeant.

VII, 41.

Gregorius I. papa Cypriano, diacono suo per Siciliam, mandat, ut Paulam, praesentium latricem, contra iniurias et Theodori, quondam Iudaei, et ecclesiae Messanensis hominum defendat. *597, Aug.*

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 204 (Ind. XV. cap. 41).
Edd. M: Lib. VII. ep. 44; G: Lib. VI. ep. 41. — Iaffé Reg. 1487 (1122).

GREGORIUS CYPRIANO DIACONO NOSTRO PER SICILIAM.

Questa nobis est Paula praesentium latrix quendam Theodorum ex Iudaeo sibi nimis frustra inimicum existere, in tantum ut, quod dici nefas est, iniquitate maleficiorum[a] eam laedere moliatur atque ab hominibus ecclesiae Messanensis eundem Theodorum contra hoc facinus fortius vindicari[b]. Dilectio ergo tua studeat, ut nullus ecclesiasticorum praedictae mulieri in hac causa temptet[c] adversum[d] existere. Sed ad investigandum hoc ipse, ut potueris, esto sollicitus et, si suprascriptus[e] Theodorus tantae iniquitati[f] obnoxius esse patuerit[g], ita hoc districta ultione per hos[h] quorum interest facias[i] vindicari, ut et Deus placari possit et aliis coercitionis exemplum sit.

EXPLICIT INDICTIO XV.

d) nobis *r 1.* e) abeant clerici *R 4.* f) cuius, *suprascr.* libet *R 1;* cuius *r 2;* huius *r 1.* g) negligentem *R 4.* h) *ex* totum *corr. R 1.* i) necessitatis *r 1.* k) exponere *r 1*; ei operae *coni. Mommsen.* l) nos *R 1.*

VII, 41 in titulo: not *pro* nro *R 1* — per Sicilia *R 1;* per Siciliȩ *r 2.* a) maleficorum *r 1 et Vat. B sec. ed. M.* b) vindicari *om. et* instigari *suprascr. R 1* — *Sequentia desiderantur in r 2.* c) temptet *om. R 1 et in ras. 3 litt. suprascr.* audeat. d) adversus *r 1.* e) sst, *suprascr.* supradictus *r 1;* superscriptus *R 1.* f) iniquitatis *r 1.* g) *ex* potuerit *corr. R 1.* h) *ita r 1;* os *in* eos *corr. R 1.* i) faciat *r 1 et sec. ed. M Vat. D.*

4) Quonam modo? An eis privilegiis sedis apostolicae (Diurn. f. 77), quae postea exemptiones appellantur? *5) Multos tunc monachos Romam fugisse monasteriis bello destructis intellegi potest ex ep. V, 39. VI, 42. VII, 23 etc.*

VII, 41 De Cypriano rectore patrimonii Siciliae cf. ep. III, 55 n.

ITEM EPISTOLA QUAM RELIQUI DE MENSE APRILI INDICTIONE XIIII.

VII, 42.

Gregorius I. papa una cum fratribus et coepiscopis suis, qui praesentes inveniri potuerunt, sacerdotibus et levitis — ducibus, nobilibus, clericis, monachis, militibus et populo in Ravenna civitate consistentibus vel ex ea foris degentibus illum, qui noctu „in civitatis loco contestationem posuit“, in Castorii, notarii ac responsalis „crimine loquentem sibique etiam de facienda pace callide contradicentem“, excommunicatum et anathemizatum nuntiat, nisi in solem progressus aut rationes afferat aut errasse se profiteatur.

Codd. R et r: Indictio XII—XV. cap. 205. *596, Apr.*
Edd. M: Lib. VI. ep. 31; G: Lib. V. ep. 30. — Iaffé Reg. 1414 (1042).

GREGORIUS EPISCOPUS CUM CETERIS FRATRIBUS ET COEPISCOPIS MEIS QUI MECUM PRAESENTIBUS INVENIRI POTUERUNT SACERDOTIBUS, LEVITIS DUCIBUS. NOBILIBUS, CLERICIS, MONACHIS, MILITIBUS MILITANTIBUS ET POPULO IN RAVENNA CIVITATE CONSISTENTIBUS VEL EX EA FORIS DEGENTIBUS.

Quidam maligni spiritus consilio repletus contra Castorium notarium[a] ac responsalem nostrum[1] nocturno silentio in civitatis loco contestationem posuit[b] in eius crimine[c] loquentem mihique etiam de facienda pace[2] callide contradicentem. Et quia, quisquis veraciter loquitur, semetipsum innotescere non debet formidare, oportet, ut publice exeat et, quaeque[d] in contestatione sua loqui praesumpsit, ostendat. Qui[e] si non exierit neque publice confessus fuerit, quis ille sit qui hoc[f] agere praesumpsit vel consensum in tantae iniquitatis consilio praebuit, in[g] Dei et domini nostri Iesu Christi spiritu[h] definimus, ut sancti eius corporis ac sanguinis participatione privatus sit. Sin vero, quia latet et quoniam nescitur, teneri ad disciplinam[i] non valet tanti mali conscius et iam prohibitus[k] corpus ac sanguinem Domini percipere praesumit, anathematis ultione percussus sit, ut fallax ac pestifer a sanctae ecclesiae corpore sit divisus. Si quis autem fortasse talis est, quem nos huius facti auctorem aut participem esse nescientes[l], ad eum bona optantes epistolas transmittamus, ipsa pro eo apud omnipotentem Dominum[m] deprecatio nostra sit vacua. Sin autem in eadem civitate egressus ad publicum potuerit docere quae dixit vel certe sciens se non posse quae scripsit ostendere errorem suum fuerit aperte confessus, dominici corporis ac sanguinis participatione non sit privatus neque sanctae ecclesiae corpore alienus existat, quia[n] nos apud omnipotentem Dominum ex nostris cotidie culpis agnoscimus, ut, quamvis servato disciplinae moderamine, aliorum tamen erratis parcamus[o].

Item *cet. desunt ob lacunam r 2;* reliquit *r 1* — Mense *incip., R* 1.*

VII, 42 in titulo: verba Gregorius *usque* ceteris *om. et cetera nigro atram. add. R 1* — praesentibus *(quod fort. del.?) om. R* 1* — militantibus *om. R 1* — in *om. r 1. R* 1* — Ravennę *R* 1* — salutem *in fine add. R* 1* — G. Mariniano, ep. Rav., cum ceteris fr. et coep., sac., lev., clero, nob., pop., milit. civ. Ravenna consistentibus vel ex ea f. d. *ed. M cum Vatic. D.* a) *ex* not. *corr.* notariū *r 1.* b) posuit *om. R* 1.* c) crimine *del. et* nomine *suprascr. R 1.* d) quoque *R* 1.* e) *ita r 1. R* 1;* quod *R 1.* f) hec *R* 1.* g) et *r 1.* h) nomine *R* 1.* i) a disciplina *r 1. R* 1.* k) prohibitum *R 1.* l) scientes *r 1.* m) deum *r 1.* n) *verba* quia *usque ad finem folio partim exciso om. r 1.* o) parcendo indulgeamus *R* 1.*

VII, 42. Cf. ep. VI, 31. 63 n. 1. Hac epistula efficitur m. Aprili a. 596 synodum Romae habitam esse; cf. superscriptionem synodi m. Iul. a. 595 habitae et titulum ep. VI, 46. 1) *De Castorio cf. ep. V, 24 n.* 2) *Cf. ep. VI, 63 n. 2.*

ADDITAMENTA.

Ad ep. I, 16ᵃ. 16ᵇ. Rogatu Mommseni Girard codicem illum unicum, quem Ewald non invenit, contulit; cuius in bibliotheca Parisiensi n. 1682 notati lectiones ex N. A. XVII p. 191 s. transsumptas hic addo:

p. 17, 16: sacerdotum] sacerdotium.
p. 18, 11: Edessenae] hedessenae.
12: Mopsuestiae] mompsuestinae.
13: Cyri] kyrri.
15: Chalcedonensi concilio] chalcedonensis concilii.
21: inclinare] inclinari.
24. 32: Smaragd.] zmaragd.
26. 20, 16. 21. 23. 28. 21, 9. 22, 10: Aquileiens.] aquiliens.
26: pluribus] *deest.*
29: nostrae] nostri.
34: concilii] nostri concilii.
36: impetratis] imperatis.
37: certabamus] certabamur.
p. 19, 3: Ravennatem] ravennatim.
7: sub christianis principibus] sub christianos principes.
11: deduci] dededuci.
25—26: contrito — barbarico] contrito dei iudicio in iugo barbarico (contritae *scr. Mommsen*).
27: cum] *deest* (*post* occurramus *interpunx. Mommsen*).
29. 32: Ephesina] ephesena.
p. 20, 11: etenim] enim.
16: studiose de] studio sed.
19: praesentibus] piis.
22: accurrent] occurrunt.
23: dissolvetur] dissolvitur.
25: Beconensi] breonensi.
p. 21, 8: sortiri] sortiti.
9: reveletur] relevetur (relevemur *scr. Mommsen.*)
13: Sabionensis] secundae retiae.
15: Iuliensis] iuliensi.
p. 22, 5: patriarchae] papae.
6: mansuetam] consuetam.
8. 23, 1: Istr.] histr.
9: Longobardi] langobardi.
17: dicentes] ut licentes *corr. ex* ut licenter (videlicet *scr. Mommsen*).
20: nullam] nullatenus.
21: per] *deest* (providentia *scr.*)
p. 23, 1: pacaliter] pace ales (pacales *scr. Mommsen.*)
2: perfectius] perfectis.
3: dogmatis] dogmati.
suis] tuis.
corrigentur] corrigentur *corr. ex* corriguntur.

Ad ep. V, 53ᵃ hae adiciendae sunt lectiones ex codice Londiniensi Brit. Mus. 31,031 s. VIII (N. A. VIII p. 400), quem rogatu meo v. c. I. H. Ieayes contulit:

Ante titulum add.: Incipit prologus explanacionis in sancto Iob Gregorii. — *p. 353, 16. 355, 6. 356, 4. 45. 357, 14: numeri I, II etc. et capitulorum divisiones desunt.*

p. 354, 1: Wisigotharum] uuissigothorum.
10: tutissimi] tuti.
unda] *om.*
12: pelago] pylagus.
15: deflectatur] defleatur.
renitenti] penitenti.
17: ei] *om., ras. 2 litt.*
18—19: propinquante] adpropinquante.
20: exterioribus] exteriobus.
p. 355, 1: onere] ore.
6: ut] *om.*
7: cognovi] agnovi.
24: studiosa] studiosę.
29: emendari] emendare.
31: opus hoc] hoc opus.
39: sese] se.
40: disserit] disseret.
p. 356, 8: erigimus] erigemus.
11: ferculum ori] ferculo oris.
12: fastidium] fastium.
13—14: neglegimus] neglegemus.
18: suspicetur] suspicitur.
24: eam] eum.
eiusdem] eisdem.
26: pacto] pacta.
27: Elapsus] Et elapsus.
28: posset] possit.
30: exoptat] exorat.
34: glutiri] gluttire.
35: posse] possi.
44: inveniri] invenire.
p. 357, 11: expos. ordo] ordo expos.
12: quaeque] que qui.
16: reppererit] repperit.
28: sit] *om.*
artem] arte.
39: metacismi] meotacismi.
40: modosque] motusque.
et praepositionum] eciam preposicionum.

In fine epistulae add.: explicit Deo gracias.